STEPHANI BLANCARDI LEXICON MEDICUM RENOUATUM, ...

Steven Blankaart



STEPHANUS BLANCARDUS,

P. & Med. Doctor. Ætat. L.

D. v. L. Plaes pinx. P. v. Gunst sculp.

STEPHANI BLANCARDI
LEXICON
MEDICUM RENOVATUM,

In quo totius artis Medicæ termini, in

ANATOME, CHIRURGIA, PHARMACIA, CHYMIA, RE BOTANICA ETC.

Usitati, dilucide & breviter exponuntur, juxta

NEOTERICORUM tum PRACTICORUM tum MECHANICORUM placita, & verè demonstrata principia.

Hisce adjungitur GRÆCARUM *vocum Etymologia; tum earum* BELGICA, GERMANICA, GALLICA, ANGLICA, *&c. interpretatio; cum indicibus locupletissimis.*

Editio novissima, cæteris longè auctior & perfectior.





LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM & JOHANNEM LUCHTMANS,
Academiæ Typographos.
MDCCLVI.
Cum Privilegio Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ.

SENECA.

Nulla res consummata est dum incipit.

Et

Etiamsi omnia à veteribus inventa sunt, hoc semper novum erit, usus & inventorum ab aliis scientia & dispositio.

TYPOGRAPHI
LECTORI
S. P. D.

Habes hic iterum recusum eximium illud Lexicon Illustr. STEPHANI BLANCARDI, in quo elaborando & perpoliendo Auctor ingentem, quamdiu vixit, navavit operam, incitatus quippe felici successu, quo plurimis se placuisse viderat; unde postquam hoc opus primo editum fuit, & illico undique abremtum, sæpius recensere, & continuo nova addere, cogebatur; accessit quod Auctoris fama, scriptis aliis eruditis jam celebratissima, non poterat non unumquemque incitare ad hunc elaboratissimum & universalem Medicinæ thesaurum sibi comparandum. Ut ubique in scriptis, sic maxime hoc in Lexico, Auctoris concinna brevitas, facilis in describendis rebus perspicuitas, & veritatis solius nuda & nervosa descriptio, absque ullis verborum ambagibus, vel auctorum multorum sententiis afferendis refutandisque, emicuerunt; unde breviter quicquid rei alicujus medicæ cognitio po-

ſtulabat, hic vere inveniri potuerit. Mirum igitur non eſt, quod votis ſuis ſe non omnino deſtitutum cognoverit Auctor; hinc itaque in provectiori & uſu continuo polita ætate animo hilari volvere cæpit de mutandis nonnullis rerum deſcriptionibus, forſitan minus claris vel perfectis, tum de addendis inventis noviſſimis, quibus adeo felix ſæculum ſuum continuo ſuperbiebat; & denique de corrigendis nonnullis erroribus, qui hinc inde incuria Typographi irrepſiſſe cernebantur, ut ita editione ſequenti nitidius magisque perfectum hoc opus prodiret. Plurima jam chartis mandaverat, ſed morte præoccupatus rem ad optatum finem perducere non potuit. Cuncta hæc annotata, quum de recudendo hoc Lexico cogitabamus, tradidimus viro artis Medicæ perito, qui ea, quæ ſparſim exſtabant, ſuis inſeruit locis, plurima, quæ Auctor omittenda voluerat, [utpote vel melius jam cognita, vel minus utilia,] delevit, & quædam obſcuriora, quæ præcipitatione vel irrepſerant, vel nondum ultimam Auctoris manum experta fuerant, ad accuratius examen revocando paululum mutavit. Quidcunque tamen actum fuerit; in omnibus brevitatis ratio ſemper habita eſt, &

modo

modo rerum ſumma verumque pondus in compendium redactum, prout hujus Lexici ſcopus exigebat. Si quis enim cuncta argumenta, quibus Theoretica adſtruuntur; ſingula experimenta, quibus Anatomica demonſtrantur; & infinita obſervata, quibus Practica innituntur, deſideraret; ea ex ipſis inventoribus, fuſius ſingula tractantibus, optime cognoſceret. In hac vero noviſſima editione, præter alia multa, quæ ex CASTELLI Lexico addita ſunt, plurimarum rerum deſcriptiones, prolixiores quidem, at multò accuratiores reperiuntur, quas in gratiam tyronum inprimis, ſæpe ex Cl. Auctorum recentiorum vel antiquorum ſcriptis, quorum opera vel rariora, vel plurimis adhuc minus cognita ſunt, excerpi debere, ut tanto utilior foret hic labor, judicatum fuit: in illis vero deſcriptionibus, ſæpe nihil mutatum fuit, ne de earum meritis aliquid detraheretur, egregiisque Auctoribus, qui debetur honos, relinqueretur: plurima intacta, quæ vel mutari vel augeri potuiſſent, ob temporis anguſtiam, & exemplorum, quæ maxime deſiderabantur, defectum, relicta ſunt: Ob deſcriptiones rerum itaque in hoc volumine nunc multum mutatas, & augmen-

tum ſparſim ſuis locis hinc inde inſertum evenit, ut multò plus præ præcedentibus editionibus excreverit hæc: Inprimis vero longo intervallo poſt ſe relinquit tres recentiores editiones, quæ poſt ultimam Leydenſem, anno labentis ſeculi quinto & trigeſimo inpreſſam, in lucem prodierunt. Harum primam, anno nono & trigeſimo Halæ publici juris factam, recenſuit JOANNES HENRICUS SCHULZE, qui, licet nonnulla loca cum judicio mutaverit & emendaverit, cogitavit tamen potius de reſecandis quibusdam, quibus carere liber poſſe ipſi videbatur, quam de novis addendis. Hanc anno octavo & quadrageſimo eodem loco ſecuta fuit altera, curante AGNETHLERO, qui Schulziano labore uſus, Poëtis praeterea, ſi forte Lexicon hoc evolvere velint, addito indice proſodico, aliisque ad corrigendam vocabulorum barbariem ſpectantibus, conſulere voluit. Tertia denique eundem, quem ultima Leydenſis, titulum præ ſe fert. In hac nihil mutavit editor, neque etiam vitia typographica emendavit. Videtur itaque incautis Leydenſis editio, licet Lôvanii in lucem prodierit, quod an, ſalvo æquo & honeſto, liceat, judicet ipſe Lovanienſis Bibliopola,

modo

modo tales libros in lucem emiſerit, qui, approbatione publica muniti, ab aliis etiam lucripetis, ne mutato quidem titulo, inprimi, & in alias regiones mitti poſſunt. Verum cum poſt ſingula rerum nomina appellationes Belgicæ, Germanicæ, Gallicæ, & Anglicæ poſtpoſitæ fuerunt, quæ in Indice Auctoris accuratiſſimo comprehendebantur, nullæ nunc iterum ſuis reſpondebant locis, per numeros Arithmeticos deſignatis, quare magno labore ſingulas ſuis convenientibus numerulis iterum in hac editione aſſignavimus, atque Indicem locupletavimus, & aliquando quædam mutavimus, quæ in opere ipſo mutari non potuerunt. Denique monitus ſit lector, quod præter vitia typographica, ad calcem notata, per incuriam relictus fuerit, pagina ſexta, *Acanthulus*, in cujus locum legi debet *Acanthabolus*. Dum igitur multo perfectior hæc nova editio nunc prodit, conatus hoſce noſtros æqui bonique conſulas, & Vale.

PRÆFATIO.
AUCTORIS.
L. S.

VEtus opinio est, jam inde ab Heroicis ducta temporibus, nihil hodie dici, quod non dictum sit prius. Hujus scilicet auctores minimè præsagiebant, venturum tempus, quo ista, quæ tunc latebant, clarescerent; venturos dies, quibus nos tam aperta nescisse majores miraremur. Cunctis enim rebus inest quidam velut orbis, ut sicuti cælestia sydera, ita scientiarum vertantur: nec omnia apud antiquos optima; nec apud omnes statim gratiam, fidem, auctoritatem inveniunt, quæ sola ratione & observationibus ponderantur. Si hanc sapientes viam tenuissent, ut semper majorum intra terminos subsisterent; demersa adhuc tenebris lateret veritas: nova artium lumina minimè lucerent. ARCHIMEDEM mirata est antiquitas, quum illius ingenio Syracusæ defenderentur. Nec DEMETRIUS, ob repertam machinam, minore gloria fuit, & famam in posteros præmium transmisit. Nostra verò ætas ut ista magnificè exornavit, sic & artes novas eduxit, ad quas priorum nunquam industria penetraverat. Quis tormenta nescit bellica; quanto vel ballistis concitatiore, vel catapultis rapidiore impetu feruntur? Quis nescit navigan-

gandi peritia, cum Belgæ in arma truderentur, contabulatum classibus mare? repertas Insulas? reserata Indiæ claustra? maximam Occidui orbis partem, priscis ignoratam, nostris ingenti commodo cognitam fuisse? Quid artem loquar Typographicam, divinarum humanarumque rerum propagatricem? quid Medicinam? quæ per diversos temporum orbes, velut gradibus processibusque aucta, dum priorum inventis nova adjicit posteritas, aut fluxas rationes cautè ludificatur, robusta maturitate in eam, qua hodie est, magnitudinem enavigavit. Multa adhuc sacro involucro tecta jacent, & fas est mortalibus omnia, rationi congrua, inquirere; multa admirari imo & venerari debemus, nam arcanis proxima, investiganda non sunt. Mansimus inter Æsculapii limites; singulæ artes sua habent addenda, & quæ latè spatiari videntur, à superfluis mundandæ. Atque ista de nostris hausta fontibus, ac mox ubivis derivata, haud leve compendium humano generi attulerunt. Quisquis mentis valens acumine, blanditiis voluptatum socordiave non irretitur, sed ad artis medicæ contemplationem tempus sumet, poterit eandem cum veteribus orbitam terere, eorumque opibus adjutus, amplissima arti conferre incrementa, & abstrusarum rerum addere proventum. Quocirca abhinc annis variis, quum adducto per meditationem animo, deprehendissem plurima in Medicis turbide adeo

tra-

tradita, ut quid ſequendum declinandumve ambigerem; id negotii credidi mihi dari, quodcunque vel alii repererant, vel ipſe obſervaveram, in commune breviter conferrem. Hinc prodierunt Opera noſtra Theoretica & Practica, uti & Anatomes libri novi, à veterum placitis immenſum diſcrepantes. Quæ provincia licet perardua, ſpretis tamen malorum obtrectationibus, eam ſubire generoſum duxi. Ex hoc genere videtis eſſe quoque Lexicon hoc, recens, ceu clavem artis, ex inventis præcipuè juniorum comportatum. Nam quæ EROTIANUS, GALENUS, *& inter recentes* GORÆUS, FOESIUS, CASTELLUS *tractaverunt, ea ſuis auctoribus ſic addicta, ut vix latum unguem diſcedere erubeſcant. Id privatis uſibus ſerviit aliquamdiu, donec ſuaſu an imperio aliorum publicatur. Si ſummam in eo perfectionem non aſſecutus, ſi operarum in Græcis* Παροράματα, *hæc humanæ fragilitati vel incuriæ donate. Satis amplum præmium feram, ſi Lectoribus haud ingratum accidat; quod in veſtros ſinus, deterſo vanæ adulationis fuco, ingenua devotione confertur. Valete.*

Amſtelædami
MDCCII.

IN LEXICON MEDICUM

Verè Novum,

A Doctiss: Nobiliss: Viro

D: STEPH: BLANCARDO, Ph: & M: D:

ADORNATUM.

AD CANDIDUM LECTOREM.

IMpavidos cantare *Duces*, *duo fulmina Belli*
Auriacum Batavis, *Nassaviumque* suis.
Materies præcelsa nimis, nec *Viribus* æqua est
Debilibus, quales constat & esse meas.
Principe digna loqui, res *momentosa*, placere
Ægrius, hic minimum flectere, crimen habet.
Majores hæc *celsa* canant; mihi sufficit intra
Fortunam, qualis me decet, esse meam.
Me potius, BLANCARDE, tuos narrare *Labores*;
Inque tuas *laudes* ire, redire juvat.
Hic *Scopulus* metuendus abest, furibunda *Charybdis*
Nulla, *Timendorum* dum procul omne *genus*.
Heic impunè licet *quocunque* vagarier, & *queis*
Mens addicta velit *Vocibus* esse, licet.
Ergo lubet, BLANCARDE, tuos narrare *Labores*
Inque tuas *Laudes* ire, redire lubet.
Ingenium quoties *Studium*, *Geniumque* pererro,
Doctus ad invidiam *Tu* mihi semper eris.
Nam quæcunque sapit *Medicus*, tibi cognita, quicquid
Vel *Chymicus* summus callet in *Arte*, sapis.
Felices *Nos* ergo reor, *queis* vivere *Tecum*
Contigit, & felix posterus *Orbis* erit.

Ube-

Uberius *monumenta* dabunt, meliusque docebunt
Ingenium, quam me reddere posse putem.
Lexicon hoc quodcunque vides, brevitate superbit
Docta, & inexhausta *dexteritate* nitet.
Utile cum *Pulchro* pulchrè glomeratur in unum:
Utrum horum præstat, dicere crimen habet.
Invenies heic quousque suos, cum Nomine, *Morbos*.
Unde horum doctè quæ sit *Origo*, docet,
Quid sint, definit, vel circumscribit eosdem,
Additur, interdum *Causa*, vel *Ansa Mali*,
Heic est quo *Juvenes*, & quo recreatur abundè
Ipse *Senex*, & quod *Gens studiosa* vovet.
Si, BLANCARDE, tuum possem describere *Librum*
Pro merito, meritò *Gloria*, major erit.
Cætera prætereo properans: *Punctum omne* tulisse
Te, *Palmam* & Cunctis præripuisse reor.
Penè stupens, addam verbum non amplius ullum:
Gratulor *Ingenium* non latuisse tuum.

Dabam olim Leovardiæ desultorie.

JOHANNES VAN DUEREN,

Med: Doct: & Practic:
Roterodamensis.

Tot

Τοῖς τοῦ

ΛΕΞΙΚΟΥ

Αναγνώςοις τοῦ ὑπὸ διδακτωτάτου

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΛΑΓΚΑΡΔΟΥ

ἀρτιζομένου

Εἴ τις ΒΛΑΓΚΑΡΔΟΝ θελέοι πολυαίνον Ἰητρὸν
 Ἤδειν ἢ αἰδῶν οἷος ἂν ἐςιν Ἀνήρ.
Λεξικὸν αὐτοτάτου πολυποίκιλον ἀδιαλείπτως
 Ἐςὶ δέον γινώσκειν, ἐνθάδε πεῖραν ἔχει.
Αὐτὸς γὰρ λαμπρῶς νουσήματα πάντα διδάσκει
 Ὄφρα τε γιγνώσκης τ' ἄλγεα αὐτομαθῶς.
Τοὔνομα τῶν νούσων ἴδιον, γένεσίν τη διδάσκει
 Αἰτίαν ἐκπτύσσει πολλάκι καὶ τε ῥίζαν.
Τὴν σὴν πανσοφίαν, πεῖραν, τέχνην τ' ἐπιδείγνυς
 Ἡμῖν: ἐν θανάτοις ἀθάνατος δοκέεις.
Ὦ μεγάθυμε σὲ ἱμερόεντα μητέρχεο ἔργα
 Τῶν Μώμων ἀμέλει, βροτολόγων τε κακῶν.
Τῶν νῦν οὔτιν' ἐγὼ ἰδέειν δύναμ' οὐδὲ νοῆσαι
 Οὓς καὶ μὴ φοβέου κάλλιςε φιλόπονε
Αἰσχρὸν ζῆν σίγῃ: καλὸν εἶν' ἀντάξιον ἄβων,
 Καὶ σοὺς εὐφραίνειν γράμμασιν, ἐςι καλόν.

JOHANNES VAN DUEREN,

S: S: Theol: Cand: Med: & Philos: Doctor.

AD

AD LECTOREM

Pro librorum hactenus ab autore editorum, & ſpecialiter præſentis Lexici Græci commendatione.

J: VAN DYK, J: U: Doct:

MEDENBLICENSIS, CARMEN.

Surge, veni, propera, quicunque inſignis amator,
Sermonis verè Græci, quicunque Latini,
Qui cupis ex placito ſolidè cognoſcere linguam
Ac querulus reperire tua de Gente Batava.
Græcè cum Græcis quod non ſic copia ſandi.
Si quis adhuc etiam, quem non adſpexit Apollo
Quem Muſæ inſcitiæ dediderunt, quemque negarunt
Annumerare ſuis, adeas, mihi credito, uterque
BLANCARDUM *hunc noſtrum, ſolatio præſtat utrique.*
Nec multum intererit, ſtudium tibi quale, Medendi,
An juris, ſtudiumve tibi ſit litera totum:
Ille quid Hippocrates: Galenus *quidque* Avicenna
Quidque alii Medici ſcripſerunt, explicat omne;
Juſtinianeis Græce dat legibus aptum.
Ac qui conveniat, ſenſum, docet ille quid unquam
Græca præceptum lingua: Quid ſingula dicam,
Singula teſtantur, minimumque quod hactenus Autor
Edidit in lucem, ſummum jam præſtat honorem.
Et tu, mi lector, ſi perſcruteris eosdem
Autoris noſtri libros, ſi Lexica *Græca,*
Græcarum, curæ Medicis, præſentia vocum,
Comperies multum fructus captarier inde.
Ergo, qui medicæ ſtudeas immittier arti
Dilige BLANCARDUM *tibi ſint hæc* Lexica *curæ.*
Et de illo verè præclarus dicet Homerus.
Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

STEPH:

S. BLANCARDI
LEXICON MEDICUM

In quo exhibentur termini artis, in Anatomia, Chirurgia, Pharmacia, Chymia, Botania & Praxi vulgo usitati, &c.

A.

A Sive ā, vide *Ana*.

A, āā, vide *Ana*.

Abaptiston, videatur *Modiolus*, derivatur ab α, priv. & βαπτίζω immergo, quia immergi non potest. Est autem nomen adjectivum, & subintelligitur τρύπανον, quod nunc vulgo vocatur *Trepanum*.

Abarticulatio, vide *Diarthrosis*.

Abdomen, *Juvenali Sumen*, *Aqualiculus*. Est Venter infimus, Hepar, Lienem, Ventriculum, Intestina, &c. continens, qui superius cartilagine ensiformi, ad latera costis spuriis, interius septo transverso, interius autem ossibus pubis circumscribitur. Intus membranâ, *Peritonæum* dictâ, succingitur: anterius in Epigastrium, Hypochondrium dextrum & sinistrum, Umbilicumque dividitur: inferior regio Hypogastrii nomine venit, nomen accepisse videtur, quod abdit, seu abscondit viscera. Græcis ὑπογάστριον, ἦτρον, ὑπήτριον, ἐπίσχιον, λαπάρα, ὑποκοίλιον. *B.* Onderbuik. G. der Unterbauch/ Schmerbauch. Gall. *Le bas ventre. Ventre inferieur.* A. The belly, or Panch.

Abductio est fracturæ species, quando os prope jun-

juncturam ea ratione divisum est, ut extremitates fracti ossis a se mutuo recedant.

Abducens nervus, sive sextum par, *timidum* dictum, oritur a margine inferiore processus annularis, & tendit in musculum abductorium oculi.

Abductores Musculi, sunt illi, qui brachium, crus, oculos &c. abducunt, quorum oppositi, *Adductores*, dicuntur. B. Afhalende Spieren. G. Himweg führender Mauß. Gall. *Les muscles abducteurs*. A. The extending muscles.

Abelmosch: Semen est Belmoschi Ægyptiaci, pusillum, reniforme, umbilico albicante, parallelis sulcis striatum, colore extus gryseo, intus albo, odorem moschi spirans: vox arabica composita ex *ab*, *el* & *mosch*, quod sit moschus Arabum; hi enim semen pulverisatum potui Coffee pro gratia addunt. Gall. *Ambrette* ou *graine musquée*.

Abies, est arbor semper virens, alte excrescens, & inprimis montibus gaudet saxosis, cortex ejus politus, resinosus, præsertim in regionibus calidis, albescens, folia habet longa, Taxi similia, sparsim solitaria in ramis; flos mas, amentaceus, apiculis constans uno loco; fructus nascitur alio loco inter foliola, squammatim spicam formantia, estque fructus squammosus, strobilus vel conus dictus, Gr. Ἐλάτη, dici putatur, quod arbor altius excrescat, quam cæteræ arbores. Vocatur etiam *Sapinus*. Ex hac educitur Terebinthina, quæ, Abïegna vel Abietina dicitur, estque duplex, sicca vel liquida. B. Denne-boom / Mast-boom. G. Tannen-baum / Tanne Gall. *Sapin*, A. The Firtree.

Abiga herba, ab abigendo partu: vel quòd ejus folia abieti sint similia: unde & Chamæpitys dicitur. vocatur & *Ajuga*, *Arthetica*, *Arthritica*, *Iva Arthetica*. vide hæc cognomina suis locis.

Ablactatio, dicitur quando infans, annum agens unum, aut alterum, ut aliis alimentis capiendis & digerendis sit idoneus, à lactatione arcetur. Gr. Ἀπογαλακτισμός. B. Speeningen / spenen. G. Von der Milch stossung / Entwehnung. Gall. *Sevrer*. A. a weaning.

Abluentia, vide *Abstergentia*.

Ablutio, vocatur, quum partes corporis externæ per balnea; vel internæ per medicamenta diluentia mundantur.

dantur. Chymicis est, cum Medicamenta impura mediante aquæ affusione abluuntur, ut lixivium à suà terrâ; vel quando acrimonia à quavis calce aquam affundendo & decantando abluitur. B. Een wassinge. G. Abwäschung. Gall. *Lavement*, *Lotion*. A. A. Washing, or rinsing.

Abomasum, in ruminantibus quatuor numerantur ventriculi: Primus dicitur, *Venter*, deinde *Reticulum*, *Omasus* & *Abomasus*. Gr. Ἤνυστρον. B. De agterpens. G. Ein Feistterdarm / Feist eingeweyd. Gall. *La Pance*, *Le gras boyau*. A The Read.

Abortiva sunt medicamenta, quæ uterum aperiunt, Fœtumque & Placentam expellunt: talia sunt omnia Emmenagoga dicta, quæ humorum motum ad uterum determinant. Gall. *remedes abortifs*.

Abortus, Aborsus, Abortio & Abortivum indiscriminatim accipitur. Proprie autem non dicitur, nisi de embryone, qui post quadraginta a conceptione dies perditur. Definitur plerumque fœtus immaturi ante debitum partus tempus in lucem editio: cujus causæ sunt vel in Matre, vel in fœtu; in genere sunt omnes causæ, quæ Placentam ab utero solvunt; hinc omnes nimii motus, sive a mente, sive a corpore producti, plethora, debilitas, convulsiones, casus, alvi fluxus vehemens, purgantia assumpta &c., uteri mala conformatio, vel status morbosus, fœtus si ægrotat, vel mortuus est; &c. Fœtus abortivus *Sueton.* Abortus *Cic.* Exterricinius *Festo*, hujus generis est, quasi matre exterrita ante tempus natus. Ἠλιτόμηνον Græci dicunt. Ἔκτρωμα Ἔκβολον. *Eurip.* Κόημα ἀνεμιαῖον, Ἄμβλωμα, Ἀμβλυωσμὸς *Hipp.* Ἀποφθορὰ *Eid.* Ἀμβλωθρίδιον, Ἄμβλωσις, Ἔκτρωσις, Ἐκτρωσμὸς *Aristot.* Ἐξάμβλωμα. B. Misval / Misdragt / Misbaaring / Wanbragt / Misdraam. G. Ein unzeitige Geburt / Mißgeburt. Gall. *Avortement*, *Fausse-couche*, A. An untimely birth, an Abortion.

Abracadabra proprie Syriorum Idolum, verbum est, quod Phantastico quodam more scriptum, & filamento lineo de collo suspensum, quoscunque morbos, inprimis vero febrem hemitritæam, sanare posse, olim credebatur.

Abrasa, ἀποσύρματα Græcis dicta, sunt ulcera, quæ mollem & suspensam habent cuticulam: Vel est quoque locus desquammatus, & frustulum in ulceribus, à partis

tis ulceratæ substantia abrasum. Gall. *Ulcerations*, *Ecorchures*. A. Schaved away.

Abrasio Intestinorum est ulceratio partium superficiariarum in Intestinis, qua earundem partium ramenta educuntur una cum fœcibus. Gall. *Ulceration des intestins*. A. A Schaving off of y Intestines.

Abrotanum, est vox origine Græcâ, διὰ τὸ περὶ ὄψιν φαίνεσθαι ἁβρὸν καὶ ἁπαλὸν, quod aspectu sit molle & tenerum, vel dicitur ab Africa urbe ad mare mediterraneum. Planta officinalis est, gymnomonosperma, flore composito, semine non papposo, foliis tenuissime divisis, odore forti, aromatico & acri, flores & semina referunt satis Absinthium, radix lignosa, caulis multifidus, durus, fragilis, ramosus, medulla alba repletus. B. Averoone/ Averuit. G. Stab-wurtz/ Gert-wurtz/ Gart-haglen/ Schoswurtz/ Kuttelkraut/ Afftrusch. Gall. *Aurone*. A. Sothernwood.

Abrus est Phaseoli species, quæ ex utraque India ad nos adfertur, & in quibusdam officinis recipitur. Semina, quæ tantummodo in usu sunt, magnitudinem Pisi majoris vel Viciæ vulgaris habent; & in morbis oculorum summopere commendantur. B. Indiaansche roode Erweten. G. Indianische rothe Erbsen. Gall. *Pois rouge des Indes*. A. Angola seeds.

Abscessus, vide *Apostema*.

Abscissio, est ablatio partis mollis vitiatæ, vel corruptæ, ope Instrumenti acuti secantis. B. een afsnyding. Gall. *Separation*, *coupure*.

Absinthium, est officinalis planta, habens flores flosculosos deorsum vergentes, caulem lignosum, ramosum, albescentem, folia incana, amara insigniter, odoris aromatici, semina parva, non papposa: nomen Græcum ortum ab ἄψινθος, id est, contrectando, per antiphrasin deflexerunt, quod nullum animal, ob eximiam amaritiem, hanc herbam attingat. veteres Græci comici ἀπίνθιον quoque conformi Etymo, quasi impotabilem dixerunt, quod hanc nemo propter insignem amarorem bibere posfit. Vel dicitur a populis Absinthiis, juxta Pontum habitantibus, ubi Absinthium amarissimum crescit. Ex α priv. & πίνω bibo, vel ex α privativo, & ψίνθος delectatio, quasi planta, quæ ob magnam amaritiem nullam delectationem præbet. B. Alst/ Alsem. G. Wärmtod/ Wermuth. Gall. *Aluine*, *Absinthe*. A. worme-Wood.

Ab-

Absorbentia, Medicamenta ſunt, ex Foſſilibus, animalibus, metallicis, vel plerumque ex terreſtribus petita, quæ vim habent acidum in corpore humano in ſe trahendi, ſibi aſſociandi & enervandi; dum interea nullam ipſa acrimoniam habent, qua corpori nocere poſſunt, & poſt finitam cum acidis luctam ſal neutrum relinquunt, quod alvum leniter movet; unde aliis ſæpe præferri ſolent, uno tamen hoc damnoſa, ſi, inerti pituita miſta, mole nocent & pondere, hinc omittenda, quum nullum acidi, quo ſolvi poſſunt, indicium adeſt. Dicuntur & *Temperantia*, *Concentrantia* & *Saturantia*, quibus tamen omnibus non eadem plane indoles, adeo ut ſalubritate inter ſe differant. B. Zuurbrekende middelen. G. Saur-brechende mittlen. Gall. *Abſorbans*, *Remedes qui temperent l'Aigre*. A. Abſorbens ſée Abſorbing medecines.

Absorbentia, vaſa ſunt minima, quæ, quaſi introſugendo exterius applicata, ea corpori invehunt, & liquidis admiſcent: Talia ſunt ubique in corpore, ubi membranæ libere in cavitates hiant, & per hæc Mercurius & Emplaſtra & alia penetrabilia corpora, externe applicata, intrant in corpus: dicuntur quoque *Reſorbentia*. Gall. *Vaiſſeaux abſorbans*. A. Abſorbent veſſels.

Abstemius, eſt propriè, qui Vino abſtinet, latè ſumitur pro eo, qui cibo & potu, à Medico interdicto, ſe abſtinet. Compoſitum ex abs & temetum. Gr. Ἄοινος. B. die zig onthoud. G. Der ſich enthält von Wein. Gall. *Qui ne boit point de vin*. A. Temperate in diet.

Abstergentia, ſunt quæ diluentibus, reſolventibus, & ſaponaceis particulis fluida glutinoſa, vel ſemicorrupta ſolida auferunt ex locis, quibus ſua tenacitate adhærebant, non lædendo loca, quibus conjuncta fuerant; poſſuntque cum aqua miſceri, & hujus ope viſcida eluere, hinc etiam vocantur *abluentia*. Gr. Ῥύπτοντα, Ἀποπλύνοντα B. Afvagende middelen. G. Abſtreichende / wund reinigende mittlen. Gall. *Remedes abſtergents*. A. Abſterſive medecines ſée detergent.

Acacia, Gr. Ἀκακία: Habet folia pinnata numeroſis foliolis, flores monopetalos infundibuliformes, campanulatos, multis ſtaminibus donatos, in capitulum congeſtos, ſiliquam longam, in plures foveas diviſam, recondentem ſemina ſubrotunda ut plurimum reniformia. Ex Acaciæ Ægyptiæ ſiliquis immaturis exprimitur ſuc-

cus, qui coctus & inspissatus, saporis acerbi, austeri & adstringentis est, qui tantum nominis meruit ad adstringendum, & inter ingredientia Theriacæ receptus est; in Ægyptia multum adhibetur in Peste & Dysenteria, morbis ibi familiaribus: ille succus cum sit pretiosissimus, & raro ad nos deferatur, hinc Germani illum extrahunt ex fructibus Pruni Sylvestris: Belgice Sleedoorn; qui succus expressus, coctione leni inspissatus, nigricans, solo colore ab Ægyptiaco differt, saporis similiter est acidi, austeri, adstringentis, nomen ab ἀκὴ seu ἀκωκὴ mucrone, cuspide, spina enim est Ægyptia pungens: nam ἀκάζω est acuo, unde *Acacia*, vel potius *Acatia*. B. Sleepruimen. G. Schlehendorn. Gall. *Acacia*, *Prunier sauvage*. A. The Sloe-tree, or Thorn-tree. Ex ipsius arboris prunis succus colligitur, qui in consistentiam spissam evaporatus, *Rob Acaciæ* officinis dicitur.

ACAMATOS, est optima corporis humani constitutio & figuratio. Galenus hoc verbo utitur, ad denotandum talem membri situm, qui inter extensionem & flexionem medius est, qualis maxime naturalis est, & diutissime ferri potest. Hinc idem est, quam non laborans, indefessus. ex α priv. & κάμνω laboro, lacesso. Gall. *qui est infatigable*.

ACANACEA, omnes Cardui Spinosi & Capitati sic appellantur, ab ἀκάζω acuo.

ACANOS, est herba, vel frutex spinosus & aculeatus, ab ἀκάζω acuo.

ACANTHA seu Ῥάχις, est Vertebrarum protuberantia posterior, vulgo *Spina Dorsi* appellata. B. Rugge-graat. G. Ruck-Grat. Gall. *l'Epine du dos*, *ou l'Echine*. A. The posteriour processes or spines of the back bone. *Acantha*, est arborum, aut plantarum pars acuta *Spina* dicta & in genere significat spinam qualemcunque. Derivatur ex ἀκὴ cuspis, ἀκάζω acuo. B. Doorn. G. Stachel/ Dorn. Gall. *une Epine*. A. a thorn.

ACANTHULUS est instrumentum Chirurgicum *Volsella* dictum, quo spinæ, œsophago inhærentes, eximuntur: Item frustula ossis corrupta & mobilia; spicula item & globuli eorumque fragmenta, turundæ, atque pili, aliaque extranea, quæ in vulneribus reperiuntur, eodem instrumento eximuntur: sic quoque appellantur instrumenta cosmetica, quæ evellendis pilis è superciliis destinantur.

tur. ex ἄκανθα ſpina, & βάλλω jacio. B. Doorn-tang/ Trek-tang/ Graat-tang. G. Grät-Zänglein. Gall. *Pincètes pour tirer les Epines, ou d'autres corps étrangers hors de la gorge, ou de l'œſophage.* A. A pair of Pincers or nippers.

Acanthium, idem quod *Acanthus.*

Acanthus, vide Branca Urſina.

Acanthus, *Acanthium* & *Acantha*, eſt ſpina, arbor vel herba ſpinoſa, Cardui ſpecies ab Ἀκανθόω vel Ἀκανθίζω ſpinoſum vel aculeatum reddo. Gall. *Eſpece de Chardon.*

Acanthus, ἄκανθος, ſeu Brancha urſina, planta eſt flore monopetalo, anomalo, quæ habet folia ampla, mollia, villoſa, profunde inciſa, repentia, ex radice erumpentia, & ſuccum glutinoſum habentia; florem monopetalum, anomalum, verſus anteriora bifidum, verſus poſteriora ſuccedit vaſculum ſeminale inſtar gladii, obvolutum plerumque ipſo calice, fructum habet glandiformem, diſangeion polyſpermum, ſemina oblonga, radicem, extus nigram, intus albam; dicitur ab ἄκανθος, ex ἀκὴ, ſpina; quòd ſpinis, ſylveſtris tamen potius quàm domeſtica, donata ſit, à ſimilitudine foliorum cum pedibus Urſi dicitur. B. Beerenklaau. Gall. *Acante, Branc-Urſine.* A. Brank-Urſne.

Acarna, ſive Acorna, Planta eſt Cardui ſpecies, incana, ſpinoſa, gymnomonoſperma, flore compoſito, capitato, ſquammoſo. vox græca a Theophraſto uſurpata, qui hanc plantam inter φυλλάκανθα repoſuit, quaſi habens φῦλλα ἄκανθα folia ſpinis donata. A. Fishthiſtle.

Acaron, vocatur Bruſcus & Myrtus Sylveſtris. Ex α priv. & κάρη caput. Eſt vox minus uſitata.

Acarus, ab α, & κείρω, tondeo, ſeco, quòd ſit animalculum parvitate inſectile; ſæpe corpus humanum vexat, moleſtiſſimumque pruritum excitat, hærens inter cutem & epidermidem, vel etiam in exanthematibus, ſcabie, puſtulis venereis, & dentibus putridis. Gall. *Ciron.* A. Mite. B. Een Meyt.

Acatalis, vox græca; eſtque Juniperi bacca.

Acatera, eſt Juniperus major.

Accelleratores vocantur muſculi penis duo, qui carnei orti a ſuperiori parte urethræ ſub oſſe Pubis, ambientis bulbum urethræ, inferius juncti, decurrunt, & ſecedentes inſeruntur utrimque membranæ forti corporum ca-

cavernoſorum penis. Hinc agendo, conſtringunt Urethræ partem poſteriorem, quo urinam ex urethra, ſed præcipue in coitu, vi magna ſemen expellunt. B. **Water-voort-drijvers / of pisverſnellende ſpieren.** Gall. *Muſcles Accelerateurs.*

ACCESSIO, idem quod *Paroxyſmus.*

ACCESSORIUS nomen eſt nervi cujusdam, qui in calvaria cum pari vago conjungitur.

ACCIDENS, idem quod *Symptoma.*

ACCIPITRINA, eſt herba, quæ nomen ab ave accipitre mutuatur. Vide *Hieracium.*

ACCIPITER, quaſi ὀξύπτερος, ex ὀξὺς celer, & πτερὸν, ala, vel ab accipiendo, quod aves accipiat. Gall. *Eprevier.* B. **een Havik.** A. a Hawk.

ACCYSETUM, eſt Alyſſi ſpecies.

ACEPHALOS, ἀκέφαλος, proprie ſignificat monſtrum ſine capite, vel capite carens.

ACER, vel ut apud *Solinum* legitur ACERIS: eſt arbor glandifera, ſatis procera flore roſaceo, piſtillo frugifero, tricapſulari, in alam foliaceam deſinente, foliis laciniatis: Hujus cortex eſt rubicundus, lignum durum & ſatis fragile: Ex hujus arboris ſucco ſaccarum præparant Canadenſes, uti conſtat ex Act. Anglic. philoſ. n. 171. p. 988. dicta fortè ab arcu, quia ex ipſius ligno Arcus fiebant. Gr. Σφένδαμνος à σφεδανὸς, à robore, vehementia, duritie: à σπεύδω feſtino, incito. B. **Boog-hout.** G. **Ahorn / Maßholderbaum.** Gall. *Erable*, A. The Malple trée.

ACERBUM, ab ἀκὴ, acies, acumen; quia, quod guſtatu acerbum, id linguam conſtringit & exaſperat. Gall. *Apre.* A. Sharp.

ACERIDES, ſunt Emplaſtra, quæ carent Cera, quale eſt emplaſtrum Norimbergenſe.

ACERVUS, eſt magna collectio & accumulatio rerum, ſupra ſe invicem poſitarum: quaſi agervus, ab agerendo dictus: vel ab ἀκὶς, cuſpis, quod acervus ſit faſtigiatus, vel ἀγείρω, congrego. B. **een Hoop.** Gall. *un Monceau, amas.* A. a Heap.

ACESCENTIA ſunt talia alimenta, vel medicamenta, quæ in acidum vergunt, & leni calore acida fieri poſſunt, qualia ſunt farinoſa & fructus horæi ex vegetabilibus, & lac ex animalibus.

ACE-

Acetabulum, idem quod *Umbilicus Veneris.* Folium habet rotundum & in summitate depressum, a similitudine scutellarum dictum, in quibus acetum olim mensæ solebat apponi. Gr. Κῆπος Ἀφροδίτης, id est, *Hortus Veneris.* item, Γῆς ὀμφαλὸς, Terræ umbilicus; Κοτυληδὼν, umbilicus Veneris. B. Venus-navel-kruid. G. Nabelkraut. Gall. *Escuelles, Nombril de Venus.* A. Venus-navel-wort, vel Pony-wort.

Acetabulum, in genere denotat ossis cavitatem, alterius ossis caput profundius excipientem, inprimis in ossibus recentibus propter circumambientes cartilagines; & in specie applicatur cavitati, quæ est in extrema cervicis scapulæ parte, & caput brachii excipit; & inprimis cavitati magnæ, formatæ in concursu externo trium ossium, Ilii, Ischii, & Pubis; capiti ossis femoris recipiendo dicatæ: nomen ab accipiendo habet, quia capit aliquid; dicitur quoque Pyxis & κοτύλη. B. Een holligheid des heupen-beens. G. Die Schüssel / vel höle / darin sich die beine fügen. Gall. *la Boëte ou grande cavité formée par les os des Isles, Ischion & Pubis, pour recevoir la tête de l'os de la cuisse.* A. The great cavity in the glipbone. Item glandulæ quædam in Chorio Acetabula vocantur, de quibus vide *Cotyledones.*

Acetabulum, est etiam Veterum mensura, continens vini uncias duas cum semisse, sed olei uncias duas & drachmas duas; aliis erat liquidorum sesquicyathus. Gall. *Acetabule (petite mesure qui contenoit la quatrieme partie de l'Hemine, ou deux onces & demie de liqueurs, ou de matiere seche, suivant le rapport de Pline.*

Acetaria, sunt ex vegetabilibus obsonia vel condimenta, quæ cruda cum aceto, oleo, & sale manducantur. B. Slaa. G. Salat. A. Salets. Pertinet hoc nomen, vel ad vasculum, in quod acetum infundebatur ad intingendos cibos, vel ad mensuras, cotylæ quartam partem, id est 24. drachmas denotans.

Acetosa, est planta flore apetalo, semine triangulari capsula obvoluto, quæ conficitur ex tribus foliis calicis: habet folia oblonga, viridia, splendentia, succum acidum habentia, cætera ut in Lapatho, nisi quod sapor acidus sit in caule & foliis: Radix fibrosa lutea, strenue siccante & adstringente sapore. saporis est acidi, unde ei nomen impositum; & vis bilis acrimoniæ opposita inest.

Gr. Ὀξαλὶς & Ὀξυλάπαθον, quia inter Lapathi species recensetur. B. Zuuring / Zurkel. G. Saurampffer. Gall. *Ozeille*. A. Sorrel.

ACETOSELLA, est minor Acetosæ species, & ejusdem originis: dicitur & Alleluja, Lujula, Oxys, Acetosum trifolium, Oxytriphyllum. B. Klaverzuuring/ Koekkoeksbrood. G. Buchtampffer. Gall. *l'Alleluja*. A. Wood-sorrel.

ACETUM. est liquor acidus, vegetabilis, tenuis, penetrans, subpinguis, ignem & flammam exstinguens: in genere autem liquorem quemcumque acidum notat, unde nonnullis spiritus salis, nitri, vitrioli, & similes, *Acetum* dicuntur. Verum tamen in officinis liquorem solum acidum denotat, ex potulentis succis factum & κατ' ἐξοχὴν ex vino seu uvis: & hoc recipiendum est, quoties *Aceti* simpliciter fit mentio. Aliud est *Simplex*; aliud *Destillatum*, cum vel sine Medicamentis; aliud est *Compositum*, ut Acetum Calendulæ, Rosarum, Sambuci, Scilliticum. Gr. τὸ ὄξος. B. Azijn / Edik. G. Essig. Gall. *Vinaigre*. A. Vinegar.

ACETUM ALCALISATUM, est acetum distillatum, quod ipsius proprio sale alcali est saturatum & acuatum.

ACETUM DESTILLATUM, vel *Spiritus aceti*, paratur destillando acetum ex cucurbita vitrea, donec quarta pars adscenderit, quæ aquosa est, saporis leviter aciduli. Tum aucto igne de residuo iterum duæ partes auferuntur, quæ *acetum destillatum* constituunt, reliqua quarta pars acrior & fixior ad alios usus reservatur.

ACETUM PHILOSOPHICUM, est acidum, ex melle destillatum, vel est aqua mercurialis, quam alias lac virgineum appellant, quo metalla solvi perhibent. Gr. ὕδωρ σοφῶν.

ACETUM RADICATUM, est liquor acerrimus aceti, abstracto phlegmate, cum proprio suo sale conjunctum, & hac de causa etiam Acetum alcalisatum appellatur.

ACHAMENIS, est Polii species assurgens: Fortè ab α priv. & χαμαὶ humi.

ACHATES, vel ACHATITES LAPIS, est genus inter opacos lapides, & gemmas, ita medium, ut semiopacum vocari queat: coloribus & rerum imaginibus quas ab ipsa natura formatas, repræsentat, valde varians. ab Achate fluvio Siciliæ, ubi primùm inventus est; vel ἀπὸ τ ἄχεος, id est à curâ, quam, ut animi molestiam discutere

tere dicitur. B. Agaat. Gall. *Agathe*. A. an Agat.

Achilais, eſt hordei ſpecies, putatur ab Achille quodam ruſtico nomen habuiſſe.

Achillea & Achilleus, vide *Millefolium*. Sic dicitur, quia ferunt Achillem Chironis diſcipulum primum inveniſſe. Gall. *Mille feuille* (*Herbe & fleur, qui guerit les playes & qui a été trouvée, a ce que l'on dit, par Achille*. A. Yarrow.

Achillis chorda eſt robuſtus ille tendo, qui conſtituitur ex junctis tendinibus Muſculorum Gaſtrocnemii, Plantaris, & Solei, & parti poſteriori calcanei inſeritur.

Achlys, ſignificat aëris caliginem, & turbationem, cujus craſſamentum eſt medium inter nebulam & nubem, craſſius nebula, & nube tenuius; & in ſpecie ita dicitur oculi quoddam vitium caliginoſum ob cicatriculam tenuiſſimam, a ſuperficiaria corneæ exulceratione factam, nigrum pupillæ occupantem. recenſetur inter ſpecies *Amblyopiæ*, ab ἀχλύω obtenebror. Gall. *Brouillard, à cauſe que la vuë ſe trouve comme obſcurcie par un leger ulcere, qui eſt ſuperficiel ſur la cornée tranſparente.*

Achor, ſeu *Cerea*, eſt cruſtoſa ſcabiei Capitis, ſeu Herpetis ſpecies: ſunt ulcera in capitis ſuperficie pluribus exiguis foraminibus aperta, ſanie liquida manantia, fœtida, putrilaginoſa & cadaveroſa, alias livida, alias flava, fœdis ac tuberoſis cruſtis tecta, pruriginoſa, totam faciem, aliquando ad collum usque, deturpantia, labiis oculisque tantum exceptis; orta a quocunque acri glandulas cutis obſidente. Derivatur ex α priv. & χῶρος locus, quia parvum locum occupat. Differentia Achoris & Favi hæc eſt, quod in Achoribus foramina ſint minora & viſum quandoque effugientia: in Favis vero majora & manifeſta. Dic. etiam cruſta lactea. *Lactumen* & *Tinea* præſertim, ſi Achores diutius durent, & tardius ad curationem diſponantur. Gr. Ἀχῶρες, *Saphati* Arabibus. B. Schurftheid des hoofds / Douwurm. G. Reudigkeit des Haubts. Gall. *Teigne ou Gale de tête*. A. Runing ſores of the head.

Achroi, ſunt homines decolores, ut Melancholici, Cachectici & Chloroſi, vel Ictero laborantes, vel exſangues, ex α priv. & χρόα color. B. Wankoleurig. G. Entfärbt / übel gefärbt. Gall. *Une Mauvaiſe couleur*. A. Ill coloured.

Acia *Celſi*, idem quod *Fibula Chirurgorum*.

Acida

Acida *Dyspepsia*, vide *Dyspepsia*.

Aciditatio vocatur symptoma ventriculi; quando vinum assumtum in illo acorem contrahit, quod Hypochondriacis quibusdam satis familiare est.

Acidulæ, sub aquis mineralibus comprehenduntur, & sunt proprie tantum aquæ subterraneæ, spiritu acido impraegnatæ, quarum vires differunt pro natura metalli vel mineralis ab hoc acido corrosi, ut sunt Spadanæ &c. vide *Balanæum*.

Acidum, est sal fixus, aut volatilis: cognoscitur, 1°. ex ortu suo nativo, fermentatione, igne. 2°. ex materie sua vegetabili, fossili. 3°. Effectu effervescentiæ, cum alcalinis, terrestribus, Ostracodermatis, Coralliis, &c. Præcipitationis, coalitus in neutrum cum alcalicis, terrestribusque; Solutionis inprimis partis metallicæ mercurialis; Mutationis coloris Heliotropii, Rosarum, violarum, in rubrum; saporis; odoris; doloris rodentis lancinantis, excitatione: ab ἀκὶς, acies, acumen: quod acida linguam pungendo vellicent. B. Zuur. G. *Acide*. A. Acid.

Acinesia, est totius corporis aut partis alicujus immobilitas, ut in Paralysi, Apoplexia, Syncope &c. ex α priv. & κινέω moveo. B. Onbeweeglykheid. G. Unbeweglichkeit. Gall. *Immobilitè*. A. Immobility.

Acini, sunt granula minutiora, sive per se crescant, ut acini, id est, baccæ sambuci, sive aliis inclusa, ut acini uvarum, quin & ipsas uvas integras sonant. *Acinus* etiam *Columella* appellatur: ut & minutissimæ glandulæ in hepate, cute, &c. quæ fere visum fugiunt, quoque *Acini glandulosi* appellantur: hi vero, ut Ruyschius vult, ex extremitatibus ultimis vasorum arteriosorum, unitis in formam sphæricam, componuntur, nec membrana singulari circumambiuntur. Gr. Ῥάξ. B. Korl. G. Körnlein. Gall. *des Grains comme ceux de raisin, de Lierre*. A. Akernel, or Grain.

Aciniformis Tunica, idem quod *Oculi Tunica uvea*, dicitur quoque acinosa tunica, vel Gr. ῥαγοειδὴς,

Acinus vel Acinos, est Ocimastrum; an ab ἀκέω medeor? exponitur res vilis, & nullius pretii.

Acipenser, genus piscis, ab accipiendo, quod frequens mensis accipiatur. Gall. *Sorte de Poisson, qu'on croit être l'Eturgeon*.

Ac-

* ACMASTICA FEBRIS, idem quod *Synochus* ab ἀκμάζω invalesco, vigeo. vide *Homotonos*.

ACME, in genere est cujuscunque rei vigor; hinc vigor ætatis est ille, qui medius est inter juventutem & senectutem, in quo summa promtitudo corporis ad omnes actiones viget: Imo vocabulum ad ipsos morbos translatum, est eorum vigor, seu status & summum: morbi plerique quatuor tempora habent: primum dicitur Ἀρχὴ, *id est*, *Principium*, seu *Invasio*, sive cum morbus primo invadit. 2. Ἀνάβασις, sive *Augmentum*, estque tempus inter principium & vigorem. 3. Ἀκμὴ, seu morbi *Vigor*, cum morbi symptomata maximè urgent; in quo æger, si vires deficiant, moritur. 4. Παρακμη, seu *Declinatio*, quando morbus deferbuit, & æger extra noxam judicatur, nemo enim in declinatione moritur, ab ἀκμάζω vigeo. B. Het hoogste der ziekte of gezondheid/ stilstand/ top/ 't hoogst. G. Wann die Kranckheit am hefftigsten ist. Gall. *le plus haut degré*, *ou point de la maladie*. A. The height of a disease. Est & Athletarum supremus vigor.

ACMELLA sive *Chrysanthemum Bidens Zeylanicum* est planta ex corymbiferorum numero, radice gaudens alba & fibrosa, ex qua assurgit caulis viridis, fere quadratus, pedem altus, varios in ramos divisus, quibus adcrescunt folia conjugata, oblonga, mucronata, in ambitu serrata, & nonnihil rugosa: flores fert in caulium summis, ex multis flosculis tubulosis coagmentatos, in caput coactos, luteos, perianthio polyphyllo insidentes, quibus succedunt semina nuda, parva, oblonga, compressa, ex fusco grisea, valde numerosa. Magnas inter lithontriptica laudes non tantum in insula Ceylon, ubi nativa est, sed & in Europa nacta est, qua de re ulterius consulatur *Breynius*.

ACONITUM, est Herba, cujus denominationem derivant ab ἀκονὴς vertices montium, quia rupes & loca petrosa amat; crescit enim in montibus circa Alpes; *Aconitus* enim est collis circa Heracleam Ponticam: vel ἀπὸ τῶν ἀκόνων a cautibus: planta est, quæ caulem habet exiguum, rotundum, in multos ramos divisum; folia in ambitu fere rotunda, ampla, laciniata habet, & florem pentapetalon anomalum, caput humanum, cuculla monachi tectum, referentem, pistillum abit in siliquas multas univalves, dehiscentes, quæ recondunt semina angulosa, nigra; radix

dix fibrosa; vis deletaria magna inest, hinc *Lycoctoni* cognomen habet a λύκος lupus, & κτείνω occido. B. Wolfwortel. G. Dohwurtz / Narren-kappen / Ehsenhütlein / Wolffs-kraut / Gifft-kraut. Gall. *Aconit*, *Tuë Loup*, A. Wolfbane, Monks hood or Libbards bane.

Acopum, est medicamentum, quod lassitudinem, è vehementiore motu corporis contractam, illitu sopit, & dolores levat: è calefacientibus, emollientibusque conflatum. ex α priv. & κοπάζω lasso. B. Salve voor vermoeitheid / verfrig-salf. G. Eine Salbe für Müdigkeit. Gall. *Onguent ou medicamens, dont on se sert pour oter la lassitude du corps*. A. Medicines against wearness.

Acor est acidus ructus ex cibis acescentibus non bene digestis in ventriculo. B. Zuure oprisping. Gall. *Rapport aigre*, *aigreur*. A. Sowerness.

Acorna, vide *Acarna*.

Acorum & Acorus, Est calamus aromaticus officinarum: est duplex *Indicus*, & *Nostras*; præstat prior fragrantia: in usu radix, quæ oblonga, paululum compressa, in superficie quasi geniculata, externe ex flavo rubescens, intus alba, fungosa, saporis acris, suaviter amaricantis, & aromatici, odoris fragrantis; in paludibus crescit, eminet tota ex aqua, & tota semper decurrit horizontaliter supra aquam, in limo riparum, & fibræ inhærent aquæ. Dicitur, quod ταῖς κόραις, id est, pupillæ, seu aciei oculorum caliginosæ medeatur; & propter vim calefacientem inter stomachica recensetur. B. Calmoes. A. Sweet-flag or Calamus.

Acosmia, est status sanitatis perversus cum faciei decoloratione, vide *Achroi*. Idem quod *Ataxia*. ex ἀκοσμέω non orno. B. Verkleurtheid. G. Veränderte farbe / übel gefärbt. Gall. *une mauvaise couleur*. A. Sicknesss accompanyed with an ill coloured face.

Acoustica, sunt medicamenta auditum juvantia. ab ἀκούω audio. B. Gehoor-middelen. G. Gehör-Mittlen. Gall. *Remedes contre la surdité*. A. Medecines against deafness.

Acrasia, est Intemperies, sive qualitatum in mixtione excessus, ex α priv. & κεράννυμι tempero. Apud Hippocratem significat incontinentiam circa cibum, potum, & cæteras res non naturales. B. Ongetempertheid / on-

onmatigheid. G. Unmässigkeit. Gall. *Intemperie.* A. Intemperate.

ACRIMONIA est illa corporum proprietas, quæ facit, ut parva sub superficie actionem suam aliis communicent, estque in humoribus nostris acida, alcalina, muriatica, oleosa &c. B. Scherpheid.

ACRISIA, est turbulentus morborum status, adeo ut nullum, difficile, malumque judicium, aut crisis sumi vix possit, ex α priv. & κρίνω judico. B. Het slechtens stilstant / wanneer men nauwliks vonnis geben kan. G. Unruhigkeit im Kranckheit. Gall. *Etat de la maladie, ou l'on ne peut porter aucun jugement à son égard.*

ACRIVIOLA, sive *Nasturtium Indicum*, ex America primum translata, jam in hortis nostris colitur. Caules habet longos, rotundos, flexiles, ramosos, supra plantas vicinas scandentes; folia rotunda, vel quandoque angulosa, superius glabra, inferius rugosa; flores quinquepetalos, flavos, punctis rubris donatos, odoratos; quibus succedit fructus, in tres capsulas, semen recondentes divisus. Sapore & omni effectu cum Nasturtio vulgari convenit. B. Indiaansche Ster-kers.

ACROCHIR, Gr. ἀκρόχειρ, est summa & extrema manus, cujus termini sunt ulna cum radio, & extremi digitorum apices: dividitur in tres partes minores, carpum seu Brachiale, metacarpum seu postbrachiale, & in digitos.

ACROCHEIRESIS dicitur species luctæ vel exercitationis, quando duo homines summis manibus inter se colluctantur, & sese raptant.

ACROCHORDUM, est verrucarum species, dolens est, orbiculari figurâ cum angusta basi, & *pensilis verruca* appellatur. Vel est verruca sub cute durior, asperior, callosa, & plerumque teres, cuti concolor, infra tenuis, ad cutim latior, Juniores maximè infestans: sic dicta, vel quod vertice suo similis sit resectæ chordæ, secundum extremitatem, vel quod in imo adeo angusta sit, ut pendere videatur. ex ἄκρη summa & χορδὴ fides. B. Een wratte / werde. G. eine Warke. Gall. *Verrue, cor, Porreau, durillon (qui se forme sous la peau aux pieds & aux mains).* A. A hanging wart.

ACROMIUM, est scapulæ processus superior, sive humeri

meri summitas, ubi cum scapulis claviculæ committuntur; dicitur & *humeri mucro* & *summus humerus*, ex ἄκρος summus, & ὦμος humerus ἀκρώμιον *Rufo*. ἐπωμὶς *Eurip.* ὤμου κεφαλή. B. Het Schouder-beens hoofd / uitsteeksel / schouder top. G. Oberste theil des Schulterblats. Gall. *l'Acromion*, *Eminence de l'épaule*. A. A Sinus at the end of the shoulder-blade.

Acromphalum, vel Acromphalium, est umbilici medium, sive umbo, cui funiculus umbilicalis ante partum adhærebat; dicitur & Μεσόμφαλον, Μεσομφάλιον, ex ἄκρος summus & ὀμφαλός umbilicus. B. Het midden des navels. G. Das mittelste von den nabel. Gall. *Le milieu du nombril*. A. The middle of the navel.

Acros, significat summum, extremum; ita dicitur de naso, de ossium prominentiis, digitorum extremitatibus: & herbarum summitatibus, dicitur idem de Athletarum & morborum vigore, vel ab ἄκρος, quod summum notat: vel ab ἀκρίζω excelsa perambulo. Gall. *Extremitez*.

Acroteriasmos dicitur extremarum corporis partium, videlicet manuum & pedum, vel putrescentium, vel quorum ossa perierunt, per serram resectio.

Acte, est *Sambucus*, Ἀκτῆ Græcis, fortè à littore Attico, quod ad mare: Sambucus quippe aquas amat; ἀκτὴ porro littus est. Vide *Sambucus*.

Actio, est operatio, sive Functio, definiti motus definita exercitatio: solent distingui in vitales, animales, naturales, sexus, Privatas, Publicas: *Vitalis* dicitur omnis motus inseparabilis à vita, ac proin motus cordis, pulmonis, cerebelli. *Animalis* dicitur motus, in quo mens conscia simul concurrit, ac proin sensuum motus, & musculorum voluntariorum. *Naturalis*, est motus, qui heterogenea assumta mutat sic, ut abeant in naturam nostram modo positam, quales sunt actiones viscerum & vasorum. *Sexus*, est actio, quæ viro vel mulieri propria, ut semen conficiendi vel suscipiendi. *Privata* actio est, quæ modo uni inservit parti, uti est vesicæ urinariæ. *Publica* actio est, quæ toti corpori inservit, uti est actio ventriculi. His addi potest *Mixta*, id est, partim spontanea, quæ anima non jubente pergit, partim voluntaria, quæ pro animæ voluntate accelerari, vel retardari potest: talis est thoracis, & organorum, respirationi inservientium, actio. B. Werkinge /

kinge/ Bedieninge des Lighaams. G. Würckung. Gall. *Action*. A An Action, operation, or function.

Actualis ignis, vide *Ignis actualis*.

Actuatio inprimis dicitur de medicamentis, estque illud mutationis momentum, quo virtus eorum per vires nostri corporis elicitur, & sic in actum deducitur.

Actus, ἐνέργεια etiam de medicamentis dicitur, quæ sunt *actu* calida, vel frigida, & non tantum *potentia*, id est, non possunt tantum talia esse, sed ipso effectu revera talia existunt.

Acuere, Chymicis est, quando liquor debilis ab alio fortiori ad dissolvendum penetrantior redditur. Sic Sp. salis acuit succum citri, Spiritus Nitri acetum destill. ad solutionem pro conficiendis magisteriis. Sic suppositoria acuuntur scammonio, aliisve rebus. B. Verscherpen. G. scharpffen. Gall. *Aiguiser*. G. to Sharpen.

Acula, est diminutivum ab *Acus*.

Aculei, Vegetabilium quæcunque duriuscula, in cuspidem turbinata, punctionem infligunt spiculorum modo, nominantur. Gr. κέντροι. B. Doornen G. Stachel. Gall. *Espines*, *Pointes*, *des piquants*. A. Thorns, or Pricks.

Acupunctura est operatio, apud Chinenses & Japonenses inprimis usitata, quæ fieri solet per auream, vel argenteam aciculam manus, vel malleoli beneficio in corpus defixam.

Acus, sunt frumenti purgati sordes levissimæ, plerumque pelliculis, thecam granorum efformantibus, constantes, quæ ventilabris ejaculantur. Gr. πχύβαλον, ἄχυρον. B. Kaf. G. Spreuer/ Kleyen. Gall. *Paille*, *Balle*. A. Chaff.

Acus, Instrumentum est tenue, oblongum, in extremitatibus habens acutiem & rimam, cujus ope partes, in unione solutæ, consuuntur, vel uniuntur. B. Een Naalde. G. Nadel. Gall. *Une Aiguille*. A. Needle.

Acus cannulata inservit in Paracentesi abdominis, ad educendas hydropicorum aquas. Gall. *Trocart*.

Acus exploratoriæ, pertinent ad Docimasticen metallicam, & sunt exiles latiusculæ virgulæ metallicæ, quæ, lapidi Lydio affrictæ, testantur de puritate metallorum & monetarum.

Acus interpunctoria, dicitur illa, qua utuntur

insuffusionibus, sive cataractis in oculo removendis. Gall. *Aiguille à cataracte.*

ACUTELLA, est *Ononis*; sic ab acutis spinis dicta.

ACUTENACULUM manubrium quoddam est, quo *acus tenetur*, ut in talibus operationibus, in quibus vi quadam opus est, ut perforare queat, majori cum facilitate tractetur. Gall. *Portaiguille.*

ACUTUS MORBUS est, qui cum magno periculo brevi tempore decurrit, & vel febrem continuam habet conjunctam, vel principem partem obsidet: estque vel *Perperacutus* sive *Peracutissimus*, qui tertio, vel quarto die terminatur: vel *Peracutus*, qui usque ad septimum diem extenditur: vel *Acutus simpliciter*, qui ad decimum quartum, vel vigesimum diem ad summum durat: vel *Acutus ex accidentia*, qui quadragesimum diem pro summo termino habet. *Præcipitem* non malè cum *Scribonio* dicas; vel *Celerem* cum *Aureliano*; *Pernicialis Livio* dicitur, qui *celeriter* necat, aut liberat hominem. Gr. ὀξὺ νόσημα ἢ πάθος. B. Een scherpe haastige ziekte. G. Gefährliche vel geschwinde Kranckheit. Gall. *Maladie aigue.* A. an acoute disease.

ADAMAS, verus; est lapis purissimus; durissimus; solidissimus; liquidissimus; refulgentissimus; pretiosissimus; gemmarum crystalli forte perfectissimæ simillimus, singularis lucis repercussu omne corpus superans. Igni summo tempore longissimo indomitus resistens; ἀδάμας, ab α privat. & δαμάω, domo; quòd propter insignem duritiem lapis ille sit ferè indomabilis. Belg. een Diamant. Gall. *un Diamant.*

ADDITAMENTUM, vid. Epiphysis.

ADDUCTORES MUSCULI, sunt illi, qui brachium, crus, pollicem, indicem digitum, oculos &c. adducunt, versus corpus, quorum Antagonistæ *Abductores* nuncupantur. B. De nahalende spieren. G. Herzuführende Mausz. Gall. *Muscles adducteurs.* A. The contracting muscles.

ADEN, idem quod *Glandula.*

ADENOSUS ABSCESSUS, vocatur tuberculum, crudum, durum, atque omnino contumax disciffu, glandulam mentiens, etiam circa loca, glandularum expertia, enatum.

ADEPHAGIA, est puerorum voracitas, qui subinde alios cibos, prioribus nondum concoctis, vel digestis, assumant,

munt, Græcis componitur ex ἄδδην largiter & φάγω comedo. B. Gulzig eten / gulzigheid. G. Fräſſigkeit. Gall. *Voracité*, *Goulu*. A. Greedineſſ.

Adeps, G. Στέαρ, eſt pars ſanguinis oleoſa, albicans, in parvis veſiculis membranoſis collecta, fovendis & inungendis partibus inſerviens: ab Anatomicis à pinguedine diſtinguitur, cum adeps ſit craſſior, durior, calore difficilius ſolvatur & promte coeat; & hinc in homine vix reperitur, ſed modo in brutis: a quibusdam vero utrumque vocabulum promiſcue uſurpatur. Quomodo hoc ſanguinis oleum per vaſa peculiaria in veſiculas appropriatas fluit, obſervatione *Malpighii* conſtat. Videantur Inſtitutiones noſtræ & Anatomia. B. Smeer / vet / ongel. G. Feiſte / Fett / Schmär / Schmaltz. Gall. *Graiſſe*, *ſein*, A. Greaſe or Fat.

Adepti, dicuntur à Chymicis, qui artem Chymicam bene norunt, & inter Chymicorum Philoſophos relati ſunt. vel qui omnem laborem in arcano univerſali acquirendo impendunt, & in hanc metam adſpirant; ſic etiam vocarunt adeptos, qui ſpecialem ſcientiam crederent ſe habere ſive in Medicina, ſive in Chirurgia pro ſanandis ægris. B. Aangenomene. G. Sehr erfahren in der Chimie. Gall. *Adeptes*. A. Skilfull in Chymiſtry.

Adianthum, nomen ab eventu accepit, quod folium ejus aquâ perfuſum ὑ διαίνεται, id eſt, non madeat, ſicco ſemper ſimile. Διαινίσκω & διαινίζω eſt perluo, abluo. Atque hoc potiſſimum accipiendum de imbre, in illam plantam decidente, cujus ſtillicidium foliis ejus non intinget. Vel quod interioribus puteorum parietibus, & fontium marginibus, quas coronat, adhæret: dictum eſt *Adianthum*, quod nimirum quaſi ſitiens illorum aquas, quas tamen adit & reſpuit, quærat. B. Vrouwen hair / Venus hair. G. Frauwen hair. Gall. *Rue de muraille*, *Capillaire*, *Adiante*. A. Maiden-hair.

Adiapneustia, eſt impedita, per inſenſibiles corporis poros, perſpiratio, α priv. & διαπνέω perſpiro. B. Belette doorwaaſeming. G. Verhinderte Auſſlauff der Dunſten. Gall. *Tranſpiration ſupprimée*. A. Hindred perſpiration.

Adiposa membrana in genere quidem membranam celluloſam, pinguedinem continentem, ſignificat: ſtricte autem dicitur de exteriori membrana, cui renes involvuntur.

ADIPOSI DUCTUS, vide *Sacculi adiposi.*

Ἀδίψον, ab α privativo & δίψα, sitis, quod sitim sedat.

ADJUTORIUM OS, vide *Humerus* Sic dicitur, quia in elevando brachio juvat. B. Hulp-been.

ADNATA TUNICA, est membrana oculi extima, orta à Periosteo, ex ambitu exteriori orbitæ, ibidem laxa, mobilis est; vasculosa; toti anteriori oculo obducitur, membranæ Scleroticæ adhærens eo strictius, quo magis Corneam versus procedit, pellucida, solida est, hâc firmatur oculi bulbus; in medio relinquit foramen rotundum pro tunica Cornea, per quam transparet oculi Iris & Pupilla. vocatur & Conjunctiva. B. Het aangewassen oog-vlies / Bindvlies. G. Das angewachsene Häutlein. Gall. *La membrane conjonctive.* A. The outmost coat of the eye.

ADNATA vel ADNASCENTIA, sive *Appendices*, ramuli dicuntur, quos caulis nonnunquam ex se mittit; quasi novam adscititiamque prolem. Sic autem vocantur, quod quasi cauli adnascantur & superaccedant. Gr. Παραφυάδας, quod circum caulem erumpentes accrescant, appellarunt. B. Aangroeisel / Aanwas. G. Angewachsen / Anhang. Gall. *Excroissance.*

ADOLESCENTIA vid. *Ætas.*

ADONIS FLOS, Planta est Ranunculi species, cujus caulis rotundus, villosus, intus excavatus, & in multos ramos divisus, folia tenuiter incisa, saporis acris, coloris viridis, flores rosacei, purpurei, qui sustinentur a pedunculo satis longo; radix minima, alba, simplex, saporis ingrati & herbacei; nomen accepit ab Adone, Veneris Amasio, ex cujus sanguine hic flos natus esse dicitur: vocatur & Eranthemum, ab ἐρυθρὸς ruber, & ἄνθος flos, quia hujus plantæ flos est ruber, quibusdam dicitur φλὸξ à floris flammeo igneoque colore. B Bruinettekens / Duivels-oog. G. Feldröslein / Adonis Blum. Gall. *Fleur d'Adonis, espece de Renoncule.* A. Adonis Flower, Red Maithes.

ADOR, *Zea.*

AD PONDUS OMNIUM, significat, quod ultimum in formula præscriptum medicamentum tantum debeat pendere, quantum omnia illa superius præscripta simul.

ADRA RHIZA, est radix dura, & crassa, diciturque de Aristolochia, ἁδρὸς enim est abundans, multus, opulentus, crassus.

Adrachne, vide *Andrachne*.

Adstrictio a veteribus habetur pro effectu frigiditatis, & definitur a *Gorrhæo*, qualitas gustatilis, quæ a frigido vincente perficitur in crassa & terrena substantia. Itaque propria facultate contrahit, densat, & repellit, qua actione calorem excitat & auget, & conducit ad concoctionem. Hæc autem qualitas non tantum refertur ad ea, quæ gustu percipiuntur, sed & aliis rebus passivo sensu tribuitur. Sic dicitur ex. gr. alvi vel cutis adstrictio B. Samentrekking.

Adstrictoria, vide *Astringentia*.

Adulteratio, significat in Pharmaceuticis medicamentorum fraudulentam corruptionem sub specie genuina. A. Adulteration. B. Vervalsching.

Ægagropila, sunt pilæ Rupicaprarum, seu Damarum, oblonga frequentius, & rarius rotunda figura donatæ, quæ in primo, aut secundo ventriculo horum animalium reperiuntur; pondere etiam, cum maximæ habentur, levissimæ, & quasi ex flocculis laneis confectæ: duplici constant substantia, quarum interior germina, aut fibras radicum, aut filamenta & plantarum cauliculos succo concreto & exficcatione in pulverem subtilem facescente compacta refert; exterior coriaceam cutim; interdum tamen lignosum corticem quendam, rarissime crustam lapideam æmulatur, coloris ut plurimum aut cineritii, aut nigri, aut etiam ex luteo obscuri; & magnitudinis variæ, quæ tamen manum, in pugnum contractam, vix unquam excedat; dicuntur in variis affectibus singulari cum emolumento a Medicis exhibitæ in certa dosi; loco Bezoar Orientalis utuntur. ab Ægagros Rupicapra & πίλος pila. Gall. *Agropille*.

Æger, infirmus morbo, ab αἶ voce doloris; unde αἰάζω, lugeo.

Ægias, notat apud Hippocratem concretionem albicantem, quæ pupillæ oculi inhærescit, aciei caliginem offendit, eamque obscurat.

Ægilops, & *Anchylops*, sic dicitur, quia hoc laborantes caprarum in modum intuentur, vel quia hoc affectu capræ sæpe laborant; estque proprie tuberculum, ut plurimum cum inflammatione, a caruncula lachrymali affecta ortum, majorem oculi canthum obsidens; sæpe *Anchylops* & *Ægilops* confunduntur; Quidam tamen distin-

ſtinctionis gratiâ dicunt, quod *Anchylops* ſit, quando illud tuberculum nondum eſt apertum: *Ægilops* vero ubi abſceſſus factus eſt, & ruptus cum perpetuo effluxu materiæ tenuis, quæ ſæpe valde acris eſt, hinc, ſi tempeſtive non aperiatur, os ſubjectum cariem contrahit. dicitur & Fiſtula lachrymalis Vide *Anchylops*. B. Een geiten-oog / traan fiſtel. G. Geiß Aug. Gall. *Oeil de chèvre*, *Fiſtule lachrymale*. A. A ſwelling in the corner of the eye Sumitur quandoque pro *Lachrymali Fiſtula*. B. Oog-fiſtel. G. Aug-Fluß / Augen-Fiſtel. Gall. *Fiſtule à l'Oeil*. A. Lachrymal Fiſtule. Item eſt ſpecies graminis, hordeum enecans, ex αἴξ caper, & ὤψ oculus, facies, vultus. B. Dravig / gebaarde evene. G. Dravich / wilder Haber / Haſen-Brot. Gall. *Coquiole*. A. Beaeded wild Oats or klaver.

Ægilops, eſt Cerris vel Feſtuca. Ex αἴξ caper & ὤψ oculus. Sic dicitur, quia putatur hac herbâ oculorum morbis, qui dicuntur Ægilops, mederi poſſe. Gall. *Fétu*.

Ægoceros, Fœnum Græcum eſſe putatur. Ex αἴξ caper, & κέρας cornu, quaſi diceres capricornus. Ipſius enim ſiliquæ capri referunt cornu.

Ægolethron, eſt Ranunculus, qui dicitur Flammula: ſic vocatur, quod quadrupedes, & præſertim capri inde facile moriantur. Ex αἴξ caper & ὄλεθρον exitium.

Ægyptiacum Unguentum, eſt compoſitio valde deterſiva, impropriè unguentum appellatur, nam neque oleum neque pingue quid illud ingreditur; nomen ab Ægypti regione traxiſſe videtur. Gall. *Onguent Ægyptiac*.

Æipathia, idem quod *Aipathia*.

Æquale de rebus naturalibus & præternaturalibus dici ſolet, & denotat rerum, numero vel ſpecie differentium, convenientiam tam ratione quantitatis, quam qualitatis. Sic *æquale temperamentum* eſt, quando nullus exceſſus caloris, vel alterius qualitatis in corpore humano obſervatur, vel quando talis exceſſus eandem ſemper ſervat indolem: *Æqualis pulſus*, quum omnes ictus eundem inter ſe tenent ordinem & proportionem. *Æquale pus* quod eandem, ratione coloris & conſiſtentiæ, præ ſe fert ſpeciem: *Æqualis morbus*, qui ſemper ſibi conſtat, & iiſdem perpetuo decurrit ſymptomatibus, &c.

Aer eſt fluidum valde elaſticum & compreſſile, grave, infinita & varia in ſe continens corpora. Multa alia de eo ex Phyſicis peti poſſunt: Meretur tamen etiam conſi-

ſiderationem Medicam, quoniam corpus noſtrum ambit premitque, ac perpetuo a nobis deglutitur, inſpiratur & exſpiratur. Hinc eſt res non naturalis ſumme neceſſaria, & pro ejus uſu, vel abuſu cauſa ſanitatis morborumque procatarctica. Gr. ἀὴρ. B. Lucht. Gall. *Air*. A. Air.

Aër Ingenitus, ſive *Innatus*, Veteribus dicebatur, qui in cavo tympani in aure hæret, verum per Recentiores detectum eſt, quod renovetur per Tubam Euſtachianam. B. Ingebore logt. G. Die mitgeborne Lufft. Gall. *l'Air qu'on trouve dans l'interieur de l'oreille derriere le Tympan*. A. Innate air.

Æreolus, ſeu *Chalcus*, eſt Veterum Græcorum pondus, pendens grana duo noſtratium.

Æruginosa Bilis, vide *Bilis*.

Ærugo, ſive Viride Æris, eſt æris, ſive cupri, mediante quovis acido, in friabile & viride corpus reductio. Gr. Ἰὸς χαλκοῦ. B. Spaans-groen / Koper-roest. G Kupffer-grün / Span-grün / Grün-Span. Gall. *Verdegris*, *verdet*. A. Verdugreaſe

Æs, metallum eſt, quod in igne quidem fixum ſatis, tamen fumans, & aliquâ parte volatile, ductile ſub malleo, & in fila ſubtilia diſtractile, valde elaſticum & tinniens, ignitur ante fuſionem, ſolvitur facile ab omni Sale, virideſcens, cæruleſcens, & dimiſſo temere ſolvente in ſordes abit informes, priſtinâ coloris pulcritudine amiſſa, unde in aëre & aqua floreſcit, adeoque in parvos cryſtallos mutatur, faciliime cum Plumbo & Antimonio in ſcorias vitrumve verſum, a teſta in fumos, vel per teſtam abit, coloris eſt ſanguinei, ad flavedinem tendentis, & gravitatis reſpectu aquæ, velut 8843. ad 1000. B. Koper G. Kupffer. Gall. *Cuivre*. A. Copper.

Æschynomene, ſic vocatur herba impatiens, ſeu noli me tangere, quia tactum humanum non fert, ab αἰσχύνομαι pudefacio. Gall. *la ſenſitive*.

Æsculus, potius *Eſculus*, eſt arbor glandifera incertæ ſpeciei, dicta, quia ejus fructus, ſeu glandes comeduntur, fortè ab ἀεὶ ſemper, & ἔδω edo

Æstuarium, idem quod *Vaporarium*.

Æstus, idem quod ardor, uſtio, notat quoſlibet fervores, ſive ſint externi a ſole, pharmaco, igne; ſive interni a febribus & inflammationibus; dicitur etiam de aëris fervoribus. B. Hette. G. Hitz. Gall. *Ardeur*. A. Heat.

ÆTAS, est certus temporis decursus, quem id, quod vivit, transegit, & quo evidentem mutationem subiit. Estque sextuplex, 1. *Infantia*, vel *Pueritia* nempe ad annum quintum, quæ distinguitur in tempus ante, in, & post dentitionem. 2. *Adolescentia* ad annum decimum octavum, & adolescentia propriè dicta ad vigesimum quintum. 3. *Juventus*, à vigesimo quinto ad trigesimum quintum. 4. *Virilis ætas*, à trigesimo quinto ad quinquagesimum. 5. *Senectus*, à quinquagesimo ad sexagesimum; quæ *viridis* vocatur, quoniam hi senes muneribus suis obeundis plerumque adhuc satis idonei sunt. 6. Hanc sequitur *Decrepita ætas*, quæ tandem in mortem terminatur. Gr. Ἡλικία. B. Ouderdom. G. Alter/ Alterthum. Gall. *Age*. A. Age.

ÆTHALES, est sempervivum, sic dicitur, quoniam semper viret. Ex ἀεὶ semper & θάλλω vireo, pullulo.

ÆTHER Philosophis usitata vox, subtilem quandam & fluidam substantiam denotat, quæ per omnium corporum poros penetrat. Chemici sumunt pro tenuissimo & volatili quodam liquore, qui ex Spiritu vini, phlegmate suo orbato, & cum oleo Vitrioli destillato paratur.

ÆTHIOPIS, est herba foliis valde lanuginosis, sic dicta, quia ex Æthiopia huc allata.

ÆTHIOPS MINERALIS, est præparatio ex Mercurio, quando nempe duæ florum sulphuris partes cum unica parte argenti vivi miscentur: deinde mixtum accenditur, & pulvis niger remanet: vel paratur, sumendo florum sulphuris optimorum drachmam unam, & Mercurii drachmas tres, conteruntur in mortario vitreo, diu, fortiter, donec dispareat argentum vivum, & fiat pulvis niger; Pulvis hic inodorus, insipidus, nullo modo acer, nulli rei facile misceri integre potest: datus intra corpus, non valet vasa absorbentia venosa, vel Chylifera vel Lymphatica, ingredi, si fortunato operatur, vermibus forte necatis, ano exit, decipiuntur ergo, qui illum ut antivenereum exhibent, vel alios effectus ab ipso sperant, damnosos forte producit nimia copia datus infantibus, puellis & tenuoribus, quia est massa tantum insulsa, iners, fossilis, naturæ indomabilis: a summa nigredine Æthiopis nomen meruit. Gall. *Æthiops mineral*. A. Æthiops mineral.

ÆTIOLOGIA est causæ explicatio, seu ratio de rebus, Me-

Medicam artem spectantibus. Unde *Ætiologica* pars Medicinæ est, quæ causas morborum & sanitatis exponit. ex *αἰτία* causa, & *λόγος* ratio.

Aëtites, lapis est veluti prægnans, cum quatitur, alio in utero sonante: hujus genera pro diversitate superficiei, (scabræ sc. vel lævis) colorum, tum materiæ, inibi contentæ, constituuntur quatuor. Primum est exterius, scabrum colore vario, plerumque nigricante: continet in se lapidem *Collimum* dictum. Secundum cinerei coloris est, ac in se argillam, vel margam continet. Tertium terram in se concludit. Quartum præter hos addit *Plinius* nomine *Taphusium*, qui nostratibus incognitus. Primus orientalis est, raroque pruni magnitudinem superat. Secundus & Tertius etiam in Germania juxta Sweinfurtum reperiuntur, pugnique magnitudinem sæpe æquant. Dicitur & *Lapis Aquilæ*, quod in Aquilæ nido reperiatur, ad promovendum, ut fabulantur, partum ab aquila eo deportatus, ab *ἀετὸς* aquila. B. Arent-steen / Adelaersteen. G. Adler Stein / Klapper-Stein. Gall. *Pierre d'Aigle.* A. The Eaglestone.

Affectio vel *Affectus* in Medicina recessum a statu naturali significat: plerumque autem sumitur pro passionibus animi, quarum magna vis est in genus nervosum, & hoc modo etiam in totum corpus, adeo ut inter causas procatarcticas sanitatis & morborum non infimum locum obtineant. B. Hartstochten. Vide *Pathema.*

Affectio Coeliaca, vide *Cœliaca passio.*

Affectio Colica, vide *Colicus dolor.*

Affectio Hypochondriaca, vide *Hypochondriacus affectus.*

Affectio Hysterica, vide *Hysterica passio.*

Affectio Nephritica, vide *Nephritis.*

Affion, idem quod *Opium:* dicitur & *Offium:* est & nomen Electuarii, ab Indis Orientalibus in Bantam parati, ad excitandam venerem & ferociam.

Afflictio, est ægritudo animi cum vexatione corporis conjuncta Gall. *Affliction.*

Africanus Flos, vide *Tunetanus Flos.*

Agalactia, est lactis defectus, ex *α* priv. & *γάλα* lac. B. Gebrek van zog. G. Gebrech / Mangel von Milch. Gall. *defaut de lait.* A. Want of Milk.

Agallochum, sive *lignum Aloës*, Gr. *ξυλαλόη*: est

lignum, cujus frusta raro magna ad nos adferuntur, ut plurimum enim in fragmentis nobis transmittuntur, nam ex integra arbore sæpe, quæ quercu magnitudine non inferior est, vix lib. sem. ligni laudabilioris eruitur, hæcque optima crescunt nigro-purpurea, venis cinerei coloris intersecta, amara, ponderosa, liquorem, si prunis, candentive ferro imponantur, exsudantia; aromaticum & suavem fumum, si incendantur, præbentia, bullulasque simul post se relinquentia, haud ita facile disparentes; his adde haud postremum bonitatis signum, si aquæ supernatarint. Dicitur & *Lignum Paradisi.* Nascitur in Sumatra, Champac vicina Chinæ Regno regione, & in Cochin China. B. Aloë-hout / Paradys-hout. G. Paradeiß Aloes Holtz. Gall. *Bois d'Aloë, ou de perroquet.* A. Wood of Aloës. Indis, Calambac. Gr. Ἀγάλλοχον, ab ἀγάλλομαι, exulto, glorior, quod insignem suavemque in suffitu spiret odorem; nec non oris gratissimum præstet halitum, viresque roboret. Hinc Chinenses maxime ejus odoratu delectantur, & quo gratior amicus, eo meliorem portionem ipsi offerunt. De *Agallocho* vide quoque *Rhodium Lignum.*

Agaricus vel Agaricum, est Excrescentia forma fungi, nata in trunco, aut magnis ramis plurimarum arborum, ut Laricis & veteris Quercus. Duæ sunt species Agarici, una vocatur fœmina, quæ est alba, levis, friabilis, & tenera; pugnum fere magnitudine refert, habetque rectas intus, pectinum modo, venas & incisuras; saporis statim post assumptionem dulcis, sed mox in amaritudinem transit, odoris est penetrantis; hæc est optima species, quæ in officinis recepta est, & inter purgantia recensetur. Altera species, quam vocarunt mas, est flava, compacta, gravis, lignosa, & tenax; hæc nihil valet, crescit plerumque in veteri trunco Quercus. Venit ex Italia, nascitur in Sarmatiæ regione, quæ Agaria dicitur, indeque nomen accepisse perhibent; vel ab Agaro, quem & urbem & amnem in Sarmatia vocari tradit Ptolomæus. B. Lorken-swamme. G. Lerchenschwam. Gall. *Agaric.* & A. Agarick. Gr. Ἀγαρικόν.

Ageratum, est planta flore monopetalo, personato, inferne tubulato, superne in duo labia diviso, colore luteo, folia germinat multa, parva, oblonga, incisa, repentia, saporis amari; semina reconduntur in capsula mem-

membranosa; radix ejus fibrosa, parva, flavescens, crescit in montibus & locis siccis: officinalis est, vox fit ex α priv. & γῆρας senectus, quod Flos colore vix senescat. B. Rhijn-bloemen / Motten-kruid. G. Rheyn-blumen/ Jungling / Motten-blume / Motten-kraut. Gall. *Ageraton.* A. Maudling or Maadling Tansy.

AGERAZIA, est insenescentia, sive talis status, in quo sanitas & vigor in ætate provecta conservatur, ex α priv. & γῆρας, senectus. B. Jeugdigheid in oude jaeren. G. Gruneud alter. Gall. *Fleurissante vieillesse.*

AGGLUTINANTIA, vocantur, quæ vulnerum labia deducta conjungunt, & ad perfectam unionem deducunt, qualia sunt adstringentia & exsiccantia. B. Aan malkander lymende of heytende Medicamenten. Gall. *Remedes agglutinatifs.*

AGGREGATIVÆ PILULÆ, dicuntur ab aggregare: quia, ut inventor Mesue putabat, illis omnes humores aggregantur.

AGNATA TUNICA, idem quod *Adnata.*

AGNINA TUNICA, idem quod Amnios tunica quam v.

AGNUS CASTUS, est *vitex.* Agnus dicitur, quasi ἄγονος, sine semine: quod crederent, ab illo Veneris impetum cohiberi, adeoque semen in viro infœcundum reddi, & ne quidem generari. Folia habet, Salicis foliis non absimilia, quibus olim lectos castitatis ergo sternebant. Sed Ἄγνος, Lat. est castus, & unicam vocem bis nominant, semel nempe græcè, & semel latinè. B. Kuisboom. G. Schafmülle & Keusch baum. Gall. *l'Agnus castus.* A. The Chast-tree.

AGOMPIASIS, vide *Gomphiasis.*

AGON certamen; significat sæpe summum vitæ periculum ex morbo. A. a Shiveing.

AGONIA, est timor & animi contristatio ab ἀγωνιάω, anxius sum, sive potius illam horrendam hominis conditionem, qua summa anxietate oppressus, semet ipsum perferre non potest, & morti quam proximus est. B. Droefheid. G. Traurigkeit / unmuth. Gall. *Agonie*, *combat*, *Angoisse.* A. An Agony.

AGONIA, seu *Atecnia*, est sterilitas, quæ est mulieris, viro utentis, ad concipiendum ineptitudo, dicitur & ἀφορία ab α privat. & φέρω fero, porto; si a parte Viri, fit vel ex vitio membri genitalis, vel seminis ipsius mala qualitate,

tate, vel defectu; in fœminis a mala uteri, vel aliarum partium, conceptui inservientium, mala dispositione, vel conformatione, vel ineptitudine, fœtum ad debitum usque tempus alendi, vel tanta obesitate, ut ipsæ partes genitales inde adgraventur. B. Onbevrugtheid / Zadeloosheid. G. Unfruchtbarkeit. Gall. *Sterilité*. A. Barrneſſ, Unfruit-fulneſſ.

AGONIZARE, dicuntur, qui ex superante vi morbi, & viribus vitæ prostratis efflando animam proximi sunt ab ἀγὼν certamen. Gall. *Agonizer*.

AGRESTA, vide *Omphacium*.

AGRIA, est *Agrifolium*.

AGRICANTHA, est Cardui feri sylvestris species, ab ἄγριος ferus, & ἄκανθα carduus.

AGRIELÆA, est Olea sylvestris, ex ἄγριος sylvestris, & ἐλαία Olea.

AGRIFOLIUM sive Aquifolium, est frutex, qui crescit sæpe ad arboris altitudinem, ejus truncus & rami sunt flexiles, habentque duplicem corticem, viscosum griseum aut viridem externe, pallidum interne, odoris ingrati; lignum est durum, compactum, ponderosum, album in sua substantia, in interiori parte nigricans; habet folia in ambitu longa, Laurum referentia, acuta, rigidis spinis armata, semper virentia, baccas parvas, rotundas, rubras, quaterna semina triquetra continentes: Forte ab ἀγρεύω venor, quia ejus glutine aves capiuntur. Vel ab ἀγριόω ferus fium, idque propter folia spinis acutis horrida. Referunt Cesalpinus & Dodonæus, quod frutices hi, ubi veterascunt, aculeos deponunt, & folia horum loco producunt similia Lauri. B. Hulst. G. Walddistel / Stechpalm. Gall. *Houx*. A. The Holly-Threē.

AGRIMONIA, sive Eupatorium Græcorum, est herba officinalis cum foliis pinnatis, nervosis, rugosis instar Pimpinellæ; floribus hexapetalis rosaceis, in spicam congestis; florem fructus sequitur exiguus, qui binum, vel solitarium semen continet. Radix perennis est, longa, mediocriter crassa, nigricans: nomen accepisse videtur, quia sibi in agris alimoniam quærit, vel quod nomen obtinuit ab Argemone, cujus etymon vide in *Argemone*. B. Agrimonie / lever-kruid. G. Odermenig / Bruchwurtz. Gall. *Aigrimoine*. A. Agrimony.

AGRIMONOIDES, est Agrimoniæ species, ex Agrimonia,

monia, & εἶδος forma. differt vero, quod flos non sit ita congestus, neque fructus ita hispidus, & non duo uti in illa dantur, saltem unus.

AGRIOCARDAMUM, est Nasturtii aquatici species; ex ἄγριον sylvestre, & Nasturtium, vide Iberis.

AGRIOCASTANUM, est Bulbocastanum, ex ἄγριον sylvestre, & κάστανον Castanea.

AGRIOCINARA, est Articocalus sylvestris, ex ἄγριος sylvestris, & Cinara.

AGRIOCOCCIMELEA, est Prunus sylvestris, ex ἀγρία sylvestris, κόκκος bacca, Prunus, & μηλέα malus.

AGRIOMELEA, est Mali Cydonii species sylvestris, ex ἀγρία sylvestris, & μηλέα malus.

AGRION, dicitur Peucedanum. Ἄγριον sylvestre est, quia fortè sylvestria, & montosa amat loca.

AGRIOPASTINACA, est Saxifraga Candiæ, ex ἀγρία sylvestris, & Pastinaca.

AGRIOPHYLLON, dicitur Peucedanum, ex ἄγριον sylvestre, & φύλλον folium.

AGRIORIGANUM, est Origanum sylvestre, ex ἄγριον sylvestre, & Origanum.

AGRIOSELINUM, est Ranunculi species, ex ἄγριον sylvestre, & Selinum.

AGRIOSTARI, est frumenti sylvestris species, ex ἄγριον sylvestre, & σταῖξ farina triticea, aquâ subacta.

AGRIPPA, quasi ÆGRIPPA, ab ægro partu dicuntur, quorum nascendo non caput, sed pedes primi exierunt. Fuerunt autem multi sic appellati, quorum unus fuit Menius Romanus cognomento Lanatus. Alter Sylvius Agrippa duodecimus Latinorum Rex; etiam Marcus Agrippa, Augusti genere, & Herodes Agrippa, Herodis primi Judæorum Regis filius. B. Een kind / dat in 't baren met de voeten voor komt. G. Ein Kind / daß mit den füssen vor auß kommt. Gall. *un enfant qui se presente dans l'accbouchement par les pieds*. A. A. Child that is with the feets for ont borne.

AGROSTIS, graminis species, ab ἀγρὸς rus, ager, ita dicta, quod ibi proveniat.

AGRYPNIA, sive PERVIGILIUM, aut VIGILIÆ NIMIÆ, & COMA VIGIL, est cum somnus diu interrumpitur per aliquot dies, vel per aliquot menses, vel ut dicitur, Annos. Alii ex somno irrequieto sæpius evigilant, & per

per aliquot temporis ſpatium redormire non poſſunt. Sunt quoque ſani, qui parumper dormiunt, diu vigiles: at in omni pene dolore vigiliæ urgent, & in pleriſque febribus & morbis aut pervigilium eſt, aut irriquietus ſomnus; inprimis ubi leviſſimæ inflammationis cerebri prima initia, quibus auctis in coma mutatur ſæpe; ſenes item ſæpe moleſtis vigiliis fatigantur, quas etiam efficiunt ira, triſtitia, ſollicitudo, gaudium, meditatio, metus, luſus &c. B. Waken / Waking / Slapeloosheid. G. Wenn man nicht ſchlaffen kan. Gall. *Inſomnies*. A. Watching, Waking. Componitur vox Græca ex α priv. ὕπνος ſomnus.

Agrypnocoma, ex ὕπνος ſomnus, & κῶμα ſopor inordinatus, idem quod *Coma vigil*.

Agynos, eſt Agnus Caſtus. Ex α priv. & γυνὴ fœmina: hoc eſt, qui ſine uxore, aut concubina vitam cælebs tranſigit.

Aigine, idem quod Caprifolium, ab αἴξ caper.

Aigiros, eſt arbor Populus dicta, ab ἐγείρω expergefacio; quia folia ob tremulum motum vigilare ſemper videntur.

Agyrta, Circulator, ſive Circumforaneus qui medicamentis empiricis vendendis ſe dicat, eaque morbo cuivis absque ratione ullâ expellendo valere jactat, omnique ſine diſcrimine ægro ſanitatem promittit, hincque lucri gratiâ populum in foro congregat, ab ἀγυρίω, populum congrego; olim ita vocabantur Præſtigiatores, qui divina quadam virtute, carminibus, & ſacrificiorum myſteriis, ſe morbos infligere; inflictos quoque curare, & ſi quid ſceleris eſſet commiſſum a divitibus, eorumque proavis, id magica ſacrificiorum celebritate, ſuffimentorumque odore expiare, eorumque inimicos, tam ſontes, quam inſontes, carminibus oblædere poſſe, gloriabantur. B. Een Quakzalver / Beun-haas / een Janpotagie / &c. G. Landfahrer / Landſtreicher. Gall. *un charlatan*, *un baſteleur*. A. A quak-ſalver, a mountebanke.

Ahenum, eſt vas cupreum, vel ferreum, medicamentis coquendis & deſtillandis deſtinatum, dicitur & *Cucuma*. B Een Ketel. G. Ein Keſſel. Gall. *une chaudiere*, *un coquemar*, *un chaudron*. A. A. Bras-kettle.

Aipathia, vel Æipathia, eſt perpetua paſſio, ſeu continua patientia, ab ἀεὶ ſemper, & πάθος paſſio.

Aisthesis, ſive ſenſus, eſtque *externus*, ut viſus, audi-

auditus, odoratus, gustus & tactus, hisce addunt sitim, famem, & coëundi appetitum. Vel *internus*, ut vulgò sensus communis, phantasia, memoria, judicium, ratiocinium &c. *Aisthesis* cum externus est sensus, est receptio, qua motus à corpore aliquo objecto, fibrillis nervorum impressus, sensorio communi, seu animæ, mediantibus spiritibus animalibus, in nervis existentibus, communicatur, ab αἰσθάνομαι, sentio. B. De zin/ bevatting. G. Die sinn/ empfindlichkeit. Gall. *Sens, ou sensations.* A. The sense.

Aistheterium, est sensorium commune, ab *Aristotele* dicitur τὸ πρῶτον αἰσθητήριον, quod *Cartesius*, aliique hujus asseclæ plures glandulam pinealem esse volunt: verum sensorium commune debet esse, ubi sensuum externorum nervi terminantur, qui non in glandulam pinealem, sed (ut ingeniosiss. *Th. Willisius* demonstravit) circa initium medullæ oblongatæ in corpore striato, suum terminum consequuntur; vel si nervos continuationes ramorum arteriarum juxta nonnullos ponamus, ad eorum exortum communem sensorii sedes ponenda erit, adeoque ubicunque cerebri corticalis substantia est, erit aistheterium. Et si rectius philosophari velimus, erit anima nostra ipse sensuum terminus. Gr. ab αἰσθάνομαι, sentio. B. De gemeene zin-plaats. G. Allgemeine plaz der Sinnen. Gall. *Le sensoir commun.* A. The common sensory.

Ajuga, est *Chamæpytis*, dicitur & Abiga. Fortè, quasi sine jugo, quia abortum concitat. Vide *Iva* & *Abiga.*

Aizoon, est Telephii & Sempervivi species, quæ diu in vivis persistunt, ex ἀεὶ semper & ζωὸν vivum.

Al, est particula Arabica, quæ nominibus in principio sæpe apponitur, ad rem nempe exaltandam, ut in Alcali, Alchymia, Alhandal, Alkekengi, &c. idem sonat ac Hebræorum *Ha* & Belgarum. De/ het. G. Das/ die. Gall. *Le, la.* A. A, the &c.

Alabastri, sunt folia illa viridia herbacea, quæ flores nondum explicitos sepiunt. B. Knoppen. G. Knöpffe. Gall. *Boutons.* A. Button. In Mineralogia *Alabaster*, seu *Alabastrites* lapidem certum denotat, qui & unguentum Alabastritidis ingreditur. Vide *Alabastrites.*

Alabastrites, est species marmoris, verum ipso mollior, coloris candidi, rubri, eleganter variegati, & divisis maculis, aut venis signati. Hic est ita mollis, ut cultro

cultro scindi possit, & est id lapidis genus, è quo varia torno finguntur vasa. Unguentum ingreditur Alabastrinum Gr. Ἀλαβαστρίτης, Alabastrum. B. Alabaster. G. Alabaster-stein. Gall. *de l'Albâtre*. A. Alabaster.

Alana Terra, vide Tripolis.

Alæ, dicuntur nasi Latera, sive cartilagines, quæ inferiorem mobilemque nasi partem formant B. De Neusvleugels G. Beyde seitlein zu unterst an der Nasen. Gall. *Les Cotés des Nârines, ou les Ailes du Nez*. A. Winge of the nose. Item Nympharum pinnulæ, seu labia pudendi muliebris, πτερυγώματα, μυρτόχειλα, κρημνοί. B. De Vrouwelykheids Lippen G. Die lippen an der Frauwen scham. Gall. *Ailes des parties honteuses de la femme, les levres*. A. The wing of the privie parts of a woman. *Alæ*, etiam dicuntur pulmonum lobi. Gall. *les lobes du Poumon*. Item, superior auris pars elata B. Het opperste des Oors. G. Das Ohrläplein / flügel des ohrs Gall. *l'Aile de l'oreille ou la partie superieure*. A The wing of the eare. Item axillæ. Gr. μασχάλη & μάλη. B. De oxel. G. Die achsel. Gall. *Aiselle*. A. The armhole, the armpit. Item processus ossis sphænoidis. B De vleugels wijze uitsteekzels. G. Die Flugeln von das keilbein. Gall. *Ailes des Apophyses de l'os spnenoide*. A. The winges of the wedgebone. Item alæ, vespertilionum alis similes, vide *Vespertilionum alæ*. Item Mystaces, vide *Mystax*. Item plantarum cavi inter caulem & ramulos anfractus, unde sinuatim nova proles egreditur, facta ab humanis translatione, dicuntur.

Alares Musculi, vide *Pterygoides*.

Alaria ossa, sunt processus Pterygoides ossis Sphænoidis. Gall. *Apophyses Pterygoides*.

Alantoides, vide *Allantoides*.

Alaternus, est arbuscula semper virens, cujus folia alterna, semper virentia, oblonga, satis magna; calix tubulosus profunde, quinquefidus, instar stellæ expansus; ex parte interna calicis ex interstitiis segmentorum, flos monopetalus, infundibuliformis, quinque partitus, quasi stellæ in modum expansis segmentis; ovarium in fundo imi calicis, donatum tuba erecta trifida, fit bacca mollis, succulenta, post maturitatem nigra, fæta ternis seminibus gibbis ab una parte, ab altera angulatis: an derivetur ex Italico sermone *a*, id est ad, & *Linterno*, Italiæ fluvio, cui forte adnascitur; vel ab alterno,

terno, quia folia ejus alterno ordine in caulibus sunt dispofita. Gall. *Alaterne.*

Albadara, eſt Arabica vox, ſignificatque oſſiculum majus, pollicis articulo ad Metatarſi oſſis caput appoſitum, parvum piſum magnitudine referens.

Alba Pituita, idem quod *Leucophlegmatia.*

Albaras Nigra, vide *Lepra Græcorum.* *Albaras alba*, vide *Leuce.*

Albinum, eſt Gnaphalium marinum, ſic à lanugine alba dictum.

Albuginea oculi, eſt membrana, quæ obducit partem anteriorem & hemiſphæricam oculi, Scleroticæ firmiter adhæret, videtur tantum eſſe expanſio tendinoſa quatuor muſculorum oculi, quæ circa Corneam valde attenuatur, & in ipſa quaſi evaneſcit, an ſit eadem, quæ adnata, videantur Anatomici: datur & altera ſimilis membrana Albuginea dicta, teſtem obvolvens immediate, robuſta eſt, arcte cum ſubſtantia teſtis cohærens, vaſa ſpermatica recipit, & ad teſtes transmittit. B. 't Witte vlies. G. Das weiſe augen häutlein. Gall. *Membrane albuginée.* A. The white coat of the eye.

Albugo oculi, idem quod Album oculi. Item macula alba in tunica Cornea, vel ab humoribus, vel à cicatrice, aut exulceratione excitata Gr. λεύκωμα, & αἰγίς. B. Een witte oog-vlek. G. Das weiſe augenfell. Gall. *Une taye blanche à l'œil.* A. White ſpots in the eyes.

Album Canis, eſt ſtercus album canis, quod ſub Canis ſydere legebatur æſtivis ſummis ardoribus, vel dicitur *Album Græcum.* uti ſtercus murium dicitur *Album Nigrum.*

Album Oculi, dicitur, ubi tunica Adnata, ſeu albuginea Scleroticæ tunicæ adnaſcitur. B Het wit van 't oog. G. Das weiſe in augen. Gall. *Le blanc de l'œil.* A. The white of the eye.

Album Rhasis, unguentum eſt, ita dictum à colore albo, & ab Autoris nomine. Rhaſis enim inſignis fuit Medicus ex Arabum familiâ.

Albumen Oculi, vel Albugo, λευκὰς, σφενδόνη, κυκλώτιον. Idem quod *Album Oculi.*

Albumen ovi, liquor albus, lentus, vitellum undique cingens, externe duabus tunicis inveſtitus, membranis in plurimos orbiculos ſeparatos diſtinctus, veluti cæ-

pæ bulbus, per quos chalazæ dispersæ, nutrimentum pullo adferunt, recens si est, igne concrescit in duram materiam, sed incubatu redditur fluidissimus, tenuissimus, volatu exhalans, non concrescens igne, sed putrescens, fitque sic aptus alendo fœtui. B. Wit van het Ey. G. Das Weiß im Ey. Gall. *le Blanc ou le glaire de l'œuf.*

ALBURNUM, est mollis, ac pessima ligni pars cortici proxima, ab Albore dicta est Plinio, adipi in homine respondet. B. Spint. G Spind / oder Bast. Gall. *l'Aubour, ou Aubier (le blanc & la partie la plus tendre entre l'Ecorce & l'Arbre.*

ALCAHEST, vel ALKAHEST, ac si diceres *Alcali est.* Describunt esse generale resolvens, perenne & immutabile, quod reducit omne corpus visibile in liquorem sui concreti, servata seminum potestate, forma essentiali & nativa integra. Magni nominis, si modo paris effectus, quem quisque suo processui tribuit. Nonnulli in Mercurio varie præparato illud quærunt, alii in Tartaro, ejusve præparatis: in alcali fixato Nitri, ut Glauberus, vel in acerrimo Aceti spiritu ab ærugine destillato, ut Zwelferus, & alii in aliis, sed talem dari liquorem, vel universale menstruum omnino impossibile videtur. B. Een algemein schei-vogt. G. Ein algemein scheidfeuchte Gall. *Un Alcahest, dissolvant universel, un Menstrue universel.* A. A generall dissolvent.

ALCALESCENTIA sunt talia alimenta vel medicamenta, quæ assumpta Alcali in corpore humano generant. Talia sunt animalia, eorumque partes, lacte excepto, & ex vegetalibus illa, quæ fermentationi inepta sunt, & de quibus ope ignis sales Alcalini produci possunt.

ALCALI, Est sal, fixus, aut volatilis, quod extrahitur è cineribus vegetabilium vel animalium, aperto igne combustorum, vel calce cujusdam materiæ per lixivium elixatum: cognoscitur 1°. ex ortu suo ignis, putrefactionis, naturæ ope 2°. ex materie sua, Vegetabili, Animali, Fossili. 3°. Effectu effervescentiæ cum acidis; præcipitationis; coalitus cum oleis, solutionis imprimis sulphuris: mutationis coloris Heliotropii, Rosarum, Violarum, in viridem colorem, qui cum acidis in rubrum, sapore ipso, doloris urentis excitatione. Sal illud Alcali nomen ab herba *Kali* accepisse affirmatur, cujus sale *Ægyptii* ut & nostrates vitrum conficiunt, Vitriariis *Souda* appellatur. Alcali triplex accipitur. Nempe *Alcali Volatile,* uti

uti conficitur ex animalibus, sal sc. cornu cervi, urinæ &c. *Fixum*, quod ex cineribus plantarum elicitur, uti sal Absinthii, Tartari &c. *Metallicum & Petrosum*. Metalla enim & lapides cum acidis menstruis effervescunt, & dissolvuntur, & hoc respectu hæc cum alcali tantum congruunt, inde tamen alcalia non dicenda. Hisce addunt Alcalia mixta, ut sunt Nitrum, Alumen, Vitrioli genera, sal fossile & marinum &c. quæ ex acido & alcali participant. B. Zuiver Zout. Loogzout. G. Aschen-Saltz / Kalck-Saltz / Sauber-Saltz. Gall. *Sel alcali*. A. Alkali.

Alcalisatio, est, quando verbi gratiâ spiritus vini alcali quovis impraegnatur, ut menstruum evadat magis dissolvens.

Alcanna, est Anchusæ Monspessulanæ floribus puniceis radix tenuis, longa, lignosa, rubra, roseo colore tingens, saporis adstringentis. Ex radice Indi cum calce viva extrahunt Tincturam, cum quâ dentes & ungues rubro colore tingunt, etiam crines equorum, in aquosis non facile extrahitur ejus color, sed in oleosis dat colorem, seu tincturam rubram. B. Alkanne Wortel. Gall. *l'Orcanette*. A. Gastern privet.

Alce, alces, Gr. ἀλκή, id est vis & robur. Nomen animalis robustissimi, cervo majoris, cujus ungula in usu Medico est, & a quibusdam pro specifico antepileptico, sive interne exhibita, sive amuleti instar de collo suspensa laudatur. B. Eland. G. Elendthier. Gall. *Elan, ou suivant d'autres une Ane sauvage*. A. an Alk.

Alcea, est Herba, cujus caules villosi, asperi, medullam fungosam habentes, folia malvæ, magis divisa, villosa, caulibus longis adhærentia; semina latiora, in capitula congesta; reliqua Malvis communia. Dicitur ab ἀλκή robore, auxilio, remedio, quod fortiter dysentericis ac ruptis medeatur impositum. B. Sigmaarts-kruid. G. Signars-Kraut / Sigmunds-Wurtz. Gall. *Maulve sauvage ou Alcée*. A. Vervain Mallow. Dicitur etiam *Simeonis herba*.

Alcedo, ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κύειν, quod in mari pariat illa avis species. G. Eyßvogel. Gall. *Alcyon, petit Oyseau qui fait son nid sur la Mer par un temps calme*.

Alchemia, idem quod *Alchymia*, vide *Chymia*.

Alchimilla, est planta, cujus folia ex radice erumpunt, caulibus longis adhærent, & serrata sunt; calix in

in octo vel novem segmenta fissus superius, inferius tubulosus est satisque amplus, segmenta quatuor majora, quatuor minora, in stellam expansa: caules parvi, rotundi, villosi, ramosi; flores in summis caulibus habent stamina quatuor, & in umbellam dispositi sunt; ovarium in fundo Calicis tubam emittit apice sphærico donatam; calix fit capsula continens bina plerumque semina, parva, rotunda, flava; Radix longa, digitum crassa, externe nigra, fibris instructa. Vocatur *Pes Leonis* & *Stellaria*, sic appellatur, quod Alchimistarum præconiis sit celebrata. *Pes Leonis* dicitur, quod folia habeat instar Leonini pedis lata & rotunda. B. Onzer Vrouwen Mantel / Leeuwen-voet. G. Snau / Löwen-Fuß. Gall. *Pié de Lion.* A. Ladies mantell.

Alchymia, seu Alchemia, est proprie illa Chymiæ pars, quæ agit de metallorum transmutatione, sive depuratione, qua metalla ignobiliora (cruda & immatura juxta Chemicos) in nobiliora & matura ope artis rediguntur. Venit ex *Al* particula intensiva & χύω fundo. Gall. *Alchymie.* A. Alchymy.

Alcibiadium & Alcibium, est Echium, sic dictum, quod Alcibius quidam primo herbam illam adversus viperarum morsus invenerit.

Alcocalum, est *Cinara*, sive *Articocalus*, fortè ab ἀλκὴ robore & κόκκαλος pini fructus, idque ob pini fructus figuram & ungues squamosos.

Alcohol, Alchool, Alcool, Alkol, Alcol, vox origine Arabica, est purior substantia rei segregata ab impuritate sua. *Alcohol* significat pulverem subtilissimum & impalpabilem. Interdum spiritum fermentatione productum, rectificatissimum, ita dephlegmatum, ut accensus ardeat, donec totus consumatur, nihilque fæcum, aut phlegmatis in fundo remaneat. B. 't Subtylste / en 't pit van iets. G. Das feinste von ein Ding. Gall. *l'Alcohol, Le plus subtil de quelque chose.* A. The purer substance of any thing.

Alcol, idem quod *Alcohol.*

Alcool, idem quod *Alcohol.*

Alcolæ Arabibus idem quod *Aptha.*

Aldabaram, vocantur duo ossicula sub pollice pedis posita, & minori fabæ quadantenus similia, de quibus *van Hor-*

Horne monet, quod in censu officulorum sesamoidum poni debeant.

ALECTORIUS, est lapis, qui in ventriculis vel Hepate galli gallinacei reperitur: nec tamen ibi generari videtur, ut nonnulli volunt; sed forte ab his avibus deglutitur, ut cibum suum comminuant; vel est aliud quid, cui hoc nomen inpositum est. Videatur *Daleus*.

ALECTOROLOPHOS, est herba pratensis, cui nomen *Crista galli*. Ex ἀλέκτωρ gallus, & λόφος crista, dicitur quoque *Fistularia*, *Pedicularis*, & *Mimmilus*. B. Ratelen / Hane-kammekens. G. Rodel / Läuß-Kraut. Gall. *Crête de cocq*. A. Cocks-comb, or yellow Rattle.

ALEMBICUS seu ALEMBICUM, vel CAPITELLUM, seu GALEA. Putatur derivari ab articulo Arabico *Al*, & Græcâ voce ἄμβιξ, vasis species: est instrumentum Chymicum, quod cucurbitis & vesicis destillatoriis operculi vice superimponitur: habet formam galeæ, intus concavam, extus convexam. Circa infimam partem rostrum habet cubitale, per quod vapores descendunt. Si sine rostro fuerint, usum potius in vasis circulatoriis obtinent, & *Alembici cæci* vocantur. Gall. *Le rencontre*. Conficiuntur ex ære, stanno, vel vitro. Alii pro ipsâ cucurbitâ sumunt: iterum alii pro cucurbitâ capitello simul junctâ. B. Een Helm / een alembek. G. Alembick / Distillier helm / Rosenhut. Gall. *Alambic*. A. An Alembick or Still.

ALEPHANGINÆ, vel ALOEPHANGINÆ PILULÆ, est vox Arabica, significans rem odoram; componuntur enim hæ pilulæ, in officinis prostantes, ex Aloë, & plurimis aromatis.

ALTERCUM, herba venenata, ab altercationibus, quas animo inducit, dicta. Vide *Hyoscyamus*.

ALEXICACON, est Amuletum venenis resistens. Ex Ἀλέξω opem fero & κακὸν malum.

ALEXIPHARMACA, ἀντίδοτα, ἀντίδοτοι, Ἀλεξίκακα, Ἀλεξιτήρια, θηριακὰ, dicuntur medicamenta, quæ valent inertes reddere qualitates veneni cujuscunque, quibus nocet corpori, licet hæ minus cognitæ; sed nulla talia Alexipharmaca generalia dari posse patet evidenter ex historia venenorum: sunt tamen ut plurimum ea, quæ obliniunt sua oleositate, diluunt sua aqua, vel immutant veneni partes peculiari virtute, vel quæ sanguinem attenuant, ne

à veneno coaguletur, ut volatilia omnia & acidum concentrantia, vel saltem miasmata venenosa per poros cutis sub tenuissimorum halituum forma exterminant, ab ἀλέξω arceo & φάρμακον venenum. B. Een Tegen-gift. dicitur etiam *Antidotus* & *Alexiterium*. G. Artzney wider Gifft. Gall. *Preservatif*, *contrepoison*, *antidote*. A. Medecines or Antidotes against poyson.

Alexipyreticum, & Alexipyretum, & Antipyretum, idem quod *Antipyreticum*.

Alexiterium, est remedium, ne venenum suscipiatur, corpus conservans, ab ἀλέξω arceo, & τηρέω conservo, vel ut aliis placet à θὴρ fera, quod morsibus animalium medeatur. Idem notat, quod Alexipharmacum: illa terminatio Græca τήριος in multis aliis nominibus Græcis occurrit, & mere est paronymica, nullam compositionis speciem constituens. B. Een Tegen-gift. G. Artzney wider Gifft. Gall. *Preservatif*, *contrepoison*, *antidote*. A. Medecines or Antidotes against poyson.

Alga sive Fucus, est vegetabile marinum & palustre, cujus variæ dantur species, quædam habent folia instar graminis, aliæ instar capillorum; usitatior vero habet folia pedem unum vel alterum longa, mollia, tenuia plus minusve, alba, vel rubra, aliquando viridia; reperiuntur ut plurimum circa littora maris, & inprimis Mediterranei. Dicitur vel ab aquæ algore, sive quod pedes alliget, quia crassa est, & foliis ex parte supernatet: vel quod se ad conchas lapidesve alligat, ab alligando. Gr. φῦκος θαλάσσιος, vide *Fucus*. B. Wier. G. Meer-Graß. Gall. *Algue*. A. Grasse wrack-Seaweed

Ἀλφιτιδὸν, ab ἄλφιτον, farina, est ossium fractura in modum farinæ.

Algema, & Algematodes, ab ἀλγέω doleo; Idem quod *Dolor*.

Algeroth est pulvis albus, insipidus, ponderosus, factus ex butyro vel oleo liquefacto, depurato Antimonii, quod aquæ puræ instillatum, præcipitatur in talem pulverem; qui nihil habet omnino Mercurii in se, sed purissimum Stibii Regulum; datus ad grana duo vel tria violenter emeticus est. Gall. *Poudre d'Algaroth*, *ou Mercure de Vie*.

Algida febris vocatur, in qua propter vires vitæ oppressas frequentior vel perseverans algor observatur.

Al-

Alhandal, vide *Colocynthis*. *Alhandal* est nomen Arabicum Colocynthidis, quod imponitur Trochiscis de Colocynthide.

Alhasef, idem quod *Hydroa*.

Alica, potionis genus est, quod etiam χόνδρος dicitur, ab alendo, quòd multum nutriat. Significat in genere granum, sed quid proprie sit, an res factitia, an nativa aliqua seminis species, non adeo planum est. Hippocrates factitium quid esse innuere videtur, cum Alicam & Ptisanam junxit, & inter sorbitiones fortiores retulit. Gall. *Sorte de breuvage, ou de mets, fait avec une especè de froment appellé Zea. De la fromentée, comme qui diroit du Ris & du Gruau.*

Alienatio mentis. Idem quod *Delirium*.

Aliformes Musculi, seu Alares, & Pterygoidei, dividuntur in externos & internos; vide Pterygoides. B De Vleugel-spieren. G Der Flügeln Mauß. Gall. *Muscles Pterygoides*. A. The Pterygoide muscles.

Aliformes Processus, vide *Pterygoides*.

Aliformis, est epitheton processuum binorum ossis cuneiformis, ad palati latera occurrentium, à similitudine alarum vespertilionum. vid. Ala & Pterygoïdes.

Alimentum dicitur *Potus & Cibus*. Estque talis materia, cujus particulæ minimæ assimilatæ nostris liquidis animalibus & inquilinis, facile canaliculos nostri corporis subire, permeare, lateribus applicari, & adhærere iis possunt, totumque corpus restituere quoad Solida & Fluida, ac proin nutrire. Respectu graduum, ab *Hippocrate* tripliciter accipitur; unum *Futurum* alimentum; quod ab ore in ventriculum delabitur: aliud *Quasi* alimentum, nimirum sanguis arteriosus & succi cerebrales seu nervosi. Tertium, *Verè* alimentum; quod appositum partibus agglutinatur, & tandem assimilatur. Gr. Τροφή. B. Spijze / voedsel. G. Nahrung / Erhaltung / Ernehrung. Gall. *Nourriture, Aliment*. A. Meate, nourishment or food.

Alindesis, est Corporis exercitatio, qua oleo uncti se in pulvere olim volutabant, ab ἀλινδέω volvo; vel ab ἀλίω voluto.

Alipasma, est pulvisculus, qui oleo commistus, ad cohibendos sudores inungitur, ab ἀλείφω inungo.

Alipta, vocabatur olim ille, qui Athletas inungebat.

Alisma, est *Saponaria*, sed aliis *Plantago aquatica* vel po-

potius Doronici species. Dicitur quasi ἴσμα τῆ ἅλης quod virus venenatorum animalium debellare novit; vel παρὰ τὸ ἀλέειν καὶ ἴσμα, quod sciat propulsare venenum leporis marini & ranæ rubetæ, opiique. Gall. *Plantain des Montagnes.*

ALITES, seu volucres, ab alis gerendis, vel ab alis eundo dictæ.

ALITURA, est actio corporis vivi, qua perpetuus sanguinis, spiritus, substantiæque defluxus, ope succi alimentarii novi, præparati, & in partes alendas impulsi, continuò instauratur. Gr. Θρέψις. B. Voeding. G. Das Ernehren. Gall. *la Nutrition.* A. Nourishment or Food.

ALKAHEST, vide *Alcahest.*

ALKALI, vide *Alcali.*

ALKEKENGI, sive Solanum vesicarium, Halicacabum vulgare, habet caules exiguos, rotundos, rubicundos, in multos ramos exiguos divisos, folia Solani, sed majora; calicem tubulosum, campaniformem, quinquifidum, instar vesicæ supra conniventis, excrescentem, qui per maturitatem fit pericarpium; flores monopetalos, rotatos, quinquifidos, staminibus quinque præditos; ovarium ex placenta ad finem pedunculi, intra calicem natum, tuba longa, gracili, apice globoso prædita instructum, fit fructus mollis cerasi forma (qui tectus latet in vesica membranacea ex calice dilatato) per maturitatem rubens, saporis acidiusculi aliquantulum amari, continens sub tenui pellicula pulpam globosam, & flavescentem, in qua hærent semina compressa, subrotunda, rugosa, plana, saporis subacris, subamari, odoris nullius evidentis: Radix parva, alba, repens. Alkekengi vox Arabica. B. Krieckjes van over Zee. G. Judenkirschen / Teuffelskirschen. Gall. *le Coqueret, ou l'Alkekenge.* A. Winter-Cherry.

ALKERMES, est Confectio composita ex variis simplicibus, gratissima, magno hodiè in usu, viribus Cardiacis famosa, fit cum vel sine Moscho, illa viris, hæc mulieribus convenientior, fit quoque sine Ambra.

ALLANTOIDES, est tunica urinaria, *Farciminalis dicta*, inter Amnion & Chorion collocata, est tenuissima, tenerior Amnio, multo pellucidior, ad tactum delicatior, aëris flatui minimo cedens, figuræ ovalis, nullis vasis sanguineis huc usque visis prædita; totum fætum non obvolvit, sed solam partem Chorion respicit; neque ad to-

totam Placentam extenditur; protendi enim nequit ultra margines Placentæ, ubi Amnios & Chorion tam arcte fibris connectuntur, ut nulla membrana inter eas adesse possit; recipit liquorem urinosum, a fœtu secretum, & in ea sensim manantem ex vesica per umbilicum & urachum; hæc autem in fœtu humano a multis nondum admittitur. ab ἀλλᾶς farcimen, & εἶδος forma: nam in plerisque brutis farciminis instar figuratur; Latinis *Farciminalis tunica*. B. Pis-vlies / Worst-vlies. G. Harn-Häutlein / Wurst-Häutlein. Gall. *Membrane Alantoide*. A. The urinary membrane so called.

Alleluja, est *Oxytriphyllum*, sive *Trifolium acetosum*; sic appellatur, quia quando primum è terrâ folia emittit, eo tempore in Ecclesiis canticum Alleluja cantari solebat. B. Koekoeks-brood / Klaver-zuiring. G. Saur-Klee / Buch-Ampffer / Guckauch Klee / Hasen-Klee / Mähler-Kraut. Gall. *Pain de Coucou*, *Alleluia*. A. Wood-sorrel. vid. Acetosella.

Alliaria & Alliaris, est herba, quæ trita Allium olet: radicem habet longiusculam, rectam, tenuem, aliquando lignosam; ex qua caules tenues, rotundi, ultra pedem alti exsurgunt; folia habet lata, subrotunda, per ambitum laciniata; flores fert in caulium summitate multos, candidos & quasi congestos; quibus siliquæ tenues, oblongæ, semine nigro exiguoque repletæ, succedunt. Vis ejus, qua putredini resistit, in ulceribus putridis, & præcipue Gangræna, summopere laudatur ab Hildano. B. Look zonder Look. G. Knoblauch-Kraut / Läuchel / Safft-Kraut. Gall. *Herbe des aulx*, vel *Alliaire*. A. Sauce alone, vel jacke by the Hedge.

Allium, est Planta bulbosa grave olens: quæ habet folia longa, plana, non cava; caulem rotundum, politum; florem hexapetalum, pedunculo longo sustentatum, in fasciculum globosum collectum, parvum, sæpe destitutum ovario, si modo mas sit, aliquando ovarii specie & tuba instructum: Ovarium intra florem fit fructus, subrotundus, trilocularis, plenus seminibus subrotundis, sæpe autem ovarium solitarium globosum, pellicula obvolutum, specie bulbi hæret ad unum pedunculum floris, masculi fætor est olidus in omni parte plantæ: Radix hujus plantæ est tunicata, bulbosa, ex multis nucleis constans: integer bulbus nondum fractus, nullum

odorem spargit, sed demum ubi fractæ squammulæ sunt, odorem acrem fundunt, qui, si interne sumatur, per totum corpus penetrat: venit à Græco verbo ἅλλομαι exilire, quod nimium exiliendo crescat, vel ab ἀλλάσσω muto, quod anhelitum mutet, & alterare faciat, gravem enim odorem spirat. Gr. Ἀγλίθιον, Σκόροδον, Ὀλκόν, vide *Scorodon*. B. Look. G. Knoblauch. Gall. *Ail*, A. Garlick.

AlliotICUM, est medicamentum Galenicum sanguinem alterans & purificans; coctum ut plurimum ex *rad. taraxaci, cichorei, fœniculi, passulis, Herb. endiv. bellid. lactuc. acetos. fumar. &c.* ab ἀλλοιόω altero, vario. Lat. *Decoctum alterans*. B. Een verander-drank / Mei-drank / bloedzuiverende drank. G. Ein Blut-reinigender Tranck. Gall. *Potion alterante pour purifier le sang*. A. The altering potion.

Alnus, est arbor mediocris magnitudinis, erecta, cujus truncus habet corticem asperum, fragilem, nigricantem, lignum tenerum, flexile, rubicundum, leve, facile in terra corrumpens, sed fere nunquam in aqua, unde pro fundamentis ædificiorum optime inservit; ramos molles, teneros, cortice externe griseo, interne flavescente tectos, saporis amari, ingrati cum quadam adstrictione; folia subrotunda, dentata, viridia, splendentia, viscosa; fructus squamosus est, conoïdes, sub squammis recondens semina rubicunda & compressa: crescit hæc arbor in locis paludosis. dicta ita quod amne alatur. Vel ab ἕλος palus, quia juxta paludes succrescat. Gr. Κλήθρη & Κλῆθρον ab κλάω, frango: Vel ab alendo, quod facile alatur, & in altitudinem assurgat. B. Elzenboom. G. Erlen-Baum. Gall. *Aune*. A. The Alder-tree.

Aloe, est planta exotica, crescens in Arabia, Persia, America, Africa, & Ceylon, quæ habet folia longa, integra, semper virentia, arcte crassitie sua sibi mutuo juncta, plerumque succulenta, crassa, carnosa, crenata, in margine acuta, Sedis fere accedentia; flos est monopetalus, tubulatus, infra prominens in ventrem, supra angustior, & in sex segmenta ibi scissus, nudus, clavo hyacinthino affixus, sex staminibus præditus; fructus oblongus, trilocularis, cylindricus, hexagonus, repletus seminibus sibi mutuo impositis planis, ad loculamentum suum accommodatis; radix perennis, fibrosa vel & tuberosa: hujus plantæ succus ex foliis expressis vel incisis sponte

ſponte emanans, ſolis calore inſpiſſatus, ſaporis amari, aromatici, nauſeoſi, Aloë quoque dicitur, qui ex Arabia & Ægypto ad nos pellibus involutus affertur. Ejus ſpecies hodie in officinis quatuor in uſu ſunt, quæ tamen non niſi puritate & impuritate ab invicem diſcrepant. Scilicet Aloë ſuccotrina, hepatica, caballina & quarta lucida dicitur; Aloë ſuccotrina, eſt ſuccus gummoſus, & reſinoſus, ex fuſco nigricans, dum fractus in lamellas, ſplendens & pellucidus, in pulverem redactus citrini eſt coloris, ex foliis, imo & ex plantis transverſim verſus radicem diſſectis, ſponte ſua vere, ubi ſucci nutrititii luxuriant, in ſuppoſitas patinas amplas deſtillans, in quibus a ſole condenſatur, & exſiccatur; inde ulterius inſpiſſatur, & quo exactius hæc fiunt, eo Aloë pellucidior & nobilior; hic ſuccus ſponte ſe in duas partes ſeparat, 1°. in ſpiſſiorem fundum petentem, 2°. in tenuiorem ſupernatantem; Aloë optima cognoſcitur ex ſplendore, friabilitate, ſolutione in aqua, quod in fundo remanet id Aloën Caballinam conſtituit, quæ eſt ſimiliter ſuccus iſtius plantæ gummoſus, & reſinoſus, nigricans, priori ponderoſior, craſſior ac impurior, expreſſus ex foliis Aloës, in ſole concretus, ſaporis ſubacris, amari, nauſeoſi, odoris graveolentis, quaſi Picei & Myrrhati; Aloë Hepatica eſt ſimilis ſuccus ac Aloë ſuccotrina, quoad virtutes & qualitates, & differt tantum ab ea, quod hæc in China, prior in inſula Succotra educitur, hinc differunt tantum loco natali; ubi Aloë tam pura, ut pellucida ſit inſtar vitri, dicitur lucida. Leniter purgat, diuque in inteſtinis manet, hinc eorum vaſa aperit, & Hæmorrhoides provocat. Gr. ἀλόη, Nomen accepiſſe videtur à ſale, vel ſalo, ſive mari, cujus afflatu maximè gaudet: ἅλς enim eſt ſal: vel ut aliis placet, quod ſalſedinis foris nonnihil contineat, ut cæteræ maritimæ plantæ; ſed hujus vocis Etymon potius deducendum a voce Arabica, vel Hebraica; mirum quod hæc planta, quæ ſuccum continet tam amarum, in omnibus fere ſuis partibus, habeat in cotylis petalorum ſui floris mellitum liquorem. B. G. Gall. A. *Aloë.*

Aloedaria vel Aloetica, ſunt Medicamenta, quæ magnam vel modicam Aloës quantitatem recipiunt.

Aloës lignum vide *Agallochum.*

Alogotrophia, eſt improportionata nutritio, ita ut una

una pars corporis majus incrementum accipiat, quam altera, ut in *Rachitide*, ab ἄλογος rationis expers, & τρέφω nutrio. B. Een ongelijke voeding. G. Ungleiche Nahrung. Gall *Nutrition inparfaite ou inegale*. A. Unequall nourishment.

Alopecia, eſt *Plin. Capillorum defluvium*, à lue venerea, Phthiſi, virium corporis collapſu, vel aliunde ab omni acri humore, pilorum radices erodente, excitatum, ex ἀλώπηξ vulpis, & πίπτω cado; a vulpe, cujus lotium effæta dicitur reddere loca in anum, ut *Callimachi* Scholiaſtes annotat; vel à malo, vulpi peculiari. Vocatur etiam ὀφίασις à figura, quod partes glabræ & pilis deſtitutæ tortuoſæ inſtar ſerpentum videntur. Utrique huic affectui commune eſt, quod areatim pili decidunt; unde etiam in genere hoc malum *Area* vocatur. B. Uitvallen des hairs / Hoofdzugt / Hairelooſheid. G. Außfallen des Haars. Gall. *Alopécie*, *Chute des Cheveux*. A. Outfalling of ones haire.

Alopecuroides gramen, eſt gramen vulpinum, ex ἀλώπηξ vulpes & εἶδος forma. B. Voſſenſtaarten-gras. G. Fuchſen Schwantz Graß. Gall. *l'Herbe de queue de Renard*. A. Foxtailgraſe.

Alosa piscis, vel Alausa, ab alendo, Latinis Clupea. B. Elft. Gall. *Aloſe*.

Alphenic, nomen Arabicum, Penidium, ſeu ſaccharum hordeatum ſignificans.

Alphitidon, eſt fractura oſſis in multas tenues partes farinæ inſtar. Gr. ἄλφιτον farina. B. Vergruyzing van 't Been.

Alphus, Lat. *Vitiligo*, ita deſcribitur *à Celſo*; dicitur ἄλφος, ubi color albus eſt, ferè ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur in cute. Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermiſſionibus ſerpit. *Alphus* etiam appellatur *Morphæa*, procul dubio à Μορφὴ, quod ſcilicet cutis color in album, vel nigrum mutetur, & ſi niger eſt color, & umbræ ſimilis, vocatur μέλας, cætera eadem ſunt. λεύκη habet quiddam ſimile Alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit, quam Alphus, in eaque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt: ſed in aliis celerius, in aliis tardius. Alphus & Melas in quibusdam variis temporibus oriuntur & deſinunt. Locum, quem occupa-

pavit, non facile dimittit. ἄλφος dicitur ab ἀλφαίνω muto, ut Aëtio placet. Alii ab Alpibus, Italiæ montibus albis, derivant. B. Een witte Lazeri. G. Das weisse Maltzen/ Mehl-Fleck. Gall. *Lepre blanche*. A. The white leprosie. Arab. *Baras*.

Alsine, est planta habens folia parva, oblonga, sibi invicem opposita, bina cauli adhærentia; calicem magnum, oblongum, in quatuor vel quinque segmenta divisum; florem rosaceum, polupetalon, prout calix vel est quadrifidus vel quinquifidus; his floribus succedit fructus parvus, membranaceus, includens semina exigua, obrotunda fere, rubra aut fusca; radix parva, fibrosa: est planta sylvestris, & nulla est sylva, ubi non crescit: ab ἄλση lucus ubi nascitur: dicitur quoque auricula Muris: quod parietibus accrescat: & Morsus Gallinæ, quia ab iis amatur; aliis quoque aviculis, quum cibos respuunt, pro medicamento exhibetur. B. Vogel-kruid/ Muur en Muur-kruid. G. Hünerdarm/ Hünerbiß/ Vogelkraut. Gall. *Mouron*, *Morgeline*. A. Chick-weed. Henbit.

Alterantia, idem quod *Alliotica*.

Alteratio Sanguinis, significat sæpe sanguinis per medicamenta, quæ sine manifesta quadam evacuatione operantur, depurationem. Vide *Alliotica*. B. Bloedzuivering. G. Blutsäuberung. Gall. *Purification du sang*. A. A purifying of the blood.

Althæa, *Ebiscus*, vel *Ibiscus*. Officinæ, quæ ut plurimum barbaricis vocibus gaudent, *Bismalvam*, *Malvaviscum* & simpliciter *Eviscum* nominant. *Malvavisci* autem vox corrupta est, Malvâ nimirum & Evisco composita; quasi dicat aliquis Malva-Ebiscus. Planta est semine nudo, polysperma, seminibus caseosis, floribus octopetalis, folio longiori serrato, molleculo, tomentoso, radix oblonga, digiti crassitie, in ramos divaricata, foris pallide cinerea, intus pallida, ex siccitate rugosa, saporis mucilaginosi, & lenti, odoris nullius evidentis, discissa attactu est glutinosa; & decocta cum aqua, ipsam reddit mucilaginosam, hinc ad involvendam omnem acrimoniam summo in usu est: *Althæa* appellatur à multiplici remediorum potestate & usu; vel Plinio Authore, ab effectus excellentiâ: nam Ἀλθαίνειν mederi est, & ἄλθος sanatio. B. Heemst/ witte Maluwe/ Huemst. G. Ibisch/ Eibisch-

Eibisch-Kraut / groß oder wild Pappeln. Gall. *Guimauve ordinaire.* A. Marsh mallows.

Altheben Arabibus idem est quod *Sebel* vel *Pannus oculorum.*

Aludel, vel Aludelli, sunt vitra sublimatoria, & ollæ fundo carentes, sibique invicem impositæ, quæ ollæ suppositæ adaptantur: quæ sublimationibus inserviunt. B. Sublimeer-glasen of potten. G. Ein Sublimier-Glaß. Gall. *Aludel, vaisseaux pour sublimer.* A. Subliming-glass.

Alvearium, est cavitas auris internæ, sive meatus auditorius, ubi sordes flavæ & amaræ gignuntur, & soni inferuntur. B. Het oor-gat. G. Das Hole der Ohren. Gall. *Le trou de l'oreille.* A. The inmost cavity of the Ear.

Alveoli Dentium, seu Mœnia, utriusque Maxillæ cavitates sunt, quibus dentes per gomphosin inseruntur. B. Kassen der tanden. G. Höle der Zahnen. Gall. *l'Alveole des dents.* A. The Sockets of the teeth.

Alveus ampullosus idem est quam *Sacculus Chyliferus.*

Alumen, salis fossilis species, quod ex saxo, profunde sub terra sito, duro, fissili, bitumine & sulphure pleno, facile incendendo, eruitur; vel ex terra bituminosa, combustili, & flammam nidore sulphureo noxiam emittente. Hæc materies, aëri mensis spatio exposita, in pulverem fatiscit, alumini gignendo apta redditur, prius illi inepta. si ex Saxo materies, aëri exposita prius, igne exuritur, flammam tunc capiens, sulphuris præsentiam testatur. Sic parata aëre, & si e saxo aëre & igne, materies aqua solvitur, affusu alcali fixi vel volatilis præcipitatur cum effervescentia: sic exsuperans acidum unitum alcalino, facit salem novum, ex aëre, alcali, & fossili natum. Præcipitata materies a lixivio supernatante separata, aqua bulliente soluta, in vase plumbeo inspissata, dolio immissa, quiescens, dat crystallos albas, vel rubellas, octohedras, saporis dulcis, austeriusculi, haud facile liquescentes in aëre, requirentes decies quatuor aquæ pondus, ut solvantur. Hujus acidum, vi ignis expressum, sulphuris incensi collecto vapori acido idem omni fere dote. Relicta inde, expulso acido, fœx terram levem, subtilem, bolo similem, exhibet copia larga. Cum carbonariæ

nariæ inflammabilis materiæ triplo exusta, Phosphorum Hombergianum dat: adeoque virtutem singularem excitando cum aëre igni videtur possidere. Aluminis species usitatiores in officinis quinque nobis exhibent. Primum locum tenet *Alumen Rupeum*, Gall. *Alun de Roche*, B. **Klip Aluin**/ A. Common Alum. Alterum, est *Plumeum*, seu *Plumosum*, quod vide. Tertium, *Scissile* Σχιστὴ, quod glebarum instar est, & plumosum oblongum vocatur. Quartum est *Zuccarinum*, sive *Saccharinum*, ex Alumine rupeo, albumine ovorum & aqua rosacea. Quintum dicitur *Alumen Catinum*. Si simpliciter præscribatur, *Rupeum* semper accipiendum est: Invenitur vel in venis per se; vel excoquitur ex aquis mineralibus, vel ex terra & lapidibus, aliisve mineralibus extrahitur. Dicitur autem *Rupeum*, quia ex rupe seu saxis confici solet. Item *Glaciale*; quia glaciei conforme est. *Alumen Catinum*, proprie alumen non est, sed sal ex cineribus lignorum quorundam extractum, optimeque reverberatum. B. **Potasch**. Est & aliud *Alumen*, *Romanum* dictum, rupeo simile, sed pallide rubens. Gr. Στυπτηρία. Arab. *Sceb.* sive *Seb.* B. **Aluin**/ **Rots-aluin**. G. **Alaun**/ **Alat**. Gall. *Alun*. A. Roch-alum.

Alumen Plumosum, est substantia fere lapidea ex incano viridis, pinguis, attritu in tenuia filamenta solubilis; eruta ex fodinis, quæ in ignem conjecta exuritur, saporis austringentis & acris. Gall. *Alun de plume*.

Alusmos, ab ἀλύω, angor, intelligitur Hipp. anxietas, aut incontinens corporis jactatio, ut commodior, si fieri possit, situs acquiratur, quod inprimis morborum acutorum Symptoma est.

Alviduca, Medicamenta sunt, quibus alvus liquida & leniter fluida fit. Gr. ὑποκαθαρτικά. vid. ibid. B. **Buikweekmakende Middelen**. G. **Laxierende Mittelen**. Gall. *Remedes laxatifs*. A. The laxative medecines.

Alvi Fluxus, Idem quod *Diarrhœa*.

Alvus, Gr. Κοιλία & Γαστὴρ, est abdominis cavitas, qua ventriculus, intestina, hepar, lien, renes, vesica &c. continentur, vel & locus, per quem fecum & excrementorum crassorum naturalis fit excretio. B. **Buik**. G. **Der Bauch**. Gall. *Le Ventre*, *les intestins*, *les entrailles*. A. The belly, Panch.

Alvus Astricta, dicitur, cum quis raro per secessum

ſum fæces ex inteſtinis, & tantum valde compactas & cum difficultate deponit, quod fit vel ab earum exſiccatione, ut in iis, qui multum ſudant; vel ab imminuto inteſtinorum motu, ut in iis, qui vitam ſedentariam agunt. B. Hardlijvigheid. G. Hartleibig. Gall. *Dureté de ventre*, *le ventre conſtipé & pareſſeux*. A. Bound in body, vel belly Coſtivenets. Idem quod *Coproſtaſia*.

Alvus Fluida, eſt, cum quis liquida ſtercora, idque facillimè deponit. B. Weekbuikigheid. G. Weichleibig. Gall. *Le ventre libre ou lache*. A. Looſneſſ.

Alypon, eſt herbæ nomen, & dicitur Turbith album: vocatur & *Alypia*, ex α priv. & λύπη dolor; Herba dolorem quaſi auferens. A. Gut-Wort.

Alysson, Eſt planta, quæ habet caules repentes, longos, duros, lignoſos, rubicundos, tortuoſos, in multos ramos diviſos, lanuginem albam habentes: Folia oblonga, aſpera, albeſcentia; Flores in umbellam extremitati ramorum adhærentes, quadrifidos, flavos; ſemper poſt unumquemque florem naſcitur ſilicula unica compreſſa, rotunda, quæ conſtat duabus membranulis, & ſepto medio, illa membrana valva dicitur; valvæ hæ vel contra ſeptum illud complicantur, vel parallele, vel perpendiculariter; ſemina ſunt ovalia, compreſſa, rubicunda; Radix eſt longa, lignoſa, alba, fibroſa, lanuginem habens; creſcit hæc planta in locis montanis. Herba hæc ſic appellatur, quod à cane commorſos rabiem ſentire non patiatur, & commorſis medeatur: ſingultum quoque ſanat, & α priv. & λύσσα rabies, ſingultus.

Amalgama, unde Amalgamatio, eſt alicujus metalli cum Mercurio commixtio. B. Metaal-menging met quik. G. Vermiſchung / oder Zermagung des Metals mit Quick-Silber. Gall. *Amalgame*. A. The reducing of Metal by Mercury into a paſt.

Amaracum, eſt herba odorifera, ab Amaraco puero regio dicta. Amaracus Cynaræ Regis Cypri, Unguentarius fuit, qui caſu lapſus, dum ferret unguenta, fracto alabaſtro, majorem ex confuſione odorem creavit. Unde optima unguenta amaracina dicuntur; Hic poſtea, cum nimio odore contabuiſſet, in herbam Sampſucum mutatus eſt, quæ poſtea ab ejus nomine Amaracum appellata eſt: Folia Bliti habet, ſed acutiora & magis polita, coloris viridis, ſubfuſci, in margine rubicundi, ſaporis

poris insipidi. Gall. *Espece de Marjolaine.* vid. Majorana.

AMARANTHUS, planta est floris comam speciosam & non marcescentem habens, variis coloribus ornatam; unde ejus nomen: Hinc hyeme & æstate ex illa gestant Puellæ immarcidas corollas, ex α priv. & μαραίνω marcesco. Gall. *Amarante, ou fleur de jalousie; fleur qui ne fletrit point, & d'une couleur pourprée.* Medicis & Herbariis nostræ ætatis ex *Amore* & *Anthos* dictionem componi credentibus, *Flos Amoris* vocatur. B. Fluweel-bloemen. G. Sammet-Blum/ Tausendschön/ Flor Amor. Gall. *Passe-velours.* A. Flower gentle.

AMARELLA, est Polygalæ species, atque sic ab amaritudine à Gesnero appellatur.

AMARUM dicitur de tali corpore, quod linguæ applicatum illi sensum inprimit, quem omnes Amarum vocant, qui dulci penitus est oppositus. Talis sapor est in bile animalium, & in multis vegetabilibus, v. g. Aloë, Absinthio. Gr. πικρὸν. B Bitter. G. Bitt. Gall. *Amèr* A. Bitter.

AMATORII MUSCULI, ita vocantur obliqui, seu rotatores oculorum musculi B. Minnaars-spieren.

AMAUROSIS, est in rebus eminùs, & cominus positis, visus abolitio, ita tamen ut nullum vitium externum in oculo vel accuratè inspicienti appareat; Idemque ejus vitium in nervi optici obstructione consistat: hic pupilla est integra, humores sunt integri; causa est omne illud, quod illæso spectabili bulbo facultates visus ineptas reddere potest; hinc oritur vel a vitio in tunica Retina, vel si afficitur Nervus opticus aliquo in loco a Retina ad thalamos nervorum opthalmicorum; si ipsa medulla cerebri male se habeat in illa parte suæ substantiæ, unde fit nervus opticus, vel si ipse cortex, unde producitur illa pars substantiæ medullosæ, quæ Nervo optico inservit, vitiatus sit. vocatur etiam *Gutta serena*, ab ἀμαυρόω obscuro. B. Een verdonkertheid des Gezigts / siehe Blindheid / heldere drop. G. Helter Tropff/ der schwartze Starr/ Starrblinde. Gall. *Goute sereine.* A. Dimnell of light.

AMBARVALIS, flos est herbæ, quæ viget, quo tempore circùm arva fiunt processiones, ex ambire vias dicitur.

AMBE, in genere notat superciliosam eminentiam, quæ est in ora alicujus rei vel ambitu, unde eminentia ossium

superficiaria ita etiam dicitur. Item, instrumentum Chirurgicum, quo brachia dearticulata restituuntur.

Amblosis, idem quod *Abortus*.

Amblotica sunt medicamenta abortum facientia, ut sunt Diuretica omnia, & quæ uterum aperiunt, fœtumque & placentam expellunt. ab ἀμβλώσκω abortio, unde ἄμβλωσις & ἄμβλωμα, abortus. B. Middelen die een Misgraam maken. G. Mißgeburt verursachende Mittelen. Gall. *Remedes Avortifs*. A. Medecines which cause Abortion.

Amblyopia, est visus obscuritas: quæ est quadruplex: *Myopia*, *Presbytia*, *Nyctalopia* & *Amaurosis*, de quibus suo loco; ex ἀμβλὺς obtusus, hebes, & ὄπτομαι video. B. Een donker gezigt / Oogen-schemering. G. Dunckelheit der Augen. Gall. *La veüe obscure*. A. Dulness of sight.

Ambonæ, idem quod *Ambe*.

Ambra commune nomen est, quod idem significat quam *Succinum*.

Ambra Grysea bituminis quædam species est, inflammabilis, pinguis, odoris suavissimi, quod procellosis fluctibus ex fundo maris excussum & ad littus eructatum est. Rectè censetur ex destillatione, Ambram recenseri inter succina, & fossiles resinas, licet etiam in Cetis reperiatur, qui fortè illam devorarunt, eaque delectantur. Invenitur in Japonia, insulis Moluccanis, Mauritii, Neicotarres, in Sumatra ad Occidentem, in Borneo, & Caap Commeriis, propè Malabar sitis. Optima censetur Grysea, seu coloris cinerei seu grysei, à sordibus purgata & odorata, lævis, quæque acu perfossa succum pinguem resudat; notat Cl. *Kæmpfferus*, quod nulla sit melior bonitatis & constantior nota, quam si candenti laminæ ejus granula aliquot imponantur, quo ipso suffitus prodit adulterium, & cineris paucitas bonitatem. Improbatur *nigra* & *candida* valde, procul dubio adulterata; sæpius enim solet adulterari, notante eodem *Kæmpffero*, qui dicit, quod cum recens in littus deponitur, massæ farinaceæ instar & adulterio recipiendo aptissima est. Nihil vero eidem facilius ingeritur, (prout ipsi adulteratores authori fassi sunt;) quam gluma oryzæ in pollinem redacta, nam hæc & levitatem & colorem glaucum ei conciliat; sed quam fraudem teredines, illata carie, pos-

possessori detegunt &c. B. Amber-grys. G. Amber. Gall. *Ambre gris*. A. Amber grise.

Ambrosia, est Herba quædam Botrys dicta: ab α priv. & βροτὸς mortalis, interposito μ vocalitatis gratia; vel quod mortales eam non edant, vel quod qui eam comederint, immortales evadant: ideoque τὸ τῶν Θεῶν βρῶμα Deorum cibus dicitur, eximiæ fragrantiæ gratia Diis expetita: habet caulem unicum, in multos ramos divisum; folia incisa, albescentia; Flores flosculosos, plurimis scilicet flosculis sterilibus calice comprehensis, constantes; fructus est clavæ æmulus, echinatus, monospermus, fætus semine nigricante & oblongo, tuba bifida instructus, alio loco plantæ; radix longa, lignosa, tenuis. Tota planta habet odorem suavem, saporem aromaticum, aliquantulum amarum, sed gratum, colitur in hortis. Gall. *Ambrosie*. A. The Jerusalem Oak.

Ambrosia, est medicamentum solidum, sed ea, quâ fieri potest gratitudine, præparatum: à Deorum cibo denominari videtur, quia solis Diis *Ambrosia* in cibum facescit, ut *Nectar* in potum, ex α priv. & βροτὸς *mortalis*. B. Gode spys / een aangenaam geneesmiddel. G. Der Götter-Speis. Gall. *Viande des Dieux*. A. The meat of the Gods.

Ambulatio, Chirurgis dicitur, quando pars quædam inflammatione, gangræna, aut sphacelo corripitur, & in ambitu plagæ malum ulterius proserpit. B. Het ambuleert / 't quaad kruipt voort. G. Umb sich fressende Geschwür. Gall. *Gangréne ambulante*. A. A spreading gangreen.

Ambustio, est continui solutio, à materiâ externâ adurente (igne actuali vel potentiali sc.) causata, cuticulam semper, cutim plerumque, nonnunquam etiam musculos, venas, arterias, nervos atque tendines lædens. Gr. πυρίκαυσις. B. Gebrandheid. G. Brand / Verbrennung. Gall. *Brûlure*. A. Burning or Scalding.

Amellus, dicitur à Mella fluvio Galliæ, juxtà quem herba hæc plurima nascitur.

Amentia vel *Dementia* est delirii species, & facultatis ratiocinandi quasi abolitio; cujus causam veram determinare *Castello* difficillimum habetur. *Pejerus* vero putat, cerebrum in hoc casu tam rude esse, ejusque fibrarum rigorem tam pertinacem, ut flecti aut plicari nequeant, quod

quod vel nativitati imputandum, vel educationis instructionisque defectui. Vide etiam *Anoëa.*

AMENTUM, Idem quod *Alumen plumeum*, vide *Amianthus.* Est etiam terminus Botanicus, & significat flores in longum protensos, quales etiam Juli vocantur. Tales habent Salix, Corylus, Juglans, Castanea.

AMETHODICUM, est quod sine methodica & dogmatica ratione fit, ut solent Empirici, ex α priv. & μέθοδος, ratio ad invenienda auxilia.

AMETHYSTUS, est gemma pellucida purpurei, seu violacei coloris, aliquando ad flavedinem inclinantis, hujus color videtur deberi pigmento metallico inprimis, aut & alteri cuidam fixo & fossili principio, in ipsa earum nativitate, quam intime permisto, unitoque: evincit hoc hujus & aliarum similium gemmarum colorum similitudo, atque artificiosa harum confectio, dividitur in Orientalem & Occidentalem, atque hinc reperitur in India Orientali, Arabia Petrea, Armenia, Ægypto, Galatia, Tharso, Cypro, Bohemia &c. B. Amethist. G. Amethyst / Ametist. Gall. *Ametiste.* A. The Amethyst.

AMIANTHUS, est lapis Alumini plumoso similis, sed absque sapore & in igne non combustilis, in quo ab Alumine plumoso differt, coloris varii, & in filamenta ductilis; inde Veteres indusias aliaque præparare noverunt, quæ ubi sordida, igni tradebantur & pura evadebant: duplici forma diversa reperitur, sub specie filamentorum majorum Alumine plumoso, & vocatur hæc linum incombustile; altera species sub forma lapidis fusci, vel nigri, duri, malleo extensilis. Græcis Ἀσβεστος. Quod Elychnia ex eodem fiant incombustibilia. B. Pluim-aluin. G. Federweiß / Steinflachs / Schiefer-Weiß / Stein-Dacht. Gall. *l'Amiante.* A. Eart-flax, or Plicimons Alum.

AMMA, sive SUBLIGACULUM, aut BRACHERIUM, est vinculum Herniosis utile, quod vel ex lintea fascia, vel orbiculo metallico inferius abdomen ambiente conficitur, & protuberantia eminente interius donato, applicatur in inguine ad processum peritonæi ubi per musculos transit, & annulum comprimens, retinet intestina in abdomen reducta, quæ per hunc annulum cæteroquin elaberentur, ab ἅπτω connecto. *Bracherium* nomen accepisse videtur à cingulis, quæ lumbis & renibus adaptantur, ab *Isidoro Brachiale Monachorum* vocatum, *Succinatorium*;

torium; *Brachile* ſeu *Brachiale* dicitur, quamvis non brachiorum, ſed renum ſit cingulum. *Rebrachiatorium Caſſiano*, unde procul dubio natum *Bracherium* Chirurgorum, cingulum nempe herniam inteſtinalem ſubſtringens. B. Een breuk-band. G. Bruch-Band. Gall. *Un brayer*, *des eſtreintes*, *Bandage Reſtreintif*, *Ceinture*. A. A girdle for the ruptures, or a Trieſſ.

AMMI, ſunt ſemina exigua, ſabuli grana referentia, ſtriata, globoſa, ſuaviter aromatica, ſaporis amari, acris, odoris fragrantis fere ut Origani, vel Thymi; hinc inter ſemina quatuor calida minora recenſentur: optima deferuntur ex Alexandria vel Candia, ubi producuntur. Planta, unde creſcit, ſatis eſt procera, ramoſa, Amnioſelinum dicta, folia habens Anethi ſimilia, in longas & anguſtas diſſectas lacinias abeuntia, crenas habentia ad coſtas; nomen ab ἀμὶς matula, quaſi cogens homines ad matulam, vel ſecundum alios ob ἄμμος arena, ob ſimilitudinem, quam habent cum granis ſabuli. eſt Cuminum Æthiopicum ſeu Regium, à voce ammi, forte cammi & cummi, unde Cuminum, vel vice verſa à Cumino vox Ammi.

AMMONIACUM GUMMI, ſeu HAMMONIACUM, eſt lachryma ex Ferula Africana, juxta delubrum Hammonis naſcente, unde & nomen: gummi inſtar Thuris grumoſum eſt, digitis tractatum molleſcens, exterius flavum, interius ſubalbicans, cui ſemina, Angelicæ inſtar, interſperſa ſunt; odor eſt ferè caſtoreus, & gravis, ſaporque aromaticus & amareſcens. B. Gom Ammoniak. G. Ammoniack. Gall. *Gomme Ammoniac*. A. Gum Ammoniak.

AMMONIACUM SAL, vide *Armoniacum*.

AMNION, CHARTA VIRGINEA, eſt membrana, fœtum in utero proximè obvolvens, & molliter excipiens, quæ etiam cum reliquis ſecundinis poſt partum expellitur, Chorio longe albicantior atque tenuior eſt. ipſi Chorio blanditer accumbens, non tamen niſi ſuperiore parte adnexa; hæc figuræ fere ovalis, maxime tenuis & ſimplex eſt; mollis eſt, lævior ac politior parte interna, externa inæqualior, candida & pellucida, laxo intervallo a fætu diſtans, nullis vaſis ſanguineis hactenus demonſtratis donata; exterius membrana Urinaria & Chorio inveſtitur, quæ ſibi invicem aliquando ſatis tenaciter adhærent ab hac parte, ita ut vix avelli queant: continet non tantum fœ-

tum, sed & humorem nutritium, quo fœtus, per os & gulam alimentum sibi sugit: vid. liquorem Amnii. Ἀμνίος, Ἀμνίον Græcis dicitur, Latinis amiculum, indusium, quod amice fœtum obvolvat, vel ut alii volunt ab ἀμνὸς agnus, sic ab ejus teneritudine dicta & mollitie, vel μένος animus, & quasi ἄμενον, id est ἄνευ μένους καὶ αἵματος, vel ἀμνίον, tanquam vas inter sacrificandum, sanguinem excipiens. B. Het binnenste vlies van de Nageboorte / 't Lam-vlies. G. Schaff-Häutlein. Gall. *l'Amnios*, *Membrane des Eaux*. A. The Amnion.

Amolynthum, est Medicamentum, quo tractato, manus non inquinantur, ab ἀμολύνω non inquino.

Amomum, Veterum quodnam sit, adhuc sub judice lis est. Sunt enim, qui Rosam Hierichontis esse velint: Alii aliud quid esse contendunt. Officinæ duplex semen sub Amomi nomine monstrant, quorum alterum majus nigrum rotundumque est instar granorum piperis rotundi, vel cubebarum, gustu minime acre, quod videtur veterum esse *Sison*, *Sinon*, &c. Alterum minutum semen & pallidum; utrumque raro in usu, locoque Amomi Veterum recipitur Acorus. Ingreditur Theriacam. *Amomum & Cardamomum minus*, quæ in officinis prostant, putant nonnulli fructus esse plantarum, genere convenientium, specie vero saltem differentium; & quoniam illa differentia in fructuum duntaxat formâ, hoc est, rotunda aut triangulari consistat, folia autem conveniant, nec fructus hac in regione unquam producantur, hanc plantam pro utrisque spectandam exhibent. Dicitur ab odore bono, qui reprehendi minimè queat, vel dictum putant, quod veluti odorem Cinnamomi referat. μῶμος enim est reprehensio, & ἄμωμος reprehensioni non obnoxius. Gall. *Amome*.

Ampeloprasum, est Porrum, circa vites nascens. Ex ἄμπελος vitis, & πράσον porrum. B. Wyngaard-paret. G. Acker-Knoblauch / Wilder Lauch. Gall. *Ail poireau*. A. Bears-garlick.

Amphiarthrosis vide *Synchondrosis*.

Amphemerinus, est morbus quotidianus, unde πυρετὸς ἀμφημερινὸς febris quotidiana, ex ἀμφὶ circum, & ἡμέρα dies.

Amphibium, est omne animal, æquè in aquis, ac in terris vivens. Ex ἀμφὶ ambo, & βίω vivo.

Am-

Amphiblestroides, ſive Tunica retina oculi, mollis eſt alba mucoſaque ſubſtantia, cui nomen inditum, quòd projecta in aquas, reticulum æmuletur. Protenditur ab ipſo nervi optici centro, ſupraque vitreum humorem expanſa, ad ligamentum ciliare porrigitur: hæc tunica ſiquidem albida & medullaris, ab ipſa nervi optici ſubſtantiâ medullosâ, ac fibrosâ procedit; ut ſit fibrarum nervearum, quæ illic in unam faſciam colliguntur, quaſi in velum retiforme expanſio. Revera ſi integer oculus pro flore, qui cerebro per nervum opticum, velut caudicem accreſcit, ſumatur, tunica retina erit flos ipſe, ac duæ priores tantum calicis vicem præſtabunt. Habent ſe intra oculi thalamum velut paries albatus, qui ſpecies viſibiles, per foramen cameræ atratæ admiſſas, excipit repræſentatque, cui ſpecies ſenſibiles imprimuntur, & à quo eadem πρώτω αἰσθητηρίω communicantur, ex ἀμφίβληστρον rete, & εἶδος forma. B. Het Net-vlies des oogs. G. Spinneweb Neſtlein. Gall. *La Rétine*. A. The Retina of the eye.

Amphibranchia, ſunt loca circa tonſillas, ex ἀμφὶ circum, & βράγχος raucedo.

Amphidæum, eſt caput oris uteri, labris cucurbitarum ſimile. Græcis Ἀμφίδαιον, Ὄχιον, Λέγνα.

Amphisbæna, ex ἀμφὶς, utrinque, & βαίνω, gradior: Serpentis genus eſt, nunc in anteriorem, nunc in poſteriorem progrediens partem.

Amphismela, eſt cultellus anceps Anatomicus, utrinque acie præditus, ſecandisque cadaveribus utilis, ex ἀμφὶ utrinque, & μιλίζω membranatim concido, μίλα eſt ſpecillum. B. Een Mes aan beide zyden ſnijdend. G. Ein Meſſer / daß an beyden Seiten ſchneidet. Gall. *Couteau tranchant de deux côtéz*. A. A diſſecting knife that cuts on both ſides.

Amphora, eſt vas cum duobus anſis, capit duas urnas, ſeu octo congios: eſt menſura liquidorum apud Veteres. Italis continet libras ſeptuaginta duas. Attica vero dimidium amphoræ circiter ſupra Italicam Amphoram continebat. Secundum hodiernam computationem, capit vini libras octoginta, & olei circiter ſeptuaginta. Gall. *Amphore*.

Ampulla, eſt vitrum rotundum, cui collum in ſummitate eſt. B. Kinderglas / Karrol / Fioolglas. G. Ein rund

rund Fläschlein. Gall. *Phiole*, *Ampoulle*. A. A viol. A Glas-bottle.

Amuletum, Periamma, *Periapton*, est monile, quod è collo suspensum & gestatum, vel in annulo, dicitur occulta quadam virtute remedium præsentaneum adversus febres, venena & fascinationes, cujus efficacia tamen unice a phantasia dependere videtur.

Amurca, dicitur sedimentum, vel recrementum olivarum expressarum, fæx Olei. Gr. Ἀμόργη ab ἀμέργω, exugo oleas, & amurcam exprimo. B. Droessem van Olie. G. Trusen vel Hefen von Oele. Gall. *féces ou la Lie de l'huile*. A. The Lees vel Mother of oyl.

Amygdalæ, idem quod *Antias & Paristhmia*.

Amygdalus, est arbor ad mediocrem altitudinem assurgens, in ramos plures se expandens, quæ habet folia longa, angusta, acuta, saporis amari, grati: calix est monophyllus, quinquifidus; flos rosaceus, pentapetalus, staminibus multis præditus; ovarium in fundo calicis instructum tuba longa donata apice globoso, quod fit fructus, callo pulvinato, minus spisso, ficciore, condens ossiculum rugis minus profundis ornatum, in quo nucleus oblongus, plerumque unus, pediculo brevissimo; Fructus vocantur Amygdalæ, quæ sunt figuræ ovalis, depressæ, sub cuticula flavescente granum album tegentes, dulces, vel amaræ, & sapore tantum a se invicem differunt. Sic vocatam volunt, quod fructus post viride putamen, alterum, quod subest, multis scatet rimosis scarificationibus, quas Græci Ἀμυχὰς appellant. B. Amandel-boom. G. Mandel-Baum. Gall. *Amandier*. A. The Almond-tree.

Amygdalatum, est lac artificiale, seu *Emulsio*, ex Amygdalis aliisque seminibus parata, ab ἀμυγδάλη, Amygdalæ fructus. B. Amandel-melk. G. Mandel-Milch. Gall. *Lait d'Amandes*. A. Almond-milk.

Amylum, est flos tritici aut siliginis subtilissimus, albissimus, multiplici aquæ affusione ex farina extractus, & in exiguas massulas exsiccando coactus. Sic dicitur, quod sine mola paretur. Ex α priv. & μύλη mola. B. Stijffel/ Ameldonk. G. Amel-Mehl/ Krafft-Mehl. Gall. *Amidon*. A. White Starch.

Amyon, dicitur membrum emusculatum, hoc est ita extenuatum, ut musculi vix appareant amplius.

Ana, est æqualis variorum Medicamentorum, unâ for-

formulâ præscriptorum, portio. Vulgo simplici ã, vel duplici ãã brevitatis gratia scribitur. B. Evenveel Gewicht. G. Gleiche Theile / oder jedes gleich viel. Gall. *Quantité égale*, *Egale Portion*. A. An Equal Portion.

Anabasis, est morborum invalescentia. Vide *Acme*, ab ἀναβαίνω ascendo.

Anabole, materiæ rejectionem per superiora significat.

Anabrochismus, est, cum, immissis vinculis, aliquid supervacanei tabefactum tollitur. Item modus extrahendi pilos palpebrarum inversos, oculumque pungentes, immisso per foramen acus tenuissimo bysso: per cujus duplicatam ansam pilus trajectus vellitur.

Anabrosis, est partis alicujus in corpore ab humoribus acribus erosio. Idem quod *Diabrosis*, ab ἀναβρώσκω peredo, corrodo. B. Een doorëting. G. Zernagung / Verzehrung. Gall. *Corrosion*, *Rongement*. A. Corrosion.

Anacampseros vide *Telephium*.

Anacardium, duplex est *Orientale* & *Occidentale*. *Orientale*, est fructus arboris, Malabaribus Oepata dictæ, qui est cordiformis cum cuspide in vertice, niger, splendens, includens sub duplici involucro à se separato mellaginem crassiusculam, lentam, cerasorum colore, sub qua nucleum pallidum amygdalæ saporis *Occidentale* est quasi officulum reni leporis figura; foris fuscum, durum, & gerens nucleum album amygdalæ saporis. Magna est ejus in Cananor copia, tum in Calecut, & aliis Indiæ locis, veluti in Cambaya & Decan. Gr. Ἀνακάρδιον, Veteribus incognitum fuit. Arab. *Balador*; Indis *Bybo*. Lusit. *Facca de Malaqua*, quod viridis & in arbore pendens similis sit nostrati majori fabæ, major tamen, sic ob cordis similitudinem vocatur. Ex ἀνὰ ad sc. Formam vel similitudinem, & καρδία. B. Anacarden. G. Elephanten-Lauß. Gall. *Anacarde*. A. Anacardum or Malacca beans.

Anacatharsis, est medicamentum per superiora purgans; ut Vomitorium, Sternutatorium, Errhinum, Masticatorium, Salivatio, &c. ab ἀνακαθαίρω per superiora purgo. Idem quod *Emeticum*. & in specie apud Hippocratem significat purgationem per sputa.

Anacathartica, sunt Medicamenta vomitoria, quæ

per superiora purgant, ex ἄνω supra, & καθαίρω purgo. Idem quod *Emetica*.

ANACOLLEMA, est linimentum, aut aliud Medicamentum siccum, quod fronti & naribus ad oculorum vitia & Hæmorrhagiam sistendam admovetur. Idem Remedium incarnans & conglutinans, ab ἀνακολλάω conglutino; unde κόλλα gluten.

ANACTORION, est planta, cui nomen *Gladiolus:* ab Ἀνάκτωρ Herus vel Dominus, cui soli gladii jus est.

ANADENDROMALACHE, est Malva rosacea fruticosa; ex ἀνὰ ad δένδρον arbor, & μαλάχη Malva.

ANADENDRON, est Althæa, ex ἀνὰ ad (formam) & δένδρον, arbor: quia arboris in modum se erigit.

ANADIPLOSIS, est frequens febrium reduplicatio, ab ἀναδιπλόω reduplico.

ANADOSIS, est omne, quod in corpore sursum tendit, ut chyli distributio, vel vomitus, ex ἄνω supra, & δίδωμι do.

ANADROME, est sursum alimenti latio, vel reflexus humorum ad superiora, ab ἀνὰ δρόμος, cursus, & δρέμω, curro.

ANAGALLIS, Officinalis est planta, folia habens ex adverso bina & flosculos, foliorum alis insidentes, in quinque lacinias divisos, coloris rubri, pedunculis longis; his floribus succedit fructus sphæricus, membranaceus, per maturitatem in duas partes dissiliens, semina plerumque angulosa, minima: Radix fibrosa est, alba; dicta videtur ab ἀνὰ & γάλλος, quod æque reprimat, ac reponat sedem prociduam: ὁ γάλλος denotat enim, cui amputata sunt virilia, vel ut aliis placet, ἀπὸ τοῦ ἀναγωγεῖν τὰς ψύχας, animas evocare ac elicere. Magica enim putatur herba, unde nostris Guichelheil. Nam in limine vestibuli suspensa, maleficia arcere creditur. Alii derivant ab ἀγάλλω, orno, insignio, decoro, quod ubique vias læte flosculis suis ornet. G. Gauchheil / Colmar Kraut. Gall. *Mouron*, *Mouson*, *Morgeline*. A. Pimpernel.

ANAGALLIS AQUATICA idem quod *Becabunga*.

ANAGYRIS, à natali solo hæc arbuscula nomen accepit: Anagyris enim est civitas Attica: est arbuscula valde ramosa, habens corticem viridi-fuscum, lignum flavescens aut pallidum; folia terna, oblonga, acuta, in parte superiori viridia, in inferiori albescentia, odoris adeo for-

fortis & fœtidi, ut contusa, capitis dolorem producant; flores flavi, papilionacei, quorum vexillum brevius est cæteris petalis: flori succedit siliqua longa, cartilaginosa, Phaseoli siliquæ æmula, fæta seminibus reniformibus, in initio albis, dein purpureis, tandem post maturitatem cæruleis & nigricantibus; crescit in regionibus calidis, ubi fœtorem, Asam fœtidam superantem excitat. B. Stinkende Klaverboom. G. Stinckender Bohnen-Baum. Gall. *Bois puant.* A. Stinking Bean-Trefoil.

Anaisthesia, est facultas ablata percipiendi actiones objectorum sensibilium in organa sensuum externorum, ut paralyticis & sphacelo laborantibus contingit, ex α priv. & αἰσθάνομαι, sentio. B. Ongevoeligheid. G. Unempfindlichkeit. Gall. *Insensibilité.* A. Insensibility.

Analeptica, sunt Medicamenta, quæ vires refocillant; item pars Hygieinæ, quâ valetudinarii reficiuntur, ab ἀναλαμβάνω, iterum refocillo. A. Analeptiks.

Analgesia, est indolentia, sive doloris defectus, ab ἀναλγέω, non doleo.

Analogismus, est comparatio & perceptio causarum morbificarum & medicamentorum juvantium per similitudines, ab ἀναλογίζομαι, comparo: *Analogia* est Comparatio.

Analysis, est alicujus corporis in sua principia per Chymiam reductio. Item partium corporis humani demonstratio Anatomica, quæ per partes instituitur, ab ἀναλύω dissolvo. B. Een ontdoeninge / ontleding / ontbinding. G. Aufflösung. Gall. *Analise, Dissolution, Solution, Separation.* A. An Analyzing of any thing.

Anamnestica, Remedia, quæ memoriam restaurant, ut sunt spirituosa omnia, ab ἀναμιμνήσκομαι reminiscor. Item sic signa quædam dicuntur, ad Diagnostica pertinentia, quæ corporis, vel morbi statum prægressum in memoriam revocant. Gall. *Remedes qui retablissent la memoire.*

Ananas est planta flore monopetalo infundibuliformi tripartito, fructu carnoso, turbinato, succi pleno, fæto seminibus exiguis reniformibus: fructus maturus in deliciis habetur apud Brasilienses, ubi quoque *Tayama* audit: quoniam sapore vinoso & suavi omnes plantas superat. Gall. *Ananas.*

ANAPHALANTIASIS est defluvium pilorum in superciliis. B. Het uitvallen der Wynkbrauwen.

ANAPHRODISIA dicitur impotentia venerea, sive ineptitudo ad congressus venereos. Gall. *Impuissance.*

ANAPHROMELI, est mel despumatum, ex ἀνὰ de, ἀφρὸς spuma & μέλι mel.

ANAPLEROSIS, in genere significat repletionem; alias specialiter ita dicitur Chirurgiæ pars, qua ea, quæ in corpore deficiunt, vel casu perierunt, arte restituuntur, ab ἀναπληρόω impleo. Unde *Plerotica Medicamenta*, quæ partes restituunt.

ANAPLEROTICA, sunt Medicamenta vulnera carne implentia, & deficientia in corpore, quantum possibile, restituentia.

ANARHINON, vide *Antirrhinon* ex ἀνὰ per, ad, & ῥὶς nasus, quasi adversus nasum.

ANARRHOPUS, idem quod *Anadosis*, ab ἄνω supra, & ῥέπω vergo, serpo.

ANAS pertinet ad classem avium aquaticarum, estque domestica vel Sylvestris. Ova præbet pro usu alimentario, vix differentia a Gallinaceis. Caro in mensis comeditur, estque satis sapida, sed robustis magis quam debilibus conveniens: melior tamen est ex feris seu Sylvestribus, inprimis quoniam illæ piscibus nutritæ naturam habent alcalescentem, unde pro debilibus & fœminis lactantibus sæpe commendantur. B. Endvogel. G. *Canard.* A. Duck.

ANASARCA, est totius corporis exterioris, aut quarundam ejus partium tumor albus, mollis, tactui cedens, & foveam à compressione relinquens. Causa est lympha nimis tenax, vires vitæ imminutæ, & sanguis viscidus, quibus vasorum extremitates obstruuntur, & vesiculæ adiposæ implentur; hinc fit, quod major lymphæ copia in corpore aggeritur, quam per vascula reducentia ablegatur, adeoque est primum Hydropis initium. Si humores nimis viscidi fuerint, *Leucophlegmatia* appellatur. Item, Ὑποσαρκίδιος, κατὰ σάρκα, *Heraclidæ* σαρκίτις, *Intercus*, *Aqua inter cutem* &c. ex ἀνὰ per, & σὰρξ caro. B. 't Lijfwater / tusschen vel en vlees leggende water / leden-zugt. G. Leibwasser / Wasserzucht durch den gantzen leib. Gall. *Hydropisie anasarce.* A. A species of a Dropsie so called.

ANA-

Anastoichiasis, eſt corporum Chymica reſolutio, ab ἀναστοιχίω in ſua principia redigo, unde στοιχεῖον Elementum.

Anastomosis, duas habet ſignificationes, 1. ubi extrema oſcula vaſorum, nimis dilatata, emittunt ſua liquida naturaliter retinenda & tum dicitur. B. Ontſluiting der vaten. G. Eröffnung der Aderen. Gall. *dilatation des orifices des vaiſſeaux*. A. Opening of Veſſels. 2. Eſt mutua inoſculatio ultimi finis vaſis arterioſi in principium venoſi, ſive id fiat recto modo continuato tramite, ſive per laterales ramos ex Arteria in venam hiantes, quales in vaſis ſpermaticis demonſtraſſe ſibi videtur Lealis &c. ex ἀνὰ per, & στόμα os. B. Inmonding der vaten / Nuß-vaten. G. Der raum zwiſchen den Gefäſſen. Gall. *Abouchement ou inoſculation des Vaiſſeaux*, *ou Anaſtomoſe*. A. A Mutual opening of veſſels in to one another.

Anastomotica, ſunt Medicamenta, poros & meatus aperientia, ut ſunt deobſtruentia, cathartica, ſudorifera, diuretica, &c. ex ἀνὰ per, & στόμα os. B. Openende Middelen. G. Eröffnende Mitlen. Gall. *Remedes aperitifs*. A. Aperitive Medecines.

Anatasis, eſt corporis extenſio verſus ſuperiora, ab ἀνατείνω ſurſum tendo. B. Uitrekking. G. Außſtreckung. Gall. *extenſion*. A. A Stretching out.

Anathymiasis, eſt vapor, exhalatio, ſuffitus, halitus &c. ab ἀνὰ ſurſum & θυμιάω ſuffio. B. Roking G. Beräucherung. Gall. *Parfum*. A. Perfuming, Fumigation.

Anatica Portio, vide *Ana*.

Anatomia, eſt animalis, præſertim hominis, concinna diſſectio, quà partium materia, figura, ſtructura, nexus, ad uſum Medicum & Phyſicum, demonſtrantur, ab ἀνατέμνω diſſeco: aliquando etiam denotat cognitionem illarum rerum, quæ per diſſectionem acquiritur; atque illa a nonnullis vocatur *Speculativa*. B Anatomie / ſnykonſt / ontleding. G. Anatomie / Zerſchneidung eines todten Cörpers / Leibzerlegung. Gall. *Anatomie*, *Diſſection*. A. Anatomie, Cutting up of Bodies.

Anatomicus, eſt qui diſſecandis cadaveribus aptus, ab ἀνατέμνω perſeco. B. Een ontleeder / Ontleedkundige. G. Anatomiſt / Leibzerleger. Gall. *Un Anatomiſte*. A. An Anatomiſt, one ſkilful in Anatomy.

Anatripsis, eſt contritio calculi, aut oſſis comminutio,

nutio, ab ἀνατρίζω contero. B. Verbrijzelinge / vermorzelinge. G. Zermahlung. Gall. *Broyement*, *Ecrasement*. A. Bruising, Comminution.

Anaudia idem quod *Aphonia*.

Anaxyris, forte ab ἀναξύω, abstergo, scalpo: Acetosa enim est, quæ alvum lubricando abstergit, cujusque radices scabiei medentur.

Anchia, idem quod *Coxa*.

Anchoralis processus, vide *Ancyroides*.

Anchusa, est planta, quæ caulem habet repentem, folia Buglossi sylvestris, longa, aspera; radicem longam, mediocriter crassam, foris rubicundam, interius albam lignosam, colore rubro inficientem, saporis, dum recens est, paululum adstringentis, & insipidi, odoris nullius. hanc dictam quidam volunt ἀπὸ τῦ ἄγχειν, strangulando, quod vim strangulatoriam ac suffocatoriam habeat; dicunt enim ea serpentes strangulari. Alii ab ἀγχίζειν deducunt, quod est fucare, colorare formam, quia illius radice facies rubore inficitur. B. Osse-tong / Schaaps-tong. G. Ochsenzung. Gall. *Orcanette*. A. Alkanet.

Anchyle, est articuli contractio, vel potius tanta ejus rigiditas, ut nunquam flecti possit, cujus causa est erosio membranæ, quæ articulorum Cartilagines investit, adeo ut earum extrema sibi invicem contigua fiant & concrescant. ab ἀγχυλέομαι, contractione articulorum laboro. Vide *Contractura*. Gall. *Anchylose*. A. Constriction upon the Joints.

Anchylops, est abscessus & collectio humoris lenti & melli aut pulticulæ similis, inter majorem oculi angulum & nasum. Hic tunicâ ut plurimum continetur; nec infert dolorem, subitò autem accipit incrementum, producitur tamen sæpe ab inflammatione prægressa carunculæ lachrymalis, quæ in abscessum terminatur, qui si rumpatur, exulcereturque, non amplius Ἀγχίλωψ vocatur, sed mutat nomen, & Αἰγίλωψ appellatur. Ab ἀγχὶ propè & ὤψ oculus, quod prope oculum oriatur. Vide *Ægilops*.

Anchylosis, idem quod *Anchyle*.

Anchyroides, vide *Ancyroides*.

Ancon, sive Cubiti caput, strictius sumitur pro posteriore Ulnæ processu majori: qui etiam *Olecranon* dicitur. Unde *Anconæus musculus*, Cubiti extensor, ἀπὸ τῦ

ἀγκῶνα ἑτέρῳ τὸ Ὀστέον, quod ſuperjaceat unum os alteri. B. Elleboog. G. Ellenbogen. Gall. *Coude*. A. The Elbow.

Anconæus, vide in *Ancon*.

Ancoralis, vide *Ancyroides*.

Ancteres dicuntur fibulæ, quibus vulnerum labia longius diſſita conjunguntur, quæ operatio propterea Ancteriasmos, infibulatio dicitur; parantur ex emplaſtris fortiſſime adhærentibus: in ſpecie etiam dicta fuit, quando hiſtrionibus & comœdis per præputium trajiciebatur fibula.

Ancyle, eſt Poplitis contractio, vide *Anchyle*.

Ancyloblepharum, eſt palpebræ cum tunica alba, vel cornea concretio; vel cum interdum utræque palpebræ ſibi invicem concreſcunt; ſequitur ille affectus oculorum inflammationes & palpebrarum: Ea concretio aliquando ante partum contingit, & tunc vitium nativitatis exiſtit, dicitur ex ἀγκύλη hamus, & βλέφαρον palpebra. B. Aanwas der oogſchelen. G. Anwachſung der augglieдern. Gall. *Concretion des Paupieres*. A. A Growing to of the eyelids.

Ancyloglossum, eſt frænuli ſub lingua, connexionis ſtrictioris vitium, locutionem difficilem cauſans, & μογιλάλος recte vocatur, ab ἀγκύλη hamus, & γλῶσσα lingua. B. Tong-riems aanwas / ſpan-ader. G. Anwachſung des zung-riems / Zungband der jungen Kinderen. Gall. *le Filet trop avancé vers la pointe de la langue*. A. A Loſer connexion of the ligament under the tongue.

Ancyloglossus, eſt, qui frænulum prælongum habet, & ab eo nonnunquam ſectus fuerit, ex ἀγκύλη hamus, & γλῶσσα lingua. B. Een / die met de tong-riem belemmert is. G. Dem die zung nicht frey iſt / oder nicht recht gelöſſt iſt. Gall. *Qui a le Filet*. A. Tongue-tied.

Ancylosis, eſt immobilitas articulationis cum tumore duriori, orta ex callo ad articulum offis fracti, vel ligamentis rigeſcentibus, vel exoſtoſi ad juncturas, vel inſpiſſato muco glandularum illiniente.

Ancylotomus, eſt ſcalpellum, quo linguæ frænulum reſcinditur; in genere accipitur pro cultello aciem incurvam habente. B. Een Mes om de tong-riem te ſnijden. G. Ein Zung-riems Meſſerlein damit man den Kinderen die zung löſſt. Gall. *Ancylotome*, *Coûtelét pour couper le Filet*.

let. A. small knife for cutting the ligament under the tongue.

ANCYROIDES, est Scapulæ processus rostriformis, qui *Coracoides*, *Anchoralis*, & *Cornicularis* vocatur, ab ἄγκυρα anchora, ῥύγχος rostrum, & εἶδος forma. B. Het anker gelijke uitsteeksel. G. Das ancker gleiche aufswachsen des schulterblats. Gall. *l'Eminence ou Apophyse Coracoide.* A. A Process on the scapula like an Anchor.

ANDRACHNE, vocatur Portulaca: dicitur ἀδράχνη inserto ν. quod primum teneritudine quadam læta & carnosa luxurient ramuli, foliaque albicent, spumosaque quadam fuligine, sive tenui quapiam aspergine cinerea obducta videantur, ἄχνη enim Græcis *spuma* est, ἁδρὸν *plenum*, *lætum*, *crassum*, *pingue.* Spuma autem in marina Portulaca multo evidentius conspicitur, quam sativa. B. Porcelein. G. Burtzelkraut. Gall. *Pourpier*, *Porcelaine.* A. Purslain.

ANDROGYNUS, sive HERMAPHRODITUS, est, qui membra virilia & muliebria simul habet, vel potius habere videtur, clitoride in nimiam longitudinem excrescente. Item, quibus excisa sunt membra virilia. Item effœminatus, ex ἀνὴρ vir, & γυνὴ mulier. B. Een Man-Wijf. G. Zwitter/ Halb Mann und halb Weib. Gall. *Hermaphrodite.* A. An Hermaphrodite.

ANDROSACE est planta flore monopetalo, hypocrateriformi, fructu globoso, foliis nervosis longis, & amplis, lanuginosis & in margine incisis, in orbem repentibus; calix est valde amplus & expansus; vasculum seminale exiguum per maturitatem in quinque partes dehiscit: habet in medio Placentam, cui plurima adnascuntur semina oblonga, rubicunda; radix est fibrosa, & minima, crescit in locis maritimis, dicitur quasi ἀνδρὶ ἄκος φέρουσα, quod viris remedia suo nomine polliceatur, vel ἀνδρὸς σάκος, quod folliculi membranacei scutum exiguum referant coriaceum. Alii ἀνδρόσακες, quod ὑδρόσακες dici æstimant; quod ducendo urinam hydropicis prosit.

ANDROSOEMUM est officinalis planta flore rosaceo, calice polyphyllo, fructu ovato unicapsulari, character ejus fere ac Hyperici; differt in eo, quod planta sit valde ramosa, referens arbusculam: dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, à viro, & ab αἷμα sanguis; nomen est *Viri Sanguis:* sic dicitur, quia folia contrita sanguineum colorem præbent; di-

dicitur & tota ſana. B. Mangbloed. G. Johanns-Kraut. Gall. *comme qui diroit ſang d'homme*; *toute ſaine*. quaſi Græcé dicas *Thraſibula*. A. St. Johns wort, Tutſan or Park-leaves.

Anemius Furnus, eſt, qui cæteris majorem ignis vim deſtillandis, liquandisve rebus largitur. Ab ἄνεμος ventus. B. Wind-oven. G. Wind-ofen. Gall. *Fourneau à vent*. A. A Wind-furnace.

Anemone, flos venti, ab ἄνεμος ventus; quia flores ſeſe nunquam aperiunt, niſi flante vento, ut teſtatur *Plinius*. Sed fortè ab ἄνεμος ventus, & ὄλλω ſeu ὄλλυμι, quod flos facile à ventis dejiciatur, ac perdatur. Hinc Pulſatilla aliquando vocatur, quia à ventis facile propellitur; videtur eſſe flos Adonis Veterum. B Wind-bloem. G. Wind-blum. Gall. *Anemone*, *Coquerourdes*, *Cocles*, *Paſſeſieur*. A. Wind-flower.

Anethum, planta eſt umbellifera, foliis tenuiſſime diviſis, viribus Medicis pollens; Radix annua, reliqua ut in Fœniculo, ſemina foliacea, plana, membranacea, ovata, orbicularia, compreſſa, in parte exteriori tribus ſtriis, vel ſulcis notata. quibusdam παρὰ τὸ ἀνευθεῖν, quod cito creſcat. Aliis quaſi ἀνίκητον, quaſi *invictum*, ab α priv. & νικάω vinco, quod cibi excitat appetentiam; nonnulli nomen impoſitum volunt, quod Anethi eſus laceſſat ad Venerem: alii à puero pulcherrimo in plantam ſui nominis converſo. ἀνηθεῖν enim congreſſus, familiaritas, coitio Venerea dicitur. B. Dill. G. Dill hoch-kraut. Gall. *Anet*. A. Dill or Anat.

Aneurisma, eſt duplex *verum* vel *ſpurium*. *Verum* eſt tumor p. n. ab arteriarum interioris tunicæ ruptura & exterioris dilatatione, ſanguine plenus, ſenſim increſcens, interdum pulſans, rubens, compreſſui cedens, laxatus redeuns. *Spurium* eſt, ubi tunicæ ruptæ liquorem effuderint in partes vicinas, unde tumor continuo auctus, mollis, vix pulſans, lividus, compreſſu vix evaneſcens, brevi putreſcens; ab ἀνευρύνω dilato. B Een ſlag-ader-breuk. G. Der pulß aderen-außſpannung oder Geſchwulſt. Gall. *Aneurisme*, *Dilatation de l'Artere*. A. An Aneurisme, or a Dilatation of the Arterie.

Angeiologia vide *Angiologia*.

Angeiotomia, eſt vaſorum diſſectio, ut in Venæ ſectione, & Arteriotomia; ab ἀγγεῖον vas, & τέμνω ſeco.

B. Opening der vaten. G. Eröffnung der gefässen. Gall. *Saignée ou Ouverture des Vaisseaux*. A Blood-letting.

ANGELICA est officinalis planta foliis latissimis, dentatis, fere ramosis, feminibus striatis, floribus umbelliferis, radice aliquantulum resinosa, oblonga, crassa, in fibras tenuiores divisa, foris ex flavo rubescente, medulla interiore alba, saporis acris, suaviter amaricantis, cum quadam blanda dulcedine, odoris fragrantis: tota planta habet odorem & saporem aromaticum. Hæc planta crescit multis in locis; quæ autem in montanis Bohemiæ locis reperitur, præ aliis laudatur; crescit & in Alpibus, & satis feliciter in hortis colitur: fortè sic dicta, quod contra venena angelicas præstet virtutes, ideo & Spiritus Sancti radix vocatur. B. Engel-wortel. G. Angelik würtzel / Brust wurtzel / Engel wurtzel. Gall. *Angelique* A. Angelica.

ANGIGLOSSI, sunt, qui difficulter pronunciant L. R. K. atque in loquendo restitantes loquelam præcipitant, ab ἀγκύλη hamus & γλῶσσα lingua. B. Belemmert van taal. G. Der beschwerlich reden kan. Gall. *Difficulté de parler*. A. A Difficulty in speaking.

ANGINA, Lat. ab angendo, quia guttur, vel fauces anguntur, sic ab ἄγχειν, strangulare, angere: Vel ut alii ab ἀγχόνη laqueus, vel à συνέχειν, quod spiritum cohibendo respirationem inhibeat, uti *Aurelianus* vult. Est impedita valde, dolens admodum vel & impedita & dolens simul deglutitio atque respiratio, orta à causa morbosa, supra pulmones & stomachum positas partes afficiente, quæ his functionibus dicatæ sunt. Estque *externa* seu *Spuria* vel *Notha* vulgo dicta, dicitur & *Alba Angina*. G. Der weisse ansatz. Quæ ab externis causis venit, à frigore externo, potu frigido, spinis & officulis œsophago inhærentibus. Sed ea levis est & sine febre, nisi ab interna ortum sumat, hoc est, quæ in cute ad collum exterius micat, atque hæc sæpe subito oritur post internam, eamque tollit, & ægrum liberat ab insigni molestia vitæque discrimine: huc accedit *Volans*, quæ subitò disparet, & mox oritur de novo, aut per Metastasin, ut vocant, cum à faucibus abit, vel ad pulmones, vel ad cerebri meninges. Vel *Interna* est, quæ ab interna causa ortum habet, hoc est à febri præcedanea, & febrem acutam comitem habet, quæ œsophago, tonsillis, epiglottidi, laryngi, cervici incum-

cumbit: varia sortitur nomina, uti *Synanche*, fortè à suspendii similitudine cum laqueo. *Parasynanche*, *Cynanche*, seu Λυκάγχη quod canes, aut lupos frequenter afficiat: & *Paracynanche*. De quibus suo loco. B. Een kwade keel / worg-gezwel / ontsteking der keel / quinantie. G. Hals und Kehle geschwulst / Halß-geschwär / Entzündung des halß / Zäpflein im halß Gall. *Esquinancie*. A. A Quinsey, or Squinancy.

Angina Lini, est Cuscuta, quod linum circumligando suffocet.

Angiologia, ex ἀγγεῖον, vas, & λόγος, sermo, seu descriptio systematis vasorum, corpus humanum perreptantium, quoad situm, ortum, fabricam, finem, & usum eorum.

Anglicus Sudor, vide *Sudor Anglicus*.

Anguilla, ab anguis, ob similitudinem cum angue, seu serpente: piscis est oblonga, rotunda, in deliciis habita, sed difficilioris digestionis, quoniam particulis lentis, viscidis & pinguibus abundat. B. Aal / Paaling. G. Aal. Gall. *Anguille*.

Anguis, Animal quod complicari, & contorqueri potest, atque semper sit angulosum, vel quòd angat, & premat.

Angulus oculi, V. Canthus.

Anguria, Planta est è Cucurbitaceorum genere, folia habens magna, villosa, aspera, in profundas lacinias dissecta, flores flavos, campaniformes, quinquifidos, quibus succedit fructus obrotundus, carnosus, edulis, habens corticem satis durum, sed politum varii coloris; caro cucumeris satis similis est, alba aut rubicunda, saporis dulcis & grati, continet pulpam medullosam, in qua latent semina oblonga, ampla, compressa, rugosa, nigra, rufa, aut rubra; seminis cortex est valde durus, &, cortice ablato, invenitur amygdala parva, alba, medullosa, saporis dulcis & grati: derivari posset ab ἄγγος conceptaculum, vel vas quodlibet, quia evacuatâ medullâ, vino impleri possit, quod Americani scitè norunt. Vocatur etiam Citrullus à citreo colore. B. Watermeloen / Kicheren / Citrullen. G. Gurchen / Citrullen. Gall. *Citrouille*. A. Citruls.

Angustatio, dicitur de vasis & meatibus, quando præternaturaliter coarctantur, & angustiores redduntur.

Anhaltina, dicuntur remedia, quæ respirationem facilitant, ut sunt plantæ vulnerariæ, & præparata quædam ex Sulphure &c.

Anhelatio, est respiratio difficilis, parva, sed concitata, quæ sanis, sed maximè debilibus, evenit, in omni vehementi exercitio, præcipuè cum in altum ascendunt, aut cum currunt, vel saltant, qua plerumque laborant obesi, qui viscera abdominis tam magna, & tantâ pinguedine onusta habent, ut venter sit tumidus & protuberans: alias etiam à repletione stomachi, cibis præsertim crudioribus, & flatulentis copiosè sumptis, mox anhelatio, vel sedentibus vel decumbentibus, & magis adhuc currentibus, aut ascendentibus, & gravissimè, si æstas fuerit, oboritur. At in Febribus, Hydrope, Tumoribus viscerum in ventre, in Pleuritide, Cardialgia, & Asthmate semper urget quædam Anhelatio: Est igitur Anhelatio convulsivi motus species. Gr. Ἀσθματικὸς Πνιγμάτωσις. B. Hyging na zynen adem / Aamborstigheid. G. Ein schwere athem / Engbrüstigkeit. Gall. *Difficulté de respirer, courte baleine.* A. Shortness of breath.

Animæ Gummi seu Resina, quæ est pellucida ex albo citrinescens, fragilis, in nova Hispaniola ex arboribus quibusdam proceris incisis exstillans, prunis imposita gratissimi odoris, Thuri simillima, quo tamen majora grana refert; quid sub hoc nomine intelligatur, non adeo constat, cum hoc Gummi aut confunditur Cancamum, aut sæpissime substituitur, ab aliis vero utrumque Gummi ab invicem distinguitur; Putatur etiam ex Æthiopiâ & Indiâ Orientali ad nos deferri. Gall. *Gomme Animé.*

Anima Hepatis, est Vitriolum, sive sal Martis, nomen à Chymicis impositum, quia hoc medicamine morbis Hepatis medentur.

Ani levatores utrimque originem habent a parte interna & laterali ossis Ischii, & quandoque pubis, desinuntque in Ani Sphincterem: partem hanc post excrementorum ejectionem, inprimis facto magno conatu, in pristinum locum retrahunt, & sic procidentiam cavent. B. Opligters van den Aars.

Ani Procidentia, vide *Procidentia ani.*

Anima duplicem inprimis in scriptis Medicis habet significationem: vel enim sumitur pro substantia illa incorporea, quæ in nobis cogitat, cujus tamen intima natura no-

nobis eſt ignota, nec magni refert Medico hæc ſcientia ad ſanitatem tuendam vel curandos morbos. Vel denotat illud principium activum, cujus beneficio omnes quascunque corporeas actiones edere poſſumus, quod variis nominibus apud Auctores inſignitur, Williſio autem *anima brutorum* audit. Gr. ψυχὴ. B. Ziel. G. Die Seel. Gall. *l'Ame.* A. Soul.

Animal dicitur quod præter vitam & vegetationem, ſenſu quoque & motu locali gaudet. Hoc etiam quum homini competit, hinc diſtinctionis gratia vox *Beſtia* in uſu eſt, quum de animalibus brutis ſermo eſt. Gr. ζῶον. B. Dier. G. Ein Thier.

Animalis Facultas, eſt actio, quâ homo ſenſum, motum, & principes animi functiones exercet: ſuntque tres Imaginatio, Ratiocinatio, & Memoria. B. De Ligchamelyke Ziel-werking. G. Würckung der Seele / Lebenskraft. Gall. *La Faculté animale.* A. The animal faculty.

Animalis motus dicitur de omni actione, quæ ope muſculorum peragitur.

Animalis Spiritus vide *Spiritus.*

Animi defectus, vide *Deliquium Animi*, *Lipothymia.*

Animi motus, vide *Affectus* & *Pathema.*

Aniscalptor Musculus, alias Latissimus Dorsi: Brachium retro deorſum trahit; oritur principio membranoſo & latiſſimo, à vertebrarum ſpinæ apicibus, ab oſſe ſacro ilioque usque ad ſextam thoracis vertebram, & ab exteriore parte coſtarum quatuor inferiorum in latere corporis: inſeritur inter Pectoralem & Rotundum valido, brevi & lato tendine; figura eſt triangularis. B. De Aars-krabber / Breedſte ſpier van den rug. G. Arskratzer. Gall. *Le Grand dorſal.* A. The Scratcher of the arſe.

Anisum, eſt planta umbellifera, foliis tenuiſſime diviſis, ſemen aromaticum & carminativum proferens. Eſt & in uſu Medico ſemen *Aniſi* Indici, quod ex China affertur, figuram ſtellæ refert, componitur ex 6 vel 7 nucleis particularibus radiorum more in centro coëuntibus, continentibus ſemen ſingulare, oblongum, colore ſeminis Lini. Fortè dicitur ab urbe Siciliæ, quæ Aniſum appellatur. Vel à flumine ejus nominis in Auſtria. Alii ἄνισον quaſi ἀνίκητον dictum volunt: quod cibi appetentiam præſtet: vel ὅτι ἀνίησι τὰς ἐμπνευματώσεις, quod remittat ac

ac laxet tensiones flatulentas internas & externas. Verisimile tamen sic vocata, quasi τὸ μὴ ὂν ἴσον. Suidas Ἄνισον τὸ μὴ ὂν ἴσον. σημαίνει δὲ καὶ εἶδος βοτάνης: Anisum quasi inæquale, denotat etiam herbam. Nomen illud impositum, vel ab inæqualitate seminum, vel quod folia dissimilia ferat. B. Anijs. G. Anys / Aniß. Gall. *Anis.* A. Anise.

Annularis Cartilago, vide *Cricoides Cartilago.*

Annularis Digitus, est is, qui intra minimum & medium locum habet. Vide *Digitus.*

Annularis Protuberantia, sive Pons Varolii à figura dicta; est quædam pars cerebri tuberosa; intra cerebellum & testes cerebri. B. Ringswijs uitsteeksel. G. Der ring gleiche gußwachsen. Gall. *Protuberance annulaire.* A. The annular protuberance.

Annulus Abdominis, est perforatio in parte inferiore musculi oblique descendentis, ascendentis & transversalis, pro transitu processuum Peritonæi & vasorum spermaticorum in viris; in mulieribus ligamenta uteri rotunda transmittit, in herniis verò intestina & omentum.

Annulus osseus, in fœtu tantum reperitur, & quidem præcise ad ostium tympani locatus, qui facile ab osse temporum separabilis est, nudusque apparet cum membrana tympani, quando auris cum ejus meatu est avulsa: Annulus hic, ad dimidiæ circiter lineæ spatium interruptus est, in parte suâ superiori prope eum locum, ubi caput mallei, & pars solida incudis in tympanum conduntur. Interruptio hæc etiam in adultis videri potest, & eo loco membrana tympani immediate adhæret extremitati meatus ossei auris externæ. Annuli hujus pars interior paululum excavata est in tota sua circumferentia interna, & ita crenam efficit, in quam membrana tympani impacta est; in superiori quoque ejus parte, sinuositas parva observatur, super quam musculus externus mallei porrigitur, & hæc sinuositas in adultis quoque permanet. Quamvis autem parvus iste annulus distinctus sit, & facile separabilis in infantibus recens natis, in adultis tamen evanescit, & cum unum idemque cum meatu osseo corpus constituat, ab eo separari amplius non potest. In ætate trium & quatuor etiamnum annorum distingui potest, sed ossi temporum jam tum tam firmiter adhæret, ut amplius separari non possit. Notatur, quod incipiat adhærescere per

per duas extremitates, & paulatim per totam circumferentiam reliquam. B. De beenagtige ring. Gall. *Le cercle osseux.*

ANNULUS *plumbeus, vel æneus*, Chirurgi eo utuntur ad firmandum oculum, pro excisione Pterygii, aliisque operationibus, in oculo peragendis.

ANNUS CLIMACTERICUS, est annus 63. 81. in quibus annis vana opinio est, quod nempe homines tunc temporis mori necesse sit. Illi anni semper incidunt in nonum annum, ut septies novem, constituunt tria & sexaginta. Ita novies novem efficiunt octoginta & unum. Nulla ratio, nec ulla experientia nobis persuadere potest, cur homines illis annis magis essent morti obnoxii, quam aliis: Imo tantus mortuorum sexagenariorum affertur numerus, quantus eorum, qui obierunt sexagesimo tertio aut octogesimo primo. Ergo ejusmodi nugæ ad cæteros errores remittendæ. Vide *Climactericus annus.* B. Moord-jaar. G. Mord-jahr. Gall. *Année Climacterique.* A. The terms of important changes in the bodies of men.

ANODYNUM, in genere, est Medicamentum, dolorem tollens, & quatuor Medicamentorum species complectitur; 1°. Paregorica, quæ dolorem tollunt demulcendo; 2°. Hypnotica, quæ dolorem tollunt somnum conciliando; 3. Narcotica, quæ dolorem tollunt stuporem inducendo; 4°. Nepenthes, quod proprie notat Medicamentum, dolorem auferens. ex α priv. & ὀδύνω doleo. Gr. Ἀνώδυνον, Παρηγορικόν, Αὐστηρόν, Πραϋντικόν, Πόνου παυστήριον, Παυσίπονον. B. Een pijnstillend middel. G. Schmertz stillende Artzneyen. Gall. *Anodin.* A. Any Medecine that allays pain.

ANOEA, est amentia sive imaginationis & judicii abolitio, ex α pr. & νοέω cogito. B. Verstandeloosheid / onzinnigheid. G. Unsinnigkeit. Gall. *Egarement, ou alienation d'Esprit.* A. Madness.

ANOMALUS ABSCESSUS Severino dicitur concrementum quoddam substantiæ solidæ, quod, fœtus cujusdam modo, vasis suppositis nutritur, augescit, & folliculo comprehenditur.

ANOMEOMERES, idem quod *Heterogeneum*, sive id, quod ex aliis & inter se diversis particulis constat, ex α priv. ὅμοιον simile, & μέρος pars. B. Meerdaantigheid / veel-

Deeldeeligheid. G. **Viel gestaltet.** Gall. *Heterogene.* A. Heterogeneous or of another kind.

Anonis sive Ononis, est herba spinosa, flore papileonaceo: habet caulem tenuem, rotundum, lignosum, villosum, rubicundum, spinis longis & duris instructum; folia oblonga, nigricantia, villosa, glutinosa, dentata, odoris ingrati, saporis leguminosi; flores leguminosos, purpureos, raro albos; flori succedit siliqua turgens, longior, breviorve, bivalvis, instar vesiculæ inflata, in qua hærent semina reniformia; saporis Viciæ; radix est longa, lignosa, fibrosa, alba, repens, fractu difficilis: Ὄνωνις quidam deducunt ἀπὸ τῦ ὄνυ & ὄνημι, quasi dicas asini oblectamentum: nam ex Græcis quidam affirmant, asinos in ea se volutare, & dorsum sub aculeis ejus herbæ libenter exterere. Aliis vocatur à non juvando, quod inutilis sit, aratro enim ipsisque aratoribus inimica. Nam non tantum suo ramorum & radicum implexu aratra, invitis bubulcis, in mediis ramorum sulcis remoratur (unde & ipsi *Restæ* seu *Arestæ bovis*, *remoræ aratri* nomen impositum, quod arantes boves in opere sistat) sed etiam messores, fœnisecas, ac aratores spinis suis acutis admodum lædat; vivax præterea nimis fruges opprimit, iisque aculeis nocet. Ex α priv. & ὠμὸς immitis, rudis, durus, crudelis, sævus. Vel ab ὀνάω vitupero, quia duris & lentis radicibus aratrum remoratur. B. **Prang-wortel / Stal-kruid / Osse-breke / Ezel-kruid.** G. **Hauwhechel / stal-kraut / ochsen-brech.** Gall. *Arresteboeuf*, *Bugranae*, *Bourande*. A. Cammock, rest-barrow, pettywhin.

Anonymus, melius *Euonymus*; est arbuscula mali quasi nominis ex α priv. & ὄνομα nomen. Ita quoque appellantur plantæ, quarum nomina incognita sunt. vid. *Euonymus*. Gall. *Fusain*, *ou Bonnet de Prêtre*.

Anorexia, est cibi fastidium, cum vel sine nausea, ab imminuta vellicatione fibrarum nervearum ventriculi ortum habens, ex α priv. & ὀρέχθω appeto, cupio. B. **Spijswalging / Hongerloosheid / onlust tot eeten.** G. **Speiß-Eckel** Gall. *Degout.* A. Loathing, or Nauseousness.

Anserina seu Argentina, est herba sic dicta, quod anseres ea vescantur: dicitur porro *Potentilla*, *Argemone*, *Agrimonia Sylvestris*, & *Tanacetum sylvestre* vid. *Pentaphylloides.* B. **Zilver-kruid / Zilver-schoon / Ganserik.** G.

G. Gänsich, Gänserich. Gall. *Argentine*, *Becq d'Oye*. A. Silvervcr weed, Wild-tansy.

Antacida, sunt Medicamenta acidum domantia, ut sunt absorbentia, de quibus suo loco; diluentia ut aqua & aquosa, vel obtundentia, quæ molli suo lentore inviscant acria ita, ut acies eorum hebetata amittat noxiam; dum simul defendunt membranas, ne offendantur a spiculis acidis; unde & effecta horum jam impressa tollunt: obsunt tantum quandoque iis, quibus laxa nimis corporis compages ultra labefactaretur; vel sunt, quæ acidum immutant, talia sunt, quæ, cum acidis mista, statim cum hisce effervescunt, itaque motum cient, stimulant, agitantque fibras; postea vero, ipsis cum acidis unita, constituunt novam salis speciem, in qua vis stimulans, diaphoretica, diuretica, resolvens, adhuc superest: Male cedunt tantum his, quibus nimius motus adest infestus, ac proinde sunt antacida medicamenta, vel Terrestria, vel Metallica, vel aquosa, vel alcalia volatilia, vel fixa, vel oleosa. Est vox mixta, origine Græca & Latina. B. Zuur-matigende Middelen. G. Artzneyen gegen das Saur. Gall. *Remedes contre l'Acidité ou les Aigreurs*. A. Medicines against Acids.

Antagonista, est musculus alteri musculo in actione oppositus: ut adductor & abductor oculi, brachii, &c. ex ἀντὶ contra, & ἀγωνίζω certo, oppono. B. Tegenstander. G. Gegen-Stander. Gall. *Antagoniste*. A. A. Antagonist.

Antaphroditica, sunt Medicamenta adversus nimiam Veneris libidinem: imo contra luem veneream sumuntur, ex ἀντὶ contra & ἀφρὸς spuma, vocantur quoque *Antaphrodisiaca*.

Antarthriticum, est Medicamentum adversus Arthritim, ex ἀντὶ contra, & ἀρθρῖτις, morbus articularis. B. Fleercijn Middelen. G. Gicht stillende Mitteln. Gall. *Remedes contre la Goute*. A. Medecines against the gout.

Antasthmatica, sunt Medicamenta, quæ asthmati medentur, ex ἀντὶ contra & ἀσθμάζω anhelo.

Antecedens Causa, vide *Proëgumena*.

Antecedentia, signa sunt, quæ ante morbum observantur, ut prava sanguinis dispositio, quæ infinitis morbis causa antecedens existit. Gall. *Signes antecedens*.

Antemetica, sunt Medicamenta, quæ vomitum ni-

nimium impediunt & inhibent, ex ἀντὶ contra & ἐμέω vomo B. Braken belettende Dingen G. Mittelen gegen das Erbrechen. Gall. *Remedes contre le vomissement.* A. Medecines against vomitting.

Antendeixis, est *Contra indicatio*, sive indicationum contradictio, quæ impedit, quod à prima indicatione suggeritur, ut Pleuritis inflammatoria venæ sectionem indicat, cui contraindicant vires debiles, ex ἀντι contra & ἐνδείκνυμι ostendo.

Antepileptica, sunt medicamenta contra morbum caducum, ex ἀντὶ contra, & ἐπιλαμβάνω invado.

Anthelix, est altera auriculæ protuberantia Helice multo brevior, latior, crassior, depressior, non intorta, eique versus interiora opposita, bipartito, mediante cavitate, principio orta in auriculæ parte anteriori & superiori sub intorta Helice, dein unita, incurvo processu deorsum vergens gracilescit, subsidet & desinit; videtur anfractuosa ipsius Helicis continuatio, quæ sic quasi una linea spirali in se ipsam recurrit, ex ἀντὶ contra, & ἕλιξ volumen. B. Tegen Slangentrek der ooren. G. Das schifflein im Ohr / der Gegen Krayß am Ohr. Gall. *La bosse ou la grosse eminence oblongue, qui est entourée du pli de l'oreille.* A. The inmost ring of the eare.

Anthelmintica, sunt Remedia intestinorum vermes enecantia, vel nidos eorum destruentia, ex ἀντὶ & ἕλμινς vermis.

Anthemis, & Anthemon, est nomen, quo varii flores denominantur: derivatur enim ab ἄνθος flos.

Anthera, dicuntur summitates, seu cacuminula in florum medietate capillamentis incumbentia; & inprimis quando illa sunt crocea, vel rubra, ut in Liliis, Croco &c. ut & Medicamenta ex metallicis imprimis composita floridum colorem & præcipue rubrum habentia, ut sunt croci Chymici: ab ἄνθος flos vel ἀνθηρὸν, floridum, prærubrum, sanguineum.

Anthopylli, & quibusdam Antophylli, & Antophala, sunt grandes Caryophylli, qui ad maturitatem pervenerunt, nucleo intus duro bifidoque; sapore non tam acres, ut Caryophylli, præterquam in superficie. Ex ἄνθος flos & φύλλον folium, quamvis sit fructus Caryophyllorum maturus. B. Moernagelen / Antoffels. G. Mutter-Nägelein. Gall. *Grands Geroffles, Mere de Geroffles.*

fles. A. Mother cloves. Arab. *Carumfel* vel *Calafur*, ut & *Arumfel. in* Java *Syanke* vel *Chanque*. in Malaja *Synken*. Anthophyllus eft quafi floris folium. ex ἄνθος flos & φύλλον folium, vide *Caryophylli*.

Anthora, eft Napelli fpecies, Remedium adverfus Thoram, venenum peffimum, ex ἀντὶ adverfus & φθίω corrumpo. Gall. *Efpece d'Aconit*.

Anthos, flos, fed per excellentiam fic vocatur Flos Rosmarini: applicatur etiam hæc vox fputis cruentis, & fanguineis fibris quafi intertextis, & tandem ad mineralia transfertur: in Chymicis notat quintam effentiam, five Elixir auri, item Medicinam extractam ex perlis; fic anthos Philofophorum dicitur modus quidam transmutandi metalla, qui fit per vitriolum.

Anthracosis Oculi, eft cruftofa & corrofiva oculi ulceratio, cum tumore totius corporis, præfertim circa oculos. Caufa quandoque eft inflammatio oculi. B. Een brand-oog. G. Brand im Auge. Gall. *Ulcere de l'œil caustique ou brulant*. A. A Corrofive ulcer of the Eye.

Anthrax, eft imflammatio valde ardens & acrem fufcitans dolorem, cum tumore elevato, fed non latè diffufo, cum puftulis igneis circum fe acerrimis, variis in corporis locis absque fuppuratione emergens; primo initio vix grani Milii aut pifi magnitudinem æquat, & tenaciffime parti adhæret. Caro quafi crufta inuritur, color ex rubro ad lividum, nigrumque, id eft inflammatio ad gangrænam vergit. Jam quia vel peftis adeft, vel non, Anthracis duas conftituunt fpecies, quarum altera *peftilentialis*, altera non. Dicitur & *Carbo*, *Carbunculus*, *Pruna*, *Ignis perficus* &c. B. Een peft-kool/ negen-oog/ Quia novem aliquando puftulæ confpiciuntur. G. Kohl/ oder Carfunckel-Blätter/ ein Peft-Kohl/ Peftilenz Blätter/ Carfunckel/ eine Kohle/ Anthonis feur. Gall. *Anthrac*; *Charbon*. A. A Kind of bile drawing quickly to a feab; coale, carbuncle.

Anthropologia, eft de homine doctrina: quæ à *Bartholino* in geminas difpefcitur partes: *Anatomiam* nempe; quæ de corpore, ejusque partibus agit: & *Phyfologiam*. quæ de anima. B. Een Menfch-befchryvinge. Ex ἄνθρωπος, Homo, & λέγω dico. G. Befchreibung der Menfchen. Gall. *Defcription de l'Homme*. A. A Defcription of a man. *Daleo* etiam ita dicitur illa pars Pharmacologiæ,

giæ, quæ Medicamenta ex humano corpore desumpta recenset.

Anthropomorphos, Mandragora vocatur, cujus radix hominem refert, quod arte fieri potest, ex ἄνθρωπος homo, & μορφόω formo, figuro. B. Alruin. G. Alraun.

Anthypnotica, seu medicamenta somnum abigentia, ex ἀντὶ contra, & ὑπνόω dormio. Gall. *Remedes contre le sommeil ou le dormir.*

Anthypochondriaca, Remedia sunt adversus mala circa Hypochondria contingentia, quæ præcipue ex aperientibus & Martialibus peti debent. Gall. *Remedes contre l'Hypochondrie.*

Anthysterica, sunt Medicamenta contra Hystericam passionem; inordinatum Spirituum motum compescentia, inter quæ fœtida, antispasmodica, & narcotica optima habentur, ex ἀντὶ adversus, & ὑστέρα uterus, matrix. Gall. *Remedes contre les Vapeurs.*

Antiarthritica, sunt Medicamenta, quibus Arthritis curatur, ex ἀντὶ & ἀρθρίτις, dolor articularis. Gall. *Remedes contre la Goute.*

Antias, pl. Antiades, Tonsillæ, *Cic. Plin.* Glandulæ Colli, vulgo *Amygdalæ*, quas & tamen non adeo accuratè referunt. Ἀντιάδες, μῆλα à malorum figura; παρίσθμια, σπόγγοι Hipp. quod spongiorum in modum humores imbibant. Sunt glandulæ duæ conglobatæ, quæ revera unum corpus constituunt, in isthmo faucium utrimque ad latera uvulæ consitæ. *Substantiá* glandulosæ, colore subflavo; tactui molles: sinum habent utrinque unum communem amplum & ovalem in os apertum, intra cujus fimbriam duos majores & plures minores sinulos obtinent. *Usus* est, materiam mucosam colligere, eaque vicinas partes humectare. Sunt etiam tonsillarum inflammationes. B. Gezwolle Amandelen. G. Entzündung der Mandlen. Gall *Les Amygdales enflammées.* A. Inflamming of Almonds. Vide *Paristhmia.* Ab ἀντιάω occurro, quia sibi ex adverso in oris termino utrinque respondent. B. d'Amandelen G. Mandeln/ Halß-Mandlen/ Drüsen. Gall. *Les Amygdales.* A. The Almonds.

Antiballomena, sive Succedanea, sunt Medicamenta viribus similia, quæ alterius defectu quandoque substituuntur: à Pharmacopæis dicuntur *Quid pro quo*, &

& substituta. *Ex* ἀντὶ contra, & βάλλω jacio, ἀντιβάλλω in alterius locum sufficio.

ANTICACHECTICA, sunt Remedia malè constitutum sanguinem corrigentia, ex ἀντὶ contra, κακὸν malum, & ἕξις habitus. Gall. *Remedes contre la Cachexie.*

ANTICARDIUM, est cavitas externa infra mammas in medio pectoris sterno insculpta, ex ἀντὶ ante, & καρδία cor. B. Het herte putjen. G. Grüblein auff der Brust/ Hóle unter der Brust. Gall. *Le Creux de la Poitrine.* A. The cavity just below the sternon.

ANTICHEIR idem quod *Pollex.* Græcis ita dicitur, quoniam reliquis digitis ex obliquo apponitur. B. Duim. G. Der Daum.

ANTICIPANS & ANTICIPATIO, dicitur de morbis, quorum Paroxysmorum periodi citius veniunt indies. B. Vervroegen van de ziekte. G. Anschärffung der Kranckheit. Gall. *Paroxysme qui avance.*

ANTICNEMIUM, est anterior tibiæ pars, ex ἀντὶ ante, & κνήμη tibia. Vide *Gastrocnemium.*

ANTICOLICA, sunt Medicamenta adversus dolorem colicum, ex ἀντὶ contra, & κοιλία venter, alvus. Gall. *Remedes contre la Colique.*

ANTIDINICA, Remedia, quibus vertigines curantur, ex ἀντὶ adversus, & δῖνος gyrus. Gall. *Remedes contre les vertiges.*

ANTIDOTARIUM liber est, qui de Antidotis agit; vel locus, in quo præparantur.

ANTIDOTUM, est Medicamentum contra lethale venenum, & quod adversus venena epota datur, ex ἀντὶ contra & δίδωμι do. B. Een tegengift/ tegen vergift. G. Artzney wider Gifft. Gall. *Preservatif*, *contrepoison*, *antidote.* A. An Antidote, or a preservative against poyson.

ANTIDYSENTERICA, sunt Remedia adversus Dysenteriam, ex ἀντὶ contra, δυς difficile, ἔντερον intestinum, & ῥέω fluo. Gall. *Remedes contre la dysenterie.*

ANTIFEBRILE, vide *Antipyreticum.*

ANTIHECTICA, sunt Remedia adversus tabem, ab ἀντὶ contra & ἕξις habitus. Gall. *Remedes contre la consomption.*

ANTIHECTICUM POTERII est medicamentum ex detonatione Antimonii cum Stanno paratum, cui vires insignes in Phthisi & febre hectica incipiente adscriptæ sunt; licet

licet laudes illæ non ſat firmo fundamento niti videantur, quoniam rite præparatum nil niſi calcem horum mineralium continet.

ANTIHELMINTICA ſunt Medicamenta, quæ vermes in inteſtinis hoſpitantes necant & expellunt. B. Wurmkruid. Gall. *Remedes contre les vers.*

ANTIHYDROPICA ſunt Medicamenta ſanando hydropi idonea, qualia inprimis ſunt, quæ noxiam aquarum colluviem per alvum vel vias urinarias expurgant.

ANTILOBIUM, dicitur pars illa exigua in Auricula, quæ infimæ parti, quem lobum appellant, ſuperpoſita eſt. Gr. ἀντιλόβιον.

ANTILOIMICA. Remedia peſtem arcentia: λοιμὸς enim peſtis eſt. Gall. *Remedes qui préſervent de la Peſte.*

ANTILYSSIS, eſt compoſitio adverſus rabiem, ex ἀντὶ contra, & λύσσα rabies.

ANTIMONIUM, eſt minerale, metallis affine, conſtans primo ex ſulphure minerali, partim puriſſimo & ſolari, eoque in rubedine fundato, partim combuſtibili, inſtar alterius ſulphuris. *Secundo*, ex copioſo Mercurio metallico indigeſto, fuliginoſo, (coagulato tamen, magisque coćto, quam eſt Hydrargyrum,) participante de Saturno. *Tertio*, ex ſubſtantia quadam terreſtri & ſalina perpauca. Quod in officinis proſtat, liquefactione ex minera eſt fuſum, inque formas pyramidales ut plurimum effuſum. Minera in Officinis rarò proſtat. Invenitur in Germania, Ungaria, & Transſylvania; dicitur & Stibium: eſt proprie ſubſtantia metallica, ſolida, ponderoſa, obſcuri, cærulei, plumbei coloris, ſtriasque habet ſplendentes & longas. Componitur ex vero ſulphure foſſili, & parte metallo quam ſimillima, cui ſi malleabilitas conciliari poſſet, vera metallica indoles ineſſet; foretque ſeptimum metallum ductile. Hanc vero rationem purificandi Stibii ignotam hactenus fatentur; licet Boyleus verum, fluidum Mercurium arte ſecreta inde electum asſerat, idque vel Tirones hodierni & Thraſones, in arte jactent ſe poſſe. Fuſile in igne, quin & cæteris faciliorem fuſionem foſſilibus conciliat. Ut vero fragile ipſum, ita & admiſtu ſuo ductilia ipſa fragilia reddit. Quin imo & volatile, ipſa cæterum fixa, vi ignis, ſi permiſcetur, facit volatilia, vix ullo perfecte excepto. Auri fulgorem pulcherrime promovet. Denique Arſenico albo aſſimile in-

ingenium videtur poſſidere. B. Antimonie / Spiesglas / Spitsglas. G. Spieß-Glaß. Gall. *Antimoine*. A. Antimony. Hebræis *Zaddab*. Gr. στίμμι, στίβι. Arab. *Aïtmad* & *Antimad*. Latini quoque *Stibium* appellant. A Chymicis etiam varia ſortitur nomina.

Antimonium diaphoreticum eſt Medicamentum, ex detonatione Antimonii cum tribus partibus Nitri paratum: quod a quibusdam pro calce fere effœta proſcribitur; ab aliis vero propter vires aperientes, & ſudorem ſine impetu excitantes, ſummopere laudatur.

Antinephritica, ſunt Medicamenta morbis renum medentia. Ex ἀντὶ contra, adverſus, & νεφρὸς ren. Gall. *Remedes contre les maladies des Reins*.

Antiparalytica, ſunt Medicamenta tam interna, quam externa contra Paralyſin probata. Gall. *Remedes contre la Paralyſie*.

Antipathia, eſt contrarietas & repugnantia in corpore per ſe, vel Medicamentis. Item faſtidium & abhorrentia alicujus rei ſine manifeſta cauſa. Ex ἀντὶ contra, πάθος affectus. B. Tegenſtrydigheid. G. Widerwertigkeit gegen ein Ding. Gall. *Antipathie*. A. Antipathie.

Antiperistasis, eſt aëris circumſiſtentia, quemadmodum in fæno, madide nimis in metam aggeſto. Ita aër frigidus corpora noſtra ambit, effluvia decedentia intus tenet, ex ἀντὶ contra, & περίστημι circumſiſto. B. Een rond-ombezetting / tegen-dwang. G. Preſſung der Lufft. Gall. *Antiperiſtaſe*. A. A Repulſion on every part.

Antipestilentialia ſunt eadem quam *Antiloimica*.

Antipharmacum, eſt Remedium venenis adverſum. Significat quoque Remedium contra quemvis morbum: ex ἀντὶ contra, φάρμακον Venenum, Remedium. B. Een tegen-gift. G. Artzney wider Gifft. Gall. *Contrepoiſon*, *Antidote*. A. An Antidote, or a preſervative againſt poyſon.

Antiphlogistica ſunt Medicamenta, quæ nimium calorem ſive ab igne externo, ſive a febre interna excitatum temperant, & hac dote etiam inter antifebrilia recenſeri merentur.

Antiphthisica, Medicamenta Phthiſi ſeu tabi adverſantia. Ex ἀντὶ contra, & φθίσις tabes. Gall. *Remedes contre la Phthiſie*.

Antipthora, eſt Napelli vel Thoræ ſpecies, ſic vo-

vocata, quod adversetur phthoræ; ex ἀντὶ adversus, & φθορὰ corruptio, à φθίω corrumpo.

Antipleuriticum, est Medicamentum pleuriticum seu adversus morbum Lateralem, ex ἀντὶ ante, & πλευρῖτις Morbus Lateralis. Gall. *Remede contre la Pleuresie.*

Antipodagrica, Idem quod *Antiarthritica.*

Antipyica sunt Medicamenta, quæ suppurationem vel penitus impedire, vel saltem minuere possunt.

Antipyreuticum, seu Antipyreticum, est Medicamentum febrim temperans & profligens. Ex ἀντὶ contra, & πυρόω incendo. B. Een tegen-koortsig middel. G. Feber-Kraut / Mittlen für das Fieber. Gall. *Febrifuge.* A. A Febrifuge.

Antiquartanarium, & Antiquartium, Medicamentum est adversus febrim quartanam. Gall. *Remede contre la fievre quarte.*

Antiqui Morbi, sunt, qui ultra quadragesimum diem ad annos sæpe plurimos extenduntur, ideoque & inveterati dicuntur. B. Verouderde Ziekte. G. Langwirrige Kranckheit. Gall. *Maladie inveterée.* A. Old Diseases.

Antirrhinum, est planta, quæ folia habet Linariæ latiora, flores monopetalos, personatos, parte postica caudâ carentes, bilabiatos, labio superiori erecto, inferiori trifido, vultum Leonis formante; totus flos, si à suo calice auferatur caput refert vitulinum, post singulos flores pistillum floris calicis quinquifidi fit capsula; quæ per maturitatem refert perfectissime caput canis vel suis, quæ continet semina exigua, nigra; radix est alba & lignosa; hæc planta ab una parte nempe posteriori perfecte caput vituli refert, ab altera rictum Leonis. dici volunt quod florem ferat tanquam nares vituli; ex ἀντὶ, & ῥὶς nasus, nares: vocatur & Cynocephalos a κυνὸς canis, & κιφαλὴ caput, quia ejus fructus canis caput refert. B. Orant / Apen-hoofd / Knaptandekens-kruid / kalfs-snuit / gaperkens / kalfs-bek / kalfs-muil / kalfs-neus. G. Orant / Kalb-Schnabel / Lewen-Maul / sterck-kraut. Gall. *Mouron violet*, *Musle de veau*, *œil de chat*, *teste de veau*, *gueûle de veau.* A. Calfes Snoute, Snap dragon.

Antiscolica, sive *Anthelmintica*, sunt Remedia vermes necantia. Ex ἀντὶ adversus, & σκώληξ vermis. Gall. *Remedes qui tuent les vers.*

An-

ANTISCORBUTICA, sunt Remedia, quibus scorbutus sanatur. Gall. *Remedes contre le scorbut*

ANTISCORODON, est Allii species. Ex ἀντὶ ante, adversus & Σκόροδον Allium.

ANTISPASIS, Veteribus dicebatur *sanguinis revulsio*, quæ fiebat, quando humores in partem aliquam ruentes in contrarium, per venam, in parte opposita vel satis remota, incisam, avertebantur. Sic accipi potest revulsio, in inæquali sanguinis periodo, cum in capitis dolore nimium ruat ad caput, & per supplantalia avertatur: ab ἀντισπάω in contrarium traho. B. Afstrekkinge. G. Ableitung. Gall. & A *Revulsion.*

ANTIPASMODICUM, est Medicamentum contractiones & spasmos inhibens, ab ἀντισπάω contraho. Gall. *Remedes contre les convulsions.*

ANTISPASTICUM, idem quod *Antispasis.*

ANTITASIS, seu CONTRAEXTENSIO, est partium in corpore opposita locatio, ut est inter Hepar & Lienem: est quoque ossis fracti in oppositum tractio vel extensio, ita ut alter extendat, alter vero contra extendat. B. Tegentrekking. G. Gegenziehung. Gall. *Contreextension.* Ab ἀντιτάσσω ex adverso ordino.

ANTITHENAR, sive Adductor, est unus ex musculis, pollicem manus vel pedis extendentibus, qui ad pollicem manus reperitur; oritur ab osse Metacarpi digiti medii, & inseritur phalangæ primæ & secundæ; qui vero est in pede, oritur ab osse cuneiformi tertio, & inseritur in os sesamoideum internum. ex ἀντὶ contra, & Θέναρ vola.

ANTITHORA, Idem quod *Anthora* & eadem origine.

ANTITRAGUS, est prominentia auris externæ ab Helice oriunda, Trago opposita, ad finem Anthelicis sita, eique terminum figens, satis elevata. Ex ἀντὶ contra. & τράγος hircus B. De tegen-bok van het Oor. G. Der gegen Bock des Ohrs. Gall. *Le bouton posterieur, qui est au dessus de l'extremité inferieure de l'Anthelix.* A. Protuberance oppofite to the Tragus.

ANTIVENEREA, Medicamina ad Luem Veneream. Gall *Remedes contre la verole.*

Ἀνθρωπόμορφος, *Mandragora*, ex ἄνθρωπος, homo, & μορφὴ, figura, quia ejus radix effigiem hominis repræsentat.

ANTRUM BUCCINOSUM, idem quod *Cochlea.*

Antrum Highmori est sinus in osse maxillari excavatus, membrana nasi tectus, hinc muco parando & colligendo inserviens.

Anus, Podex & Culus, est intestini recti extrema pars, constat ex tribus musculis, duobus nempe levatoribus, anum tempore necessitatis relaxantibus, & uno sphinctere sive constrictore, qui anum claudit & occlusum servat. *Item* cavitas in cerebro, ex contactu quatuor truncorum spinalis medullæ orta. Item cutis superans umbilicum, cujus rugæ senii indicium faciunt. *Corrugata vetula* à Barbaris. Gr. πρωκτὸς. B. De Aars. G. Arß/ der Hinder. Gall. *l'Anus, le Fondement, le trou du derriere.* A. The arse, or Fundament.

Anxietas est molestissimus angustiæ sensus, inprimis circa præcordia, quæ in febribus excitatur, quum liber sanguinis transitus per arteriæ pulmonalis fines impeditur: sæpe autem in ventriculo sedem habet a peregrino quodam & noxio ingesto; vel etiam ab affecto genere nervoso pendet, & hypochondriacis, hystericisque familiaris est. B. Benauwdheid. G. Angsthafftigkeit.

Anydron, vocatur species Solani maniaci, dicta fortè, quod qui eam gustaverint, sitiant. ex α pr. & ὕδωρ aqua.

Aorta, sive Arteria Magna, est vas, quod circulari orificio ex sinistro ventriculo cordis oritur, mox emittit duos ramos, qui cordis basin exterius cingentes, Cronarii vocantur; adscendit, superato pericardio sursum parum it, mox retrorsum, paulo sinistrorsum, in arcum se flectit versus spinam, descendit deinde; ramos ascendentes ex ipso arcu tres habet, unum Innominatum, & duas Carotides, quæ omnes partibus superioribus prospiciunt: ramus ille Innominatus, ubi ad pollicare circiter spatium adscendit, bifidus evadit, sic ut unus ramus lateraliter dextrorsum sub claviculam dextram tendens subclavia vocetur dextra, atque ad Axillam tendat; alter carotis dextra vocatur. Inferius per truncum descendens, visceribus ramificationibus prospicit: Ulterius deinde facta descensione ad femora & pedes terminum consequitur. Tota hæc arteria similis est reliquis arteriis, nisi quod habeat membranas & fibras fortiores, ab ἀὴρ aër, & τηρέω servo, quia antiquis persuasum erat, in eâ aërem contineri.

neri. B. De groote slag-ader. G. Die grosse Pulß-Ader. Gall. *l'Aorte*, *la grande artére*. A. The great artery.

Apagma, est ossis vel alterius partis, de loco proprio abductio, ex α priv. & πηγνύω compingo.

Apanthismus, est obliteratio alicujus partis in corpore, ita ut prius vestigium amplius reperiri non possit: quod canaliculo arterioso circa cor & Venæ in Hepate Fætus existenti, dum postea adolescit, contingit, ab ἀπανθέω defloreo. B. Verwassinge. G. Verwachsung/ Das zusammen wachsen. Gall. & A. *Obliteration*.

Aparine, seu Asperugo, est planta, quæ habet caulem tenuem, debilem, quadrangularem, flexilem, aliis plantis adhærentem, asperum, viridem; folia parva, lata, oblonga, viridia, Rubiam referentia, caulem stellæ forma ambientia, horridis suis spinis vestibus adhærentia; Flores parvos, in spicas congestos, in quatuor partes divisos; Bacca post florem succedit, duo semina fere sphærica, sibi invicem adhærentia, continens, hæc semina in medio parum sunt excavata, cutim siccam, nigram, & pulpam albam continentem, habentia; Radix est valde parva. Gr. ἀπαρίνη. ῥίνη enim est lima. Gr. Ὀμφαλόκαρπος, & φιλάνθρωπος, vide suo loco. B. Kleef-kruid. G. Kleb-kraut. Gall. *Reble*, *Graterón*. A. Cleavers or Goosegrass.

Apathia, est affectuum vacuitas, ex α priv. & πάσχω patior.

Ἀπήχημα, ab ἀπὸ τῆς ἠχῆς, seu a resonitu, quod sit fractura cranii parte ei, quæ percussa est, contraria: dicitur etiam infortunium.

Apella, vel Recutitus, est is, cujus præputium est abscissum; qualis mos Hebræis, Turcis, Ægyptiis &c. familiaris est. B. Besneden. G. Ein Beschnittener. Gall. *Circoncis*. A. Circumcised. Sic etiam dicitur cujus præputium ita contractum est, ut glandem tegere nequeat.

Apepsia, est abolita ciborum in ventriculo concoctio, ex α priv. & πέπτω coquo. B. Onverteering / verteerloosheid. G. Verhinderte Kochung der speisen / Unbaulichkeit des Magens. Gall. *Apepsie*, *Indigestion* A. Indigestion.

Aperientia, sunt medicamenta, quæ tenuibus particulis profunda penetrando, ea quæ occludunt meatus & crassa sunt attenuando & expellendo, corporis poros, atque meatus aperiunt: horum tres classes sunt, quarum

prima continet ea, quæ vasa laxant, 2°. quæ liquida attenuant, resolvunt, ac diluunt. 3°. quidquid, postquam vasa laxata sunt, & liquidum attenuatum, utraque in motum agit, & circulationem promovet. B. Openende dingen. G. öffnende mitlen. Gall. *Remedes desoppilatifs*, *ou Aperitifs*. A. Apertitive medecins.

Aperistatos, est ulcus cavum non magnum, nec ulli graviori noxæ conjunctum, ex α priv. & περίστημι circumsisto. Unde *Galenus* Ἀπερίστατα ἕλκη ulcera cava. B. Holle zweeren. G. Ein Hol geschwär. Gall. *Ulcère Creux*. A. A Hollow ulcer.

Apertorium, instrumentum est, *Jacobo Rueff* descriptum, quo os matricis nimis arctum diducitur, ut fœtus exire possit, ejusdem usus quam *Speculum Matricis* dictum.

Apes, sunt volitantia animalcula, Mel & Ceram ex plantis colligentia, quòd sine pedibus primò esse dicantur. B. Bye. G. Biene / Imme. Gall. *Mouches à miel*, *Abeilles*.

Apetalæ plantæ vocantur, quæ gerunt florem petalis orbum, sed staminibus divitem.

Aphace, est leguminis species. Habet hæc planta folia triangularia, integra, ex adverso bina ex nodis caulium, ex quorum alis prodeunt claviculæ; siliqua est fæta seminibus subrotundis; radix annua, fibrosa. Ex α priv. & φακὸς lens, quod lentem minimè referat. Dicitur etiam *Os Mundæ*.

Aphæresis, est Chirurgiæ pars, superflua auferens, ab ἀφαιρέω tollo.

Aphonia, sive *Loquela abolita*, unde *muti*; quales primo sunt qui surdi, & ideo quoque *Muti* nascuntur. *Secundo* infantes, qui etsi non in lucem prodeunt surdi, ad tempus tamen muti sunt, donec fari & loqui didicerint. Sed *Tertio*, si linguas varias, quæ homines, quos una conjunxerat ratio, diversâ oratione distinxit, spectemus, nemo, etiamsi vel loquacissimus, non erit mutus. Jam *Quarto*, senes, qui solent bis pueri esse, inter alia muti ex parte fiunt. Sed *Quinto*, qui Apoplexia, somno qualicunque, Epilepsia, Paraplegia, Hemiplegia, Syncope, Suffocatione Hypochondriaca & aliis morbis laborant, ad tempus muti sunt, aut si placet, obmutescentes, uti etiam, si graviter consternuntur, contristantur,

me-

metuunt, irafcuntur, fæpe obmutefcere folent: denique qui moriuntur, in articulo faltem mortis muti funt; fed alius quoque cafus reperitur, fi quis cæteroquin non admodum æger, mutus evadit, aut aliquandiu aut femper manet: Atque ex his conftat mutum quem effe, aut obmutefcere in morbis foporofis, paralyfi fpinalis medullæ, in lingua obftructa, in angentibus faucibus &c. Ex α priv. & φωνὴ vox. B. Sprakeloosheid / Stemmeloosheid. G. Sprachlosigkeit. Gall. *Muet.* A. Dumbneff.

Aphorismus, eft oratio, quæ omnes proprietates breviffimis verbis circumfcribit, ab ἀφορίζω determino. B. Schei-regel / kortbondige spreuk. G. Kurtzer Spruch / der ein ding kurtz beschreibet. Gall. *Aphorisme*, *Sentence.* A. A Short Sentence.

Aphrodisia Phrenitis, ab Aphrodita, five Venere, dictus eft infanus & ardens amor in puellam. B. Dolle verliefdheid. G. Unsinnige und Wütende liebe. Gall. *Rage d'Amour*, *Amour furieux.* A. A Raging defire after Venery.

Aphrodisius Morbus, idem quod *Lues venerea* & *Aphrodifia.*

Aphronitrum, eft Nitri fpuma, ab ἀφρὸς fpuma, & νίτρον Nitrum. B. Salpeter-schuim. G. Salpeter-schaum. Gall. *Ecume ou fleur de Nitre.* A. Scum of the Niter or faltpeter.

Aphthæ, funt parva, rotunda, fuperficiaria ulcufcula, occupantia os internum, fauces, œfophagum, ventriculum, inteftina tenuia; varie colorata, alba, flava, fufca, livida, nigra; videntur effe exulcerationes tenuiffimorum ductuum falivoforum & mucoforum, factæ ex obturatione finis eorum ductuum extremi per humorem lentum vifcidumque eo delatum: guftum impediunt, & deglutitionem difficiliorem faciunt: Solent fruftulatim decidere, & aliquando recrefcere; imprimis obfervantur in Infantibus, vel in adultis, morbis acutis & vifcerum inflammatione laborantibus. Ofcedo *Sereno* & *Ifidoro.* Alcola *Arabibus.* Item Bothor. ab ἀφθάνειν locum occupare: aliis ab ἅπτεσθαι incendi. B. Mondgezweer / de Sprouw. G. Spruwe. & propter albedinem quafi os totum albâ farinâ effet confperfum, der meel-hund appellatur. Gall. *La Pepie.* A. The Pipp.

Aphylanthes, quafi diceres flos non foliatus, ex α priv. φύλλον folium & ἄνθος flos.

Apiastrum, est Melissa, sic vocata, quia ab apibus adamatur. Vide *Melissophyllum.* Item *Ranunculus* est, vide *Batrachium.*

Apices, seu Anthera, quæ in medio calicis seu folliculi, quo flos clauditur, erumpunt, *Stamina* sunt, quæ veluti filamenta ab intimo floris sinu prosiliunt. Habent Apices sæpius in summo quidpiam crassiusculum, à qua similitudine nomen acceperunt; dicuntur & capitula, quæ geminis constant loculis aut cistellis cavis, capsula membranacea per medium in duos recessus divisis, qui coloratum plerumque pulverem continent: cujus granula (ut ex optimis observationibus constat) in qualibet plantarum specie definitam utplurimum formam assumunt: hæc autem capitula partim ab apparente illorum figura, partim ab eo, quo funguntur, officio, non inepte testiculos appellant recentiores Botanici; planta enim, ablatis, antequam sua subierunt munia, capitulis, producere pergit semina, quæ, quamquam apparent pulcherrima, nunquam tamen evadunt prolifera, eodem perfecte modo, ut in subventaneis animalium ovis contingit; unde talia hujusmodi plantarum semina ex analogia non fœcundatis, animalium ovis comparari possunt. Vide *Anthera.* B. Koppen G. Gipffels. Gall. *Sommets*, *Bourgeons.* A. The Chives.

Apinthion, vide *Absinthium.*

Apios, Tithymali species est; caulis ejus scandens; folia bina, quasi conjugata ad costam in folium impar desinentem; pistillum vagina obvolutum, abit in siliquam tricapsularem, quarum singula continet semen oblongum; radix tuberosa est, pyrum referens, latior a parte superiori quam ab inferiori, externe nigra, intus alba, plurimum lactis continens. ἰσχὰς, χαμαιβάλανος, Lat. Raphanus Sylvestris, vulgo Hard-nood. Ita dixerunt Græci, quod radicis extremum in pyri formam turbinatur. Eadem etiam ratione *Ischas* & *Chamæbalanos* ab iisdem nominata est, quod in ficus & glandis effigiem radicis extremum turbinetur. Quapropter non ineptè Latinis etiam *Glans* aut *Ficus*, seu *Carica Sylvestris* nominabatur: ἰσχὰς enim est *Carica*, quia ἰσχνὴ, siccando gracilis facta. χαμαιβάλανος venit à χαμαὶ humi, in terra, & βάλανος nux, glans.

Apium, est planta culinaria, quæ habet caulem crassum,

ſum, ſtriatum, excavatum, & viridem; folia Petroſeli-ni, ſed majora, viridia, ſplendentia, polita, ſuccum odoris penetrantis, & ingrati habentia, præſertim ſi folia contunduntur, ſaporis fortis & ingrati. Flos umbellife-rus, albus vel luteus, cujus calix abit in duo ſemina ſtria-ta, curta, craſſiuſcula, griſea, ſaporis acris & ingrati; radices in pluribus edules, carnoſæ, craſſæ, rectæ, al-bæ, profunde in terra repentes, in multos ramos plerum-que diviſæ; in omnibus excepto Aniſo ſatis longæ, a Ci-cuta diſtinguendæ odore & ſapore, in plerisque radix eſt annua, ſed tamen non in omnibus, ſapor aromaticus quodammodo. Laudatur valde propter vim diureticam, & inter quinque aperientes recenſetur. Creſcit hæc plan-ta in foſſis & humidis locis: Apium dicitur ab apice, quia olim apices, id eſt capita victorum in certaminibus eo co-ronabantur; alii ab apibus dictum volunt, quod apes apio & petroſelino delectentur. Σέλινον a Lunæ dominio vo-catur, Eleoſelinum ab ἕλος palus & Σέλινον Apium. B. **Eppe / Juffrouw merk.** G. **Eppich.** Gall. *De l'Ache, Apium, Perſil des marais.* A. Parſley, Smallage.

Apium risus, vide *Riſus Apium.*

Apium Sylvestre, idem quod *Batrachium.*

Apnoea, eſt reſpiratio ad ſenſum, vel in totum abo-lita, qualis in Syncope & Hyſterico affectu aliquando con-tingit, ex α priv. & πνέω reſpiro.

Apochylisma, Succago, Robur, Rob, & Ro-hob, eſt ſucci cujuscunque ex vegetabilibus, cum ſac-charo aut melle, in duriuſculam ſapæ conſiſtentiam co-ctio & inſpiſſatio, hinc *Rob Ribeſiorum.* ab ἀποχυλίζω ſuc-cum extraho. B. **Conſerve / een Sjelei.** G. **Conſerf.** Gall. *Conſerve.* A. A Conſerve.

Apoclasma, eſt partis cujusvis in corpore abruptio, ab ἀποκλάω abrumpo, defringo.

Apocope, eſt partis abſciſſio, ab ἀποκόπτω abſcindo. Vide *Extirpatio.* B. **Een extirpatie / afzettinge.** G. **Ab-ſchneidung.** Gall. *Extirpation.* A. A Cutting of, an extir-pation.

Apocrisis & Apocrisia, eſt id, quod ex abundantia quaſi è corpore eliminatur, ab ἀπὸ ab. & κρίνω ſecerno.

Apocrusticum, eſt auxilium conſtringendi (ſecun-dum Veteres & non ad Neotericorum mentem) & repel-lendi vim obtinens. Aſt nulli repelluntur ſucci, ob ſan-

guinis periodum, ab ἀπειργω repello. B. Een te samen en te rug trekkend middel. G. Zuruck oder Vertreibende Artzeney. Gall. *Remede Repellent.* A. Repelling Medecines.

Apocynum, est planta, quæ crescit ut arbuscula, dimittens ramos rectos ad altitudinem circiter trium pedum; folia habet oblonga, ampla, crassa, instar Aloës caulibus adversa, alba, succum lacteum continentia, amarum & acrem: flores nascuntur ad foliorum extremitates instar aristæ, sunt campaniformes, quinquifidi, flavi; radix longa, fibrosa, fortis: hæc planta crescit in Ægypto, ubi vocatur Offar, & fructus ejus, qui pugni magnitudinis est, & oblongus dicitur, Beidel-far, quasi Beidel-offar, quod Arabice notat ovum offar; in ejus fructu reperitur lanugo, qua utuntur incolæ ad inserendum inter stragula, & in culcitris. hæc planta omnes quadrupedes & præsertim canes in cibum data necare traditur, componitur ex α priv. significans ab, & κύων canis. B. Honden-dood. G. Hunds-todt. Gall. *Apocyn.* A. Dogsbane.

Apodacryticum, est Medicamentum lachrymas excitans: sed aliis est collyrium lachrymarum effusionem desiccans & cohibens, ab ἀποδακρύω lachrymas excito.

Apolepsia & Apolepsis, est spirituum animalium & sanguinis interceptio. Vel est medius status inter Apoplexiam & Paralysin, vel est Apoplexiæ species, sive subitanea & fugax vocis interceptio cum sensus & motus omnimoda frustratione, ab ἀπολαμβάνω intercipio. idem quod *Catalepsis.*

Apomeli, est oxymel, seu decoctum ex aceto & melle, ab ἀπὸ de, & μέλι mel, quasi de melle coctum.

Aponeurosis, est finis, cauda seu chorda musculorum; proprie autem species membranæ, contextæ ex filamentis tendinosis, quæ musculos in variis corporis partibus tegunt, iisque robur addunt: dicitur etiam tendo, ex ἀπὸ de, & νεῦρον nervus; nec male, cum Musculus totus constare ex nervis videtur, quorum finis est Tendo. B. Een Peeze. G. Spann-ader. Gall. *Aponeurose.* A. A Tendon.

Apophlegmatica, videatur *Apophlegmatismus.*

Apophlegmatismus, vocatur medicamentum, quod lentam, subalbam, pituitosam materiam, secretam ex membrana pituitaria, nares earumque officula, sinus frontales,

tales, maxillares, offis cuneiformis &c. inveftiente, generat, diffolvit, eliminat: five id fiat fpecie Errhinorum, Gargarismi, Mafticatorii, Collutorii, Linctuum, vel fumi, hinc apophlegmatismus reducitur ad Ptarmica five Errhina, & Sialagoga, five falivam moventia, quia hæc omnia, quæ pituitam educunt, agunt vel per nares eliciendo, vel per os; hinc apophlegmatismus dicitur a φλέγμα pituita, & φλέγω ardeo, quia veteres videbant fanguinem uftulatum fieri denfam pituitam, unde fimiliter in corpore animali pituitam provenire putabant. B. Een flymzuiverend middel. G. Schleim außtreibende mittel. Gall. *Mafticatoire*. A. A Mafticatory.

Apophysis, Probole, Echysis, Processus, Productio, Projectura & Protuberantia, eft pars offis non contigua ut Epiphyfis, fed cum offe continua, & ultra planam fuperficiem protuberans, tutandis articulis, capitibusque mufculorum firmandis inferviens. Ut proceffus Pterygoides, Mammiformis, &c. ab ἀποφύω produco. B. Uitwaschen / uitsteeksel. G. Das Außwachsen. Gall. *Eminence de l'os ou Apophyfe*. A. Proceffes of bones.

Apoplecticæ Venæ, funt venæ jugulares, malè, ab Antiquis *Soporales dictæ*.

Apoplectica, funt Medicamenta adverfus Apoplexiam. Gall. *Remedes contre l'Apoplexie*.

Apoplexia, Attonitus Stupor, Morbus Attonitus & Sideratio dicitur. Eft fopor, in quo ægri fubitò concidunt, & jam proftrati, neque movere, neque loqui, neque fi pungantur, quod fentiant, teftari poffunt, jacentes fupini flaccidis membris ut in Paralyfi, cum refpiratione parvâ ac difficili five anhelatione, ftertentes ac fi dormirent, palpebris claufis, aut contractis; fed actio cordis, organorumque refpirationi infervientium, uti etiam pulfus & faciei color remanent, nifi gravis fit Apoplexia, jam deliquiis & morti manum porrigens, fed ore etiam patulo, & hiante, ex quo humor, & fpuma effluunt, aëris fubfidium quafi petunt; denique urina, alvi fæces & femen folent exire, atque nifi in Paralyfin mutetur Apoplexia, aut aliter folvatur, mors brevi inftat, quando cum refpiratione pulfus magis magisque deficit, & extrema frigere incipiunt; facies quoque ruborem cum pallore mutare, & ftertor, qui ab

sis de accurata crisi: (ut vocant,) *Metastasis* vero de translatione materiæ ab unâ parte in aliam dicitur, ab ἀφίστημι vel μεθίστημι, transfero, sejungo, absistere facio. Notat proprie tumorem pure impletum, qui cavitate quadam non limitata continetur, intra partes solidas corporis vi morbi facta; talis maturus esse cognoscitur, si ad alternum digitorum adtactum puris fluctuatio percipitur: triplici generatur modo in quadam parte, 1 ex præcedenti inflammatione istius partis in suppurationem conversa, 2°. si alicubi in corpore ex facto abscessu aliunde deponatur pus, vel 3. si materia morbum faciens, prius per totum corpus dispersa, in unum locum colligatur, & in pus conversa reperiatur; hæc duo ultima genera Metastases dicuntur, aut crises per abscessum. B. Een Apostcume / een verzweeringe / etter-gezwel. G. Ein geschwär / apostem. Gall. *Apostbume*, *abcés*, *suppuration*. A. An Apostume, an Impostume.

Apostolorum unguentum, sic dictum à duodecim ingredientibus, quod numero Apostolorum respondet: est vulnerarium.

Aposurma, est ossis vel cutis abrasio, ab ἀποσύρω detraho, abrado.

Apotheca, est vas aut capsula, in qua medicamenta conservantur: ita etiam officinæ pharmaceuticæ appellantur; ex ἀπὸ de, & τίθημι pono, hinc

Apothecarius, qui Medicamenta præparat.

Apotherapia, est curatio seu medela: Item exercitatio, quæ & excrementa purgat & à lassitudine tutum reddit, in genere notare potest curationem absolutam, sive ad finem perductam; ab ἀποθεραπεύω medeor; vel finem perfectæ exercitationis significat, & postremam partem, quando adhiberi solet vel frictio, vel unctio, vel balneum, ad lassitudinem tollendam. Ea pars quoque Medicinæ, quæ hoc docet, Apotherapeutica propterea dicitur.

Apothermus, est condimentum acre, cujusmodi est, quod ex Sinapi, oleo & aceto, vel aceto solo fit.

Apozema, decoctum *Plin.* ἀφέψημα. Decoctus *Plin.* Pharmacopæi *decoctionem* nominant. Est Medicamentum fluidum, paratum ex aqua cocta cum *Radicibus*, *Lignis*, *Corticibus*, *Herbis*, *Floribus*, *Fructibus*, *Seminibus* &c. Quæ in aqua aliove liquido coquuntur ad remanentiam

tiam ut plurimum unciarum duodecim, quindecim, vel viginti. Estque purgans, laxans, alterans, exsiccans, cephalicum, stomachicum, diureticum, splenicum, hepaticum &c. ab ἀποζέω deferveo. B. Een Apozema / een drank / afzietsel / kooksel. G. Ein tranck aus wasser und gewürtz gesotten. Gall. *Aposéme*, *Decoction*. A. An Apozeme or decoction.

APPARATUS MAJOR & MINOR. Lithotomis loquendi formula est; duas enim calculum extrahendi methodos habent: Una fit apparatu plurimorum instrumentorum, eaque tantum in adultis instituitur, & *Apparatus Major* ideo vocatur. Altera vero minori cum apparatu fit, & in puerulis, & nonnunquam in adultis adhibetur. vid. *Lithotomia*. B. 't Groot en 't klein beslag. G. Der grosse und kleine zurüstung. Gall. *Le Grand & petit Appareil.* A. Great & little preparation.

APPENDICULA VERMIFORMIS, est propendens quoddam corpusculum juxta intestinum Cœcum quatuor ut plurimum digitorum transversorum longitudine, crassitie minimi digiti, cavitateque, quanta est calami scriptorii. B. 't Wormigewyze afhangsel. G. Wurm - gleiche anhang. Gall. *Appendice vermiculaire*. A. Tne wormlike appendage, or blind gutt.

APPENDIX & APPENDICULA. est pars alteri tantum adhærens, neque proprie partem ejus constituens. Vide *Epiphysis*.

APPETITUS ALIMENTARIUS, est phantasiæ quædam constitutio, ex motu nervi paris vagi & intercostalis, ob defectum alimenti, inordinatius in ventriculo moti, orta; per quam impellimur, ob spiritus animales, in certo modo, ad motus membrorum, alimento prosequendo idoneos. Cietur in quantum spiritus animales quovis modo circa cerebri meditullium conciti, illinc exterius versus systema nervosum tendunt. Vel sic, appetitus alimentarius, est stimulus alimenta petendi ab existente acido, in ventriculo, fermento ortus, quo nervi vellicantur, per quos cerebro communicatur defectus alimentarius, quorum defectum supplendum dijudicat vicissim cerebrum. vide *potius Fames*. B. Spijs-lust / appetijt. G. Lust und begierde zum essen. Gall. *Apetit*. A. Appetit or hunger.

APPETITUS CANINUS, idem quod *Cynodes Orexis*.

APPETITUS DEPRAVATUS vide *Pica*.

AP-

Applicatio est illa actio Medici vel Chirurgi, per quam remedia quædam interna externave corpori communicantur vel administrantur.

Apprehensio Idem est, quam *Catalepsis*.

Apsychia, est summum animi deliquium. Vide *Deliquium animi*, ex α priv. & ψυχὴ anima.

Aptystus, est salivæ defectus, ita ut quis spuere nequeat, ex α priv. & πτύω spuo.

Apyrexia, dicitur temporis intervallum inter duas accessiones, quod a febre liberum est: vocatur etiam febrium intermissio, sive deflagratio; ejus causa est, quod omnis materia morbifica uno paroxysmo ferè difflatur, & eousque extenditur earum intermissio, donec reliquiæ de novo ad plenitudinem aggestæ sint, & incalescere incipiant: Latinis *Integritas* Græc. ἀπυρεξία ex α priv. & πυρέσσω febricito. B. Tusschen-tijd der koortsen / vrye-tijd / buiten koortsigheid. G. Nachlassung vom Fieber. Gall. *Intermission*, *Discontinuation de la fievre*. A. The remission of a fever.

Apyrothium, est Sulphur vivum, à contrario nomen impositum videtur. Ex α priv. & πῦρ ignis.

Aqua, est liquor valde fluidus, inodorus, insipidus, pellucidus, excolor, qui in certo gradu frigoris in glaciem fragilem, duram, vitream, congelascit: maximam partem humorum nostri corporis constituit, iisque fluiditatem conciliat: cedit etiam homini in potum, vel instar medicamenti usurpatur; hinc inter causas procatarcticas sanitatis & morborum non infimum locum habet. B. Waeter. G. Wasser. Gall. *l'Eau*. A. Water.

Aqua, Arabibus idem est ac *Suffusio*, vide *Cataracta*.

Aqua Destillata, seu **Stillatitia**, est lympha, seu liquor destillatione ex quavis re elicitus; estque vel per se simpliciter, vel cum Herbis, aliisve rebus prolectus. B. Gedisteleert water. G. Distilliert wasser. Gall. *l'Eau distillée*. A. Distilled water.

Aquæ Ductus, est anterior Tympani meatus osseus, qui ab aure ad palatum tendit; sic dicitur non tantum ob formam, quæ canalem refert, sed & quod transitum sæpe præbere possit limo, vel aliis humoribus extraneis, qui sæpe in hac tympani cavitate colliguntur. Hæc descriptio si exacte foret, convenit ductui palatino, sive Tubæ Eustachianæ, non vero Aquæ ductui Falloppii; qui est foramen

men offis Temporalis proprium, inter processum Mastoideum, & Styloidem, portionem duram nervi auditorii transmittens. B. De waterloop. G. Wasserrohr / wasser gang. Gall. *Aqueduc.* A. An aqueduct.

Aquæ ductus Nuckii, ita perperam dicti; cum sint continuationes vasorum sanguiferorum Scleroticam perreptantes & perforantes.

Aqua florum omnium, est aqua ex stercore bovino, gramine vescente, destillata: sic dicta videtur, quod omnibus pratorum floribus pascantur. Gall. *Eau de mille fleurs.*

Aqua fortis, sive *Spiritus Nitri*, cum oleo Vitrioli paratus, ita vocatur propter vires metalla quædam dissolvendi.

Aqua Inter Cutim, Idem quod *Anasarca.*

Aqua mineralis est aqua fontana, principiis mineralibus imbuta, insigni vi, quæ pro natura admistorum differt, ad curandos multos morbos prædita.

Aqua Pericardii, est liquor serosus, qui in cordis sacculo colligitur; exigua plerumque copia reperitur; videturque pro cordis humectatione, motusque facilitate (qui liberrimus hic requiritur) inservire; quod ne deficiat, in capsula sive sacculo hoc colligitur; num à glandulis basi cordis incumbentibus is humor delabatur, ac per vasa lymphatica in ductum Chyliferum relegetur, meritò dubitatur, quiæ hæ non demonstratæ hactenus sunt, nec modus, qui in ductum Chyliferum deferatur; credendum potius ab extremis osculis arteriarum ibi stillari, & per vasa resorbentia introsumi rursus, & misceri sanguini. dicitur & *Urina cordis, seu Pericardii & Hydrocardia.* B. Herte water. G. Hertz wasser. Gall. *Eau qu'on trouve dans le pericarde.* A. The water in the pericardium.

Aqua regia ita dicitur, quoniam solvit Aurum, metallorum regem: talis est spiritus salis marini, vel alius spiritus acidus, de sale marino participans, quoniam illud sal solum proprium Auri menstruum præbet.

Aqua stillatitia eadem est quam aqua destillata.

Aqua vitae nomen est spiritus vini, ob vires confortantes hoc titulo donatum: hic autem, variis cum aromatis destillatus, spiritus vitæ compositos præbet; talis est in officinis recepta aqua vitæ Matthioli.

Aqueus Humor, vide *Humores oculi.*

Aqua-

Aqualiculus, ſeu Infimus Venter, idem quod *Epiſion*, *Hypogaſtrium* & *Abdomen*.

Aquifolium, idem quod *Agrifolium*, ab acus & folium. Gall. *Houx*.

Aquila Alba, Chymicis eſt *Mercurius dulcis*.

Aquilæ Lapis, vide *Ætites*.

Aquileia, Aquilina, vel Aquilegium, eſt planta, quæ habet caulem exiguum, rubicundum, villoſum, ramoſum; folia Chelidoniæ majoris, lobata, profunde inciſa, caulibus longis adhærentia; florem plane anomalum, figuram aviculæ repræſentantem; coloris cærulei, vel rubicundi; piſtillum floris abit in multas ſiliquas membranoſas, caput referentes, includentes ſemina exigua, compreſſa, polita, nigra, obrotunda; radix inſtar pollicis craſſa, alba, fibroſa, ſaporis ſubdulcis; creſcit in montibus & ſylvis. nomen accepit à florum mucronibus aduncis inſtar aquilarum unguibus. B. Akeleyen. G. Agley / Ageley / Ackeley / Teriaks-kraut. Gall. *Ancolie*. A. Columbine.

Aquilina, vide *Aquilegia*.

Aquula, idem quod *Hydatis*.

Arabicum Gummi officinarum, Galeno *Thebaicum*, nonnullis *Babylonicum* dicitur; alii arbuſculam eſſe Acaciæ dicunt. Duas conſtituunt ſpecies; prior recta aſſurgens virgulta profert lignoſa, ſpinis exertis & duris hinc inde ſtipata: Folia longa, quaſi ex multis foliolis cohærentia compoſita, flores albidos, odoros, ſiliquas breves, planas, lupinorum more; ſemen glabrum & ſplendens. Altera Acacia in Cappadocia & Ponto provenit, priore minor, tenerior, humilior, folia habens Rutæ. Iſtud gummi pellucidum eſt inſtar vitri & glutinoſum, facile in aqua ſolvitur, rotundum eſt, & externè quaſi à vermiculis ſæpe exeſum: ſaporis aquei viſcoſi lenti, odoris nullius: ob copiam, quam hic habemus, adfertur non tantum ex Arabia, ſed & ex Senegallia. B. Arabiſche Gom. G. Arabiſcher Gum. Gall. *Gomme Arabique*. A. Gum Arabick.

Arabis, eſt Draba, Βράβη, videtur D. vel B. in A. mutatum eſſe: fortè Βραβεύειν quod hæc herba palmam ferat, ſuperetque ſuâ ſubſtantiâ reliquas plantas, obſonio dicatas: eſt quippe Naſturtii ſpecies. Gall. *Drave*.

Arachidna, vel Aracidna, videtur dicta ἀπὸ τοῦ

ἄγχειν,

ἀῤῥάκος, ob similitudinem aliquam, quam cum Araco habet, & ὕδνον, terræ tuber, cujusmodi similitudinem quandam habent radices.

Arachis, vel Arachus, est Leguminis species. Putant derivari ab ὤχρον, colore nempe luteo, quam habet ochra. Gall. *Vesse sauvage, ou Vesseron.*

Arachnoides Tunica, seu Aranea Tunica, vel Amphiblestroides, est membrana ita dicta ob summam, quam habet tenuitatem, intra duram & piam matrem sita, quæ in superiori cerebri parte, cum pia matre & cerebro stricte connectitur, in inferiori vero parte, præsertim circa cerebellum, medullam oblongatam, & spinalem, laxe: ita ut ibidem facile & abunde conspici queat. Item tunica oculi crystallina, à similitudine araneæ telæ dicta, quæ obtegit nervos visorios adhuc nudos in cerebro, antequam hi orbitas ingrediantur, & non solum eos extrinsecus involvit, sed etiam inter omnes minimas fibrillulas nervos constituentes, se insinuat, prospiciens, ne inter se agglutinentur, sed distinctæ, ut in ortu maneant, hæc membrana cellulosæ totius corporis perquam similis; num vero hæc sit ipsa Arachnoidea, nondum demonstratum. Ex ἀράχνη aranea, & εἶδος forma B. Het Spinne-webs-vlies. G. Das Spinnewebs-häutlein. Gall. *l'Arachnoide.* A. The coat containing the Crystalline humor.

Aræotica, vide *Rarefacientia*, ab ἀραιόω rarefacio.

Aranea, est *Herba Paris*, sic dicta quod ejus uva Araneam referat, vide *Paris Herba.*

Aranea, est insectum, olim a Medicis usurpatum in febribus, ab ἀράω, apto, quòd telas ad muscarum aucupium, præparet. B. Een Spinnekop. G. Spinn. Gall. *Araignée, ou Aragne.* A. The Spider.

Aranea Tunica, idem quod, Arachnoides.

Arantia, idem quod *Aurantium.*

Arbor, & Arbos, Gr. Δένδρον & Δένδρος, quia δεινῶς δέρεται; graviter & molestè decorticatur: vel à δέμω struo, ædifico, quia arborum ope domus, &c. ædificantur. Arbor est quidquid à radice statim simplici caudice, brachiatum ramis, fulculosum, dissolutuque contumax assurgit. B. Een Boom. G. Ein Baum. Gall. *Arbre.* A. a Tree.

Arbor Dianæ, est quædam crystallisatio Mercurii, &

& Argenti in Aqua forti diſſoluti, fruticis ſpeciem acquirens.

ARBOR VITÆ, eſt Cedri ſpecies ſemper vireſcens, fructu conifero, oblongo, ſquammoſo, ſic dicta, quia ipſa arbor diutiſſimè vivit: vocatur etiam Thuya. B. Boom des Levens. G. Lebens-baum. Gall. *Arbre de Vie.* A. The Tree of life.

ARBUTUS, eſt arbuſcula, cujus truncus habet corticem aſperum & ſtriatum, in ſuperiori parte rami ſunt rubicundi; folia oblonga, lata inſtar Lauri, ſubrotunda, polita, viridia, dentata, vel ſerrata; florem monopetalum, campaniformem, globoſum, in urceolum formatum; Piſtillum calicis fit fructus globoſus, carnoſus, edulis, ante maturitatem flavus, poſtea ruber, facie externa Fragi, quinquelocularis, in ſingulis loculis ſemina plura placentæ accreta; hæc arbuſcula ſæpe ad maximarum arborum altitudinem creſcit in Flandria; fructus ejus Memæcylon aut Unedo vocatur, quia, ſi homo plus ex his quam unum comedat, creditur, illum ſe inde male habere; folia & cortices ſunt adſtringentes, hinc conducunt in Diarrhœa. ſic forte dicta, quod inter arbuſta creſcat: vel ut aliis placet ab arbor. Gr. Κόμαρος, an à κομάω comatus ſum? B. Haag-appel-boom / Aardbeſieboom. G. Hagapffel-baum. Gall. *Arbouſier.* A. The Crabtree. The Strawberrytree

ARCANUM, nominatur aliquod Medicamentum, quod tanquam aliquid ſecreti habetur, tum in ejus præparatione, tum in ejus adminiſtratione dextra. Theophraſti Arcanum eſt Quinta rei eſſentia ſumme exaltata, ſed ut ait idem, eſt virtus rei millecupla exaltatione emendata. Quatuor imprimis arcana jactitat. 1. Arcanum primæ materiæ. 2. Lapidis Philoſophorum. 3. Mercurii vitæ. 4. Tincturæ. Aliis eſt extractum in ſpecie ſic dictum, forte quod in arcis ſervetur. B. Geheym. G. Geheimnuß. Gall. & A. A *Secret*, *Myſtery*.

ARCEUTOS, eſt *Juniperus*: dicitur παρὰ τὸ τὴν ἀρὰν κεύθειν, quod celet noxam. ἀρὰ enim eſt noxa, & κεύθω celo. Ἀρκευθὶς eſt Juniperi bacca: vel διὰ τὸ ἔχειν τὰς ἀκάνθας κεκρυμμένας, quod ſpinas habet occultas. Vide *Juniperus*.

ARCHANGELICA, eſt Angelica aquatica, ab ἀρχὴ principatus, & Angelica, de qua antea; ſic dicta, quod cæteris major ſit, vide *Angelica*. Gall. *Archangelique*.

ARCHE, est morbi initium, ab ἄρχω incipio, & propriè significat illud tempus, non quo æger incipit lecto suo affigi, sed quo ex statu sano in ægrotum transit. Vide *Acme*.

ARCHEUS, est (ut Chymici loquuntur) summus, exaltatus, & invisibilis spiritus, qui separatur à corporibus, exaltatur & ascendit, occulta rerum virtus generalis omnibus, Artifex, & Medicus. *Item* Archiatros supremus rerum Medicus, qui rei cuique suum *Archæum* peculiarem, & membro cuilibet occultè per *Aërem* distribuit. *Item Archæus* primus in rebus, vis est occultissima res omnes producens, ex *Iliaste*, divina virtute nimirum suffulta duntaxat: vocabulum est Helmontio frequentissimum. B. Kracht / elementscheider / geest. G. Furnemste krafft / vel subtileste Geist. Gall. *Esprit*, *vertu*, *qui separe les elements*. A. A Most subtle Spirit.

ARCHIATER, est Medicus supremus; vel qui caput & dux aliorum Medicorum est: Ideoque Primarius vel Senior dicitur. Ita Principum & Magnatum Medici καθ' ἐξοχὴν Archiatri vocantur, ex ἀρχὴ principium & ἰατρὸς Medicus. B. Een Opper-genees-heer / Stads-Doctoor / Stads-genees-heer. G. Leib-artzt / Statt-artzt / fürnemster artzt. Gall. *Archiatre*, *le premier Medecin*. A. The Chiefest Physician.

ARCHIGENI MORBI, seu acuti, ab ἀρχὴ principatus & γεννάω gigno; quod nempè imperium in sanitatem teneant.

ARCTOSCORDON, est *Allium ursinum*; ex ἄρκτος, ursus, & σκόροδον Allium. B. Beeren-look / Das-look. G. Wald-knob-lauch / Bär-lauch / Hund knob-lauch. Gall. *Aux d'ours*. A. Ramsons.

ARCTOSTAPHYLOS, est ursi uva, seu Vaccinium rubrum, ex ἄρκτος ursus, & σαφύλη uva.

ARCUALIA ossa, dicuntur aliis *ossa Syncipitis*, aliis *ossa Temporum*: hinc *Sutura Arcualis* est eadem, quæ *Coronalis*.

ARCUATIO dicitur de partibus, quæ figura arcum referunt, veluti supercilia; à quibusdam ita vocatur *Gibbositas anterior*, quando accidit cum ossium communitate. B. Gebochgeld. G. Gebuckelt. Gall. *Voute*. A. Crookedness.

ARCUATUS MORBUS, vide *Icterus*.

ARDEA AVIS, est species avis aquaticæ, fissipedis: di-

dicitur ex arduo, quia volat in altum. B. Reiger. Gr. ἐρωδιὸς Gall. *Heron.*

ARDENTES FEBRES, sunt, in quibus præter alia symptomata, magnus æstus, ardor & sitis deprehenduntur, ut in *Causo & Lipyriis*, vide *Causus.*

ARDOR, seu *Æstus*, est calor in corpore nostro intense acutus. B. Hitte. G. Hitz. Gall. *Chaleur*, *Ardeur.* A. Vehement or parching heat.

ARDOR VENTRICULI, doloris ventriculi peculiaris species est, quæ tamen simul etiam œsophagum molestat, quam τ̃ στομάχου καῦσιν, *ardorem stomachi* & nonnulli *Ebullitionem Ardoremque* stomachi *ebullientem* nominant; quibusdam *Soda.* Quando ardens quidam dolor in ventriculo & gula percipitur, qui urendo quasi molestat; malum hoc sanis etiam sæpe familiare est, tum cibum sumentibus, tum jejunis; Imprimis cum eructant, intus incluso quasi flatu igneo & erumpere non valente. Nonnunquam tamen & in febribus accidit. *Causa* mali est effervescentia quædam a particulis oleosis aut biliosis, unde ebullitio sive ardor ventriculi ebulliens persentitur: vel oritur potius ab acri quocunque sive acido sive alcalino moleste os ventriculi afficiente, & sæpe a defectu muci ventriculum obducentis. B. De zode. G. Hitze des Magens/ Sode. Gall. *l'Ardeur d'Estomac.* A. The heart-burn.

ARDOR URINÆ, vide *Dysuria.*

AREA, *Celso* arearum duo genera sunt. Commune utrique est, quod emortua summa pellicula, pili primum extenuantur; deinde excidunt, ac si ictus is locus fuerit, sanguis exit liquidus, & mali odoris: increscitque in aliis celeriter, in aliis tarde. Pejus est, quod densam cutim, & subpinguem, & ex toto glabram facit. Sed ea, quæ Ἀλωπεκία nominatur, sub qualibet figurâ dilatatur. Fit & in capillo, & in barba. Id vero, à serpentis similitudine Ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio; duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet ætate est: hoc ferè in infantibus. Illud vix unquam sine curatione, hoc per se sæpe finitur. B. Hair-uitvalling / hairloosheid. G. Ausfallen des Haars. Gall. *La chute des cheveux de la tête & du poil de la barbe.* A. The falling off ones haire.

Area, est inter musculos, glandulas &c. quædam Intercapedo, seu spatium, à circumjacentibus partibus relictum. B. Tusschen-ruimte. G. Zwischen-Weite. Gall. *Espace*. A. An empty space.

Aregon, est Unguentum resolutivum, relaxans & attenuans, ab ἀρήγω auxilior, opem fero.

Arena, in corpore humano, res est toto genere aliena ab arena terrestri, nam illa est ex plurimo sale volatili, pauco oleo & terra genita; ex qua sæpe calculi concrescunt. Gr. ψάμμος & Ἄμμος. B. Graveelige Zandigheid. Lat. *Sabulum* dicitur. G. Sand / Grieß. Gall. *Sable*, *Greve*, *Sablon*, *Gravier*. A. Sand, Gravell.

Arenaria, est Coronopi species, sic dicta, quod arenosa loca amet.

Arenatio, est species Balnei sicci, cum æger pedibus arenæ calidæ insidet: ut in Hydrope fit. B. Zandbad. G. Sand-Bad. Gall. *Bain de Sable*. A. A Sandbath.

Areola Papillaris, vocatur circulus papillam ambiens, quæ in virginibus pallida est, & cuti fere concolor, sed in lactantibus magis fusca evadit. B. De Tepelkring. G. Der Brust Wärtzlein-Kreiß. Gall. *l'Areole*. A. The Circle that surrounds the nipple.

Aresta Bovis, vide *Anonis*.

Argemon, est ulcusculum oculi album in Iridis circulo, comprehendens partem albi & nigri. ex ἀργὸς albus, & ἔχω habeo.

Argemone Mexicana, sive Papaver spinosum C. B. est planta officinalis, quæ habet caulem rotundum, ramosum, spinas exiguas, & quæ medullam albam in se continet; folia ex radice primo erumpentia, oblonga, & angusta sunt, sed quæ caulibus adhærent, sunt longa, laciniata, non villosa, sed mollia, in spinas abeuntia; flores in summitate ramorum crescentes, coloris flavi, rosacei, quinquifidi, odoris Chelidonii majoris; post florem succedit fructus, oblongus, spinosus, includens semina subrotunda, nigra; radix exigua est, satis longa, fibrosa; hæc planta crescit in hortis: ita dicitur à vi, qua pollet: sanat enim ἄργεμα, seu oculorum ulcuscula & nubeculas, quæ oculi albo adveniunt; ideoque ab ἀργὸς albus, vulgo *Argentina*, & *Potentilla*, ob potentes vires in sistendo sanguine. Vide *Anserina*.

Argentina, idem quod *Argemone*.

Ar-

ARGENTUM, & Gr. ἄργυρος ejusdem significationis, est metallum coloris candidi, sonorum, post Aurum maxime ductile, in igne fixissimum, ita ut nihil fere perdat, si purissimum fuerit; simulac ignitur, funditur, Aqua Forti sola solvitur, specificæ gravitatis ad aquam, ut 10535. ad 100. depuratur Plumbo, eique resistit, in scorias abit cum Antimonio & volatile fit. B. Zilver. G. Silber. Gall. *Argent*. A. Silver.

ARGENTUM VIVUM, idem quod *Mercurius*.

ARGILLA, Gr. ἄργιλλος, ab ἀργὸς, albus; quia plerumque illa terra alba est; accipitur quandoque latius, varii coloris species comprehendens, ut nigram, luteam, pumiceam, purpuream, viridem, cæruleam, cineritiam. B. Kley. G. Thon/Leim. Gall. *Argille ou Terre glaise*. A. Clay.

ARGYROCOME, est Gnaphalii species, dicta ob argenteos seu albos flosculos, ex ἄργυρος argentum, & κόμα coma, pili.

ARGYROPÆA est ars, quæ docet modum conficiendi argentum è metallis & mineralibus perfectioribus, tam quæ in argentifodinis exercetur, quam quæ ope lapidis philosophorum.

ARIDURA, TABES est seu ATROPHIA particularis, qua corpus, vel membrum aliquod plane consumitur, fortè ab arescere. B. Uitteeringe. G. Schwindsucht/ das abnehmen/ außzehrende kranckheit. Gall. *Phthisie*, *Consomption*. A. The blasting of the body by a planet.

ARILLI, Idem quod *Acini*.

ARISARUM, videtur diminutivum ab *Arum*, quia minor species est, vel ab ἄρον ἱερόν. Vide *Arum*.

ARISTALTHÆA, est Althæa vulgaris, ab ἄριστον bonum, & Althæa.

ARISTA, Gr. Ἀθήρα, Ἀθερίνη, Ἀθήριξ, ab areo. Estque ut acus tenuis longa, & eminet à gluma. In summa aristæ quasi apices & cornua sunt spicarum. B. De baard der koorn-aare. G. Das Haar am Ahre von Korn/ oder Spitze an der ahren. Gall. *La barbe de l'epy du bled*. A. The ear of corn, the beard of the ear of corn.

ARISTOLOCHIA, est planta officinalis, quæ habet caules sarmentitios, debiles, flexiles, folia alterna, fere rotunda, mollia, saporis amari, viridescentia; flores monopetalos, anomalos, tubulatos, in inferiori parte occlusos, a parte superiore apertos, & quasi linguam ha-

bentes deorsum spectantem; post florem pistillum fit fructus membranaceus, ovalis, viridis, sed post maturitatem fuscus; hic fructus est divisus in sex loculos, qui multa semina compressa, exigua, nigra, & sibi invicem incumbentia recondunt; radix est tuberosa, rotunda, satis crassa, fibrosa, extus grisea, intus flavescens, odoris ingrati, saporis valde amari; hæc planta crescit in pratis, dantur variæ species: huic nomen inditum, quod puerperis, vel potius parturientibus prosit: quod ἀρίστη sit ταῖς λοχείαις lochiis nempe expellendis. Alii deducunt ab inventore quodam Aristolocho. B. Hol-wortel / Baarwortel / Osterlucie. G. Osterluccy / Hol Wurtz. Gall. *Aristoloche*. A. Birthwort

Aristolochica vocantur illa medicamenta, quæ fluxum lochiorum, id est sanguinis, qui post partum ex utero prodit, promovere valent.

Armeniaca Malus, Persicæ satis similis, sed truncus crassior, cortice obductus magis nigro, folia habet Populi nigræ, vel Pyri, dentata, acuta, saporis acidiusculi; calix est monophyllus, quinquifidus, vel & in sex segmenta profunde sectus, cavus; flos rosaceus, pentapetalus, petalis natis ex margine calicis coronante cavitatem, petala aliquando sex continet, stamina triginta; ovarium in imo fundo calicis, instructum tuba longa, fit fructus fere globosus, carnosus, Persicæ minoris magnitudinis, ad latera paululum compressus, juxta longitudinem sulcatus, continet nucleum osseum compressum, in quo amygdalus unus plerumque reperitur, saporis aliquantulum amari, grati; fructus caro ab una parte rubescit, ab altera flavescit, est dulcis, tenera, saporis grati; fortè sic à natali solo Armeniâ dicta. B. Abrikoos. Gall. *Abricotier*.

Armenus seu Armenius Lapis, est lapis maculis viridibus, cæruleis & subnigris relucens, sicut *Lapis Lazuli* punctis aureis, adeoque non differt inter se, nisi sola maturitate. Uterque enim in unis iisdemque scaptensulis reperitur. Lazuli tamen lapis ceu maturior, crebrius invenitur in fodinis aureis, Armenus in argenteis. Dicitur *Lapis Armenus* seu *Armenius*, Gr. Ἀρμένιος λίθος quod olim ex Armenia solum ad nos translata sit; hodie tamen & in Germania effoditur, verbi gratia, in Comitatu Tyrolensi sub nomine Melochites. Præfertur colorato cæruleus. Inter purgantia recensetur ad drachmam &

& scrupulos quatuor. B. Armeni-steen. G. Armenier Stein / Bergblau. Gall. *La Pierre d'Armenie ou Armenienne.* A. Armenian-stone. Arab. *Hagar* & *Hagor.*

Armerius Flos, Gallis *Armoires* & *Armoiries*, hunc *Ruellius* Armerios flores nuncupavit B. Keikens / Duizendschoon / Tuilkens / Dorpeelbloemen. G. Heiden-Blümlein / Blutz-Tropffe / Stein-Nagel / Carthüser-Blumen. A. Sweet-williams.

Armilla Membranosa, est ligamentum circulare, tendines multiplices universæ manus circulo aliquo comprehendens in regione carpi; in varia alia facile divisibile. Duplicia constituunt; unum sinum carpi succingens, revera unicum, sed latum robustumque, simul omnes tendines flectentium musculorum continens: alterum quod est in dorso carpi, ex sex inter se connexis, & singulis annuli instar obvolutis circa extendentium tendines. B. d'Armband. G. Arm-Band. Gall. *Ligament du bras.* A. Membranous ligament imcompassing the muscles of the arm.

Armoniacum Sal Nativum, Cyrenaicum veterum à Majoribus descriptum, sub arenis Libycis concrescebat: Ex notis bonitatis, quas Plinius indicavit, nostro hodierno factitio simillimum apparet. Verum nostratibus non nisi *Artificiale* cognitum est. Quod nihil aliud est, quam sal amarum factitium, compositum, volatile, coctum ex urinâ, fuligine & sale communi, vel sale gemmæ & similibus: tale & circa ignivomos montes eructatur variis terræ locis; Vesevi optimum censetur hodie: & non sine ratione videtur ex fuligine originem solam ubique ducere. Eligatur candidum ac purum, vel nisi satis nitidum fuerit, purificari potest. Præstantius habetur Antverpianum, & Venetianum. Dicitur *Sal Solare*, *Aquila Cœlestis*, *Alba Mercurialis Fuligo*, *Sal Mercurialis Philosophorum*, *Lapis Adir*, *Audix*, *Anacab*, *Alacab*, *Aliocab*, *Alocaph*, *Alcob*, *Alfol*, *Alfatide*, *Alinziadir*, *Alistiles*, *Alumonodig*, *Amizadir*, *Anoxadic*, *Azanec*, *Butrum*, *Hisazium*, *Lixandram*, *Misatis*, *Mestudar*, *Nusiadal*, *Nysæ*, *Obac*, *Raal*, *Salmiax*, *Tursies*. Fortè ab ἄμμος seu ψάμμος arena. Dicitur & *Sal mirabile* & *Clavis Metallorum*, quæ fluere facit. Signum ejus Chymicis est asterismus. B. Salarmoniak. G. Salmiac. Gall. *Sel Armoniac.* A. Salt Armoniak.

ARMORACIA, est Raphanus Rusticanus, sive major, componitur à Pontica voce Armon, & agria. Græcis ῥαφανὶς ἀγρία dicitur.

ARNALDIA, est nomen morbi maligni, lenti, & chronici, quondam in Anglia familiaris, in quo capillorum defluvium maxime notabatur, &c. unde species luis Gallicæ videri posset, prout in initio in his regionibus sæviit.

ARNICA Doronici species, Germanis valde laudata herba, inprimis lapsorum quædam quasi panacea dicitur.

ARNOGLOSSUM, est *Plantago* seu *Agnina Lingua*, quia ejus folia linguæ agninæ simillima sunt. Ex ἄρς agnus, & γλῶσσα lingua. Dicitur & Polyneurum à nervorum, quibus quasi costis per longitudinem folia ejus distincta sunt, multitudine. B. Weeg-bree. G. wegerig/ Weegrich/ Schaff-Zunge. Gall. *Plantain.* A. Ribwort plantain, Wavbread, or Lambs-tongue.

AROMA, est corpus vegetabile, gratum fortemque spirans odorem, & saporem habens penetrantem & calefacientem, ut Caryophylli, Cinamomum, ex ἀρ vel ἄρι particula intensiva, & ὄζω oleo, ὀδμὴ odor. B. Rieckende Specerie. G. Gewürtz / Speccrey. Gall. *Drogue*, *Epice*, *Epicerie*. A. Sweet smelling spicer.

AROMATOPOLA, est is, qui aromata divendit, *Aromatarius* dictus. B. Kruidenier / Droogist. G. Ein Gewürtz Krämer / Materialist. Gall. *Espicier*. A. A Grocer.

ARONIA & ARIA, est *Mespilus*, an ab Arona Galliæ fluvio?

AROPH, vox est formata ex primis litteris vocabulorum Aroma & Philosophus; hinc denotat nonnullis Crocum, qui alias Aroma Philosophorum dicitur, aliis extractum Croci; aliis denique flores ex æqualibus portionibus lapidis Hæmatitis & salis Ammoniaci præparatos.

ARQUATUS MORBUS, seu ARCUATUS, idem quod *Icterus*.

ARS, dicta est, ex ἀρετὴ, virtus, quam Græci scientiam vocant.

ARSENICUM, est corpus venenatissimum, album, crystallinum, ponderosum, triturabile, arte factum, dum Cobalti cum alcali fixo & Silicibus in Smaltum fusio paratur, adscendens flos dat Arsenicum album crudum, quod clauso vase, igne valido, fusum, exhibet Arsenicum album venale: Si vero flos Arsenicalis Cobalti funditur

ditur cum decima Sulphuris communis parte, *Arsenicum Citrinum* fit, venenatum, sollicite distinguendum ab *Auripigmento*, cum lethale sit vi indomabili: sed quoties flos idem Cobalti quintæ Sulphuris parti ad ignem fusus admiscetur, nascitur illico *Arsenicum rubrum*, venenatum, quod distinguendum est ab Arsenico veterum. B. Rottekruid: quia mures gliresque hoc comesto moriuntur. G. Ratzen-Pulver / Hütten-Rauch. Gall. *De l'Arsenic, ou poudre aux Rats*. A. Arsenick or Orpment. Rattenbread.

Artemisia, Planta est, quæ habet caulem quatuor circiter pedes altum, ramosum, durum, lignosum, fractu difficilem, parum villosum, ut plurimum ad rubrum vergentem; folia in acutas lacinias divisa instar Absinthii, sed latiora, superne viridia, inferne alba, odorifera, saporis dulcis parum ad acredinem vergentis; flores erecti, minimi, villosi, albidi, vel purpurascentes, odorati; radix longa & instar digiti crassa, lignosa, saporis subdulcis & aromatici: si Plinio credimus, ab Artemisia, Mausoli Cariæ Regis uxore, quæ hanc sibi adoptavit, nomen accepit. Antea *Parthenis* dicta, hoc est, *Virginalis*, quia virgo Dea nomen illi dederit. Sunt, qui ab Artemide (id est Diana παρὰ τὸ τ̀ ἀέρα τέμνειν) Ilithya cognominatam putant, quoniam privatim medeatur fœminarum malis. Quid impedit, nomen impositum esse, ἀπὸ τ̀ ἀρτίμιος, quod est incolumis, vel integer. Hinc Artemisia, quod multas incolumes reddat. B. Byvoet / St Jans Gordel / St. Jans Kruid. G. Beyfuß / St. Johans Gürtel. Gall. *Armoise ou herbe de Saint Jean*. A. Mugwort.

Arteria est vas conoïdeum, constans plurimis tunicis, sibi invicem adplicatis, quæ sunt interna, muscularis, nervea, & cellulosa. *Interna* est tenuis, pellucida, polita, sufficienti tamen robore prædita: hæc cavum Arteriæ determinat, & reliquas tunicas, eorumque vasa tuetur. *Muscularis* est fortis, crassa, sequax tamen, in plures lamellas separabilis; fibris constans orbicularibus, quæ, ubi se contrahunt, arteriæ capacitatem minuunt. *Nervea*, quæ alba est, tenuis, expansilis: hæc aliis tendinosa, vel nerveo vasculosa dicitur. *Cellulosa* constat fibris albicantibus, laxis, sibi mutuo intertextis. In variis corporis partibus tunicam accessoriam acquirit, ut Pleuram in thorace,

Peritoneum in abdomine. An autem etiam *glandulosam* habeat, dubitant nonnulli, licet alii adfirment. Vas hoc ita constructum, omnisque generis vasis, per tunicas decurrentibus, præditum, in corpore nostro vivente se adtollens, & vicissim iterum submittens, magno trunco ex corde oritur, sensimque in minimos ramos dividitur, quorum plurima extremitatibus patulis in superficie corporis, vel intra cavitates terminantur, alia in venas desinunt, vel vasis lateralibus originem præbent; omnia sanguinem ex corde versus extrema propellunt. B. Slag-ader. G. Pulsader / Lufftader. Gall. *Un artere*. A. An Artery.

Arteria Carotis, vide *Carotides*.

Arteria Coeliaca, vide *Cœliaca Arteria*.

Arteria Magna, idem quod *Arteria Aorta*.

Arteria Pulmonalis. Vide *Vena Arteriosa*.

Arteria Trachea, vide *Aspera arteria*

Arteria Venosa, Veteribus sic vocata, hodiernis est vena pulmonalis, sive illud vas, per quod sanguis ex pulmonibus in sinistrum cordis ventriculum transit: duas habet valvulas, Mitrales à figurâ dictas; non est una vena; sed a sinistra cordis auricula prodit; deinde primo in quatuor, postea in innumeros ramos, per pulmones distributos dividitur; sive potius formatur ab infinitis venis, ex finibus arteriæ pulmonalis ortis, quæ sanguinem ex his acceptum revehunt in quatuor magna vasa, unde in sinum venosum pulmonalem; hinc satis improprie quasi una vena consideratur, cum ex singulo pulmone duo magna vasa oriantur, in sinum venosum desinentia. B. Long-ader / d'Aderlyke Slag-ader. G. Lung Ader. Gall. *Artere veneuse, veine du poulmon*. A. The vein of the lungs.

Arteriaca, Medicamenta sunt, quibus ad vocis læsionem & Tracheæ vitia solemus uti, & ab arteriâ tracheâ nomen accepisse videntur. τὸ τῆς ἀρτηρίας τραχείας φάρμακον, Arteriæ asperæ medela.

Arthanita, vulgo *Cyclamen* & *Panis porcinus*, est herba, quæ habet folia subrotunda, ampla, singularia in uno pedunculo, qui ex apice tuberosæ radicis oritur; Pedunculi floriferi, simili ortu, ex ipso tuberis corpore, enati, finis abit in tuberculum, cui adnascuntur segmenta quinque, foliosa, magna, profunde secta, calicem formantia; flos parte inferiori tubulosus, monopetalus, su-

ſupra diviſus in quinque amplas, longas, ad ima usque ſectas partes, quæ retroflexæ circa pedunculum ſe colligunt, donatur quinque ſtaminibus teſticulos gerentibus tubæ arcte appoſitos: Ovarium in fundo calicis ſphæricum, inſtructum tuba longa, donata apice tenui, membranaceum, habens in medio placentam ſuſtinentem multa ſemina, rotunda, diviſum in aliquot partes, per maturitatem dehiſcentes; radix tuberoſa, craſſa, orbiculata, carnoſa, externe nigra, interne albicans, ima parte fibrillas dimittens; ſaporis acris eſt, pungitivi, exurentis, ubi exſiccata, ingrati: creſcit in Italia & Germania in ſylvis; obſervatur, quod ſemen aquæ commiſſum, non ut alia ſemina in plantam, ſed in bulbum prius creſcat, unde deinde planta demum emergit: an ab ἄρτος panis, quia à porcis videtur amari, an ab ἄρω tollo, ἄρθεν ſublatus, quia verno & autumnali tempore ſe elevat. B. Verkens-brood / Zeugen-brood / aard-brood / aard-appel / aard-noten. G. Schwein-Brodt / Erd-Apffel / Sau-Brodt / Erd Wurtz. Gall. *Pain de pourceau*. A. Sowbread.

Arteriotomia, eſt arteriarum ſectio artificialis, ad ſanguinem in Cephalæa, Mania, Epilepſia, oculorum, auriumque dolore & inflammatione evacuandum. *Sectio* illa fit in arteriis, quæ ſub cutis ſuperficie jacent, & ab oſſe quodam ſuffulciuntur, quemadmodum in fronte, temporibus vel pone aures: *Modus* incidendi hic eſt, poſt ligaturas nempe brachiis aut collo injectas, arteria inciditur ut vena, facta deinde ſanguinis evacuatione, emplaſtrum potenter aſtringens cum lamina plumbea vulneri applicatur, & faſciis commodis firmatur. *Curatio* ſeptem vel novem dierum ſpatio abſolvitur. ex ἀρτηρία arteria, & τέμνω ſeco. B. Een ſlag-aders ſnijding / of opening. G. Oeffnung des pulß Aders. Gall. *Arteriotomie*, *Section d'Artére*. A. Arteriotomie, opening of an arterie.

Arthetica, idem quod *Arthritica*.

Arthetica, ſeu Artheretica, eſt herba Chamæpytis, vel Primula veris. Sic dicta quod articulos juvet, ab ἄρθρον membrum.

Arthritica, vide *Arthritis*.

Arthritis, ſive Morbus Articularis, circa duos, tres pluresve articulos ſive oſſium internodia, ſuas tragœdias exercet. Eſtque dolor circa articulos, tenſivus, dilacerans, coarctans, vere & autumno maxime re-

revertens, leniter incipiens, sensim magis increscens, non multum auctus ad adtactum, colorem & magnitudinem partis vix mutans, ortus ab obstructione in vasis minimis circa has partes, unde nervi, tendines, ligamenta, periostea corrugantur, & miserrime cruciantur, unde tumor, rubedo, tophi, aliaque symptomata concomitantia. Estque quadruplex; *Chiragra* in manibus; *Ischias* in aut circa os Ilium: *Gonagra* in genubus; & *Podagra* in pedibus: habet & alia varia nomina pro parte affecta, ut *Dentagra*, *Omagra*, &c. aliquando etiam partes quasdam internas occupat, sed tunc vocatur anomala. Vox *Arthritis* derivatur ab ἄρθρον articulus. Unde *Arthritica Medicamenta*, quæ Arthriticis doloribus subveniunt. B. Het flerecijn / den artijk / de pootjes / voet-euvel / ledenzugt / leden krankheid / jigt / gigt. G. Zipperlein / Zipperlin / Flüß / Gicht / Gliedersucht. Gall. *La Goute*. A. The Gout. Barb. *Gutta*.

Arthritis Planetica, Idem quod *Arthritis vaga*, à πλανάω vagor.

Arthritis Vaga, est morbus articularis, quo dolor vehemens cum tumore & rigore nunc in uno membro est, nunc in altero: *Vaga* dicitur *Arthritis*, ex eo quod constanter uno loco non contineatur ut *Arthritis*, sed nunc in hac, nunc in illa parte sentiatur. B. Vliegende jigt / ongeduurige Gigt. G. Fliegende Gicht. Ab aurigando & quidem. die lauffende / à motu & velocitate, ideoque dicitur, die fahrende / vel potius lauffende Schmertzen. Idem die springende Gicht / die reisende Gicht / die Scharbockische reisende Gicht / die lauffende Gicht / das Scharbockische Zipperlein / die Scharbockische Glieder-Kranckheit / die Kadden / die Gute-Hölden / die Nacht-Griffe / die Alp-Flecke. Gall. *Goute volante*. A. Wandering gout.

Arthrodia, est ossium articulatio, cum nempe cavitas excipiens est in superficie, & capitulum, quod excipitur, depressum est: uti articulatur scapula cum humero: ab ἄρθρον articulus & δέχομαι recipio. B. Een t'samenvoeging der beenderen. G. Zusamenfügung der Beinen. Gall. *Articulation*. A. Coarticulation.

Arthron, Græcis etiam μέλη, est articulus, seu ossium connexio, motibus obeundis accommodata. B. Een lid / gewrigt. *Articuli* etiam dicuntur digitorum internodia, σκυτάλιδες Galeno, φάλαγγες Aristoph. B. De leden /

leden / ledematen. G. Glieder / Gliedmassen. Gall. *membres.* A. A Member, Limb.

Arthrosis, idem quod *Articulatio.*

Articoca & Articocalus, est *Cinara*, ex ἄρτιος forte perfectum & κόκκαλος nucleus pineæ nucis: quod Cinaræ fructus pineo fructui similis sit. B. Artischokken / Pijn-distel. G. Strobil-Dorn / Welscher Gartendistel / Artischock. à Strobulo Gall. *Artichauts.* A. Artichock. Dicitur etiam *Strobulus*, *Cinara*, *Articoca*, *Cocalus*, & *Scolymus.*

Articularis Morbus, vide *Arthritis.*

Articulatio, est conjunctio ossium cum invicem, ad motum peragendum: Estque duplex *Diarthrosis* sive *Articulatio laxior*, ad quam pertinent *Arthrodia* & *Ginglymus*: & *Synarthrosis* sive *Articulatio strictior*, cujus species sunt *Sutura* & *Gomphosis.* Gr. ἄρθρωσις. B. Gewricht / zamenvoeging der Leden. G. Gliederung der Beinen / zusammenfügung der glieder. Gall. *Articulation.* A. Articulation or Jointing.

Articuli, sunt plantarum partes, quæ in nodos quosdam intumescunt, à quibus persæpe ramuli prodeunt. B. Knoopen / leden. G. Glieder / Knöpffe an den Pflantzen. Gall. *Nœuds*, *Boutons.* A. Knuckles or joints.

Articulus, vide *Arthron.*

Artomeli, est cataplasmatis species, quod ex pane & melle paratur, ex ἄρτος panis, & μέλι mel. B. Eene gehonigde Brood-pap. G. Ein Pappe von Honig und Brodt. Gall. *Cataplasme composé de miel & de pain.* A. Cataplasme made of honey an bread.

Artopticius Panis, hoc est tostus, ex ἄρτος, panis, & ὀπτάω, id est torreo.

Artus, sunt membra, ventribus adnata & articulis distincta. Vide *Arthron.*

Arum, Character hujus plantæ idem fere, qui Colocasiæ; habet vero Arum folia oblonga, ampla, triangularia, aurita & sagittata, splendentia, adnata pedunculo affixo in postremo foliorum; flos anomalus est monopetalus, auris asininæ instar, in medio eminet pistillum, quod obscœnam figuram repræsentat; radix rotunda, tota alba, nucis avellanæ magnitudinis, saporis acris, adeo caustica est, ut masticata fauces magis, quam piper adurat, sitimque vix delebilem excitet. Hæc sola officinalis est,

eft, & pro fummo remedio contra morbos a vifciditate humorum oriundos habetur: de Ari Etymo hæc *Lobelius*, quin fi è Græco non fit ἄρον ἱερὸν, quafi facrum, ut in iride factum, plebecula quæ *Barbam Aaronis* vocitat, videtur agnofcere, ex palæftino vernaculo, & ornamento Aaronis pontificis. G. Papen pint/ id eft, *penem facerdotis*, vocant, quod piftillum promit exacti ferè genitalis effigie. B. Kalfs-voet / Duitfche Gember / idque ob acrimoniam. G. Pfaffen-kint/ Teutfcher Jmber. Gall. *Pied. de Veau*, *vis de Prêtre*. A. Cuckow pintle, Wake-Robbin.

ARUNDO, feu HARUNDO, Genus plantarum eft, quod tantum a gramine differt ratione caulis & foliorum; habet caulem altum, nodofum, & excavatum; folia longa, fatis lata, rigida, aliquantulum afpera; flores exiguos, molles, in initio coloris purpurei, poftea cineritii; femina pappofa; radices multas, longas, nodofas, ferpentes: hæc planta crefcit in paludibus, dantur variæ Arundinis fpecies; fortè denominatur, quod ad undas, feu aquas fluctuantes, crefcat. B. Riet / Dekriet. G. Rohr/ Schilff-Rohr. Gall. *Canne*, *Rofeau*. A. A Reed, Cane a Bulinfch. Gr. Κάλαμος.

ARYTÆNOIDES, feu GUTTALES, & GUTTURNIIFORMES, funt cartilagines duæ, quæ laryngis caput, una cum aliis cartilaginibus conftituunt, & in fuperiori parte a fe invicem diducuntur, unde rima, *Glottis* dicta, apparet. Sumitur quoque pro mufculis quibusdam laryngis, ab ἀρύω haurio, ἀνοίγω aperio, quia infpirando aperiuntur, & εἶδος forma. B. Spleet-makende kraken-beenen/ tuitge / oft tregters wijfe kraakbeenen of Spieren. G. Das Gießfaß-gleiche Kröſpel / oder Mauß. Gall. *Cartilages Aritenoides*. A. The Ewer-like cartilage.

ARYTHMUS, feu CACORYTHMUS, eft pulfus ad fenfum abolitus, & fine modulo, ex α priv. & ῥυθμὸς modulus: proprie notat pulfum, qui nullum rythmum, ordinem aut proportionem obfervat, non vero plane abolitum pulfum, cui opponitur Eurythmus, rhythmum certum obfervans: Arythmi fpecies obfervantur tres a Galeno: Pararhythmus, quando vicinæ ætatis rhythmum obfervat: Heterorhythmus, qui plane alterius ætatis ordinem fervat: Ecrhythmus, qui nullius ætatis rhythmum fervat. B. Een Pols zonder order/ ongeregelde Pols.

G.

G. Ein sehr schwacher Pulß. Gall. *Le poulx irregulier*. A. A Pulse lost to sense. Vide *Cacorythmus*.

As sive Assis, ut ex *Varrone* & *Plinio* colligere est, ab ære dicta. *Balbus* ad *Celsum* de asse ejusque partibus, quicquid unum est, & quod ex integrorum divisione remanet, Assem rationatorem vocare scribit. Apud nos idem denotat ac pondo, seu unciarum duodecim libra. Quidam pro duabus drachmis sumunt.

Asa Dulcis, idem quod *Benzoin*.

Asa Foetida, est gummi, ex cujus plantæ radice *Assa* sive *Asa* exprimitur. Magna quantitate crescit in imperio Persico, inter Laram & Gamaron civitates. Estque duorum generum, prima sarmentosa est, fermè ut Salix aquatica, ex cujus foliis & stolonibus incisis *Assa Fœtida* exprimitur, quæ, ut reliqui succi, sole indurata in consistentiam evadit, qualis est Sagapeni. Secunda species longè fœcundior est, estque succus expressus ex radicibus hujus plantæ, quæ crassissimos Raphanos referunt, folia autem Tithymali foliis similia; cujus radicis exsiccatæ odor totas ædes implet: putant quoque esse succum sive lachrymam Laseris sive Sylphii, in Media, Lybia ac Syria crescentis. Gravem naribus spirat odorem, quem vulgus nominat fœtidum, instar Allii: ut hujus exacta cognitio habeatur, afferenda sunt, quæ de hac habet doctissimus Kæmpfferus: Hingisch Asam fundens est planta umbellifera Levistico affinis, foliis instar Pœoniæ ramosis, caule pleno maximo, semine foliaceo, nudo, solitario, Brancæ ursinæ vel Pastinacæ simili, radice Asam fœtidam fundente: Patria ejus sola est Persica, non Media, Lybia, Syria, aut Cyrenaica regio, unde ex hoc capite facta succi apud authores distinctio est inanis. Illa planta potissimum, quæ circa Heraatum campestre desertum occupat, & quæ crescit in montibus vicinis, territorio & oppido Disguum, succi ferax existit. Asa fœtida nulla ex caulibus vel sponte fluit, vel arte exprimitur, sed ex radice manat sauciata: Hæc autem radix miræ est longævitatis, magna, ponderosa, nuda, exteriori vultu nigra, in solo limoso lævis, in sabuloso scabra ac quadantenus rugosa, ut plurimum Pastinacæ instar simplex, sæpe paulo a capite duabus vel pluribus divaricationibus brachiata, aliis perpendiculariter demissis, aliis incondite & in obliquum extensis prout ab objectis flectuntur.

ctuntur. Radix hæc quadriennio minor parum lactescit, & nunquam secatur, quo autem vetustior & major est, eo majorem impertitur lacrymæ copiam. Exemta tellure, si vel postridie secatur, lacte tamen stillabit, adeo nimirum succo diffluit, a quo insolens pondus obtinet. Succus ex utriculis suis recens emanans candidissimus, liquidus & pinguis est, flori lactis dulcis exacte simillimus, adeoque omnis exsors lentoris, ad aëris vero solisve contactum, colorem subfuscum induit, & coalescens lentorem quoque. Fœtor, virtutis index, quo major est, eo meliorem Asam testatur. At ille in recenti lacryma vehementissimus est, cum eo quem concreta & antiquior redolet, qualem Europa recipit, nullatenus comparandus. Affirmare ausim, inquit Autor, unam drachmam recens effusam majorem spargere fœtorem, quam centum libras vetustioris, quem siccum venundant aromatarii nostrates, succi. De virtute Medica hujus plantæ, dicit, Persicos Medicos ob delicatum nationis genium ab usu ejus fere abstinere, rusticis saltem in colicis torminibus & hydrope præsertim tympanitide curanda usus innotuit. Vulnera ex imposito recenti succo coalescere dicuntur ad miraculum &c. dicitur & Laser, stercus Diaboli. B. Duyvels-drek. G. Teufels - Dreck. Gall. *Assa Fetida.* A. Assa fetida, vel pevellodung. Gr. Ὀπὸς Μηδικὸς, Συριακὸς, olim, Κυρηναικός. *Laser Medicum* quibusdam, seu *Fœtidum.* Arab. *Alit.* Indis *Hin.*

Asaphatum, est *Impetigo.* Vide *Saphatum.*

Asaphia, est vocis obscuritas, ex laxa aut mala organorum constitutione aut contemperatione, ex α priv. & σαφὴς manifestus.

Asarum, est planta officinalis, satis humilis, quæ habet folia instar Hederæ, sed minora, magis orbicularia cum deliquio ab una parte, polita, tenera, coloris viridis splendentis, auris humanæ figuram referentia, caulibus satis longis adhærentia; finis pedunculi porrigitur in ovarium, cujus superior pars excurrit in calicem trifidum profunde sectum, ex centro apicis ovarii erigitur tuba crassa, cylindrica, desinens in sex recurvos bisectos apices; Ex ambitu imæ tubæ accreta circumponuntur eleganti ordine stamina duodecim, instructa testiculis, fæcundantibus tubam dictam, patentem usque in cava ovarii, quod hexagonum dividitur in sex loculos distinctos, in

in quibus gigarti hærent; flos quinque staminibus donatus, purpureus; radix perennis, fibrosa, parva, repens, angulosa, nodosa, incurvata, filamentosa, ex fusco rubescens, odoris fortis & grati, saporis acris, nauseosi, & aliquantulum amari cum aliqua adstrictione; crescit in montibus, ut & in hortis: vi vomitiva donatur hæc planta; sic dictum volunt, quod in ornatum non veniat, quoniam in coronas & serta non addatur; ex α priv. σαίρειν mundare, ornare, vertere: dicitur & Nardus sylvestris, quia radicis odor ad Nardum accedit. B Haselwortel / quia circa corylos succrescit, vel quasi diceres Asarwortel. G. Hasel-Wurtz / Baldrian / Hasel-Münich / Hasel-Narden. Gall. *Cabaret*, *Oreille d'Homme*, *Nard sauvage*, *Oreillette*, *Rondelle*, *Girard Roussin*. A. Asarabacca.

ASCARIS, seu *Ascarides*, sunt exigui rotundi vermes, qui in intestino recto plerumque hospitantur in suis nidulis, cui titillationem & molestiam inferunt, & cum excrementis sæpe satis copiose exeunt, ab ἀσκίω moveo, exerceo, quia suo motu molestant. B. Aars-mayen / Aars-wormtjes. G. Ars-Würmlein. Gall. *Ascarides*, *petits vers*. A. Ascarides, little Worms.

ASCENSUS, si de morbo dicitur, idem denotat quam *Augmentum*: in Chemicis destillatio per *ascensum* sive sublimationem opponitur ei, quæ per descensum fit.

ASCIA, ad vinculi & deligationis species refertur, quæ parum à recto declinat, in obliquum tamen nondum vergit insigniter.

ASCITICUS, qui Hydrope Ascite laborat.

ASCITES, est hydrops, sive collectio lymphæ effusæ in duplicatura peritonæi, in cavo abdominis inter peritonæum & viscera abdominis; vel in dilatatis glandularum abdominalium cavernis hærentis; unde oritur abdominis tumor; & Lympha hæc fluctuat ad diversam corporis inclinationem, quo distinguitur ab *Anasarca*, ab ἀσκὸς uter, quia utris in modum venter distenditur. B. De waterzugt / 't water / buik-water. G. Die Wassersucht. Gall. *Ascite*, *Hydropesie Ascite*. A. A Species of dropsie so called.

ASCLEPIAS, est *Hirundinaria* seu *Vincetoxicum*; habet caules rotundos, flexiles, sæpe parte superiori plantas vicinas ambientes; folia conjugata, bina, caulium

H nodis

nodis adversa, oblonga, polita, ampla, acuta; flores monopetalos, ad superiora divisos, ita ut frænulum pentapetalum referant, coloris albi, odoris grati; post florem succedit fructus, duabus siliquis membranaceis constans, oblongus, acutus, per maturitatem dehiscens juxta longitudinem, continens semina plura, papposa, lanugine cristata, & multiplici serie imbricatim sibi invicem incumbentia, coloris rubicundi vel rufi: radix tenuis, fibrosa, albicans, odoris graviusculi, penetrantis, saporis acris, amaricantis, aliquantulum nauseosi; dat succum lacteo viridescentem; hæc planta crescit in montibus & sylvis. Famigeratissimum Antidotum. Ab Æsculapio antiquo Medicinæ Authore nominata est. B. Swaluwe-wortel. G. Schwalben-Wurtz. Gall. *l'Asclepias*, *vinq poison*, *dompte venin* A. Swallow wort.

Ascyrum, est Hyperici species, & hoc perfectissime refert, sed vasculum seminale quinqueloculare habet; significat durum fœnum, unde B. Herts-hoy: G. Harthew. Gr. à contrario huic nomen imposuisse videntur, σκύρος enim illis asperitatem significat, quasi planta non aspera sive glabra, quia vi emolliendi pollet. G. etiam Hart-Hawe / Wald-Hopff. Gall. *Asciron*. A. St. Peters wort.

Asef, Idem quod *Hydroa*.

Asellus Piscis, dictus à colore asini.

Asema, est Crisis (ut dicitur) seu morbi præter spem mutatio, sine signis indicantibus eveniens. Ex α priv. & σῆμα, seu σημεῖον signum, à σημειόω signo.

Asitia, sive Anorexia & Apositia, est alimentorum abhorrens fastidium, ex α priv. & σῖτος alimentum, frumentum. B. Een walg van eten / onlust tot eten. G. Der Eckel zum Essen. Gall. *Degout*. A. A Loathing, or nauseousness.

Asodes, vide *Assodes*.

Aspalathum Lignum, hujus plantæ est florum magna suavitas, suntque multi & parvi: Ipsa planta frutex est densis ramis, spinis albis, duris, horridis, cortice caudicis albo, ad trium cubitorum & majorem altitudinem in altum assurgens. Verum Medici, qui ante nos fuerunt, Aspalathum nescientes, *Citrinum* substituerunt *Santalum*, vel *Meum*, & si ignorantibus concedere fas sit, non ineptum, dictum παρὰ τὸ μὴ ῥαδίως ὑπὸ τῆ σπαγίνεται

τοῦ δυσποσπᾶσθαι ἤτοι ἀφαιρεῖσθαι, quod non facile evelli, sive eximi queat è corpore eorum, qui in eam impegerunt, est enim frutex multis spinis horrens. *Plautus* ait, Tyrannos Aspalathi spinis apud inferos laniari. *Theocritus Schol.* esse spinæ genus ait venenatæ. ἀποσπάω enim est avello, abstraho. B. **Wilde Galigaan.** G. **Rhodisholtz.** Gall. *Aspalat.*

ASPARAGUS & ASPARAGOS, est planta, quæ habet caules crassos, rotundos, firmos, rectos, folia non habentes, in initio virides, deinde albos, edules: folia, ubi crescit, habet tenuissima, proxima Fœniculi foliis; flores rosaceos, hexapetalos, nudos, sex staminibus præditos, campanulam oblongam referentes; ovarium natum ex placentula hærente in pedunculi apice intra florem, fit bacca rotunda, mollis, rubra, includens semina dura, orbicularia, corneæ duritiei, saporis subacris, subdulcis, odoris nullius: radix numerosa, longa, parva, spongiosa, rotunda, ex uno capite inæquali in plures fibras sese diffundens, externe coloris grisei, interne albi, saporis subdulcis subacris, odoris nullius, urinas valde inficiens. hæc inter quinque aperientes recensetur. Ἀσπάραγος Græcis est, quod primum in lucem prodit oleris germen, priusquam in folia explicetur, sive recentissimus turio, qui edendus est, ut Lactucæ, Lupuli, Betæ: omnia etiam germina & recentes cauliculi τῶν θάμνων Asparagi dicuntur: non improbabile videtur nomen ipsi esse datum παρὰ τὸ ἀσπάζεσθαι καὶ ῥαγεῖσθαι, quod contrectantes ac salutantes manus findat, spinisque suis lædat. Extrita priori litera *Sparagus* vocatur. B. **Aspergies / Spargies / Koral-kruid.** G. **Spargen.** Gall. *Asperges.* A. Sperage, or Sparages, corrupter Sparrow-grass.

ASPERA ARTERIA, seu TRACHEA, est fistula oblonga ex cartilaginibus variis & membranis constans, quæ à gutture, sive faucium imo incipiens, gulæque anterius incumbens, ad quartam vel quintam thoracis vertebram in duos ramos divisus, inque pulmones descendens, per totas eorum compagines ramificatione multiplici dispergitur. Superior pars *Larynx*, inferior vero *Bronchus* appellatur: quibus & tertia sive infima à *Malpighio Vesicularis* dicta additur; inservit aërem transmittendo per os vel nares acceptum, voci & respirationi. B. **De Longe-**

 pyp/

pyp / de gorgel-pyp / lugt-ader. G. Die Lufft-Rôhr. Gall. l'Aspre ou Trachée artére. A. The Windpipe.

Asperella, idem quod *Asprella*.

Aspergula, vel Asperula, eſt ſpecies Aparines, & folia fere eadem habens, ſed parum latiora, & minus aſpera, parum villoſa, ex caule ſtellatim numero ſex vel ſeptem prodeuntia; flores in ſummitate caulis creſcunt, in quatuor partes inciſi, coloris albi, huic ſuccedit fructus, qui continet parva duo ſemina, agglutinata, quæ ſunt fere rotunda, in medio excavata: radix parva, fibroſa, in terra repens; habet hæc planta odorem valde gratum; hinc dicitur Culcitra virginis; Aſperula dicta, quod ob aſperitatem prætereuntium veſtibus adhæreat. B. Steenkruit / Lieven Vrouwe Bedstroo / Kleef kruidt. G. Klebkraut.

Aspersio eſt applicatio humoris, vel pulveris cujusdam medicati; ſed parva copia ſimul, vel ſuperficialiter.

Asperum dicitur, ſi particulæ in ſuperficie alicujus corporis ita locantur, ut aliæ cum rigiditate emineant, aliæ deprimantur.

Asphalatus, vide *Rhodium*.

Asphaltos, Asphaltium, & Asphaltum, eſt bitumen, ſevum, aut reſina Macrocoſmi, picis inſtar durum &c. ſupernatare primum aquis conſpicitur, ſeu lacubus, hinc ad littora propulſum ſolis ardore, ignis vi, vel & temporis mora excoctum concreſcit, denſatur, tenaciſſimumque redditur & ſplendens, fuſile iterum eſt ad ignem, miſcibile ad pinguitudinem olei affuſi, & inflammabile. Præfertur reliquis *Judaicum bitumen*, quod Mortui Maris (Ἀσφαλτίτις propterea dicti,) genitura. Præſtat ut purpuræ modo ſplendeat (ſc. in nigrore) ſitque ponderoſum, & validum odorem vibret; nigrum autem & ſordidum vitioſum eſt. παρὰ τὸ σφάλλειν, quamvis ab Aſphaltitide lacu (mortuum mare vocant) ubi plurimum colligitur, derivari poſſit. Illud quoque nomen imponitur Trifolio odorato ſeu bituminoſo, eo quod illud bitumen ſeu Aſphaltum oleat. B. Joden-lym. G. Erd Hartz / Erd-Schwebel / Jüden-leim. Gall. *Bitume Judaique* A. Jews pitch.

Aspharagos, idem quod *Aſparagus*: ſed loco π. Atticè ſcribitur cum φ.

Asphendamnos & Sphendamnos, eſt Acer montanus,

tanus, fortè à Σφενδόνη funda. Ex Acere fiunt Arcus, & quia una vox ſæpe pro altera ſumitur, Arcus fortaſſe pro funda ſumptus.

Asphodelus, eſt planta officinalis, quæ habet caulem rotundum, politum, fortem, ramoſum, folia Porri, ſed longiora, & anguſtiora; florem in baſin usque fere diviſum, nudum, ſtellatum, ovarium complectentem inſtar calicis; ovarii apex emittit ſex ſtamina, & tubam longam ex centro, fit deinde fructus obrotundus, carnoſus, triangularis, in tria loculamenta, in quibus ſemina triquetra reconduntur, diviſus: radix multis tuberibus, ab uno corpore pendulis, conſtat: ſaporis eſt amari & penetrantis: diureſi præcipue pollet, venenisque reſiſtere perhibetur: dictam volunt, quaſi σπόδελον διὰ τὴν τῶν καιομένων νεκρῶν σποδὸν, *à mortuorum combuſtorum cinere.* Etenim in tumulis Veteres Aſphodelum ſerebant, ne deeſſet cibus mortuis, uti Porphyrius in quodam Epigrammate ſcriptum reliquit, ubi tumulum his verbis introducit, Νῶτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύῤῥιζον, κόλπῳ δὲ τὸν δῖα ἔχω. *Foris quidem Malvam, Aſphodelumque habeo, intus vero mortuum claudo.* B. Affodille. G. Affodill / Goldwurtz Gall. *Aſphodéle.* A. Aſphodie.

Asphyxia, eſt pulſus ſenſibiliter deficiens, ſive potius pulſus privatio, ſive defectio, cum non percipitur noſtro tactui motus, atque hoc in omni parte, ita ut quo ad noſtros ſenſus, nulla usquam arteria moveri videatur. Sumitur etiam pro *Lipothymia & Syncope*, ſed in ſummo gradu, ubi omnia ſigna vitæ deleta quoad ſenſum, mortis imaginem ſimulant, ex α priv. σφύζω ſalio, pulſo. B. Een ongevoelijke pols / een pols / die allengskens vermindert. G. Ein tödliche ohnmacht / Wenn der puls auffhöret / Beraubung des Puls. Gall. *Le poulx manquant.* A. A Pulſe that is ſenſibly decayed.

Aspis, Serpentis ſummè venenati genus eſt: dicitur ab α privativo. & σπίζω, ſibilo, quia non ſibilat.

Aspidion, eſt clypeus parvus, ἀσπὶς enim eſt clypeus, ſic vocatur *Alyſſon Dioſcoridis*, quia ſiliquas habet rotundas & parvas inſtar clypei parvi.

Asplenium, eſt Scolopendrium: eſt planta, quæ habet folia Polypodii, ſed minora, ſatis rotunda, verſus latus inciſa, lanuginoſa, pulverem ſquammoſum habentia, in quibus microſcopii ope apparent capſulæ mem-

branosæ sibi invicem incumbentes, singulæ instructæ funiculo rotundo, qui constrictione sua hunc fructum in duas partes aperiens, semina quædam minima fundit; radix est fibrosa: crescit hæc planta in locis saxosis ut in muris, præsertim in locis calidis: ita dicitur, veluti *ad splenem*, vel ut alii malunt, quod minuat lienem tumidum & obstructum, vocatur quoque *Ceterach officinarum*. B. Miltkruid / Steenvaren. G. Hirschzung / steinfarn. Gall. *Ceterac ou vraye scolopendre*. A. Spleenwort or miltwast; Vide *Splenion*.

Asprella, est Equisetum majus, sic ob asperitatem dicta; eâ enim ciliæ & scrinia poliuntur. B. Polijstbiezen. G. Schaftheu.

Assa Foetida & Dulcis, vide *Asa*.

Assa Dulcis, idem quod *Benzoin*.

Assarius, est Veterum pondus, continens drachmas duas.

Assatio, ab Assare, est quædam coctio sicca per ignem, ut est Rhabarbari tostio, Scillæ in fornace coctio. B. Brading. G. Bratung / röstung. Gall. *Assation*, *torrefaction*. A. A Roasting or Brying.

Assidens Signum vocatur, quod morbum quendam comitari solet: differt autem in eo a *Pathognomico*, quod ad morbi essentiam non pertinet.

Assimilatio, est nutrimentorum assumtorum concoctio, attenuatio, cum liquoribus animalibus subactio in formam nutriendo corpori aptam.

Assodes, est febris continua, in qua exteriora moderatè calida sunt, intus vero ardor adest, sitis insatiabilis, perpetua corporis jactatio, vigiliæ, delirium, & tantum fastidium, ut inde fiat nausea, & interdum vomitus, ab ἀσάομαι sicco, exaresco, & εἶδος forma. B. Een walghoorts / een heet-koude-koorts. G. Ein Kaltes Fieber. Gall. *Espece de Fievre froide*. A. A. Loathing feaver.

Astaphis, Atticis, vel Staphis, est uva solem passa, Σταφύλη enim est uva.

Aster, est planta, quæ habet caules rectos, tenues, rotundos, duros, parum villosos, coloris rubri; folia oblonga, villosa, aspera, saporis parum amari & aromatici; ex summitate caulium oriuntur ramusculi, ex quibus flores radiatim dispositi nascuntur, pulchri, visui grati

ti, instar Bellidis dispositi, coloris cærulei, violacei, purpurei, aliquando albi; flori succedunt semina oblonga, cristata; radix est tenuis, fibrosa, acris, amara, aromatica parum: Gr. ἀστὴρ stella, quia flores ejus stellæ in modum explicantur, vel ut alii scribunt, quoniam ejus capitula, in quibus flores Chamæmeli instar emicant, per ambitum divisa foliolis stellæ modo radiata spectantur. *Attici* nomen ei tributum, quod in Atheniensi agro frequentior, vel melior, quam alibi proveniat, dicitur & *Asterion*, & *Asteriscus*: Βουβώνιον seu inguinalis, quia inguinum præsentaneum est remedium. B. Sterre-kruid. G. Meyer-kraut / Bruch-kraut / Schatten kraut / & Stern-kraut. Gall. *Espargoute*, *Estoillée*. A. Star-wort.

Asterion, & Astericus, vide *Aster*.

Asthma, est respiratio difficilis, parva, & crebra, qualis currentibus, aut quovis alio modo ad vehementem motum adductis, contingit, sine febre, sed cum stertore & sibilo. Atque hæc duo phænomena ab Asthmate abesse nequeunt, tussis tamen primo sicca, paulo post humida raro non adest, si unquam abfit: Præterea Anxietate laborant, & incedere, sæpe etiam stare, nunquam absque incommodo in lecto decumbere, præsertim molli, nequeunt, sed à loci angustiâ valde etiam læduntur, unde fenestras apertas volunt & libero aëre frui. Nonnullis adest Cachexia, vel Febris, Pleuritis, Hæmoptoë, ventris Distensiones, Colica, Calculus, Palpitatio cordis, Animi deliquium &c. Distinguitur in humidum & siccum, quod aliquando periodicum est, & sæpe ingruit suppressa evacuatione, qua durante non aderat, & hoc difficilius est, quo minus tussi phlegmata ejiciuntur, ab ἀσθμαίνω, anhelo. B. Aamborstigheid / dampige borst / kort-ademing / kort-borstigheid / de kuch. G. Engbürstigkeit / Schwer athem / das Keichen. Gall. *Asthme*, *Courte haleine*, *poussif*. A. Shortness of breath.

Asthmaticus, est is, qui *Asthmate* laborat. Vide quid sit *Asthma*. B. Die Engborstig is. G. Engbürstig. Gall. *Asthmatique*, *pulmonique*. A. One that is shortwinded.

Astragaloides, folia habet pinnata, in impar desinentia; siliquam univalvem cymbæ instar, semina reniformia: sic dicitur, quia Astragalo similis est, ex Ἀστράγαλος talus, & εἶδος forma.

Astragalus, est Herba leguminosa: habet caules exi-

exiguos, simplices, excavatos, rubicundos; folia multa parva, brevia, acuta, villosa, pinnata, aliquantulum amara, bina quasi conjugata, ad costam in folium impar desinentia; flores leguminosos, in summitate nascentes, purpureos, aut aliquando albos, sibi invicem conjunctos; post florem sequitur siliqua oblonga, rotunda, parva, rubicunda, fœta seminibus reniformibus; radix est longa, dura, lignosa, digiti crassitiei, corticem crassum, & fuscum habens, intus alba est, saporis dulcis; hæc planta in superiori parte se in plura capitula dividit, tres vel quatuor digitos longa, quæ, nisi intimius examinarentur, viderentur aliarum plantarum radices; crescit circa vias, & dividitur in siliquas longiores & bulbatas, vel in inflatas. nomen accepit à seminis formâ Ἀστραγαλοειδὴς, talum referente. Alii dictam hanc plantam volunt, quod radicem teretem in superna, infernaque parte planam ac compressam habeat. Vel Astragali nomen inditum ab adnatis appendicibus solidis, duris, seu cornua implicitis, ad similitudinem flagelli. Gall. *Astragale*.

Astragalus, sive Os Balistæ, est primum os, tarsum una cum aliis 7 ossiculis in pede constituens, quodque basis instar ossibus tibiæ subjicitur, & cum iis ita committitur, ut omne fere motuum genus, inprimis tamen extensionem flexionemque permittat, sex habens latera, quibus mediantibus connectitur ossibus vicinis, ab ἀστραγαλίζω talis ludo, unde ἀστρία talus à Græci nominis ἀστράγαλος terminatione ultima, γάλος recisa, talum ab ore Romano formatum existimo, quum inter se Γ & Τ sæpius sint permutata pari valore & pronuntiationis sono, alii ab α priv. & στρέφω verto deducunt. B. De enkelen / de enkelauw / de koot. G. Der Knote oder Knopf / Item, das Fersenbein / die Knockel des Schenckels. Gall. *Talon*, *Astragale*. A. The Huckle bone, the ankle.

Astrantia, Folia habet quinquifida, digitata instar Saniculæ; florem rosaceum, umbellatum, plurimis scilicet petalis constantem, apice plerumque reflexo, in orbem positis & calici insidentibus; is autem abit in fructum ex duabus siliquis compositum, membranaceis, oblongis, plicatis, contortis, striatis, quarum singula continet semen oblongum, & angustum; radix est fibrosa, nigra, uni capiti adhærens; crescit in sylvis: dicitur & *Magistrantia*: sunt corruptæ voces; dicitur & *Asteritium*, unde

unde *Osterutium* seu *Ostrutium* sive *Imperatoria nigra*, Helleborus niger Saniculæ folio, Sanicula fœm i. B. Meesterwortel. G. Meisterwurtz.

Astricta Alvus, vide *Alvus Astricta* & *Coprostasia*.

Astrictoria, vide *Astringentia*.

Astringentia, seu Adstrictoria, sunt quæ particularum suarum crassitie & figuratione prædita, corporis partes inter se cogunt & constringunt, qualem habent ex. gr. cunei, lamellæ complicatæ & dissilientes, nec non fides ex contortis intestinis factæ. Gr. Στυπτικά. B. t'Samentrekkende middelen. G. Zusammenziehende artzney. Gall. *Remedes adstringens*, *Styptiques*. A. The binding, Astringent Medecines.

Astrion, est Herba dicta *Stellaria* & *Stella*, seu *Cornu cervi*, quia ejus plantæ folia in modum stellæ humi decumbunt. ἀςὴρ enim est stella.

Astrologia, est doctrina de astris, eorumque influentiis, viribusque in corpus non tantum humanum, sed in quævis terrestria, quæ veteres Astronomi Ægyptii miræ efficaciæ finxerunt, a quibus ad Medicinam postea ineptissime horum cognitio translata est, dum ex influentiis astrorum, causas morborum, sanitatis, medelarum, longævitatis, explicare cæperunt, ex ἀςὴρ stella, & λέγω dico. B. Kennis der Sterren / Sterre-kijk-kunde. G. Sterndeutkunst. Gall. *Astrologie*. A. Astrologie.

Ataxia, in genere privationem vel defectum ordinis decentis significat, in specie est defectus in requisito ordine dierum criticarum, secundum Veterum hypothesin; pulsus quoque dicitur ἄτακτος, inordinatus, qui nullum magnitudinis, celeritatis, aut æqualitatis ordinem observat; cui opponitur ordinatus, contrario modo se habens: sic & febris erratica dicitur ἄτακτος, quæ nullum servat typum vel ordinem in periodis ex α priv. & τάσσω ordino.

Ataxmir, dicitur cura oculi, quæ adhibetur, quando pili præternaturaliter in palpebris oculi sub pilis naturalibus excrescunt, ipsique oculo nocent: Vox est Arabica ab *Albucase* usurpata.

Atecnia, ex α pr. & τίκτω pario, idem quod *Agonia*.

Athanasia, est *Tanacetum*, sic dicta, quod ejus flores non facile marcescant: vel potius, quod homines

à vermibus levet: hisce enim laborantes videntur nec vivere posse, nec mori, ex α priv. & θάνατος mors.

Athanatos, est *Lychnis Coronaria*, sic appellata, quod ejus flores colorem vividum diu retineant. Ex α priv. & θάνατος mors. Vide *Athanasia*.

Athanor, est furnus Chymicus, ea ratione confectus, ut æqualis & lenis calor diutissime in eo conservari queat, modo debita carbonum quantitas semel de die tantum adponatur. Aliis habetur Fornax sublimatorius, lapidi Philosophorum elaborando inservit. Dicitur & *Fornax acida* & *Niger Henricus*, *vel Piger Henricus*, & *uterus chymicus*. B. Leuye Hendrik. G. Ein Ofen/ genant Fauler Heinrich. Gall. *Four à distillér pour la pierre Philosophale*. A. Slow Henry.

Athenatorium, est coopertorium spissum vitreum super cucurbitam, habens collum gracile & spissum, quod intrat cucurbitam, neutiquam illam ambiendo; inservitque præcipue sublimationibus.

Atheroma, est tumor propria tunica materiam pultaceam continens, indolens, digitis non facile cedens, nec pressus, cavitatem relinquens, natus plerumque in folliculo adiposo, vel in cavernis glandulosis, a materia tali collecta, vel stagnando sic facta, quæ nimis crassa est, quam ut resolvi queat, hinc sensim majus fit. ab ἀθάρα pultis genus; unde ἀθὴρ Arista, ex cujus granis puls solebat parari. B. Een Pap-gezwel/ bry-puist. G. Ein Brey-geschwulst/ Schwänte/ geschwär auf dem haupt. Gall. *Atherome*. A. A Kind of swelling so called.

Athleticus status dicitur tam bona corporis constitutio, quæ ad perfectum sanitatis gradum pervenit, hinc cum summo periculo conjuncta, quoniam non, nisi in deterius, mutari potest.

Ἀθλιπτος εἰσβολὴ, Decessio febris incomprehensibilis, ex α priv. & θλίβω, quasso, & εἰσβολὴ, accessio.

Ἀθροισμα, Collectio, acervus, cumulus; ab ἀθρόος, densus & confertus.

Athymia, est animi defectio & anxietas, ex α priv. & θυμὸς animus. B. Een qualilkte. G. Ohnmacht. Gall. *Pasmoison*. A. Fainting.

Atinia Ulmus, sic dicta à civitate Campaniæ *Atina* appellata.

Atlas, est vertebra prima colli, immediate capiti subjecta;

jecta; sic dicitur quia caput sustentare videtur, corpore & apophysi spinosa atque obliqua caret; ejus substantia reliquis solidior; supra & infra recipit, & non recipitur: caput in ejus anteriori parte articulatur, quo in articulo caput flectitur & extenditur: foramen proprium est omnium maximum; processus transversales reliquis longiores; peculiare quoddam ligamentum habet semicirculare, quod processum dentiformem sequentis vertebræ amplectitur, ab ἀτλάω sustineo, persero. B. Het Hoofddragende werbelbeen / de Atlas. G. Der Atlas-Wirbel / Gelenck. Gall. *Atlas, la premiere vertebre du col.* A. The Atlas whirlebone.

Atle, est vox Ægyptia, nobis *Tamariscus domestica.*

Atocia, seu Atecnia, est ex α priv. & τίκτω pario: Vide *Agonia.*

Atocium, est nomen spurium, alias Lychnis sylvestris: est, quod nondum peperit: quia species flore pleno semen non ferat, ex α priv. & τίκτω pario.

Atomon & Atomos, sic quibusdam vocatur Helleborus albus, ut & Hyoscyamus, nec non Thus; quam ob causam, nescio: fortè quia ob vires strenuas secari ab imperitis non debeat, ex α priv. & τέμνω seco.

Atomus, est minima sive ultima corporis particula, ex quarum congregata in unum multitudine corpus quodvis sui generis componitur; & in quam, separando partes iterum ab invicem, ultimo dissolvitur: talis ergo particula est in divisione ultima, ergo ulterioris divisionis vera actione incapax, unde constantissima, talisque semper permanens; qualem pro principio omnium corporum assumsit Epicurus. Verum usurpatur hæc vox plerumque laxiori sensu, qua denotantur particulæ corporum subtiles, quæ solæ spectatæ sensus humanos fugiunt, adeoque indivisibiles nostra potestate habentur, ex α priv. & τέμνω seco. B. Ondeeltje. G. Unzertheilig ding / Stäublein. Gall. & A. An Atome, or Small particule.

Atonia, est languor, infirmitas & remissio fibrarum, qua insitus earum nisus se constringendi deficit, ex α priv. & τείνω tendo. B. Slapheid / Magteloosheid. G. Ohnmacht / Schwachheit. Gall. *Foiblesse.* A. Loss of Strength.

Atoniatonblepharon. Vide *Phalangosis.*

Atra Bilis, vide *Melancholia.*

Atractylis, est Cardui, seu Cnici sylvestris species,

cies; ſic dicta eſt, quod ex ejus ſcapo longo, læviqne, ruſticæ mulieres fuſos conficiant. Ἄτρακτος eſt fuſus. B. Wilde of Baſtaart Saffraan. G. Wilder-Saffran iſt eine Gattung Diſteln. Gall. *Saffran Sauvage*. A. The Thiſtle.

Atramentum ſcriptorium quid ſit, omnibus notum eſt. Veteres autem ita vocabant Chalcanthum, quod nos hodie vocamus Vitriolum. Sæpe cum additamento dicebant Atramentum ſutorium.

Atraphaxis, Atticis, *d* litteram in *t* mutare frequenter amantibus, dicta eſt, quod ἀδρόως αὔξει, id eſt, ſtatim in amplitudinem adoleſcat. *Chryſolachanon*, ſive *Auretum Olus* dixerunt, à luteo, quem profert, colore, vel dicitur παρὰ τὸ ἀθρόως αὔξειν, utpote quæ octavo à ſatu die prodeat. Vide *Atraphraxis*.

Atraphraxis, Latinis *Atriplex*. Attici δ litteram in τ mutare amant. Dicta eſt, quod ἀδρόως αὔξει, id eſt ſtatim in amplitudinem adoleſcat.

Atretus, eſt, cui anus aut genitalia non ſunt perforata, ſive id ex natura fuerit, vel morbo; carne videlicet aut membrana ſupercreſcente, & meatum obſtruente. Ex α priv. & τιτράω pertoro. Hoc vitii genus vocatur *Atreſia*, quaſi Inperforatio. B. Eene toegroeijing van den Aars/ of andere deelen G. Dem der Arß iſt zugewachſen. Gall. *Qui a quelque partie ſans ouverture*. A. No pertorated in an party.

Atriplex & Atriplexum, eſt Oleris genus: Planta eſt, quæ habet folia ampla, acuta, Betam referentia, ſed minora, molliora, pulverem farinaceum habentia, coloris pallide virentis, ſaporis inſulſi; calix eſt pentaphyllus; flores ſunt parvi, flavi, monopetali, quinquifidi, alias ſtaminibus quinque præditi; in centro ſemen orbiculatum, planum, vel quodammodo ovatum, ſaporis, dum recens eſt, nidoroſi, eſt & capſula involutum, in iis, ubi flos fructui contiguus; vel ovarium ſubrotundum, tubis ſuis inſtructum, arcte comprehenditur a duobus foliis angulatis ſeu cordiformibus, planis, in iis, ubi flos mas a fructu remotus eſt; radix recta, longa, fibroſa; hæc planta colitur in hortis, videtur corrupta vox à voce Atraphaxi, vel ab atro colore, ut quidam ajunt, quod homines lividos, & decolores faciat. Gr. Ἀτράφαξις, & χρυσολάχανον. B. Melde. G. Melten / Milten / Burckhart. Gall.

Gall. *Arroche*, *bonnes Dames*, *Prudes Femmes*, *Folletes*. A. Orrage.

Atrophia, sive Tabes, φθόη, φθίσις, φθινὰς νόσος *Plut.* τηκεδὼν νόη *Aretæo.* Est, cum totum corpus, vel aliqua pars alimentis non reficitur, sed sensim gracilescendo emarcescit; quæ raro morbus solitarius est, sed plerumque alios adfectus, inprimis Chronicos, comitatur vel sequitur, quatenus humores inde talem vitiationem contrahunt, ut particulis ad nutriendum aptis destituantur. *Tabes* sæpe tantum sumitur, pro ulcere pulmonum, quo corpus universum sensim colliquescit, ex α priv. & τρέφω nutrio. B. Voedeloosheit / een teringe / voedens gebreck. G. Schwindsucht / das Schwinden der glieder / die Darre / daß abnemen / Schwind sucht. Gall. *Consomption*, *Chartre*. A A Consumption.

Atta, Fello, qui propter vitium pedum terram attingit potius quam calcat. B. Die de aarde schroomt aan te raken. G. Ein Schlupffer / Schlirper. Gall. *Trainepieds*. A. One that rather toucheth than treadeth on the ground.

Attenuantia, seu Incidentia, sunt Medicamenta, quæ acutis suis particulis, poros aperiendo, crassos & viscidos humores incidere & discindere possunt in particulas minores: vel sunt potius illa, quæ vim habent singulas liquidi moleculas in minutiores reducendi, nisum particularum ad cohærendum tollendo. Gr. Λεπτυντικὰ & Τμητικά. B. Verdunnende middelen. G. Das Dünn machende mitlen. Gall. *Remedes attenuants*. A. Attenuating.

Attenuatio, est particularum alicujus medicamenti subtilisatio, ut eo melius & promptius lactea vasa permeent. B. Verdunning. G. Dünn machen. Gall. *Attenuation*. A. Attenuating.

Attonitus Morbus, idem quod *Apoplexia*. *Celso*, propriè cui casus fulminis vicini, aut tonitru sonitus stuporem afflavit. Gr. Ἀπόπληκτος, Ἐμβρόντητος.

Attractylis, idem quod *Atractylis*.

Attrahentia sunt, quæ tenuibus suis particulis, poros aperiendo, humoresque contentos alliciendo foras, ubi minor est resistentia, non tantum partes in tumorem attollunt & rubore suffundunt, sed sæpe etiam plures vapores & humores, quam per densam cuticulam erumpe-

re

re possunt, è cute & carne expellendo, sub cuticula colligunt, eamque in vesiculas attollunt: Imo non raro etiam festucas & aculeos infixos educunt. Gr. Ἑλκτικὰ, Ἐπισπαστικὰ, Ἐξελκυστικὰ, ab ἕλκω traho. B. **Uit-trekkende middelen.** G. **Außtreibende oder herausziehende artzney.** Gall. *Remedes attractifs.* A. Attracting Medicines.

Attritio, dicitur solutio continui superficiaria cuticulæ & cutis à compressione & motu oriunda; uti in itinere plantæ pedum, vel in obesis nates atteruntur. B. **Afschuuring.** G. **Das Anfraben/ der Wolff.** Gall. *Frottement.* Sic quoque vocatur *Cardialgiæ* species, qua ventriculus ab assumto cibo, antequam excernitur, intense dolens, & æstuans atteri videtur cum angustia & compressione anhelitus, ut statim præfocari videatur.

Auctio Corporis, est conditio quædam, qua solida & fluida corporis animalis non tantum restituuntur ab assumtis, verum majorem in extensionem & copiam increscunt, quam quotidie vi circulationis dissipantur, donec ad plenam magnitudinem pervenerint. Gr. Αὔξησις. B. **Vermeerdering.** G. **Grössung/ Vermehrung/ wachsthum/ das Grösser werden.** Gall. *Accroissement.* A. Augmentation or Increase.

Aucupalis Sorbus & Aucuparia, sic vocatur *Sorbus* seu *Ornus*, quia ejus baccis volucres capiuntur. G. **Vogelbeere.**

Auditorius meatus, vid. *Meatus auditorius.*

Auditorius nervus sive Septimum par, dividitur in mollem & durum, quorum prior sensui auditus destinatus, per Cochleam, aliasque Labyrinthi partes distribuitur: alter per Aquæductum Fallopii cranio egressus, auri externæ, vicinisque partibus ramos dat. B. **Gehoorzenuw.**

Auditus, est sensus, quo ex vario aëris corpori sonoro circumstantis motu tremulo, tympanum in meatu auditorio verberante, aërem in cavitate tympani movente, soni per nervum auditorium, sensorio communi communicantur, ibique percipiuntur. Gr. Ἀκοὴ, Ἀκρόασις. B. **Het gehoor.** G. **Das gehör Werckneng des Gehörs.** Gall. *l'Ouye.* A. The Hearing.

Avellana Nux, est nux arboris Coryli, involucris callosis, succosis, herbaceis, barbatis, hirsutis, adstringentibus & acidis obsepta, magnitudine ut plurimum dimi-

dimidio minor juglande, oblonga, vel globosa, putamine umbilicato, per maturitatem flavescente; aut rufo, lævi, lignoso, aut duro satis, cui subest pellicula in domesticis quibusdam coccinea, in aliis subrufa, in aliis alba, nucleum obvestiens albidum, firmiusculum, sicuti Amygdali nucleus, ejusdemque sapore dulci lacteum remittentem succum; fortè ab avellendo, quia fructus avelluntur. Quidam malunt vocari *Abellana*, forsan ab urbe Abella, vel Abellinum, vel ab Avella, urbe Campaniæ abundante optimis nucibus, quæ dicuntur *Avellanæ:* vocantur etiam Κάρυα ποντικὰ, quod in Asiam Græciamque è Ponto venerunt: & Λεπτοκάρυα, sive parvæ, quod juglandibus minores sint. vide *Corylus*. B. Haselnoten. G. Haselnuß. Gall. *Noisettes*, *Avelines*. A. Hasell-nut.

Avena, est planta, quæ habet caulem tenuem; flos est apetalus, per fasciculos pendulos dispositus, singuli nempe flores plurimis staminibus constant, ex calice surgentibus; pistillum autem deinde abit in semen oblongum, tenue, farinaceum, gluma, quæ floris calix fuit, obvolutum; singuli fasciculi ita disponuntur in spicam, ut dependentes veluti parvulas locustas bipedes Avena gerere videatur: quidam deducunt ab avere, quia concupiscitur, Gr. Βρῶμος, fortè à βρῶμα, quod cibum significat: nutrimentum enim præbet, quod propter viscositatem difficilius quidem digeritur, sed decoquendo in aqua febricitantibus utile fieri potest. B. Haver. G. Haber. Gall. *Avoine*, *Aveine*. A. Oats, Haver.

Aversio aliquando sumitur pro revulsione; sæpius vero tantum inappetentiæ gradum denotat, ut nausea excitetur.

Augmentum Febrium, seu Incrementum, est computatio, à quo tempore febris continuæ incendium totam sanguinis massam occupavit, usque dum pervenerit ad statum. Gr. Ἀνάβασις, ab ἀναβαίνω ascendo. Vocatur item Ἐπίδοσις, Ἐπίτασις, Αὔξησις. B. Opklimminge of Toeneeming der koorts. G. Das Zunemmen des Fiebers. Gall. *Accroisement de la Fievre*. A. The increase of a Feaver.

Aviculæ Cypreæ, sunt pastilli aromatici, Gallis *Oiselets*, quia accensi sensim sensimque avicularum more avolant, locumque odore replent.

Aura

AURA VITALIS, notat quibusdam illud in corpore humano principium, a quo omnes functiones vitales pendent, quoque sublato, vita perit.

AURANTIUM MALUM, est fructus arboris, quæ folia habet rigida, ad basin duabus utrinque appendicibus seu lobis in cordis formam inscissis; calix est instar cotylæ orbicularis, parum cavus, brevis, quinquifidus, vel & scissus in sex segmenta; flos pentapetalus, rosaceus, multis staminibus infra concretis ornatus; ex imo centro calicis placenta orbicularis nata sustinet ovarium, fere rotundum, tuba longa instructum, id fit fructus globosus instar pomi, cortice cinctus, qui in una specie tenuior est, & fragrantior, in altera crassior; si hic recens est, ad oculum apparent folliculi rotundi, tenui lamella tecti, in quibus oleum aromaticum gratum, a quo odor & sapor aromaticus dependet; hoc adeo scatet, ut pressus oleum exsiliat, & ad candelam accendatur; Pulpa dividitur in varia loculamenta, succi & vesicularum plena, & fœta seminibus callosis; crescit hæc arbor in regionibus calidis, præsertim in Hispania & Lusitania, vocatur Arantium, Aurangium, Aureum malum, Malum Auratum, vel Pomum Nerantium vel Anerantium, Narangion: dici volunt ab aureo colore, quem cortices habent: alii ab urbe Achaiæ Arantia dicta: alii à gente Persarum, quæ Aranii solebat vocari. B. Oranje appelen. G. Pomerantzen Apfel. Gall. *Orange*. A. An Orange.

AUREA ALEXANDRINA, est species Opiati sive Antidoti: sic dicitur, quod recipiat *aurum*, & à Medico Alexandro inventa sit.

AUREUM UNGUENTUM, ab aureo dicitur colore.

AUREUS ARABUM, seu DENARIUS ROMANUS, septima unciæ pars est; Pendet enim drachmam unam & insuper septimam ejus partem. Tres denarii seu aurei tetradrachmam constituunt, quatuor scrupulos computatur pendere.

AURICHALCUM, vocatur æs factitium flavum, colorem auri præ se ferens, compositum ex lapide Calaminari & Cupro, dum metalli libræ 64. & lapidis libræ 46. cum invicem fundantur, misceanturque, quæ exhibent Aurichalci libras 90. B Geel Koper. G. Kupfer. Gall. *Cuivre jaune ou Leton*. A. Brass.

AURICONUM, dicitur esse Ranunculi species, sed male:

le: ex *Aurum* derivatur, & *Coma*, forte ab aureo florum colore.

Auricula, est illa pars Auris, omnium oculis obvia, quæ in capite extra os temporum prominet; pendula, patula, exterius cava, certæ semper & determinatæ figuræ in hominibus, externo suo ambitu renis circiter, vel phaseoli admodum compressi, ovalem figuram referens, in superiori corporis loco, tanquam ad sonum undique facillime recipiendum, testibus ipsis animalibus in prato humi stratis, vel prono capite incedentibus, gramen mandentibus, ad minimum auditum sonum, quem acutius audire volunt, corpus & caput erigentibus, aptissimo, sensorio communi admodum vicino, adeoque commodissimo; capiti ad locum ossis temporum ita nexa est, ut ab eo naturaliter paululum utrimque remota, parum antrorsum & deorsum infundibuli vel corniculæ instar incurvata, promineat & notabili eminentia supra os temporum elevata sit, ut in recens natis infantibus vel feris Asiaticis hominibus, nudo semper capite incedentibus, observare licet. Mirabili autem hoc artificio efficitur, ut nunquam vel ab ullo non nimis remoto sonoro centro libere propagati sonori radii, utramque aurem simul omnes præterlabi queant, sed semper vel ab aurium alterutra vel ab utrisque, necessario satis copiosi recipiantur: liquet enim hoc clarissime ex eo, quod nullum in sphæra, circa hominis caput tanquam centrum radio trium pedum vel ultra descripta, possit inveniri punctum ex quo non utraque, vel una auris, aut saltem auris particula conspici potest, adeoque radii recti in illam duci queunt. Hinc patet, quid mali contingat ex pessimo in hisce regionibus Europæis more, quo nutrices jam a teneris teneras & flexiles infantum aures galeris, ligaturis, cæterisque capitis fasciis, & adultiores dein suas, viri comis adscititiis, pileisque, mulieres suis singularibus quasi hanc in finem fabricatis instrumentis, (quæ oorlappen & haarpsetg Belgica lingua vocant) cæterisque caput tegentibus & defendentibus integumentis ligant, comprimunt, reprimunt, ad caput applicant, apprimunt, alligant, adstringunt, sic situm & formam naturalem auricularum haud parum immutant, depravant, egregium usum tollunt, hoc modo nativam illam a natura relictam, ut putant, deformitatem corrigentes. Hinc plerumque

I non

non amplius in his regionibus in suo naturali situ, sed ad ossa temporum appressas videmus hominum aures, in quo casu multi radii, alias in auriculam illapsuri, præterlabuntur, & illapsi non omnes ad meatum auditorium pertingunt, unde minor radiorum copia ad reliqua organa appellit; fit debilior impressio & gravior auditus.

Auricula Cordis, numero duæ sunt, dextra & sinistra: sunt duæ cordis appendices, cavæ, musculosæ, ingentes, a basi longiori in obliquum acumen vergentes, duplici serie fibrarum, contrario decursu in tendines oppositos latarum, instructæ, arteriis venisque innumerabilibus donatæ, quarum dextra uno tendine ori venoso dextri cordis thalami innixus, altero duriore in circulum fere formato venæ cavæ accrescit; hæcque ex vena cava cruorem accipit, qui in ventriculum dextrum portatur, & inde pulmonibus imprimitur: Sinistra vero est minor, cui sanguis benè præparatus & solutus, mistus, subactusque cum heterogeneis quibuscunque liquidis a pulmonibus de novo traditur, ut per sinistrum ventriculum in arteriam magnam exoneretur, & in universum corpus distribuatur. B. De ooren van 't hert. G. Ohrlein an das Hertz. Gall. *Oreillettes du cœur*. A. The Auricule or the eare of the heart.

Auricula Infima, Idem quod *Lobus auris*.

Auricula Judæ, sunt Sambuci fungi, habentes substantiam fungosam, spongiosam, levem, coriaceam, membranaceam, auriculæ instar, subtus incanam & cineream, supra nigricantem, saporis terrei & aquei insipidi, odoris nullius; cum truncis Sambucorum annosarum adnascatur, a Tournefortio ad Agaricum refertur. sic dicta, quod auriculam referant, cui additur Judæ: quia vulgus in ea opinione est, pseudapostolum Judam se ex Sambuco suspendisse. B. Judas-Ooren. G. Holderschwamm. Gall. *Oreille de Judas*. A. Jews Ear.

Auricula muris, est Alsines species: sic dicta, quia ejus folia muris auriculis similia sunt. vel Pilosella Myosotis. Gr. Μυὸς ὦτα. B. Muisen-oor. G. Mauß-öhrlein. Gall. *Oreille de Souris*. A. Mous-ear.

Auricula Ursi, species est Verbasci, quæ habet folia ex radice erumpentia, repentia, Borraginem referentia, in margine aliquantulum incisa, crassa, lata, nervosa, villosa, aspera, laciniata instar auris Ursi, caulis

caulis nudus est, sine foliis, rotundus, solidus, habens succum rubicundum, saporis dulcis & adstringentis, calix est parvus, quinquifidus, flos monopetalus, infundibuliformis; pistillum floris fit testa rotunda, calici adhærens, per maturitatem dissiliens in plurimas partes, habens placentulam, cui semina adhærent minima, angulosa: radix fibrosa, rubicunda, lapidibus adhærens, saporis adstringentis; hæc planta crescit in montibus, aliquando in locis humidis: nomen sortitur ex eo, quod folia ursi auribus non sunt absimilia, præsertim hyemali tempore, aut quando folia primum prodeunt. B. Beeren-oor. G. Bären-öhrlein. Gall. *Oreille d'ours*. A. Bears-ear or Oricula, Krenck Gewslip.

AURICULARIS DIGITUS, minimus digitus est. Vide *Digitus*.

AURIGA, est fasciæ species, quâ latera deligantur; atque in hunc modum injicitur, mediâ fasciâ collum comprehenditur, capitaque obliqua per pectus attrahuntur, ibique inter se implicata sub alis ad dorsum adducitur, ibi rursus implicatur, atque ita donec totus thorax deligatus sit, modo à posteriori, modo à priori parte implicatur, extremaque inter se devincimus, quo vinculo utuntur aurigæ ad latera continenda. B. Voermans-band. G. Die Fuhrmans Windel. Gall. *Bandelette de Charretier*. A. A Charter or Waggoner.

AURIGO, Idem quod *Icterus*.

AURIPIGMENTUM, est Sulphuri plurimis dotibus simile, friabile, fusile, facile inflammabile, tumque fœtore sulphureo infestum, non acido, volatili; iners, innoxium, parum venenatum, fusione rubescens, tumque volatilem materiam Emeticam præbens, *Arsenicum citrinum* male appellatum. Auripigmentum hoc nativum, fusum igne in vase clauso, massam dat fragilem, facile conterendam, Minii fulgore spectabilem, nec valde acrem aut venenatam, quæ vocatur *Realgar*, *Arsenicum rubrum*, vel *Sandaracha*.

AURIS, Est organum auditus, & notat omnia auditoria organa; dividitur in tres cavitates, scilicet in exteriorem, mediam, & interiorem: Exterior auriculam meatumque auditorium; media tympanum; interior vero labyrinthum comprehendit, &c. Gr. *Is*. B. Het Oor. G. Das Ohr. Gall. *l'Oreille*. A. The Eare.

AURISCALPIUM vocatur inſtrumentum, quo cerumen vel alia heterogenea corpora, ex meatu auditorio extrahuntur.

AURUM, eſt metallum omnium ponderoſiſſimum, ſimpliciſſimum, molle, maxime expanſile, in igne & aëre fixiſſimum, coloris flavi, rubens ante fuſionem, raro ſincerum, ſæpius autem Argento vel Antimonio permiſtum in mineris reperitur: quod in Madagaſcar eſt, adeo molle eſt, ut leni igne inſtar Plumbi liqueſcat, a ſale marino ejusve productis tantum ſolvitur: hinc rubigine caret, quum aqua regia & ſpiritus ſalis marini nusquam in aëre volitent, vix ſonorum, ſpecificæ gravitatis ad aquam, ut 19636 ad 1000. ab *Hebr.* OR, quòd exponitur pro luce, vel Sole; unde Aurora. B. Goud. G. Gold. Gall. *Or.* A. Gold.

AURUM FOLIATUM eſt Aurum, in laminas tenuiſſimas redactum, magni in Medicina uſus, non tantum ad ſplendorem quibusdam Medicamentis conciliandum, ſed etiam ad obducendas pilulas, ut earum odor vel ſapor ingratus tegi poſſint.

AURUM FULMINANS eſt Calx Auri flava, ſive pulvis auri in aqua regia ſoluti, per alcalinum ſalem præcipitatus, dein ablutus & exſiccatus. Hoc autem nomen obtinuit, quoniam ad certum ignis gradum calefactum magno cum fragore, inſtar tonitru fere, diſploditur. Vires inſignes illi adſcriptæ ſunt, quæ nondum per experientiam ita comprobatæ ſunt, ut tuto fidere liceat; imo a nonnullis propter ſal, metallo intime adhæreſcens, & tormina, quæ excitat, pro Medicina inſecura habetur.

AUSTERUS, à Gr. αὐστηρὸς, ab ἄυω, exſicco, dicitur de eo, quod terreſtris eſt naturæ, cum ſalinis tartareis permixtæ, vim habens linguam, dum guſtatur, conſtringendi &, ſi ingeratur, ſolidorum contractionem augendi & humoribus majorem cohærentiam vel coagulationem inducendi. B. Wrang. G. Saur. Gall. *Auſtere*, *Apre*.

AUTOGENES, ſic vocatur Narciſſus albo flore: quia ejus bulbus, necdum terræ commiſſus, folia emittit: ex ſeſe enim quaſi generatur aut naſcitur, ex αὐτὸς ipſe & γίνομαι naſcor.

AUTOMATΩS, eſt id, quod ſua ſponte movetur, ut eſt cordis motus, coctiones & fermentationes (ut vocantur) in ventriculo & inteſtinis, ab αὐτοματίζω ſponte facio. B.

Selfs-

Zelfs-beweging / zelfs-roersel. G. Sich selbs bewegende, selbsgängig. Gall. *Automate.*

Autopsia, ocularis alicujus rei inspectio est, ex αὐτὸς ipse, & ὄψις visus: verum notat quoque observationes, & memoriam effectuum in morbis, quos unusquisque proprio intuitu observavit.

Autopyrus, est panis, ex propria farina coctus, cui nil furfuris adjectum vel ablatum fuerit; hujusmodi panis aliis præfertur, quia furfures habent vim, ob gravitatem, abstergendi, ex αὐτὸς ipse, & πυρὸς triticum. B. Brood van Meel / zo als 't van de Molen komt / Brood / dat ongebuilt is. G. Hausbrot.

Autumnus, dicitur anni tempus tertium, æstatem sequens, Arcturo oriente incipiens, & vergiliarum occasu desinens, quod notabile ob morbos mali moris plerumque ejus comites: ab augendo opes, ex Festo. B. De Herfst. G. Herbst. Gall. *l'Automne*, *l'arriere saison.*

Auxilium seu Remedium, est quicquid contraria agendi vi, morbum impugnare est aptum. Estque triplex, *Diæta*, *Pharmacia* & *Chirurgia* Vide *Medicamentum.* B. Geneesmiddel G. Ein Artzney / hülff. Gall. *Aide*, *secours*, *assistance*, *Remede.* A Helpe, assistance, aid.

Auxyris, corruptè, sed melius *Osyris*: fortè à σύρω traho: dicitur de iis, qui rastris stipulas aut simile quid in unum acervum contrahunt, & qui scopis sordes è parietibus detrahunt, aut in pavimentum contrahunt. Ex illa Herba olim fiebant scopæ, inde *Scoparia* dicta.

Axilla, est cavitas illa subter Brachium, in adultis pilis conserta. Lat. *Ala.* Gr. μασχάλη & μάλη. B. De Oxel. G. Die Achsel. Gall. *l'Aiselle.* A. The arm-hole, or arm-pit.

Axillares Venæ & Arteriæ, sunt illa vasa sanguifera, quæ à trunci summitate venæ cavæ, & arteriæ magnæ supra cor ad axillas, & brachium excurrunt. B. De oxels bloed-vaten. G Die achsel blut adern. Gall. *Vaisseaux Axillaires.* A. The Vessels of the arm-hole, or arm-pit.

Axioma, effatum evidentissimum, simplicissimis innixum ideis, quod cuncti mortales ob simplicitatem & claritatem uno ore absque demonstratione pro vero admittunt: nonnunquam autem est propositio, ab *Hippocrate* vel *Galeno* in observatis quamplurimis fundata, & pro in-

inconcussa ab illis habita. B. Een klare waarheid. G. Ein glaubwurdiger oder volkommener spruch. Gall. *Axiome; verité incontestable*. A. An Axiom or Proposition.

Axis, est vertebra tertia colli, capiti subjecta. Gr. ἄξων. B. De Axe. G. Die Achs. Gall. *Essieu*. A. The third Vertebra near the head.

Axungia, Στέαρ ὕειον *Diosc*. Ὀξύγγιον *Ægin*. pinguedo vel sebum porci, sebo mollior. Quia vero hujus unguinis præcipuus usus fuit in axibus curruum inungendis, hinc illi nomen creatum, & Grammatici omnes pro unguine vehiculari exponunt. B Reusel / voet. G. Schmeer / schmaltz. Gall. *Graisse*. A. Fat grease.

Axyris, idem quod *Auxyris*.

Αὔξησις, ab αὐξάνω, cresco, ab αὔξω augeo, corporis est in omnem modum ampliatio.

Azoth, modo Mercurium cujuscunque corporis metallici denotat, modo Medicinam quorundam universalem putatam ex Mercurio, Auro & Argento paratam; ante aliquot annos per Magnates, imo & vulgum celeberrimum, varii coloris; sed pro diversitate præparationis, sæpe nimis sollicitæ, unde mox pretio & fama vilescere incepit. B. Quiksilver. G. Quecksilber. Gall. *Mercure*. A. Mercury, Quicksilver.

Azugos, dicitur de partibus, quæ parem non habent, veluti *Azygos Uvulæ*; inprimis autem est vena, ortum ducens ex Vena cava duplici origine in abdomine inter duos Diaphragmatis appendices, dein Thoracem ingressa sub Aorta juxta dorsi vertebras, accipit Venas Intercostales, & Venæ cavæ superiori iterum inseritur; hinc sanguinem ab organis respirationi famulantibus in se recipit, estque insignis capacitatis. *Sine Pari* aut *Jugo* dicta, ex α priv. & ζυγὸς jugum. B. Ader sonder paar of weerga. G. Ungepartete Ader / die Ader ohne par. Gall. *Veine Azygos*. A. The veine without a paire.

Azur, à voce Arabicâ, & Persicâ, *Lazur*, quâ cæruleum pigmentum denotant.

Azymus, est panis non fermentatus, & insalubris, ex α priv. & ζυμὸν fermento, unde ζύμη fermentum. B. Ongehevelt brood / ongezuurt brood. G. Ungehebelt / ungesaurt brod. Gall. *Pain à chanter, sans levain, azyme*. A. Unleavened.

B.

B.

BACCA, BACCÆ. Gr. κόκκος, dicuntur fœtus, seu fructus sphærici minores herbarum, fruticum, arborumve, qui dispersius rariusque nascuntur: vel quicunque parvi sunt & rotundi, ut ribesia, fraga, baccæ lauri, juniperi, plerumque molles, tenui membrana tecti, & semina in substantia pulposa nidulantia continent: atque in hoc ab acinis differunt, quod iis densius proveniant. *Bacca*, fortè à Baccho, quia vitis, baccas producens, Baccho dicata. B. Bezie. G. Beeren. Gall. *Baye*. A. A Berry.

BACCAR, BACCARIS, est herba odorata. Sic dicitur quasi πάγχαρις, *omnibus grata*, propter eximiam fragrantiæ gratiam in radice Cinamomum redolente, vel nomen accepit ἀπὸ τῆ βακχῶν, χάρις, quod ex eo coronæ bacchantium more, magna cum gratia, quam ex hederâ gestatæ sint.

BACCHICA, vide *Hedera*.

BACCINIA & BACCINIUM, est Vaccinia, sic dicta quod baccas producat.

BACILLI, nomen imponitur Medicamentis figurâ bacillorum oblongâ, seu tereti, ut bacilli, seu candelæ odoriferæ. Item & bacilli ex glycyrrhiza, ab una extremitate contusi, qui linctui inserviunt: Ut vulgo in affectibus pulmonum & tussi, vel asthmate, à Galenicâ & Arabicâ Medicorum turbâ præscribuntur. B. Stokjes/ lik-en sproopstokjes. Item vocantur Candelæ illæ, quæ usui veniunt, si cadaver aliquod fœtidum dissectionibus Anatomicis vacet. B. Ruikende Kaarsjes. G. Wolriechende Kertzlein. Gall. *Chandelles odoriferantes*. A. A Sweetsmelling candle, or a Small Sticks.

BADIAGA, est planta aquatica, spongiosa, ex multis fibrillis herbaceis quasi contexta, fragilis & friabilis si sicca, semina sunt grana rotunda, coloris albidi, in altera parte instar lapidum cancri excavata: odor plantæ est teter & pisculentus. Est planta apud Moscovitas in frequenti usu contra livores oculorum & aliarum partium a verberibus, quos pulvis impositus unâ nocte tollere dicitur. vide de hac Comment. Petropol. vol. 2.

Balanda, aliis Valanida est Esculus, cujus fructus glandiformes sunt: ex βάλανος glans, & εἶδος forma.

Balanocastanum, est radix tuberosa, quæ etiam Bulbocastanum appellatur. Ex βάλανος glans, & κάςανα castanea.

Balanos, est glans proprie Quercus, sed latius sæpe sumitur pro quibusdam fructibus oblongis & duris. Forte à βάλλω projicio.

Balanus, seu Glans, est penis suprema pars, præputio tecta. Βάλανος, Κύτιαρος *Suidæ* & *Hesychio*. B. Het hooft der mannelijke roede. G. Der Kopff am Schwantz oder Mannlich Glied Gall. *Le Gland.* A. The head of the yard. Item *Clitoris Muliebris*, vide *Clitoris*. Sic etiam bulbosi fructus & radices appellantur, ut Juglans quasi Jovis glans; item glans Quercus, Bulbocastanum &c. B. Eekels / bollen. G. Ein Eichel / esch-lauch. Gall. *Gland*, *eschalotte*. A. A Kind of a corns, or Ches-nut. Item *Suppositorium*, & *glans*, vide suo loco.

Balanus Myrepsica, sive Nux Unguentaria. Venit ex Ægypto, Arabia, Æthiopia, Syria & Barbaria. Fructus est arboris Tamarisco similis, magnitudine Avellanæ nucis, intus nucleum continens pinguem & oleosum, veluti Amygdalæ. Plinio dicitur *Myrobalanum*. Arab. *Habel Ben*, vel *Ban*, ab aliis *granum Ben*, in officinis *Ben*. Turcis *Hebelben*, ex Βάλανος glans, & μύρον unguentum.

Balatro sive Bambalio, est vitium linguæ in laxitate consistens musculorum aut vinculi, cui adest nimia oris saliva. B. Brijen / loquuntur enim, ac si bucca pulte esset repleta. Sic G. Breyen. Gall. *Parler comme si l'on avoit la bouche pleine de bouillie.* Quidam accipiunt pro hominibus nullius pretii. Fortè à balatu & vaniloquentia. B Sabbelaars / rateraars / kakelaars. G. Ein Plauderer / Gacker vel einfältiger Tropff Gall. *Hableur*, *jaseur*. A. A Babbler or Pratler.

Balaustium, est flos Mali Punicæ sylvestris, coloris punicei, saporis adstringentis. An à βλαςεῖν germinare. B. Granaatappel-bloeisel. G. Granatapffel blust. Gall. *Les Balaustes ou fleurs du Grenadier.*

Balbuties, Gr. Τραυλότης, Τραυλισμὸς, Ψελλότης, & Ψελλισμὸς. Huc pertinet *Blæsitas* & *Blæsa lingua*; *Balatro*,

tro, & *Bambalio.* Eſt vitium in muſculis & organis loquelæ. Eſtque vox tarda & interrupta, varie flexa, & in quibusdam literarum pronuntiationibus admodum difficilis, hinc cum eas efferre non poſſunt, alium ſonum & inarticulatum ſive ſibilum, & aſpirationem eo conatu, quo difficultati mederi volunt, adſpergunt, ſubinde ſilent, mox contentiore voce excutiunt incondita quædam, incongrua oris & linguæ contorſione: Porro tremulo ſono certa vocabula loquuntur, & os habere ſolent humore nimium madens, quem ſæpe cohibere non posſunt, quin effluat, aut in adſtantes expuatur. Tandem hoc habet Balbuties, quod alio tempore major ſit, alio minor: hinc ſani & qui bene loquuntur, nimium ſi feſtinent; vel delirantes, qui propter impetuoſas cogitationes turbantur, ſæpe balbutiunt. B. Stameling. G. Das Stamlen. Gall. *Beguayement.* A. A Stuttering, à ſtammering.

Balineum, ſive Balneum, eſt proprie fomentum aquoſum, calidum vel frigidum, ſuperficiei corporis externæ, cute tectæ, adplicatum, corpori potiſſimum curando, detergendo, emolliendo, alliciendo, fovendo, quin & ſudando deputatum: nam eſt totius corporis lotio; non raro tamen & pro lotione partium ſolummodo inferiorum ſumitur, quas *Inſeſſus* & *Semicupia* vulgo vocant. Eſtque vel *Siccum* vel *Humidum*; ſicca parantur ex cineribus, ſale vulgari, arena, chalybe limato &c. *Humida* ſunt vel *vaporoſa*, vel *aquoſa*. *Vaporoſa* fiunt ex coctione Radicum, Herbarum, Florum, Seminum, &c. cujus vapor tantum ſuſcipitur. *Aquoſa* ſunt vel *artificialia*, quæ parantur ex decoctis Medicamentoſis. Vel *Mineralia*, quæ *Thermæ* vocantur, quarum aquæ ſunt aluminoſæ, ferreæ, cupreæ, nitroſæ, ſulphureæ, bituminoſæ, vitriolicæ, &c. quæ omnes *Acidularum* nomine veniunt. B. Zuur bronnen. G Saur-Bronnen. Ex βάλλω pello, & ἀνία triſtitia ſeu morbus. B. Een Badſtove / water-bad / bad. G. Ein Bad / Bad ſtube. Gall. *Un Bain.* A. A Bath.

Baliſtæ Os, vide *Aſtragalus.*

Ballote, eſt Marrubii ſpecies: habetque caules fortes, quadratos, lanuginoſos, rubicundos, folia ſibi invicem oppoſita, majora, & oblongiora Marrubio albo, Meliſſam referentia, ſed obtuſiora, magis rugoſa, in margine inciſa, coloris viridis ſubfuſci, odoris fœtidi;

flores verticillatos coloris rubri; semina oblonga, in capsula, quæ flori tanquam calix inservit, inclusa; radix fibrosa, perennis: sic dicitur παρὰ τὸ βάλλειν, καὶ ὦτα, quod ad inveteratos aurium dolores sit efficax. Vocatur *Marrubium* nigrum, à foliorum similitudine & *Nigrum* à caulis colore, qui niger est respectu Marrubii albi: habet odorem virosum ut Castoreum. B. Swarte malrove/ stinkende Andoren. G. Stinckender Andorn. Gall. *Marrube noir ou Marrube puant.*

Balneum, Chymicis dicitur vario modo, nempe Arenosum, Cinereum, Martiale, Mariæ, Maris, Vaporosum &c. *Arenosum Balneum* est, cum retorta vel cucurbita in arena collocatur vel in cineribus vel chalybis limatura. *Balneum Mariæ* seu *Maris*, quod hoc signo notatur B. M. & M. B. est cum eadem instrumenta aquæ calidæ imponuntur; & cum *vaporosum* dicitur, instrumenta tantum vaporem aqueum excipiunt, vel corpora sudationi exponuntur. B. In 't Bad distilleeren. G. Im Bad distillieren / vel Sandbrennhelm. Gall. *Bain*, *Bain Marie*, *Bain de vapeur*. A. Distillation in the Bath. De cæteris Balneis, vide *Balineum*.

Balsamatio idem quod *Conditura*.

Balsamella, idem quod *Balsamina*.

Balsamica proprie vocantur lacrymæ plantarum inflammabiles, odoriferæ, mollioris consistentiæ, qualia etiam Balsami nomen retinent: Sed alia etiam Medicamenta, simili virtute condiente prædita, eodem nomine gaudent, licet plantæ sint, nullas lacrymas stillantes. B. Balsemagtige middelen.

Balsamina, est planta, quæ habet caules crassos, rectos, ramosos, succulentos, aliquando in parte inferiori rubicundos: folia oblonga, acuta, aliquantulum in margine incisa, saporis amari: flores polypetalos, anomalos; hi autem vel tetrapetali, vel hexapetali; floris tetrapetali petalum superius fornicatum est, inferius concavum, & caudatum; duobus lateralibus auritis & amplioribus; floris hexapetali petalum inferius est caudæ expers: Pistillum duobus foliolis stipatum, floris meditullium occupat, abitque deinde in fructum, nunc ex utraque parte turbinatum, nunc siliquæ æmulum, valde contractilem, vi elastica hac illac dissilientem, seminibusque fœtum, axi seu placentæ affixis; radix fibrosa, alba est: No-

Nomen, quod ex floribus inſolatione balſamum fiat, ad vulnera ſananda, ſortitur: mirum unde ipſi illud nomen, nam minime balſamum refert, neque eſt apta ad Balſamum conficiendum, ſed penitus eſt venenata. B. Balſemappel / gekrulde Balſem. G. Balſamapfel. Gall. *Balſamine.*

BALSAMITA, eſt planta, quæ habet caules canaliculatos, villoſos, ramoſos: folia oblonga, in margine inciſa: flores in ſummitate caulium congeſti ſunt; his ſuccedunt capſulæ membranoſæ, compreſſæ, oblongæ, ſemina parva continentes: radix Mentham refert, fibroſa eſt; dicitur & Coſtus hortorum, Mentha corymbifera; derivatur, ob odorem potentem, à voce Balſamum. B. Balſ-kruid. G. Coſtwurtz. Gall. *Coq. herbe du Coq. Paſté.*

BALSAMUM, ejus planta frutex eſt, ſeu arbuſcula, tres cubitos ad ſummum alta, folia alens, Rutæ foliis ſimilia. *Syriacum* dicitur Rutæ folio. Naſcitur ſponte in Arabia Felici, unde olim in Judæam, & hodie in Ægyptum tranſlata, loco quodam occluſo, Cayro vicino, quem *Matercam* vocant, colitur. Ejus fructus dicitur *Carpobalſamus*; Ramuſculi *Xylobalſamum*; Succus *Opobalſamum.* Fructus eligatur recens, plenus, ponderoſus, guſtu mordax. Ramuſculi probantur recentes, tenues & odorati. Dicitur ἀπὸ τοῦ βαλῶ, καὶ σμῶξ, quod cœleſtem ac divinam meſſem reddat. *Heſychius*, βαλὸν, ὅλον, καὶ οὐρανὸν, καὶ βαλὸς, polum cœlum. Vel *Balſamum* dicitur, quaſi *Belſamin*, quod in Orientalibus linguis exercitati dicunt eſſe, Princeps aromatum. *Pauſanias*, ſi rectè ſcribitur πάλσαμον vocat. Alii βλάσαμον. Ægypti *Balaſſan* nominant. B. Balſem. G. Balſam. Gall. *Baume.* A. The Balſame Tree.

BALSAMUS vel BALSAMUM. Balſami vocabulum pluribus in officina uſurpatur ſignificationibus. 1. Denotat genus quoddam *odoramenti* craſſiuſculi inſtar unguenti, vel linimenti, & hæc ſignificatio uſitatiſſima eſt. e. g. Balſamus roſarum, apoplecticus & ſimiles. 2. Solent quoque ex gummi reſiniſve cum ſpiritu vini liquores deſtillari, qui extrinſecus illinuntur, balſamique nomine veniunt; ut balſamus nervinus, ſciaticus & ſimiles. 3. *Inunctorium* liquorem ſignificat, eumque oleo craſſiorem, linimento liquidiorem. 4. Balſami nomen ſibi vindicarunt *ſalia fuſa & liquata*, ut balſamus ſalis gemmæ. 5. Sunt *ſin-*

singulares quædam *præparationes*, quibus Balsami nomen imponunt; ut Balsamum Sulphuris, &c. 6. Tandem etiam lachrymæ quædam arboreæ balsami vocantur, ut balsamus Copayvæ. 7. Balsamus est, quo cadavera condiuntur. B. Balsem. G. Balsam. Gall. *Baume*. A. Balme or Balsame.

Balsamus Arcei, ab inventore ita dictus, & inter digestiva celebratissimus, componitur ex Gummi elemmi, therebinthina, sevo hircino, & pinguedine porcina, lege artis, ea proportione, quæ in dispensatoriis præscribitur, inter se commistis.

Balsamus Embryonum nomen habet ab usu, quem ei adscribunt, nempe fœtum in utero materno roborare, matrem reficere, hinc abortum præcavere: componitur & variis aromatibus cum vino hispanico, & aquis quibusdam stillatitiis, infusis, digestis, dein secundum artem destillatis.

Balsamus Lucatelli in Pthisi commendatus, constat ex oleo Olivarum, Terebinthina veneta, Cera flava, balsamo Peruviano, & Santalo rubro, cum vino canarino coctis.

Balsamus Peruvianus vel Indicus, est balsamus nativus, ex locis unde affertur, nomen habens: colligitur leni incisione ex arbore quadam in Peru & Brasilia, cujus apud varios auctores non eadem est descriptio: habetur hoc nomine in officinis liquor oleosus, limpidus, ex albo flavescens, terebinthina tenuior, saporis acris & amaricantis, odoris aromatici: magnas ei laudes adscripserunt, hinc interne in omnibus pectoris affectibus, externe in balsamis & unguentis vulnerariis frequenter præscribitur.

Balsamus Racazzira, jam etiam receptus, atque inter Indiæ rariora præcellens, virtutibus Copaybâ habetur superior, & ad Gonorrhœas præcipue commendatur.

Balsamus Tolutanus, nativus est Americæ, stillans ex inciso cortice Arboris Pino, vel ut alii volunt, Pruno similis: colorem habet aureum, odorem gratum, Citro haud absimilem; viribus cum Peruviano convenit, sed rarior est.

Bambalio. Idem quod *Balatro*.

Bambax, Idem quod *Bombax*.

Bamma, est tinctura, seu liquor, in quo aliquid tingitur, aut madefit, ut panis jusculo immersus, à *βάπτω* im-

immergo. B. Een indoopsel. G. Brühe / da man was ein tunckt /. einweicht. Gall. *Immersion*, *trempement*. A. A Liquor in which any thing is dipped.

Baptisecula, vide *Cyanus*.

Baras, Arab. Idem quod *Alphus*.

Barba, est labiorum & menti pars pilosa. B. De baard. G. Der bart. Gall. *La barbe*. A. A Beard.

Barba Caprina, vel Capri: vocatur à florum figura, quæ caprinam barbam referre videtur.

Barba Hirci, idem quod *Tragopogum*, & *Ulmaria*.

Barba Jovis, est *Semper-vivum*, seu *Sedum*. est arbuscula, quæ habet caulem durum, fere lignosum, cortice lanuginoso albo tectum, plures ramos dimittentem; folia bina villosa, splendentia, coloris argenti: flores in summitate crescentes, sunt exigui, leguminosi; Genistam referentes, quo ad figuram, non quo ad magnitudinem; post florem sequitur siliqua brevis, fere ovata, fœta semine subrotundo; crescit in montibus & locis saxosis circa mare. Gr. Ἀείζωον: sic dicta fortè, quod putent cum Jovis barba similitudinem habere. B. Huis-look / Donder-baard. G. Haus-laub / Hauß-wurtz / Donner-bart. Gall. *Joubarbe*. A. Houseleeke.

Barbarea, est herba S. Barbaræ dicata. Appellatur alias *Nasturtium Hyemale*. Gall. *Herbe aux Charpentiers*.

Bardana, est *Lappa*. Fortè à Bardus, hoc est hebes, quia folia habet mollia & hebetia Vide *Lappa*.

Baryococcalon, est *Stramonia*, sive pomum spinosum, ac si diceres, quod sit nux, gravem somnum producens, ex βαρὺς gravis, & κόκκαλος nucleus.

Baryecoia, est audiendi gravitas, ex βαρὺ grave, & ἀκούω audio. B. Swaarhorigheid. G. Gehörlosigkeit / Taubheit. Gall. *Surdité*. A. Hardness of hearing.

Baryphonia, est loquendi gravitas, à βαρὺ grave & φωνὴ vox. B. Een moeijelykheid in het spreken. G. Schwäre zu sprechen. Gall. *Difficulté en parlant*. A. Difficulty of speaking.

Barypicron, est Absinthium latifolium: quasi diceres, supra modum amarum. Ex βαρὺ grave, & πικρὸν amarum.

Basilare Os, vulgo denotat *Os Sphenoides*, & *palati os*. Significat quoque occipitis os, quod & *Os proræ*, *Os*

Os memoriæ, vel *Os pyxidis* dicitur. Gr. ἴνιον. B. Het Wigge-been. Gall. *l'Os sphenoide.*

Basilica, est vena brachii interna, *Hepatica* dicta, à βασιλεύω rego, quia hepar princeps organum sanguificationis a veteribus æstimatum fuit. B. Lever-ader. G. Die leber-ader. Gall. *La veine basilique.* A. The basilick veine.

Basilicum, est Medicamentum viribus pretiosum, & cæteris excellens, à βασιλεύω rego: hoc nomine tamen plerumque officinale unguentum insignitur. B. Een Koninklijk Geneeş-middel. G. Königliche Artzney. Gall. *Remede Royale.* A. A Noble Medicine.

Basilicum, est Ocimum, herba odorifera. Sic dicta ob vires quas præstat regias. Βασιλικὸν est Regium: βασιλεὺς Rex.

Basioglossum, est par musculorum linguam deprimens, ortum a basi ossis hyoidis, finitur prope linguæ cuspidem, fibris secundum longitudinem, & aliquatenus oblique ad latus excurrentibus: ex βάσις fulcimentum & γλῶσσα lingua. B. De tong neerdrukkende Spieren. G. Der zungs niederdruckende mauß. Gall. *Muscles qui abaissent la langue.* A. Muscles that depress the tongue.

Basis, dicitur de omni parte, quæ aliis sustentaculo inservit; vel quæ format unam ex lateribus partium, quæ figuram triangularem habent. Sic *Basis cordis*, est superior pars mucroni opposita. Item sustentaculum ossis Hyoidis pro lingua: & occipitis os pro sustentando cerebro &c. Item in formulis præscribendis præcipuum ingrediens: à βαίνω incedo, unde os Basilare. B Ondersteunsel / grond / voet. G. Der Grund / boden eines dinges. Gall. *Base.* A. The base of any things.

Bathmis, est sinus in osse Brachii seu Humeri, utrinque singuli; in quo cum extenditur flectiturque tota manus, ulnæ ipsius coronæ, sive processus ingrediuntur: à βαίνω ingredior. B Een inhoek van 't schouder-been. G. Armhöle / Hohle von das Arm bein. Gall. *Sinus ou fosse de l'os du bras.* A. The inmost process of the Shoulder bone that recives the Ulna.

Bathypicron, est *Absinthium latifolium.* Significat profundè amarum, ex βαθὺ profunde, & πικρὸν amarum.

Batinon Moron, est fructus Rubi idæi, βάτος enim est rubus.

Ba-

Batis & Batos, eſt Rubus, ut docet Nicandri Scholiaſtes: dicitur, quod indomita ſit planta, acceſſumque propter ſpinas, quibus valde pungit, non admittit. Εἴρηται, inquit, βάτος διὰ τὸ ἄβατον εἶναι. A contrario igitur nomen impoſitum, βάτος a βατεύω, vado, aditus, acceſſus, βατὴ γῆ terra facilis acceſſus: hujus fructus βάτινον vocatur.

Batrachioides, eſt Geranii ſpecies Batracho ſimilis: ex βάτραχος rana, & εἶδος forma. *Batrachion* enim eſt *Ranunculus.*

Batrachium Græcis, *Ranunculus* Latinis. Apulejus nominat *Sceleratam.* Vulgus Medicorum perperam *Pedem Cervi* vocat. Sunt etiam, qui *Flammulam*, ab urendi facultate appellant. *Batrachion* autem ſive *Ranunculus* dicta eſt haud dubie, quod limitibus humidis opacisque marginibus ranarum more lætetur, aut quod aquis, ubi ranæ degunt potiſſimum, gaudeat; aut quod ſub ejus umbra ranæ frequenter inveniantur. *Agreſte* vero *Apium* ſeu *Apiaſtrum*, quod foliis Apium æmuletur. *Scelerata*; eo quod comeſta noxia ſit: Vel, quod magis arridet; quia validi ſceleratique mendicantes ſibi crura & lacertos hac ipſa dilaniant, quo poſſint impudentius ſtipem extorquere, atque hac impoſturâ pecuniolam aucupari. Βάτραχος eſt Rana. Vide *Ranunculus.*

Batrachus, Rana & Ranula, ſeu Hypoglossis, eſt tumor ſub lingua ſcirrhoſus, ſuppuratorius, vel inflammatorius, continens nonnunquam in folliculo materiam melliceridis ſimilem, linguam ſummopere incraſſans, loquelam difficilem reddens, unde coaxando vox producitur, à βατραχίζω ranas coaxando imitor, comp. ex βοὴ vox, τραχεῖα aſpera, & ἔχω habeo. B. Een kikvorsch gesweł. G. Ein Geschwulst unter die Zunge. Gall. *Le Batracos, ou Rannncule.* A. A Diſeaſe under the tongue.

Battitura vocatur Metallorum ſquamma, quæ inde ſeparatur, dum malleo tunduntur.

Baucia, dicitur Paſtinaca ſylveſtris. Fortè à jucunditate; βαυκὸς enim eſt jucundus. Alii *Brancam Leoninam* aut *Urſinam* vocant.

Bdellium, eſt gummi, aut lachryma reſinoſa, Myrrhæ guſtu & colore proxima, ſed cujus arboris, incertum eſt. Si bonum, guſtu erit ſubamarum, tranſlucidum cum frangitur, pingue cum fricatur, odorum, facile mol-

mollescens & flammam concipiens, eamque cum strepitu pertinaciter alens: Gummi quidam arboris esse spinosæ in Arabia, India, Media &c. esse putant; illud nomen denotat, quasi diceres fœtens gummi: videtur olim fuisse ex iis, quæ propter ingratum & gravem odorem, ferè fœtere videbantur, à βδέλλω fœteo, pedo.

Becabunga, est Veronicæ aquaticæ species, cujus est vox ficta. Ex B. Becke-Boom / Water-kers / Beckbunge / Waterbunge. G. Bach bungen / Wasser bungen / Brunnen-Kress. Gall. *Cresson aquatique*, *Berle*. A. Brook lime, Becabung.

Becion, est *Tussilago* seu *Farfara*. Sic dicitur, quia pectoris morbis medela est, βὴξ quippe tussis est, & βήττω tussio.

Bechica, sunt Medicamenta tussim inhibentia, ejusque causas corrigentia, vel excretionem humorum per ramos asperæ arteriæ facilitantia, Lat. *Pectoralia* à βήττω tussio; Unde βὴξ tussis. B. Borst-middelen. G. Brust-Artzney für den husten. Gall. *Remedes pour la poitrine*. A. Expectorating Medecines.

Bedegarim, seu Bedeguar, vide *Spina alba*.

Behen, officinæ nostrates monstrant radices nomine *Behen*: Unam *Behen Rubram* appellant, alteram *albam*. De utraque controvertitur cujus sint speciei. Arabibus (ut Serapioni) sunt *Behen*, Pastinacæ radicibus similes. Hinc scribit Hali Abbas, *Behen & Pastinacæ sylvestris radices* nullum inter se discrimen habere. E modernis *Behen album* aliqui *Polemonii*, sive *Lychnidis sylvestris* speciem esse autumant, quam Tabernæmontanus vocat *Herbam articularem: Behen rubram*, alii *Limonii maritimi*, alii *Valerianæ rubræ*, alii *Bistortæ* speciem esse putant: aliqui vero, Garziâ & monente & reprehendente, *Zerumbeth* esse statuunt. Hinc est, quod aliqui in descriptionibus Arabum substituunt *Eryngium*, alii *Tormentillam*, alii *Angelicam*, alii denique *Caryophyllatam* Auctuarius & Myrepsus *Behen Hermodactylos* esse volunt, forsan Avellanas purgatrices.

Belemnites, est lapis, ultra digiti longitudinem non assurgens, teres, in apicem obtusum desinens, aliquando plenus, aliquando concavus, terram vel arenam recondens, coloris albi, cinerei, aurei, pellucidus interdum, juxta longitudinem habens rimam: nomen ἀ βέλω, id est ca-

ſagittæ effigiem repræſentat: dicitur & Lyncurius, quod ex urinâ Lyncis conflari falsò putent: vel Dactylus Idæus, quod in monte Ida reperitur. Gall. *Belemnite ou Pierre de Lynx.*

Belenoides, eſt proceſſus ſtyloides, cranii baſi infixus, à βάλλω jacio, unde βέλος ſagitta, & εἶδος forma. B. Pzlem-wyps uitſteekzel. G. Der Griffel gleiche Außwaſch. Gall. *Apophyſe ſtyloide.* A. The proceſſe ſtyloides.

Belladona, eſt planta, quæ caules dimittit ad altitudinem quatuor pedum, qui ſunt craſſi, rotundi, ramoſi, villoſi; coloris rubicundi, obſcuri: folia Solani, ſed duplo vel triplo majora, & latiora, oblonga, mollia, non anguloſa, aliquantum villoſa aut lanuginoſa: flores ex alis foliorum erumpunt, monopetali, campaniformes, ut plurimum in quinque partes laciniati; coloris albi & purpurei: flori ſuccedit fructus fere rotundus, mollis, Ceraſum æmulans, niger, ſplendens, in duo loculamenta diviſus, continens ſemina, placentæ affixa, rotunda vel ovata: radix eſt longa, craſſa, albeſcens, in multos ramos diviſa; hæc planta creſcit in ſylvis: nomen eſt corruptum, ex *Bellonaria*, quo modo Solanum ſomniferum vocari ſcribit *Apulejus.* ſignificat etiam pulchram matronam, quia hac olim utebantur mulieres ad decorandam cutim.

Bellis, Bellius Flos, & Herba Margarita, eſt planta parva, humilis, quæ habet folia parva, oblonga, lævigata, in extremitate ſua circularia, repentia, quædam parum crenata, alia integra; calicem monophyllum, profunde diviſum, & multifariam ad baſin fere usque: florem habet vel nudum, vel planipetalum; capitulum ſeminale per maturitatem, delapſo flore, aſſurgit: ubique in pratis nota, ſic fortaſſe vocatur, quod in pratis ubique bellum & lætum aſpectum præbeat, hinc belus quaſi pulcher dicitur; vocatur & Conſolidago; quia ſucco ſuo glutinoſo vulnera conſolidat. B. Madelieven/ Maagdelieven/ Margzieten/ Kersouwen. G. Maßlieben/ Maſuſelen / Monatblümlein/ Gänsblum. Gall. *Marguerites, Pasquettes.* A. Daiſie.

Benedicta Herba, vide *Caryophyllata.* Benedicti epitheton aliis non modo ſimplicibus, ſed & compoſitis datum fuit.

Benignus Morbus, eſt qui nulla vehementia & ſævitia,

vitia, supra ordinarium cursum habet symptomata. B. Een goedaardige ziekte. G. Eine nicht allzu schwere Kranckheit. Gall. *Maladie Benigne*. A. A mild disease. *Benigna* etiam dicuntur medicamenta, quæ sine vehementia operationes suas peragunt.

Benzoin, Gummi resina est, ut dicunt arboris proceræ; Verum *Bontius* dicit, reperiri in Java plantam ex pluribus sarmentis coalitam, qualis est Smilax aspera; seu Salsa parilla, nisi quod sarmenta ibi brachii crassitiem æquent, vel etiam superent, ita ut hæc in medio sæpe truncus arboris continuus satis crassus appareat, ex hujus cortice inciso colligitur gummi Benzoin. *Doctiss. H. N. Grimm*, notat esse arborem egregiæ formæ, recti caudicis, & mediocris magnitudinis, habens viri plerumque crassitiem; Crescit ad occidentem Sumatræ. Fructus fert rotundos, sed compressos, magnitudinis parvæ nucis avellanæ, & inclusus est tunicæ, instar nucum juglandium, quæ tamen aliquantulum pilosa est. Folia profert tenera & mollia, inferius pallido-viridia, superius vero saturatè viridia. Nucleus hujus fructus saporem habet ingratum & amarum. Arbor quinquennis vel sexennis usque ad lignum secundum longitudinem vulneratur, unde liquor albus, tenuis, viscosus, glutinosus & pellucidus exstillat, qui solari calore induratur, unde duplex gummi, album & citrinum, vel crassius & obscuri coloris: Estque valde odoratum, & si bonum, pellucidum, globulis candidis refertum, thuris æmulum, citrinescens est, venit etiam ex Siamo, Samaria, & Sion. Vocatur & *Asa dulcis*. B. Benzoin. G. Benzoin. Gall. *Benzoin*. A. Benjamin vel Benzoin.

Berberis, est magna arbuscula, ramosa, spinosa, corticem tenuem, & politum habens; folia oblonga, parva, viridia, in margine incisa, aliquantulum aspera, saporis acidi; flores in parvos racemos congesti, & multis parvis foliis flavis instructi sunt; his succedit fructus tener, parvus, ovalis, succo plenus, post maturitatem coloris rubri, saporis acidi, adstringentis, grati; semina oblonga, dura, coloris fusci in se habens; radix non est compressa, lignosa, intus flava: hæc arbuscula crescit in locis incultis: dicitur & *Oxyacantha*, idque à spinarum acuminatis cuspidibus. *Berberis* vero est vox origine Barbarica, & ab eâ voce videtur descendere *Barbar*, *Barbaris*,

ris, & *Berberis*: nonnulli derivant ab *Amyrberis Avicennæ*, unde mutatis quibusdam literis *Berberis* devolvi putant: vocatur etiam *Spina acida* & *Crespinus* vel *Crispinus*, ab Italica voce, *Crespino*. B. Zaufle-boom / Zuurboom / Berberisse-boom. G. Paissel-Beer / Saurick / Erbsel / Berberos-Staud / Saurdorn. Gall. *Epine-vinette*, vel *Aigrette*. A. Barberty-tree, or Pipperidge bush.

Beriberi, *Bontio* aliisque vox familiaris apud Indos: Vox est Barbarica, significans Paralysis speciem, cum quis nictitando genubus & elevando, ovium instar incedat. B. Schaaps-Lammigheid. G. Schafs lämung.

Beryllus, βήρυλλος, quasi virillus à virore lapidis.

Bes, alias *Bessis*, *Bissis*, *Bissa*, vel *Bise*, quasi bis triens, quia $\frac{2}{3}$ sive duo assis Trientes, seu quod dempto libræ Triente superest, *hoc est*, Unciæ VIII. Priscian. p. 8. vulgo *Marca*, vox præterquam *Celso*, *Galeno* usitata. Olim *Des*, veluti dempto triente. Alias Libra numularia & octonaria.

Beta, est planta culinaria, quæ habet folia, ex radice erumpentia magna, polita, splendentia, satis carnosa, tenera, viridia, vel albescentia, aliquando viridia subfusca, vel rubicunda, succo saporis Nitri plena; flos est apetalus, stamineus, in globum collectus, calice quinquifido prehensus; cuilibet flosculo subnascitur ovarium, quod est vasculosum, uno fœtum semine, fructus tres, quatuorve in unum colliguntur: radix annua, in nonnullis valde carnosa, crassa: dicitur Cicla officinarum. Gr. σεῦτλον vel τεῦτλον. Nomen accepit, quod figuram Litteræ Græc. βῆτα dum semine turget, referat. Nam summitatem in acumine reflexam obtinet. B. Beet. G. Mangolt / Runckel. Gall. *Bette*, *Poirée blanche*. A. Beet.

Betonica, est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia oblonga, satis ampla, viridia, in margine incisa, parum aspera, odoris non ingrati, saporis amari; caulem quadratum, parum rugosum, folia hinc inde bina opposita habentem; flores in verticillos, deinde ad superiora in spicas digeruntur, galeâ erectâ, imbricata, bifida, barba trifida, segmento medio bifido, majore; semina oblonga, in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit, inclusa; radix crassa, fibrosa: dicitur & *Vetonica*, à varietate & copia remediorum; Κέςρον à Græcis dicta est, hac siquidem voce opus interpunctum, acuve pictum nomi-

 mi-

minavere, nascitur in pratis, montosis, frigidis & opacis locis, ideoque Gr. ψυχότροφον, vocata est, quasi frigus alens, ab inventoribus Vetonibus Hispaniæ populis *Betonica* & *Vetonica* appellata est, quod in frigidis locis nascatur; dicitur etiam κίϐρον ab ἀκέομαι medeor, quia hæc planta summi usus est in Medicina. Porro Caryophylleus flos etiam vocatur *Betonica*, vel *Tunica*, detractis à Betonica duabus literis prioribus. B. Betoni. G. Betonien. Gall. *Betoine*. A. Betony.

Betula & Betulla, Gr. Σημύδα: arbor est, mediocris altitudinis, cujus rami sunt tenues, flexiles, incurvati, cortex exterior trunci est crassus, asper, albus, fissus; interior vero est tenuis, politus instar pergameni, hunc etiam Veteres papyri loco adhibebant; lignum est album; folia mediocriter lata, acuta, in margine dentata, Populo nigræ satis similia, viridia, tenera, polita, saporis amari; flos mas amentaceus, foliosus axi affixus capillaceo longo; fructus loco a flore remoto squammosus, cylindraceus, sub squammis suis recondens semina alata; hæc arbor crescit in sylvis: quidam dici putant, quod bitumine scateat; apud Plinium enim legere est; *Bitumen ex ea Galli excoquunt*: Malunt alii à batuendo nomen accepisse: batuere enim cædere est. Sic Batula, levi mutatione, fit Betula. B. Berken-boom. G. Bircken-Baum. Gall. *Bouleau*. A. The Birch-Tree.

Bezoar, est vel Chymicum, vel Animale. *Chymicum* est compositio ex *Butyro Antimonii* & *Spiritu Nitri*, ex qua pulvis albus componitur, adversus venena, qui & sudorem prolicit. *Animale* duplex est, *Orientale*, vel *Occidentale*. Orientale reperitur in animali Capri-cerva dicto. Estque animal Persiæ ac Indiæ Orientalis, partim cervo simile, partim capræ: hinc fit, ut aliis capra audiat, aliis hircus, aliis capri-cerva, Persis *Pajon*, iste lapis in prædicto reperitur animali, nempe in proventriculo, hinc & in ventriculo aliisque cavitatibus internis. Figuram habet ovalem, rotundam, sessilem & intus cavam, in meditullio paleam continet, pilos, vel similia, superficies est lævis & glabra cum splendore, substantia è laminis cæparum adinstar sibi incumbentibus compacta, variante colore, plerumque atro-virente, hinc dilutius virente, pallescente, cineritio, fulvescente, melleo &c. odore nullo, nisi conteratur, tum muscum aut griseam am-

ambram redolet: variante magnitudine & pòndere, plerumque sc. intra juglandis magnitudinem constitutis, vel paulo majoribus aut minoribus: dantur quoque artificialia, sed vili pendenda. Inprimis reperitur hic lapis, notante Kœmpfero, in Persidis provincia *Laar*, aliisque: genitrix est fera quædam montana caprini generis, quam incolæ *Pasèn*, nostrates Capri-cervam nominant, destituti voce, quæ utrumque sexum exprimat. Animal pilis brevibus ex cinereo rufis vestitur, magnitudinem capræ domesticæ, ejusdemque barbatum caput obtinens. Cornua fœminæ nulla sunt, vel exigua; hircus longiora & liberalius extensa gerit, annulisqne distincta insignioribus, quorum numeri annos ætatis referunt; annum undecimum vel duodecimum raro exhibere dicuntur, adeoque illum ætatis annum haud excedere: reliquum corpus, a cervina forma, colore & agilitate nihil differt: timidissimum & maxime fugitivum est, inhospita asperrimorum montium tesqua incolens, & ex solitudine montana in campos rarissime descendens, & quamvis plures regni regiones inhabitet, lapides tamen Bezoardicos non omnes gignunt. Omnes enim regiones, quas incolunt capri-cervæ, non ferunt herbas, ex quibus depastis lapides creduntur generari, vel qui generantur, non omnes æque nobiles sunt, hinc in quibusdam locis nulla ex prædictis bestiis datur ætate provecta, quæ lapidem non contineat, cum in aliis extra Larensem Provinciam, ex centenis vix una sit, quæ lapide dotetur, eoque ut plurimum exigui valoris: in hircis lapides majores & frequentius inveniuntur quam in fœminis: lapidem ferre judicantur annosi, valde macilenti, colla habentes longiora, qui gregem præire gestiunt, circumspectius incedunt, & insidias magis, atque sodales, metuunt, quod idem de fœminis affirmabant Autori ductores ibidem loci. Omnes Bezoardici non æque æstimantur boni; notam legitimi lapidis profitentur, si volæ manus cinere aspersæ, vel creta oblita affrictus, lineam inducat luteam, vel ex luteo viridantem: Hæc illis Lydius est, quo veritatem simul ac bonitatem explorant; Acus candentis admissio, quæ Cl. *Schrodero* placet, fallax bonitatis testis est: quia si adulterini ex resinosa construuntur massa, acum utique admittent; legitimi vero plerique ita indurati sunt, ut acum candentem respuant. Quos Cl. *Kæmpferus* in natali mon-

te comparavit, & genuinos esse novit, vix candentis acus vestigium recipiunt, sed attactu ignis dissiliunt: Neque est nota, addit, factitii lapidis, si interiores laminæ deterioris substantiæ & coloris fuerint: ea enim ex diversitate alimenti disparitas provenit, dum genitrix bestia locum pastus mutat. Pro genuino habet eos, qui inter resinæ & lapidis substantiam ita ambigunt, ut contusi in acido Nitri, vel salis spiritu dissolvantur, ac menstruum colore satis rubente simulac virtute sua imbuant: ex lapidis raritate & pretio facile colligitur, Bezoardicos, quibus in Pharmacopæis Europæi utuntur, non esse Persicos, vel ex eorum numero, qui a capris bezoardicis *Pasèn* nomen sortiuntur, sed vel ex aliis animalibus, vel sub alio cœlo degentibus depromptos & suppositos. *Occidentale* venit etiam ex capri-cerva, nulla tamen cornua gerente; nascitur in Peru, dicitur *Vicuniras* seu *Taraguas*, in iis locis animalis, ut de priori dictum, invenitur, circa rem heterogeneam in cavitate media contentam tunicatim concretus; Orientalibus ut plurimum major; superficie scabra, colore cinereo, albo, nigro, obscureve virente, qui optimus. Gall. *Bezoar*.

Bezoar Animale, est hepar & cor viperarum siccatarum & pulverisatarum.

Bezoar Minerale, est præparatio Antimonii sudoriferi, cui attribuitur virtus, quæ Bezoar Orientali adscribitur, unde nomen.

Bezoardicum, est Medicamentum alexipharmacum venena & malignitates expellens. Derivatur nomen à Lapide Bezoar. B. Een tegengift. G. Wider Gifft. Gall. *Contre-poison*. A. An Antidote.

Bibenella, & Bipenulla, Idem quod *Pimpinella*.

Bibitorius Musculus, sive Rectus, *Oculum adducens*, positus in majori angulo oculi, ortus ex foramine orbitæ irregulari, anterius bulbo implantatur, sic dictus, quod introrsum nasum versus oculum ducat, bibentesque cantharum inspicere cogat. B. De drinkspier. G. Der Sauff/Trinck-Mauß. Gall. *Muscle Adducteur*. A. The drinking muscle.

Bibliotheca, quasi βιβλίων θήκη, librorum theca; βίβλος autem significat plantam, quæ papyrus dicitur, quâ olim chartæ conficiebantur.

Bi-

Biceps Musculus, hoc nomine gaudent duo musculi, quorum unus est Tibiam, alter Cubitum movendo dicatus: qui Tibiam movet, oritur uno capite in tuberositate ossis Ischii, altero in inferiore & exteriore parte Femoris, & inseritur in Epiphysi superiori Fibulæ. Qui autem Cubitum movet, oritur uno capite à processu Coracoideo, altero à cavitate clinoidea scapulæ, inseritur Ulnæ parti anteriori. B. De twehoofdige spier. G. Der zweyköpffige Mauß. Gall. *Muscle biceps; ou jumeaux; celui du bras peut être appellé Coraco-Radial, par rapport à ses attaches.* A. The Muscle with two heades.

Bicongius, est mensura, duodecim sextarios continens, dicitur continere viginti quatuor libras vini.

Bifidum & *Bifurcatum* dicitur, quod prius, vel natura sua, simplex, postea, & contra legem naturæ, in duas partes finditur, & duo crura, furcæ instar, acquirit: sic musculi habentur bifidi, spina bifida, pelvis vel uretheres bifurcati, &c.

Bilis, est duplex, vel quæ in hepate mediantibus glandulis exiguis segregatur, vel in vesicula fellea: utraque per ductum Choledochum in intestinum Duodenum exantlatur, ut ibi ciborum ulteriori perfectioni inserviat; & fæces, à secretione chyli relictas, foras convehat. *Bilis* Chemice examinata constat ex sulphure, sale volatili & pauca aqua. Ordinario flava utraque est; tamen quæ in vesicula continetur, est profundius flava, spissior, amarior, quam quæ ex Hepate continuo destillat: Et prior parva tantum copia, compressu externo, contractione fibrarum irritatarum in musculosâ vesicæ tunica, excernitur, & sensim quidem, sed tamen perpetuo, alteri permiscetur; e contra vero hepatica dilutior, pellucidior, blandior, jugi fluore stillat, & solis actionibus circumductorum humorum, & respiratione expellitur; utraque hæc bilis humor est saponaceus, abstergens, olea aquæ miscibilia reddens, resinas, gummi, tenacia quæque resolvens, attenuans, homogenea faciens, si cum his conteritur; nec alcalica est, nec acida, sed oleo, sale, spiritibus inprimis concrevit aqua dilutis, non combustilis, nisi siccata prius, hæc tamen bilis cystica plus, hepatica minus præstat; unde diversitas quædam videtur in his. Præter ordinem vero Vitellina, Porracea, Æruginosa, vel Glastea est, quæ colorum diversitates solummodo ex spissitu-

dine varia, & mora in cavo communi contracta expulsa lant. Bilis igitur est liquidum ex sanguine secretum, neque Bilis dicitur, nisi quando à sanguine segregata fuerit; ideoque Veterum sententia de humore bilioso, inventa circulatione sanguinis, prorsus corruit, vide *Humores sanguinei*, *Celso* Fel. χολὴ ξανθὴ, aut κερογειδὴς, γλυκὺ, quasi dulce à contrario sensu, cum sit amarissimum, testibus *Plinio* & *Aureliano*. B. Gal. G. Die Gall. Gall. *Fiel*, *Bile*. A. The Gall or Bile.

Biliosus, dicitur, præsertim Veteribus, qui multa bile abundat, & hinc ob temperamentum illud in quosdam inclinat morbos; sed qui nostra inspiciat fundamenta, aliter videbit, bilem quidem deficere, sed bonam nunquam abundare. B. Gal-agtig. G. Gallreich / der viel Cholerische Feuchtigkeit hat. Gall. *Bilieux*, *cholere*. A. Bilious or Cholerick.

Biliosus humor vocatur materia morbi subpinguis, saponacea, acris, calefaciens, amara, flavi coloris.

Bilis Atra, Idem quod *Melancholia*.

Biolychnion, est calor nativus, qui à parentibus fœtui communicatur, ipsumque deinceps comitatur; verum postea, cum in lucem editus est, hic calor sensim perit, postquam pueri spiritus & sanguis ab alimentis & aëre nitroso alterantur, reficiuntur, mutantur. Nugæ sunt eorum, qui affirmant calidum hoc perennare; Nam si calidum sit, in continuo partium attritu & motu erit, ergo ut cæteri ignes & calores, dispellitur, ex βίος vita, & λύχνος lumen. B. De ingeboren warmte. G. Eingebohren Wärme / Hitze. Gall. *La chaleur naturelle*. A. Native heat.

Bipinella, sive Pimpinella, est herba, cujus folia binis ordinibus plumatim sive pennatim digesta sunt, unde nomen. Vide *Pimpinella*.

Bislingua est *Hypoglossum*, seu *Laurus Alexandrina*, sic dicitur, quia supra ejus folium insuper foliolum habet linguæ instar.

Bismalva, sive Althæa: est officinarum vox barbarica. Vult dici, quasi duplex malva, vel quæ alterum tantum viribus pollet. Vel dicitur quasi Malva ibiscum, vel Malva viscum. Vide *Althæa*.

Bismuthum, idem quod *Marcasita*.

Bistacium, mutato B. in P. fit *Pistacium*.

Bi-

Bistorta, Eſt planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, longa, ſatis ampla, & acuta, Patientiam referentia, magis viridia in ſuperiori, quam in inferiori parte, ex his erumpunt caules rotundi, parva quædam folia habentes; calix monophyllus, membranaceus, geminus, unus alteri ſuppoſitus, inſtar vaginæ; ex fundo hujus pedunculus oritur, cujus deinde fini adnaſcitur flos monopetalus, in ſegmenta profundiſſime ſectus, & ſtaminibus octo præditus, in denſas & longas ſpicas congeſtus; in fundo hujus floris invenitur ovarium triquetrum, inſtructum tuba longa, continens poſt maturitatem ſemina triangularia, & ſplendentia; radix eſt carnoſa quaſi tuberoſa & geniculata ſeu nodoſa, oblonga, pollicem craſſa, in ſe contorta, capillitio donata, foris ex fuſco nigricans, intus ex flavo rubeſcens, ſaporis auſteriuſculi, adſtringentis, odoris nullius; creſcit in locis humidis; voluerunt quidam, illam eſſe Britannicam Veterum, ſed hujus radix eſt tenuis, cum illa Biſtortæ ſit ſatis craſſa, folia tamen utriusque ſatis bene inter ſe conveniunt: dicitur *Biſtorta*, ob radicem ſemel aut bis contortam: dicitur etiam *Serpentaria*, *Colubrina* & interdum *Dracunculus*, vel *Dracontium*. B. Herts-tonge. G. Natter/Schlangen-Wurtz. Gall. *Biſtorte*. A. Biſtort, Snake-weed.

Bitumen, dicitur omne corpus, quod igni admotum facile flammam concipit, Napthâ atque Petroleo ſpiſſius, lentum valde, tenacitate tamen primo adhuc diffluente; ab ignis calore liqueſcit, in aqua non ſubſidet nec miſcetur; ſive tum minerale, vegetabile, vel factitium fuerit, unde nomen generale eſt.

Bitumen Judaicum, vide *Aſphaltos*.

Biventer vide *Digaſtricus*.

Blæsitas, eſt depravata locutio, à vitio linguæ, in conformatione aut obſtructione peccantis. B. Liſpen. G. Das Liſpeln. Gall. *Begayement*. A. Liſpe. Vide *Balbuties*.

Blæsus, eſt vitium in verborum prolatione. Item is, cui pedes, ſive crura extrorſum vertuntur: vel cui dorſi ſpina anterius, vel poſterius incurvata eſt. Paralyticum quoque ſignificat, à βλαισόω, diſtorqueo. B. Liſper. G. Der Stamler. Gall. *Begue*. A. That ſtammers in ſpeaking, or Liſpeth.

Blaptisecula, vide *Cyanus*.

Blas, eſt nomen ab *Helmontio* confictum, ſignificans ge-

generaliter astrorum motum localem & alternativum; sed quid ipse per illud vocabulum significat, forte nescivit, saltem nos nescimus.

Blaterones, ex βλὰξ derivatur. Est autem nomen piscis inutilis, ut sunt blaterones homines, multa, sed inutilia dicentes.

Blatta, Vermiculus est, quasi blapta, ἀπὸ τοῦ βλάπτειν, id est nocendo, quia libros, ac vestes erodit. Hinc Blattaria herba, quæ blattis scatet.

Blatta Bizantia, sive Unguis Odoratus, est alicujus conchilii integumentum: Odore suavi, colore fusco, figura oblonga instar unguis.

Blattaria, planta est Verbascum referens, differt tantum ab eo, quod ejus fructus sit magis rotundus, caules habet rectos, fortes, in ramos divisos; folia ejus sunt longa, Verbasco angustiora, acuta, in margine incisa, non lanuginosa, coloris viridis nigricantis, in parte superiori splendentia, odoris ingrati, saporis amari; flores in quinque partes divisi, odori parum, pedunculis villosis adhærentes; his floribus succedit divisis in eorum locum fructus, qui includit semina minima, nigricantia; Radix rapum refert, est alba, dura, aliquantulum fibrosa: hæc invenit nomen hoc Latinum, à colligendis in se blattis: nam si alibi reponitur, vel projicitur, dicunt plurimas blattas super ea colligi. Alii à βλάπτω noceo, quia blattæ vestimenta rodunt, & perforant. B. Motten-kruid, G. Schaben-Kraut/ Motten-Kraut. Gall. *Herbe aux mites*, *Blattaire*. A. Mothmulleyn.

Blenna, est mucus crassus per palati foramina & nares destillans, qui provenit ex glandulis membranæ Schneiderianæ, investientis internas nares, cavitates ossis maxillæ superioris, sinus frontales, ossisque cuneiformis. B. Snot. G. Putzen/ Rotz/ der Unflat durch die Nasen. Gall. *Morve*, *Morveu*. A. Snot.

Blepharides, idem quod *Cilia*.

Blepharon, vide *Palpebra*.

Blepharoxystum, instrumentum est, quo palpebræ raduntur & concinnantur, in Trachomate, sive asperitudine callosa palpebrarum interiorum, ex βλέφαρον, & ξυρῶ tondeo.

Βλητρισμὸς, incontinens est corporis jactatio, ex βάλλω, jacio.

Bli-

Blitum, eſt planta, cujus duæ ſpecies dantur generales, una alba, altera rubra, harum ſingulæ adhuc dividuntur in duas alias. Blitum album majus habet caulem album, ramoſum, quatuor circiter pedes altum; folia Betæ inſtar, ſed minora; flores ſunt parvi, tribus ſtaminibus conſtantes, ex calice tripartito ſurgentibus; piſtillum autem abit deinde in ſemen plerumque oblongum, in capſula veſicæ æmula, quæ calix floris fuit, reconditum: radix eſt longa, pollicem craſſa, ſaporis inſulſi, ut tota planta: Blitum rubrum majus, ſive Blitum nigrum, cum præcedente omnino convenit, differt tantum colore; & quod ejus folia plerumque ſunt minora; datur & Blitum album minus, & Blitum rubrum minus, refrigerantis & humectantis virtutis, quæ ab inſulſo fatuoque ſapore nomen habet: à Gr. βλάξ, quod bardum aut ſtupidum denotat. Gr. βλίτον ſtolidus, ignavus, B. Majer. G. Majer/Meyer; Mangold. Gall. *Blette.* A. Blite.

Boa, papularum morbus eſt, cum maculis rubentibus corpus rubet. Idem quod *Papula.* B. Roodhont/ rood-jong/ roodvonk. G. Hitz-Blätterlein. A. Pimples.

Bochetum, ſive Decoctum Secundarium, eſt alicujus decocti ſecunda decoctio. B Minder-dranki. G. Das andere abzieden.

Bocia, eſt vas vitreum ventricoſum cucurbitæ inſtar. B. Een buik-glas. G. Bauch-Glaß. Gall. *Verre ventru*, A. Bellied glaſſe.

Bocium, idem quod *Bronchocele.*

Bolbocastanum, vide *Bulbocaſtanum.*

Bolbonaç, vide *Bulbonac.*

Bolbos, vide *Bulbus.*

Boletus Cervi, *Fungus cervinus*, *Tuber cervinum.* Creſcit in ſylvis, ubi cervorum copia eſt. Sunt rotundi, magnitudine fere pilæ palmariæ, & aliquando minores, cortice obducuntur ſubnigro, intus continent materiam pulverulentam nigerrimam. Βωλῖται nomen habent teſte Marcello, ἀπὸ τοῦ βῶλος gleba, & λίαν valde. B. Herts-wammen/ herts-ſpongie. G. Hirſch Brunſt/ Hirſch-Schwamm. A a Mushroem ſpawn, ſlime of the Hart.

Bolus, eſt Medicamentum internum, habens conſiſtentiam, melle paulo craſſiorem; & quantitas, quæ unica doſi præſcripta, buccâ commodè excipi poteſt, unde & *Buccella* quibusdam audit. B. Een brok. G. Ein Biſſen/

ſen/ Mundvoll/ Brocken. Gall. *Bolus*, *Morceau*, *une bouchée*. A. A Bolus.

Bolus, Terræ genus eſt, ex pallido rubrum, vaporibus Martialibus imprimis impragnatum, virtute adſtringente, & ſimul humores acres involvente præditum. Eſtque Armena, quæ inprimis in uſu eſt, Orientalis, Germanica, Bohemica, alba &c. in omnibus linguis *Bolus* appellatur. Gr. βῶλος gleba, ager, à βόω paſco & λίαν valde, quod è glebis pabulum animantibus uberrimè effloreſcat.

Bombax, Bambax & Pambax, ſynonyma ſunt, hinc nobis (ſed male) Boom-wol/ nam arboreus tantum frutex eſt. Hinc porro Bombazijne Wambais &c. ſic fortè appellatur, quia more vermis bombycis, fructus ejus intus cote, in modum ſerici, eſt quaſi nendo obductus. Vide *Xylon*. B. Katoen / Boom-wol. G. Baum-Wolle. Gall. *Cotton*. A. Cotton.

Bombus, idem quod *Borborygmus*: vel etiam eſt ſonus quidam in auribus, qui in morbis acutis pro malo ſigno habetur.

Bona, vel Boona, eſt *Faba*, ſeu *Phaſeolus*. Fortè nomen ſortitur à Belgico idiomate Boone: vel à Latino Bonum, quod legumen illud bene nutriat, hominique brutoque ſalutare & bonum.

Bonifacia, idem quod *Laurus Alexandrina*.

Bonus Genius, eſt *Peucedanum*: à Græcis prophetis ἀγαθὸς δαίμων, fortaſſe ob eximias vires, vel ob prognoſtica boni ominis, quæ ex illo divinare putabant.

Bonus Henricus, eſt Lapathi vel Chenopodii ſpecies: planta ſcilicet, quæ plures caules habet pedem circiter altos, craſſos, multis foliis triangularibus cinctos, quorum quædam Atriplici, alia Aro ſimilia ſunt, ſed alba & farinoſa, longis pedunculis adhærentia; flos eſt apetalus, conſtans plurimis ſtaminibus ex calice multifido ſurgentibus: piſtillum autem abit in ſemen orbiculatum, planum in capſula veluti ſtelliformi, quæ floris calix fuit, reconditum: radix eſt longa, craſſa, in plures ramos diviſa, coloris flavi inſtar Patientiæ: ſic ob vires laudabiles appellatur: fortè ejus vires primum à quopiam Henrico detectæ fuerunt: ideoque *Tota bona* & *Aureum Olus*. G. χρυσολάχανον. B. Algoede/ Goeden Hendrik/ Lamme-

meltens ost. G. Guter Heinrich / Schmerbel. Gall. *Toute bonne*, *Bon-Henri*. A. English Mercury.

Borago est herba, quæ habet caulem rotundum, debilem, excavatum, tenerum, ramosum, setis quasi obductum, terram versus inclinatis: folia ex radice erumpentia, ampla, oblonga, aut fere rotunda, villosa, parum acuta, tactui aspera, plerumque repentia: flores in summitate caulis nascuntur, cærulei, vel albi, pulchri, visui grati, monopetali, rotati, ex cujus calice multifido oritur pistillum, mediæ floris parti ad instar clavi infixum, & quatuor veluti embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina veluti viperini capitis æmula, nigra, quæ in calice ipso longe ampliato maturescunt: radix est crassa, digitum longa, succum viscosum & crassum continens, insipidum: *Borago* mutato B. in C. est *Corrago*, quia putatur cor ejus plantæ usu roborari, & lætificari, unde etiam flores ejus inter famosos quatuor flores cordiales recensentur. B. Bernasie. G. Boretsch / Burretsch. Gall. *Bourrache*. A. Borrage.

Borax, est sal factitium ex sale Armoniaco, Nitro, Tartaro calcinato, Sale communi, Alumine, quæ cum urina liquantur, filtrantur, & tandem evaporantur: saporem habet subamarescentem, sed in exitu dulcescentem; magnam aquæ copiam ad solutionem requirit, & calorem magnum, sed ad ignem facile fluit, & tunc in spumas assurgentes se effundit. Sunt qui putant originem habere ex stabulis, in quibus Elephantes aluntur, quæ urina eorum & stercoribus imprægnata sunt. *Dioscorides* dicit habere Porri colorem, sed nostrum album est, instar Nitri: fortè à Porro nomen mutuatum, mutato P. in B. Gr. χρυσοκόλλα, sive auri gluten, ita dictum, quia corporum sibi mistorum fluxum in igne valde promovet, sicque metallorum, & inprimis auri, consolidationem efficit. B. Borax / Goud-soudeersel. G. Borris / Burres. Gall. & A. *Borax*, *Boras*.

Borborygmus, est murmur in intestinis amplis cum sonitu, ortum à flatu incluso, hinc pro materia agnoscit aërem, sive naturalem, sive fermentatione, putredine, effervescentia, aut motu intestinorum inordinato productum. à βορβορύζω strepitum edo. B. Rommeling / beslote winden. G. Ein Getummel der därmen / Getöß im Leibe. Gall. *Bruit*. A. Murmuring of the gutts.

Bo-

BOROZAIL, aut *Zail* Æthiopum, in viris *Asab*, in fœminis vero *Assabatus* dicitur. In utraque ora fluvii *Senega* multa sunt regna, præsertim in ea, quæ meridiem spectat, Regnum *Mely*, in ea, quæ septentrionem, regnum *Tombotu*. Ibi grassatur morbus, partes genitales potissimum infestans, diversus ab eo, qui vulgo *Gallicus* dicitur, qui ex immodica venere, cui multum obnoxii sunt, ortum habet.

BOSCI SALVIA, herba est, à Boscum, vel Boscus, *bois*, in quibus locis crescit.

BOSMOROS, seu BOSPOROS, est frumenti species, forte à βόσκω pasco, & μόρος portio: quia frumentum dentibus vel mola dividitur: vel quia à bobus calcando à paleis separatur, βοῦς & βῶς dorice est bos, vel etiam ex βοῦ & πείρω transadigo, transeo.

BOTANICA, est ea scientiæ naturalis pars, quæ docet structuram, vires, & usum plantarum, easque certa methodo in suas classes & genera distribuit; hinc *Botanicus* dicitur, qui hanc scientiam tractat. Gr. à βοτάνη herba, gramen. B. Kruid-kenning of-kunde G. Kräuter kunst oder Kennung. Gall. *La Botanique*. A. Botany or simpling.

BOTHOR, sunt pustulæ oris non serpentes, sed tales, quæ facile suppurantur & delentur, etsi nonnunquam leviter eas suppurare contingat. Estque *Bothor* generalis appellatio etiam pustularum faciei, pulmonis & aliarum partium. Variolæ ac morbilli etiam *Bothor* ab Arabibus nominantur, & pro vesiculis pustulisque oculis adventantibus sumuntur.

BOTRYS, est racemus uvarum vitis; ut & Herbæ nomen, quæ sic à semine vocatur, quod racematim ramulis adnascitur; sive quod plura ejus semina caulibus sic conferta pendeant, ut racemi in uva referant imaginem, à Cappadocibus, ἀμβροσίαν vocari author est *Dioscorides*. B. Druiven-kruid / Piment. G. Trauben-Kraut / Kröten-Kraut. Gall. *Pimen*. A. Oake of Jerusalem.

BOUNIAS Gr. Βουνίας, species Napi, cujus radix in rotundum crescit, ac βουνούς, seu verrucosa loca amat.

BOVINA FAMES, idem quod *Bulimia*.

BOVISTA idem est quam *Orbicularis*, sive *Crepitus Lupi*.

BRABYLA, prunorum species est; sic dicuntur, quia al-

alvum ducunt, quasi βόςιν βάλλοντα, id est, cibos depellentia, & ἦλα quasi μῦλα, id est mala.

Bracherium, idem quod *Amma*.

Brachia, Gr. Βραχίονες, sunt plantarum, præcipuè autem arborum rami, quod instar brachiorum hominis extendantur. B. Boom-armen. G. Die Aeste/Zweigen. Gall. *Branches des Arbres*. A. Branches of trees.

Brachiæus, vide *Brachium*.

Brachiale, idem quod *Carpus*.

Brachialis arteria ex axillari ortum habens sub flexura cubiti dividitur in duos ramos, qui *Heystero* radiæa & cubitæa vocantur, quæ per manum & digitos distribuuntur.

Brachium, sive Lacertus, est membrum, constans brachio propriè dicto, cubito & manu. Fortè à βραχίων sive βραχύτερος τῦ λοιπῦ τῶ χειρῶν, brevissimus reliquæ partis manuum. Unde *Brachiæus Musculus internus & externus*. Prior cubitum flectens, oritur ex osse humeri, mox intra finem Deltoïdis, & inseritur ulnæ tuberculo. Alter a spina interiori humeri prodiens, tendinem suum cum tendinibus extensoris longi & brevis adunat, qui parti posteriori Olecrani inseritur, hinc commode *Triceps Brachii* vocari posset, & hoc nomine etiam in Historia musculorum Cl. *Albini* describitur. B. De Arm. G. Der Arm. Gall. *Le bras*. A. The arm.

Brachylogia, vide *Brachylogus*.

Brachylogus, est qui suas sententias breviter determinat. *Brachylogia* est brevis locutio. Ut sunt *Aphorismi Hippocratis*, βραχὺ, breve, & λέγω dico. Vide *Aphorismus*.

Brachypnoea significat frequentius brevem, & simul ex longis intervallis factam spirationem.

Βραχύπνοος, ex βραχὺς, & πνέω, spiro, brevis spiritus, qui parum, & rarò spiritum ducit.

Βραχυπόται, ex βραχὺς, brevis, & πίνω, bibo, qui parum, & rarò bibunt. Plerumque sunt phrenitici, qui ad potus necessitatem non attendunt.

Bradypepsia, est tarda in ventriculo ciborum concoctio, orta ex defectu salivæ, liquoris gastrici, fibrarum ventriculi laxitate, pituita viscida abundante, motu corporis & respiratione imminutis: ex βραδὺ tardum, & πέπτω coquo. B. Een langsame verteering/of koking der

der mage. G. Langsame verdeuung/ oder Kochung des Magens. A. Slow digestion.

Branca, est vox Italica, & significat pedem: sic vocatur Acanthus, *Branca ursina:* ideoque à similitudine quam ejus folia cum anterioribus ursorum pedibus habent.

Branchus, est raucedo faucium, & asperæ arteriæ. Raucitas *Plin.* Ravis *Plauto.* à βρέχω sorbeo. Vide *Raucedo.*

Brassica, est planta, quæ habet caulem humilem, crassum, cortice duro obductum, substantia medullosa repleto, saporis acris subdulcis; folia in initio erumpentia sunt ampla, obrotunda, fragilia, rubicunda, succulenta, rugosa, incisa, sinuosa, caulibus longis & crassis adhærentia, plerumque convoluta, nervosa, foliis in parte inferiori decisis, altera superioris partis sibi invicem accumbentia & comprimentia, formant magnum caput obrotundum: flores quadrifidi & cruciformes, tetrapetali, ex quorum calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, seu siliquam teretem, longam, cylindraceam, septo intermedio, cui valvæ imbricatæ utrimque adhærescunt, in duo loculamenta divisam, seminibusque fœtam subrotundis; radix est crassa, multas habens fibras. Gr. κράμβη; nomen accepit à præseca, quod ex hujus scapo minutim præsecatur, siquidem nunc tonsili, nunc cymoso caule spectatur: Non desunt, qui Brassicam contendant ἀπὸ τοῦ βράζειν, *à vorando* nomen accepisse, Estur enim à totâ plebeculâ tum cocta, tum cruda, vel muriâ condita. Non desunt qui Brassicam, quasi *Passicam* nominatam referunt, quod ex caule minutatim præsecatur, ut passa fiat. Vide *Crambe.* hæc planta dividitur in tres species, 1°. est quæ habet folia clausa, & dicitur capitata, 2°. quæ folia explicata habet, 3°. Brassica cauliflora dicitur. B. Kool. G. Kol/ Kappis. Gall. *Choux.* A. Colewort.

Brassica Marina, vide *Soldanella.*

Bregma, est os sincipitis, quod cum suo pari superiorem calvariæ partem constituit, figuræ quadrangularis, anterius interventu suturæ coronalis conjunctum ossi frontali, posterius interventu suturæ lambdoideæ connexum ossi occipitali, laterali una parte intercurrente sutura sagittali connectitur cum suo pari cognomine, altero latere cum osse temporum, à βρέχω madefacio, quia illa ossa

infantibus, & sæpe adultis humida & tenera sunt. B. Het opperhoofds-been. G. Das Vorderthcil des Haubts. Gall. *l'Os Parietal.*

Breve Vas, dicitur vas à ventriculo venosum in ramum venosum lienarem transiens. Veteres putabant, hæc vasa succum melancholicum ex liene deferre in ventriculum, ad excitandam famem: hæc autem sententia, detecta sanguinis circulatione, dudum est explosa. B. Het korte vat. G. Das kurtze Gefäß. Gall. *Vaisseau bref ou court.* A. The Short vessel.

Brevis Cubiti Musculus, est musculorum cubiti extensor, secundus dictus & brevis. Oritur ab humeri cervice, posterius miscetur cum Longo, & humeri os occupat, definit vero in illam Olecrani partem, cui innitimur. B. De korte elleboogs spier. G. Der kurtze Ellenbogen Mauß. Gall. *Le muscle court extenseur de l'avant bras.* A. The Short muscle of the Elbow.

Britannica, est Herba, quam dicunt in convallibus locis prope Arcem *Bretten* reperiri, unde nomen deducunt. Sed malè: neque à Britannica insula deduci debet, ut nonnulli statuunt. Sed est vox origine Frisica: Medetur quippe gingivis sanguinolentis in scorbutico malo, quando dentes vacillant, consumuntur, atque decidunt. Venit itaque à vocibus *Britten* & *Brit*, quod sonat *firmiter claudere* vel *inhærere*, ut dentes sanis in alveolis solent, deinde additur *Tan*, & unius litteræ adjectione *D* fit *tand:* & *Hica* significat dentium expulsionem: hinc nostris *Hik* sive singultus, quia illa convulsionis species cum flatu expellitur.

Briza, est frumenti species, ex quo panes conficiuntur: dicta hæc planta ἀπὸ τῶ βρίζειν, quod est onerare, aggravare, & quasi Veterno sopire; quod hujus panis esu evenire, scriptum reliquit *Galenus.*

Brochi, sunt labiones, sive qui magna & inordinata labia habent: Item laquei Chirurgici genus.

Brodium, est liquor, in quo Medicamenta vel asservantur, vel diluuntur. Item expressus succus ex materia cocta v. g. ex Capone.

Bromos, est frumenti species: dicitur βρῶμος & βρόμος non à fœtore, sed potius quia veterina ea multum vescantur, vel à fragore, sonituque, quem seges matura, minimo tacta flatu, edit. Alii βρῶμος legunt à βρῶ-

Bruchus, à βρύχω, comedo, vermis est, herbas, & arborum frondes rodens. Dicitur aliis βρύχος, à βρύχω, frendo, strideo.

Brunella, est planta, quæ habet caulem minimum, repentem, lanuginosum parum, angulosum, coloris purpurei: folia oblonga, villosa, rubicunda, saporis viscosi, aliquantulum amari: flores in spicam squammatam, densam. brevem congeruntur, habentque galeam erectam, integram, cavam, longam, in superiori parte in decem labiis dissectam: semina obrotunda in capsula, quæ flori tanquam calix inservit, inclusa: radix est parva, fibrosa; crescit hæc planta in sylvis & montibus. Vid. Etymon in Prunella.

Bruscandula, vide *Lupinus.*

Bruscus, vide *Ruscus.*

Brygmus, est dentium inter se collisorum stridor & strepitus, ortus à motu convulsivo, musculos maxillæ inferioris occupante, observandus in Epilepsia, similibusque morbis convulsivis. Gr. βρυγμός. B. Het knersen der tanden. G. Das Geiren der zähnen.

Bryon, est Muscus, à βρύειν pullulare, quia muscus ex arborum corticibus expullulat. Vide *Muscus.*

Bryonia, dicitur à βρύειν pullulare, quod in adjacentes scandens latè pullulet: videtur derivari à βρύον uva: vel à βρύειν germinare: uvas enim profert, & plura & longa germina. Gr. Ἄμπελος λευκή, ψίλωθρον. *Vitis alba* dicitur, non quod vitis sit, sed quod in vitis similitudinem, juxta parietes proserpat; claviculisque ubique adhæreat: *Viticella* idcirco quoque nomen est: ut & *Psilothrum*, quod ejus acinis coria depilari possint. Planta est quæ habet caules exiguos, ramosos, teneros, villosos, intra parvum tempus in magnam altitudinem crescentes, scandentes, plantas vicinas amplectentes: folia Vitim referunt, sed minora, aspera, albescentia: flores sunt monopetali, campaniformes, albi, exigui, patentes, quinquifidi, ora radiatim expansa, calice tenacissime comprehensi, proprio calici adnati ita, ut unum corpus esse videantur, quinque staminibus præditi; alii flores similes innascuntur ovario supra apicem ejus calice instructum. Ovarium innatum fini pedunculi, est bacca rotunda, vel ovata, in initio viridis, sed post maturitatem rubicunda, succum flavescentem saporis ingrati habens, in qua hæ-

darm-scheursel / lies-breuk. G. Ein Bruch neben den Gemächten / vel Undertheil der Leiber. Gall. *Hernie inguinale*, *ou descente dans l'Aine*. A. A Rupture.

Bucca, Gr. Στόμα, Γνάθος, Κόῤῥη. Dicitur oris pars laxior, quæ inflando tumet, uti apparet in Tubicinibus. B. De kaak of mond / het hol der kaken. G. Die Backen. Gall. *Bouche*. A. The cheeke.

Buccinator, est musculus buccarum rotundus, circuli instar, tenuis & membranosus, variis fibris intertextis, oris tunicâ inseparabiliter succinctus. In hujus centro observavit *Casserius* robustum quoddam vinculum exterius enatum, & os genarum perreptans, ubi in musculum quendam parvum & gracilem buccæ directè oppositum terminetur. *Oritur* à superiori maxilla, inseritur in inferiorem ad gingivarum radices. *Usus* est buccas cum labiis movere: Estque dentibus instar manus, dum huc illuc ad dentes cibos propellit, quo exactius comminuantur. B. De kinnebak-of kaak-spier. G. Der Backen-Mauß. Gall. *Muscle Buccinateur*. A. The Muscle of the cheek.

Buccinum, Bucinus, & Bucinum, est flos regius, sic dicitur à similitudine tubarum, quæ buccinæ dicuntur.

Buccula, est carnosa sub mento pars. B. De onder-kin. G. Unter-Backe. Gall. *Petite bouche*. A. The under chin.

Buceros, est Fœnum Græcum: sic dicitur, quia ejus siliquæ Bovis cornu referant, ex βοῦς bos, vacca, & κέρας cornu.

Bucranion, est *Antirrhinon*, sic dictum, quod ejus florum anterior facies bovis capiti similis sit. Ex βοῦς bos, & κρανίον, caput, cranium.

Bufonites seu *Bufonius lapis*, a *Plinio* inter gemmas relatus est, a Merreto vero, aliisque scriptoribus habetur pro dente piscis lupi, in lapideam naturam converso. Recensetur, ut alia similia, inter Alexipharmaca, sed quoniam hæc ejus virtus experientiæ non respondet, veritati magis consentaneum est, cum Bœclero vim acidum absorbendi ei adscribere.

Buglossum, Est planta, quæ habet folia longa, & mediocriter ampla, villosa, aspera, coloris viridis fusci, splendentis: caulis ad altitudinem unius vel duorum pe-

dum aſſurgit, ſetis quaſi cinctus, in parte ſuperiori dividitur in plures ramuſculos, ex quibus naſcuntur floſculi rubri, cærulei, vel albi, qui ſunt monopetali, infundibuliformes, & multifidi, ex quorum calice ad baſin usque ſecto ſurgit piſtillum, infimæ floris parti ad inſtar clavi affixum, & quatuor veluti ſtipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem ſemina viperini capitis æmula, quæ in calice ipſo longe ampliato matureſcunt; & ſaporis ſunt amygdalarum: radix eſt longa, obrotunda, digiti craſſitie, intus alba, extus nigra; tota planta habet ſuccum viſcoſum: dicitur & Lingua bovina: eſt ſpecies Boraginis: ex βῦς bos, & γλῶσσα lingua, quia folia hujus plantæ figura & aſperitate ſua linguam bovinam imitantur. B. Oſſe-tong. G. Ochſen zung. Gall. *Bugloſſe.* A. Bugloſs.

Bugula, Buglum, Bugla, Eſt planta, quæ habet duos caules, unus flores habet & eſt quadratus, alter tenuis & repens eſt; bini aliquantulum lanuginoſi: folia habet oblonga, ſatis ampla, majora Origano, mollia, aliquantulum in margine inciſa, ſaporis ſubdulcis, poſtea amari & adſtringentis: flores in ſpica verticillatim oriuntur, labio brevi ſtaminibus ornato, inferiori trifido, media parte procumbente bifida & majore: ſemina obrotunda, in capſula, quæ flori tanquam calix inſervivit, incluſa: radix fibroſa, ſaporis adſtringentis: datur & altera ſpecies Bugulæ, quæ dicitur Conſolida media Genevenſis: eſt herba vulneraria, ideoque Conſolida media dicta. Nonnulli vocem derivant à Bugloſſa. B. Zenegroen / ingroen. G. Gunſel. Gall. *Bugle ou Conſoude moyenne.* A. Bugule.

Bulapathum, eſt *Lapathum bovinum*, ſed potius *magnum*, quia particula βυ eſt intenſiva. Vide *Lapathum.*

Bulbi, Gr. Βολβοί. Forte à βυ & λαβεῖν, quod ob craſſitiem facile prehenduntur: vel a βάλλειν, quia facile, globuli in modum projiciuntur. Suntque radices rotundæ, tunicatæ, quales ſunt Cæparum, Tuliparum, Hyacinthorum &c. etiam ad alias radices vox illa transfertur, nempe ad radices tuberoſas, ut Glandes terreſtres, Bulbocaſtana, Solani tuberoſi & Chryſanthemi tuberoſi &c. radices: radix bulboſa vocatur, quando plurimis conſtat lamellis vel membranis carneis, ſibi invicem parallele impoſitis, quæ deinceps maximam partem in folia explicantur, ex quorum medio floriger caulis exſurgit, quæ omnia

omnia in autumno pereunt, ſed in medio gemmam relinquunt, quæ remanet, & in qua jam tunc nova futura exiſtit planta, quæ ſequenti vere radices ſuas emittit, caulem, folia, & flores explicat; ut in prædictis plantis videre eſt; imo in hujus nucleo medio jam hæret planta anni tertii: hoc cum tuberoſis radicibus bulboſa commune habet, quod citra gemmam mediam, unam, vel plures minores relinquat gemmulas (prout in magis vel minus fertili luxuriat ſolo,) quæ ſequenti plerumque anno novas fibrillas emittunt, & ſui juris factæ matrem deſerunt, & propriis præſunt muneribus. B. Bollen / kliſters. G. Kolb wurtzel / klein runde Wurtzeln / Spaltwurtzel. Gall. *Racine ronde*, *Bulbes*. A. Bulbs or any root that is round. Nomen hoc etiam datur partibus, quæ ſimili fere figura gaudent, veluti Bulbo Oculi & Urethræ.

BULBINA, & BULBINE, videtur diminutivum à *Bulbus*.

BULBOCASTANUM, eſt planta, quæ habet folia tenuiſſime diviſa, ad Seſeli accedentia, ſed ſaporis debilioris, cauli longo purpureo adhærentia; flos, ſemina, & umbella ad Seſeli quoque accedunt; radix eſt bulboſa, nigra cute obducta, carnoſa, edulis, extus nigra, alba intus; pro bulbo habet quaſi nucem caſtaneam, hinc nomen dicitur Italis Pancaſeole, ex pane, & caſeo, quia nutrit inſtar panis & caſei. ex βολβὸς bulbus & καστάνα, Caſtanea, glans caſtaneam enim ſapit; vocatur etiam Glans terræ. B. Aard-noten / Muizen met ſtaarten / Aard-akers. G. Erd-nuß / Erd-keſten / Schafernuß / Erd-eichlen / Grund-eichlen / Acker-eichlen / Erd-feygen. Gall. *Glands de terre*, *Terrenoix*. A. Kepper-nut, Earth-nut, pignut.

BULBONAC vel BOLBONAC, eſt herba, *Lunaria* ſive *Viola Latifolia* dicta: ſic dici putat *Lobelius* à radice tuberoſa ſeu bulboſa. B Penning kruid / Penning-bloemen. G. Mond-viole / Mond-kraut. Gall. *Lunaire*. A. Sattin or glonesty.

BULBASPHODELUS, eſt Aſphodelus bulboſus.

BULBUS, vide *Bulbi*.

BULIMIA, idem quod *Bulimus*.

BULIMUS Aurel. *Phagadæna*, *Edacitas præter conſuetudinem* Horatio. Βύλιμος Plut. in Symp. Galeni, Βυλιμία, Βύβρωσις Plut. Hom. Φαγέδαινα. Eſtque fames aucta nimis; quam ſæpè Lipothymiæ comitantur, *Bovina* dicta:

cta: oritur aliquando à ventriculi fermento nimium acri, & quacunque acrimonia huc delata, vel vermibus, vel actionibus corporis validis, & fibrarum ventriculi & Intestinorum robore summo, unde tunicæ membranaceæ & nervi irritantur, & animal remedium, alimentum, sibi appetit, ex βῦς bos, sive ut aliis placet ex particula βῦ, significationem augente & intendente, & λιμὸς fames. B. Koe-honger / een onverzadelyke honger / razende honger / eet-zucht. G. Al zu groser Hunger / Kühe-hunger. Gall. *Appetit devorant.* A. An unsatiable hunger.

BUMELIA, est *Fraxinus bubula*, vel ut aliis placet, *Fraxinus magna:* ex βῦς bos, aut ex βῦ particula augendi, & μελία vel μιλία Fraxinus.

BUNIAS, sive NAPUS, significat radicem tuberosam, crassam & magnam, à similitudine collium, terræque tumorum, quos Gr. βουνὸν appellant.

BUPHTHALMUM, est planta, quæ habet caules ad altitudinem unius vel duorum pedum crescentes, tenues, lanuginosos: folia alternatim incisa, lanuginosa, dentata, Tanaceti minoris similia; flos est radiatus, ejusque discus ex plurimis flosculis folio imbricato inter se distinctis componitur, corona vero ex semiflosculis, embryonibus insidentibus, & calice squammoso comprehensis: embryones autem deinde abeunt in semina plerumque tenuia & angulosa: radix est dura & lignosa: dicitur etiam *Oculus bovinus* seu *Cotyla fœtida.* Vocatur sic, quia ejus flores oculi imitentur formam & boum potissimum oculis similes sint. B. Koedill / Kooroog / stinkende kamille / Padde-bloem. G. Kröten-dill / Hundts-dill / Hunds-blum Rindsz-aug. Gall. *Oeil de bœuf, Espergoute.* A. Oxe-eye, May-weed.

BUPLEURON, est planta, quæ habet caulem nodosum, in ramos divisum: folia sunt oblonga, satis ampla, rigida, dura, nervosa, acuminata, auriculæ leporis satis similia, & alterno ordine cauli adnata: flos est rosaceus, umbellatus, quinque petalis constans in orbem politis, & calici insidentibus; is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum oblongis, hinc gibbis & striatis, inde vero planis; crescit hæc planta in locis montosis ad sepes, & in dumetis. videtur componi ex βῦς bos, & πλευρὸν costa, quasi diceres bovis costa: dicitur & Auricula

ricula leporis. B. Haaze oor. G. Hasen öhrlein. Gall. *Perce feuille*, *Oreille de Lievre*.

Buprestis, Gr. βούπρηστις, insectum est de genere Cantharidum, in arbore pinu degens. Dicitur ex βοῦς, bos, & πρηστὴς, qui incendit, ex πρήθω, quòd si bos cum pascuis illud animal devoraverit, inflammatione perit, & tumore abdominis.

Bursa Pastoris, est Thlaspios species, quæ habet folia oblonga, incisa, instar rucæ, repentia: caules sunt exigui, ramosi, in alas divisi, folia habentes, quædam integra, alia profunde incisa: flores parvi, albi, juxta caules ordinati, quadrifidi, cruciformes sunt; post florem sequitur fructus triangularis, compressus, bursam referens, divisus in duo loculamenta, continentia semina exigua, fere obrotunda, nigra: radix est longa, alba, fibrosa, saporis subdulcis & ingrati: crescit hæc planta in omnibus locis incultis: sic dicitur, quod ejus folliculi seminales Bursam pastoriam apprime referant. Hinc etiam *Pera pastoris* vocatur. Nonnullis etiam vocatur *Sanguinaria*, quia propter vim adstringentem in sputo sanguinis, & hæmorrhagiis quibusvis convenit. B. Herders-tas / Tasleens-kruid / Beurselkens-kruid. G. Taschen-kraut. Gall. *Tabouret ou Bourse à Berger*. A. Sheepherds purse.

Bursalis Musculus, est *Obthurator* femoris internus, sic dictus, quia tendines quadruplices junctos intra carnosum veluti marsupium, à tertio & quarto quadrigemino eleganter formatum, abscondit. B. De beurs-spier. G. Beutel mauß. Gall. *l'Obturateur interne*. A. The inward Obturator.

Buselinum, est Daucus vulgaris, quasi diceres *Selinum bovinum*, id est *magnum*.

Butomon, est graminis arundinacei species, quæ habet caules rectos, crassos, politos, æquales: folia graminea, triangularia, ex radice erumpentia: caulis est nudus, in hujus capite umbella sustinetur vel flos polypetalus, rosaceus: floris pistillum abit in fructum, qui constat conjunctis arctissimis vaginulis, quæ plurima semina plana, oblonga, exigua recondunt: radix est crassa, alba, nodosa, fibrosa: hæc planta crescit in locis aquosis, præsertim in pratis vel circa mare: dicitur & *Platanaria*: sic dicitur, quia avidè à bobus expetitur; vel quia valde

 scin-

ſcindit, ex βῦς bos; vel βυ particula augens, & τέμνω ſeco. B. Kietgras. G. Schilf. Gall. *Jonc fleuri.*

Butyrum, Gr. βούτυρον, quaſi βοὸς, ſeu bovis, τυρὸς, caſeus, vel coagulum: pars eſt lactis pinguior ab ipſo multa agitatione & conquaſſatione ſecreta: A Chemicis hoc vocabulum tranſlatum eſt ad liquores oleoſos ex mineralibus paratos, uti ex Antimonio & Mercurio ſublimato ſimul deſtillatis fit *Butyrum Antimonii.* B. Boter. G. Butter. Gall. *Beure.* A. Butter.

Buxus, eſt arbuſcula, cujus truncus ſæpe inſtar femoris craſſus, lignum eſt durum, compactum, & flavum: folia ſunt oblonga, minima, dura, obrotunda, craſſa, polita, ſemper viridia, ſplendentia, odoris penetrantis, ſatis grati: flores minimi, herbacei, tribus vel quatuor ſtaminibus conſtantes, e fundo plerumque tetragono calicis foliati ſurgentibus; embryones autem in aliis ejuſdem plantæ locis oriuntur, abeuntque in fructus ollæ inverſæ quodammodo æmulos, in tres partes apice dehiſcentes, in tria loculamenta diviſos, ſeminibusque fœtos in capſula cartilaginoſa, vi elaſtica munita, reconditis; hæc ſemina ſunt fuſca, longa, ſplendentia. à Gr. πύξος, mutato nempe P. in B. venit à πυκάζω denſo, nam denſum habet lignum. Hinc quoque *Bruſcus* & *Ruſcus.* B. Palm/ Bos-boom/ Buksboom. G. Buchsbaum/ Buxbaum. Gall. *Buis*, *Bouis.* A. Boxtree.

Byne, eſt *Maltum*, ſive hordeum madefactum, & germinans, quod poſtea ſiccatur, an a βύω & γάω, quia humore impletur. B. Mout. G. Maltz. Gall. *Moûture*, *Bruis.* A. Malt.

Byssum, Byssus, eſt lini præſtantiſſimi ſpecies, naſcens in India & Ægypto, ex quo pretioſiſſimæ veſtes olim contexebantur.

C.

Cacabus ſeu Lebes, eſt vas terreum vel cupreum majus, ſtanno intus obductum, quod climactere ſupra ignem ſuſpendi ſolet, in quo Medicamenta coquuntur. B. Een Ketel. G. Eine Pfanne/ Keſſel. Gall. *Marmite*, *Chaudron.* A. A. Kettle, Caldron or Baſin.

Cacatoria Febris, eſt febris intermittens, (ſic dicta

dicta Clarissimo *Sylvio de le Boe*) cum alvi dejectione multa vel frequenti, & quandoque simul torminosa, diverso accessus tempore ægros valde affligens, ac debilitans: etiam *Catarctica & Dejectoria* vocari potest. B. De kak-koors. G. Scheis Fieber. Gall. *Fievre avec devoiement*. A. The purging fever.

Cachecticus, est qui Cachexia laborat. B. Tugtig / die in een quaat vel streckt / wangedaantig. G. Der Völler böser feuchtigkeit oder Ettich ist. Gall. *Cachectique*. A. One of an ill constitution, and habit of body.

Cachexia, est malus corporis habitus, ex humorum vitiosorum dispositione mala, nutritionem corporis proinde depravante, ortus, unde febres lentæ, tabes, hydrops &c. contrahuntur: in Cachexia facies sæpe pallida & mali coloris est, corpus tumidum & inflatum: Cachexia latè sumpta cum εὐεξία opponitur, ac ut bonus habitus omnibus partibus sanis communis est, ita malus habitus ab omnibus malis propagatur. Strictè *Cachexia* tantum sumitur pro mala dispositione in habitu corporis; *Euexia* verò pro humorum sive sanguinis pariter & corporis dispositione bona accipitur. Cachexia pro causa agnoscit, vel liquidi nutrientis depravatam indolem quamlibet, vel vitium vasorum recepturorum, vel defectum facultatis applicantis, vel obstructionem viscerum. Ex κακὸς malus & ἕξις habitus. B. Ongedaantheid / quade ziekte / wanstal / wangedaante. G. Übele und böse leiber beschaffenheit. Gall. *Cachexie*. A. Disposition, or an ill state of body, A distemper.

Cacalia, sive Leontice, est planta Tussilagini vel Petasitidi non absimilis, quæ habet folia magna, fere rotunda, crassa, in margine incisa, angulosa, lanuginosa, inferius alba, Petasitidem referentia. Ex his exsurgit caulis villosus, medullosus, in suprema parte in ramos divisus: flos est flosculosus plurimis petalis constans, quadrifariam divisis, embryonibus insidentibus, & calice veluti cylindraceo comprehensis: Embryo autem abit deinde in semen oblongum pappis instructum: radix fibrosa, minimi digiti crassitie: crescit in montibus: an ex κακὸν malum, & λίαν valde? quia fortè agris & campis invisa est.

Cacoa, est fructus arboris, magnitudine Amygdali, colore fuscus, tenui membrana conclusus. Tota autem fili-

siliqua, in qua concluduntur, magnitudinem habet cucurbitæ oblongæ mediocris sortis, desinit in acumen, uti inter κειμήλια mea videre est. Quatuor ejus species recensent, unde & quatuor species fructus recensentur; prima & secunda species vocantur, *gros & petit caraque*; tertia & quarta species vocantur *gros & petit cacaos des Isles.* Venit ex variis Americanis locis, ex Guatimala &c. adhibeturque loco monetæ, pauperibusque pro eleemosyna datur, parant ex hoc tum potum Indis vulgarem, tum massam hanc *Chocolatam* dictam, (& potius hoc nomine venit) quæ fit ex dictis granis tostis & tusis ac aromatibus mixtis. Vide *Chocolata.*

CACOCHOLIA, est bilis malè disposita, ex κακὴ mala, & χολὴ bilis. B. Quade gesteldheit der Gal. G. Ubele beschaffenheit des Gallen. Gall. *Indisposition du fiel.* A. Indisposition of the gall.

CACOCHYLIA, est depravata Chylificatio, unde humor alienus & morbosus in primis viis retinetur. Ex κακὸς malus, & χυλὸς, Chylus, succus. B. Quade gylmakinge. G. Böse Däuung. Gall. *Chilification vitiée.* A. Depraved Chyle.

CACOCHYMIA, est humorum in sanguine vitiosorum abundantia: est degeneratio sanguinis, seri, vel lymphæ a salubri sua conditione: Veteribus dicitur pro varia dispositione, *ulcerosa*, *biliosa*, *pituitosa*, *melancholica*, *acida*, *salsa*, *pontica &c.* Sed vocabula hæc ob inutilitatem à veris Neotericis irridentur, ex κακὸς pravus, & χυμὸς succus, humor, à χύω vel χύνω fundo. B. Kwaat sappigheit / quade boedzaamheit / quaadvogtigheit / quaadbloedigheit. G. Böß Schwartz Geblüt. Gall. *Cacochymie.* A. Cacochymie or an abundance of ill humours in the body.

CACOCHYMICA FEBRIS dicitur lenta, lenis, plerumque erratica, intermittens vel remittens, post diu toleratam humorum cruditatem veniens.

CACOËTHES, CHIRONIUM ULCUS sive TELEPHIUM, est morbus, vel ulcus curationem respuens, quod ulcus malignum vocatur, hoc fit, cum ulcus fuerit callosum vel sinuosum, cui nonnunquam officula decedentia & cariosa subjacent, ex κακὸν malum, & ἦθος mos, consuetudo, est enim ulcus vel morbus mali moris. B. Een quaad-

quaad-aardige sweer. G. Ein böß geschwär. Gall. *Ulcere malin.* A. An evil ulcer, A Boil, vel sore.

Cacopathia, est mala passio, ex κακὸς malus, & πάθος passio. B. Quade drift. G. Ubele Gemühts bewegung.

Cacophonia, est mala vocis prolatio, ex organorum vitio proveniens, ex κακῶς malè, & φωνέω voco. B. Quade uitspraak der woorden. G. Der eine Schwäre außsprach hat. Gall. *Difficulté en parlant.* A. A Bad pronunciation, or an ill sound.

Cacopragia, Gr. κακοπραγία, à κακὸς malus, & πράττω, facio. Est sæpè depravatio viscerum nutritioni famulantium.

Cacorythmus, pulsus est arteriarum, nullum ordinem servans. Dicitur etiam *Arythmus*, ex κακὸς malus, & ῥυθμὸς, ordo. B. Een ongelyke pols. G. Ungleich schlagende pulß. Gall. *Le Poulx inegal.* A. An unequall pulse. Vide *Arythmus.*

Cacosphyxia, est pulsus vitiosus, ex κακὸν malum & σφύζω pulso, salio. B. Een quade pols. G. Ubel puls/ Unrichtiger pulsschlag. Gall. *Le poulx mauvais.* A. A bad pulse.

Cacotrophia, est nutritio depravata ex sanguinis vitio: Ut in Lepra, Impetigine &c. ex κακὸν malum & τροφέω seu τρέφω nutrio. B. Quade voeding. G. Das Undeuen. Gall. *Mauvaise nutrition.* A. Bad nourishment.

Cactos, est Cardui species: cur ita dicatur, haud facile dixerim. An κακτὸς quasi κατακτεινὸς, παρὰ τὸ κατακτείνειν interficere, occidere, quod pappi ejus noceant, nec periculo careant? certè Dioscorides inter plantas tales, & pappos Cactos recenset. Quidam à καίω uro, quia urit seu pungit.

Cacumina, idem quod *Summitates.*

Cadaver, à cadendo, quòd animâ spoliatum corpus in terram cadat; ex Isid. Gall. *Cadavre.*

Cadmia, vide *Lapis calaminaris:* Tutia etiam idem sortitur nomen. Arab. *Climia* vel *Chlimia*, vide *Tutia.*

Caducus Morbus, vide *Epilepsia.*

Cadus, sive *Ceranium*, est Veterum mensura, continens vini centum & viginti libras; olei vero centum & quinque.

Cælestis, est Iris, sic dicitur, quia iridi cælesti similis sit. Gr. οὐρανία.

Cæli Donum, eſt Chelidonium majus, ſic appellatur ob egregias virtutes.

Cæli Ros, eſt granem Mannæ; videtur Milii Sylveſtris eſſe ſpecies.

Cæli Rosa, & Cæli Flos, eſt *Lychnis Coronaria.*

Cæpa, Cepe, & Cepa, Eſt planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, longa, anguſta, fiſtuloſa, acria: ex his naſcitur caulis nudus, rectus, rotundus, fiſtuloſus, in ventrem aſſurgens turbinatum utrimque: flos hexapetalus, in corymbum collectus ſphæricum: piſtillum floris fit fructus ſubrotundus, trilocularis, fœtus ſeminibus ſubrotundis, & nigricantibus: radix bulboſa, tunicata, orbicularis, odoris penetrantis & ingrati, ſaporis acris: Gr. Κρόμμυον, ſic dictum quod oculi pupillam comprimi cogat: Nam oculos vellendo expreſſis ſubinde lachrymis contrahi pupillas certum eſt: quidam derivant à κάρα caput, quia capitata: ſed rectius à κόρη pupilla, & μύειν claudere, comprimere. *Cepa* vero ſic à capitis magnitudine dicitur: Hinc derivatur Friſica vox *Cipels.* B. Ajuin / Uijen. G. Zwiebel. Gall. *Oignon.* A. Onion.

Cæsarea Sectio, idem quod *Hyſterotomotocia.*

Cæsareus Partus, vide *Partus Cæſareus.*

Cafe eſt Jasminum Arabicum, Caſtaneæ folio, flore albo, odoratiſſimo, cujus fructus nobis *Coffy* dicitur: arbor eſt indigena Arabiæ, unde ſemina in inſulam Javam tranſlata, eo in loco primum, dein in aliis Indiarum regionibus, & poſtea etiam in America uberrime propagata ſunt. Uſus fructuum notiſſimus eſt, qui ſiccati, toſti, contriti, cum aqua infuſi, potum exhibent, qui moderata copia hauſtus ventriculo non moleſtus eſt, ſed nimia doſi aſſumptus, propter laxantes aquæ calidæ vires, primas vias debilitat. B. Koffy. Gall. *Caſier.* Angl. Coffee-Shrub. G. Caffe-baum. Arabibus vocatur etiam Bon vel Bunohum.

Calamagrostis, & Calamogrostis, eſt gramen arundinaceum; ex κάλαμος virga, calamus, & ἄγρωστις graminis ſpecies.

Calaminaris Lapis, reperitur ſæpius in metallorum fodinis; eſt lapis foſſilis, ſubflavus, non admodum durus, dum accenditur fumum eructans: cujus uſus inſignis, dum additus Cupro, ſuum regulum cum eo miſcet, illudque colore eleganti flavo donat, quod Orichal-

cum

cum vulgare eſt: in Medicina magni quoque eſt uſus. Dicitur & *Cadmia*. B. Kalamint-ſteen / Kalmy-ſteen. G. Galmey / Galmey-ſtein. Gall. *Pierre Calaminaire ou Calamine*. A. Calaminare-ſtone.

Calamintha, Calaminthum, eſt Menthæ ſpecies, quæ creſcit ad altitudinem circiter unius pedis, in plures ramos diviſa anguloſos: folia ſunt obrotunda, parum acuta, villoſa, aut aliquantulum lanuginoſa, ſibi invicem alternatim oppoſita: flores naſcuntur in pedunculis ramoſis ex foliorum alis, coloris purpurei, galea obrotunda, bifida: ſemina nigricantia, oblonga, in capſula, quæ flori tanquam calix inſervivit, incluſa: radix fibroſa; tota planta habet odorem aromaticum & gratum: creſcit in montibus. Dicitur quaſi utilis Mentha: namque nidore ſuo ſerpentes fugat. Ex καλὴ utilis, pulchra, & μίνθα ſeu μίνθη, Mentha. Aliis placet ἀπὸ τῦ κάλυ quod lignum ſignificat, à καίω uro. B. Water of wild Mente. G. Mumß / Katzenkraut. Gall. *Calament*.

Calamita, nempe *Styrax*, ſic vocatur, quia in calamis excipitur & aſſervatur.

Calamus, *Arundo:* dicitur παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι, quod pulchrè demetiatur arundo. Gr. Δόναξ, ἀπὸ τῦ ῥᾶον δονεῖσθαι, quod facile à vento moveatur. B. Riet. G. Rohr. Gall. *Canne*, *Roſeau*. A. A Reed.

Calamus Aromaticus, quid ſit, dubitatur. Alii *Acorum* volunt, alii *Galangam*. Garzias dicit eſſe Aromaticum quidem, non vero odoratum, imo & juncum eſſe duntaxat. Seritur per univerſam Indiam: Neque odoratus eſt niſi è terra evulſus: quantoque viridior, tanto tetriori odore tetrior, teſte eodem Garzia. Dicitur & Calamus odoratus Indicus, Alexandrinus, &c. B. Welriekend Liſch / Kalmus. G. Calmus.

Calamus Scriptorius, eſt dilatatio quædam circa cerebri ventriculum quartum, quæ deinde in mucronem exacuitur, & ab hac figura nomen obtinuiſſe videtur. In hujus calami medio longitudinaliter rima aliqua cernitur, quæ vero cæca eſt, & ad alias partes non aperitur: hæcque calami ſcriptorii crena vocatur. B. De ſchryf-pen. G. Schreibfeder. Gall. *Ventricule du Cerveau en forme de plume*. A. A Writing pen.

Calathus, eſt rectus turbo, hoc eſt, id quod ex an-

angustiis in latitudinem se diffundit. Calathi effigiem planè Liliorum flores referunt.

Calcaneum, idem quod *Calx*.

Calcaris Flos, est Flos Regius, sic dicitur, quod ejus flores quodammodo calcaria referant.

Calceolus D. Mariæ, Sacerdotis, Marianus, est Alismatis species, cui in medio floris aliquid concavum, instar calceoli apparet.

Calcanthum vide *Vitriolum*.

Calchoidea Ossicula, idem quod *Cuneiformia ossicula*.

Calcinatio, est misti per ignem, aut res corrodentes, (per Mercurium, aquam regiam, &c.) in calcem solutio, quæ facit ut a pristina natura admodum deflectant. B. Kalkmaking / Kalkbranding / verkalking. G. Kalckmachung. Gall. & A. *Calcination*.

Calcinatio Philosophica seu Spagyrica, est, cum cornua, ossa, aut ungulæ, super aquam ferventem per aliquot horas suspenduntur, donec omnem mucilaginem amiserint & facile in pulverem tundi queant. B. Philosoophse Calcinatie. G. Philosophische Brennung. Gall. *Calcination philosophique*. A. Philosophical Calcination.

Calculus, est præter sanitatem in corpore humano lapidosa concretio, quæ sæpe in renibus, vesicis, aliisque in partibus, ex particulis salinis & terrestribus concretis generatur, & quamdiu in corpore manet, per novam materiæ adpositionem magnitudine increscit. B. Steen. G. Niere-Blasestein. Gall. *Pierre de la vessie*. A. Stone in the bladder.

Caldarium, Idem quod *Laconicum*. *Castello* significat ahenum, in quo corpora quædam fervefiunt.

Calefacientia vocantur talia remedia, quæ actionem vasorum in fluida, hinc eorum motum, attritum, & densitatem augent, quoniam ab hac causa calor nostri corporis pendet. Gr. θερμαντικά. B. Verwarmende middelen. G. Erwärmende Artznei. Gall. *Echauffans*. A. Warming medecines.

Calendula, nomen accepit, quod singulis fere calendis floreat: sed alii putant, quod sit corruptum nomen à Caltha, seu Calthula. vide ibi. B. Goudsbloem. G. Ringel-blumen. Gall. *Souci*. A. Marigold.

Calenture, est nomen morbi cujusdam peregrini, quo

quo navigantes verſus Indiam Occidentalem infeſtantur, dum Tropicum appropinquant, & conſiſtit in depravata imaginatione, cum pulſu debili, æquali, lento, absque febre & calore excedente.

Calidum Innatum, vide *Emphytum thermum*, aut *Biolychnium*.

Caligo proprie ſignificat tenebras. Medicis vero nonnunquam obſcurationem viſus denotat.

Calix, Calices, ſunt oculi ſive gemmæ florum prodromi, ut oculi Populi arboris: Vel eſt pars floris poſterior, craſſitudine quadam notabili a pediculo diſtincta, flores vel involvens, vel ſuſtinens. Vide *Alabaſtri* & *Perianthium*.

Calicreas ſive Pancreas, eſt Glandula conglomerata, magna, plana, carnei coloris, ſub ventriculi parte poſteriore collocata, transverſim a Duodeno verſus Lienem extenſa: longitudinem habet trium aut quatuor digitorum in homine; & juxta alios octo vel novem quaſi digitorum transverſorum, & latitudinem digitorum duorum, vel duorum cum dimidio; craſſitiem unius digiti, figuram ad linguam caninam accedentem, latiorem prope Duodenum, anguſtiorem verſus Lienem, tenui membrana à peritonæo inveſtitur: habet ductum excretorium ex multis minoribus conflatum, qui terminatur in homine juxta ductum communem biliarium in inteſtinum Duodenum, quatuor vel quinque digitis infra pylorum, & ut plurimum eodem orificio cum ductu Cholidocho: ex cujus ductu lympha volatilis & inſipida effunditur: Verum *Sylvius de le Boe* cum Diſcipulo ſuo *de Graaf* ſuccum acidum & ſubacidum, quandoque auſterum & dulcem inveniſſe ſe dicunt, inde quoque originem ferè omnium morborum deducunt: Sed ſciendum hoc fortaſſe fuiſſe obſervatum; cum vix unus ex centum hominibus exactè ſanus reperiatur. De hac quæſtione vide Anat. noſtr. Ref. Uſus eſt, ſucco ſuo volatili chylum ſubacidum & bilis amarorem temperare, ſaponacea ſua vi omnia miſcere, ſubigere, & volatilizare, ut tandem dulci ſapore venas lacteas ſubeat & aſcendat. Componitur, ex καλὸν pulchrum, & κρέας quaſi diceres carnem formoſam. B. Alvleis / groote klier / heel-vlies / Buik-klier-bedde. G. Murfleich/ die groſe druſe. Gall. *Le Pancreas.* A. The ſweet taſte, all fleſh, ſweet-bread, the pancreas, or the Birr.

CALLIGONUM, Idem quod Polygonon. Ex καλὸς pulcher, κάλλιον melius, & γόνυ genu, quia geniculata eſt herba.

CALLIONYMUS, eſt lilium convallium, ex κάλλιον melius & ὄνομα nomen.

CALLITRICHUM, ſeu POLYTRICHUM, eſt herba capillaris, dicta quod capillos pulchrè tingat. Ex καλὴ pulchra, & θρὶξ capillus, vide *Polytrichum*.

CALLUS eſt durities in cute, absque ſenſu, orta a vaſis minimis nimio labore compreſſis, conſolidatis in formam ſolidi. Item eſt ſubſtantia circa oſſium fracturas genita, oſſea, ſed mollior, effuſa huc ex vaſis materiam oſſeam naturaliter vehentibus, & fragmenta oſſium fractorum connectens. Gr. πώρωμα, πώρωσις, τύλος. B. **Een weere / eelt.** G. **Dicke Haut / Schwille an Händen und Füssen.** Gall. *Callus*, *Durillon*. A. An Hardneſſ in the Skin.

CALOMELAS, eſt Mercurius cum Sulphure diu tritus, & in corpus nigrum redactus, cujus nomen derivatur a καλὸς pulcher & μέλας niger, ob colorem, & virtutem eximiam in purgando, aliisve caſibus, ubi Mercurii uſus requiritur: recentioribus ita vocatur Mercurius dulcis, qui ad ſeptimam usque vicem ſublimatus eſt.

CALOR NATIVUS, vide *Biolychnium*.

CALTHA, eſt planta, quæ habet caules tenues, parum anguloſos, villoſos, ramoſos, fungoſos, viſcoſos parum: folia oblonga, integra, cauli adhærentia, carnoſa, mollia, villoſa, albeſcentia, ſatis ampla: flores diſcoidei, radiati, rotundi, magni naſcuntur, coloris aurei, ſaporis fortis & grati, corona vero ex ſemifloſculis componitur embryonibus inſidentibus, & calice comprehenſis: embryones autem abeunt in capſulas plerumque incurvas & marginatas, ſemine fœtas ut plurimum oblongo: radix lignoſa, fibroſa: dicitur & *Calthula*, quam vocem deinde corrumpentes officinæ in *Calendulam* immutarunt. Quamquam veriſimile etiam ſit, ſic nominatam eſſe, quod omnium menſium Calendis, fruticare comperiatur. Atque hinc fit, quod nonnulli florem omnium menſium appellent. B. **Goudsbloem.** G. **Ringel-Blum.** Gall. *Souci*.

CALVA, *Plin.* Calvaria. *Celſo*, Cranium, κρανίον, quod cerebrum integat quaſi κράνος id eſt Galea, πόλος, κόγχος *Lycochr.* σκάφιον *Ariſtoph.* κύτος, eſt integumentum capitis oſſeum. Vide *Cranium*. B. **Het hooft-scheel / pan**

van

van 't hooft / bekkeneel / hooft-schotel / herzen-bekken. G. Hauptschedel / die Hirnschale. Gall. *Crane.* A. The Skul. Item pars capitis capillata superior, quæ à morbo, vel senectute primo calvescit. B. De kruine / bles. G. Das oberste des haupts. Gall. *Le Sommet de la tête.* A. The top of the head.

CALVARIA, Idem quod *Calva.*

CALVITIUM & CALVITIES, apud Græcos vocatum est Φαλάκρωσις, & Μαδάρωσις, quod quidem vitium nihil aliud est, nisi depilatio capitis, potissimum syncipitis, ætate hominibus adveniens. B. Kaal-hoofdigheid. G. Eine Kahle / Glatze. Gall. *Chauveté ou Calvitie.* A. Baldness.

CALX, Plauto. CALCANEUM, Virg. item Πτέρνα, Σκέλις, est secundum os tarsi in pede, reliquis magnitudine & robore præstantius, oblongum & versus posteriora protensum, ut ei firmius homo insistat, nec lapsu facili retrorsum concidat. B. De versenen / de hiel. G. Die Versen / unter theil des schenckels. Gall. *Le Talon, le Calcaneon.* A. The Heel-bone.

CALX, Chymicis quoque dicitur quilibet pulvis, per humiditatis ablationem, in partes tenuissimas ac velut impalpabiles redactus, idque intelligendum est de *Metallis, Mineralibusque* corrosis, iterumque calcinatis, ut de calce salis, antimonii, &c. sicque nonnulli lapides in calcem comburuntur, sicuti nostrum cuique notum. Nec non *Vegetabilium* cineres; qui sunt substantiæ terreosalinæ, & *Animalium* cornua, ossa, &c. per ignis torturam partibus humidis, & volatilibus spoliata, à nonnullis nominantur *Calces.* B. Kalk. G. Kalck. Gall. *De la Chaux.* A. Chalke, Lime.

CALYPTRA, est involucrum tenue quorundam seminum, illa inclusa tenens, a καλύπτω occulto. B. Het zaadhuysje. G. Das häuslein des Saamen. Gall. *Coiffe ou enveloppe.*

CAMARIUM, vide *Fornix*, ex καμάρα fornix, testudo.

CAMAROSIS, est cranii ictus, in quo ossis portio aliqua, in testudinis formam, suspensa relinquitur, estque quintuplex: 1. cum frangendo os unum deprimitur, & alterum elevatur. 2. quando os absque fissura deprimitur, quod infantibus proprium. 3. est contusio, in qua margines sunt depressi, & ossis medium in fornicis speciem

elevatum, remanente inferius ſpatio vacuo. 4. depreſſio ſemet ſponte elevat eo tempore cum os adhuc ſit membranaceum, atque plectri ſpeciem conſervat, donec oſſificari incipit. 5. quando tabula ſecunda eſt depreſſa, & prima ſemet in priorem ſtatum reducit, à καμάρα teſtudo. B. Verwelffel-breuk. G. Hirnſchal-bruch / Gewelb-bruch. Gall. *Fracture du crane*. A. The Skull broken and become like a vault.

Cambium, eſt humor ſecundarius ſecundum *Avicennam*, cujus uſus erat, partes nutrire: primus dicebatur humor *Ros* ſive *Innominatus*: Secnudus, *Gluten*: & tertius, qui proximè in alimentum convertebatur, *Cambii* nomine veniebat: Sed ea figmenta, inventâ à nobis circulatione ſanguinis per tubulos, planè concidunt. Niſi per *Rorem* intelligas Chylum, per *Gluten* particularum quietem, & per *Cambium* Chyli aſſimilationem.

Cameline, quibusdam *Myagrion*, forte ſic dicitur, quod à Camelis valde appetatur. κάμηλος enim eſt Camelus.

Camelopodium, eſt *Marrubium*, quaſi diceres pedem cameli: ex κάμηλος camelus, & πȣ̃ς pes.

Camera oculi, oculi cavitas a quibusdam diſtinguitur in duas cameras, in anteriorem, & poſteriorem; Antica Lentis & Proceſſuum Ciliarium ſuperficie a poſtica; Corneæ autem concavitate ab antica parte terminatur, & per ſeptum medium uveam putâ, in duas alias minores dividitur, quæ per pupillam inter ſe communicant; harum anterior major eſt poſteriore; poſtica vero cavitas, duobus, ut vocant, humoribus, cryſtallino ſcilicet & vitreo, repletur. Gall. *Chambres de l'Oeil*.

Cameratio, Idem quod *Camaroſis*.

Camomilla, corruptè ſed melius *Chamæmelum*, vide ſuo loco.

Campana Chemicis vocatur inſtrumentum, fumum ardentis Sulphuris excipiens, in qua colligitur in tenuem acidum humorem, qui *Spiritus ſulphuris* dicitur.

Campanula, ſic dicuntur plurimi flores, qui Campanulam referunt, vide *Cervicaria*.

Camphora & Caphora, Veteribus incognita: gummi eſt alicujus arboris in Sumatra propè Baros. Procera arbor eſt & denſa, ædificiis ſtruendis perutilis; Caudex rectè aſcendit: Ramos ordinatè explicat: folia ſunt magna,

gna, carnosa, anterius acuta, Camphoramque spirantia. Fructus formosi sunt avellanæ nucis magnitudine, oblongè rotundi, tenui tunicâ cincti, quæ rursus, instar nucum avellanarum, alteri tunicæ eleganti forma includitur, colore rubro, purpureo, flavo & viridi, integrum fructum contegit, & Tulipæ instar superius sese aperit. Postquam arbor ista fuerit Caphorâ dives, à foliis, cortice, & externo ligno spoliatur, usque ad medullam, quæ finditur, in qua Caphora eleganti forma, coagulata & crystallina reperitur. In China & Borneo etiam nascitur, sed in *Japonia* alia colitur arbor, quæ Caphoram præbet, folio tenuiori, molliori, diutissimèque odorem Camphoræ spirante; quæ est Laurus camphorifera, arbor sylvestris; in Japonia occidentali & adjacentibus insulis in lætam vastamque Tiliæ magnitudinem adolescens, cujus descriptionem vid. apud *Kœmpferum* in catalogo plantarum Japonicarum. Ex radicibus quoque Cinamomi Caphora elicitur, quod habeo ex Viris fide dignis. Non nego tamen, aliam hujus gummi esse arborem, fruticem aut plantam, nam ex ipsa Salvia prolectam vidi. Est gummi ex albo pellucidum, graveolens ex China, Japan, aliisque locis ad nos delatum: Omnium optimum dicitur, quod ex Borneo venit, sed ob pretium nimium fortè huc non adfertur. Facile accenditur, & si conservetur in thecis apertis, disparet. Camphora non est gummi, sed potius resina, alba, pellucida, odoratissima, volatilis, & tritu difficilis; de arbore propria, regionibus fervidissimis, intra lignum, maxime ad corticem habetur, uti dictum est, in propria sua naturali gleba crystallina. In Borneo & Ceylon omnium præstantissima & pretiosissima. In Alcohole perfectissime solvitur, pellucidissima specie, & odoratissima. Destillans tunc tota fere, una cum Alcohole, vel paulo post, volatilis est, in liquorem homogeneum adscendens. simulac guttula hujus liquoris limpidissimi aquæ immittitur, uno momento albescens tota Camphora iterum apparet in aqua, integrum suum corpus reddens; itaque heteroclitum hoc corpus resinam refert, sed volatilem; differt tamen ab aliis resinis in eo, quod solvitur in spiritu nitri, vitrioli, aqua forti, ut in Alcohole, unde affusu aquæ revertitur immutata Camphoræ materies. B. Campher. G. Kampfer. Gall. *Camphre*. A. Camphire.

Camphorata, seu *Camphoratum*, est Abrotanum, sic dictum, quod Camphoram oleat.

Canales, sunt ductus rotundi, intus cavi, utrinque aperti, longi, per quos liquores transeunt: ut sunt ductus Salivales, Biliarius, Hepaticus, Pancreaticus, &c. Gr. πόροι, ductus. B. Pijpen/ buizen. G. Kanäle/ Röhre. Gall. *Canaux*, *Conduits*, *Tuyaux*. A. Channels, or ditches.

Canales Semicirculares, sunt tres canales ossei, semicirculares a forma dicti, quia nempe singuli in semicirculi modum curvantur; durissimi, cavitate fere elliptica donati, aliquando cylindricâ; in medio autem curvaturæ angustissimi, hinc versus orificia sensim dilatati, circa eadem latissimi, inæquales longitudines adeoque & magnitudines habentes, medio existente minimo, eandem fere magnitudinem, figuram, substantiam, duritiem sortiti in infante & in adulto; vestibulo a parte postica, exteriori, auriculam respiciente, appositi & continuati; membranulâ tenerrimâ nerveâ vestibuli hic continuatâ vestiuntur; sex horum canalium extremitates, non nisi quinque ostia conficiunt in vestibulo, cum unum ex illis commune sit duobus canalibus, majori scilicet & minori; minimus canalis duo habet orificia; quinque hæc orificia unita, una cum fenestra ovali, orificio scalæ superioris cochleæ, & quinque aliis minoribus foraminulis, nerveos ramulos transmittentibus, atque adeo per istos occlusis, vestibulum formant. Unde patet, hos canales in vestibulum hiantes ejus cavum augere, quemadmodum cellulæ apophysios mastoideæ augent cavum tympani. Insuper fluidum elasticum, in illis contentum, etiam per motum stapedis æqualiter cum fluido vestibuli comprimitur, relaxatur; & tremores sonori etiam possunt quam optimè per horum cava propagari, in eorum latera incurrere, reflecti; & sic sonus quam optimè colligi, conservari, roborari, & intendi, ut phænomena canalium oticorum incurvorum quam optime docent. Interim simul etiam per membranas nerveas molles, hæc omnia investientes, impeditur clangor. B. Half ronde ringsgewyse gaten in 't oor. G. Halber circkelrunde Kanälen in das ohr. Gall. *Les Canaux demi circulaires.*

Canaliculus Arteriosus, est vas inter arteriam pulmonalem & arteriam magnam in fœtibus, quod in adultis obliteratur: medius est inter has duas magnas arterias,

terias, & utrique continuatus: oritur ab anteriore parte arteriæ pulmonalis, paullo antequàm illa subit aörtam, sesque bipartitur; & priori pariter aörtæ jam descendentis parti se inserit, paulo ultra eum locum, a quo subclavia sinistra abscedit: Nisi potius dicendum sit, arteriam pulmonalem in duos se dividere ramos, quorum anterior est canalis arteriosus, posterior pulmonalis ad pulmones tendens; canalemque illum cum aörta confluere in unum, indeque effici aörtam descendentem: tantæ magnitudinis ille canalis arteriosus est, ut prope æqualis sit tum pulmonali, qua illa ultra eum pulmones petit; tum ipsi aörtæ, qua cum ea se conjungit. Usus in fœtibus est, ut ex arteria pulmonali per canaliculum hunc sanguis in arteriam magnam exoneretur, ex eo quod sanguis, (quia fœtus in utero non respirat) per pulmones collapsos, vasa nimis comprimentes, sive quæ vesiculas cingunt, vel in spatiis intermediis hærent, fluere non possit. B. De slag-ader buis. G. Der puls-ader kanal. Gall. *Le Canal arterieux*. A. Arterious vessel.

Cancamum, quidam Laccam esse putant, alii Animæ gummi. Dioscoridi est Arabicæ arboris lachryma, Myrrhæ quodammodo similis, virosi gustus: quod ad suffimenta usurpant.

Cancer, vide *Carcinoma*.

Cancer, est species fasciarum, quæ capiti tegendo inservit. B. Kreeft-band. G. Krebs-windel. A. Crab-sware.

Cancer ossis idem quod *Pædarthrocace*.

Cancrorum oculi, sunt lapides parvi, albi, duri, crustacei, rotundi, compressi, una parte convexi, altera planiores, cum sinu in medio excavati, concreti in ventriculis cancrorum, saporis cretacei, acidum absorbendi virtute præditi. B. Kreeft-oogen. G. Krebs augen. Gall. *Yeux d'Ecrevisses*. A. Crabs Eyes.

Candela, est Instrumentum Chirurgicum, rotundum, oblongum, tenue, ex flexili materia constructum, cujus apex materiam corrodentem continet, quod meatui urinario penis immissum, caruncul as consumit, vel absque corrosivo explorandis ulceribus vulneribusque inservit. B. Een koning-kaarsje. G. Ein Kertzlein.

Candelaria, seu Candela Regia, est Verbascum, quod etiam φλὸξ, Flamma & Cereus appellatur,

 quod

quod cerei in modum flosculis suis se erigat. Vide *Verbascum* & *Phlomos.* B. Wolle kruid / wolblat / Toortsen kruid. G. Wullkraut.

Candisatio, soli competit saccharo, quod in aqua solutum, purificatum, atque quadantenus inspissatum, in crystallos concrescit, idque candisari vocant. Imponunt autem solutioni nonnunquam res medicamentales solidas, ut crystallis illis saccharatis obducantur, easque confectionibus adnumerant. B. Candelisering. G. Kandelisirung. Gall. *Candisation.* A. Candying.

Candum, melius *Canthum*, saccharum dicitur in crystallos redactum, vulgo *Saccharum candi* sive *candum*, *canthum*, id est *angulosum*, *candidum*, *crystallinum*, *lucidum.* Estque saccharum depuratum, candisando in crystallinam formam sec. art. redactum, ad modum quo salia crystallisantur: Est pro viliori vel depuratiori saccharo vel rubrum, vel album, à κάνθος angulus. B. Kandy-suiker / Stok-suiker / quia bacillos ollis imponunt, ut nempe crystalli ex syrupo spissiori iis adhæreant. G. Zucker-Kandey. Gall. *Sucre Candi.* A. Sugar-candy.

Canella, vide *Cinamomum.* Videtur nobis derivari à Canna, hinc *Cannula* & *Canella*; sunt enim cortices Cannam referentes.

Canicæ, sunt furfures, vel potius farina secundaria, quæ ex furfuribus, & pane constat, hoc est cui flores cribro adempti sunt. Sic dicitur, quia canes iis pascerentur: hinc *Panis Canicaceus.*

Canicida, est Aconiti venenosi species: sic dicitur, quod canes exinde moriantur. Ex canis, & cædo: vel cedo.

Caniculares dies ita vocantur definitum quoddam tempus in media æstate, mensibus Julio & Augusto, in quo plerumque aër valde calidus est: ideo notandæ Medico, quoniam hoc tempus, juxta Hippocratem, purgationi non est idoneum. B. Hondsdagen. G. Hundstage.

Canina Appetentia, vide *Cynodes Orexis.*

Canina Brassica, est *Mercurialis.* Græc. Κυνοκράμβη.

Canina Lingua, idem quod *Cynoglossum.*

Canina Malus, idem quod *Mandragora.*

Canina Rabies, idem quod *Hydrophobia.*

Canina Sentis, idem quod *Cynosbaton.*

Canini Dentes, vide *Dentes* & *Cynodontes.*

Canirubus, quasi *Rubus Caninus*, idem quod *Cynosbatos.*

Canis Cerebrum, est *Antirrhinum*, quia folliculi seminales canis capiti mortuo & osseo similes sint.

Canities, est mutatio capillorum in colorem album ante legitimam ætatem. Canities vero duplex adhuc est, altera quæ secundum ætatis cursum obvenit: altera vero quæ vitiosa, & morbosa ab *Aristotele* nuncupata est, & ex degenerascente pilorum nutrimento producitur. B. Grijsheid. G. Graue/ oder weisse Haar. Gall. *Blanchissure de cheveux.* A. Grayhair.

Canna & Cana, apud Hebræos *Kanech*, calamum significat, unde hoc nomen originem habere videtur.

Canna Major, idem quod *Tibia.*

Canna Minor, idem quod *Fibulæ os.*

Cannabina, Habitus ejus est Cannabis, flos mas calice & staminibus constans in una planta: ovarium est capsula longa, trigona, fæta seminibus multis, ita vocatur, quia Cannabim refert: est Eupatorium Cannabi simile: Tournefortius ad Bidentem refert.

Cannabis, Est planta, quæ habet caulem rectum, quadratum, unicum, villosum, asperum, excavatum, cortice filamentoso tectum: folia digitata instar manus apertæ, in quatuor vel quinque partes divisa, dentata, viridia, subfusca, aspera, odoris ingrati: flos apetalus est, comprehensus calice quinquifido, expanso, & stamina quinque habens, in una planta; ovaria bicornia, conferta in caulibus, rotunda, testa dura, tenui, fragili, includentia semina globosa, parva, quæ sub tenui cortice ex cinereo spadiceo glabro includunt medullam albam, saporis subdulcis: radix est annua, simplex, lignosa, alba, fibris instructa: colitur hæc planta in pratis circa loca humida; distinguitur in duas species, una est Cannabis mas, altera fœmina sive sterilis: quasi Κάναβος dicitur, quod circa fonticulos, sparsasque scaturigines, sponte & sata luxuriet; κάναβοι enim fontes sunt, multiplici rivo sparsi, alii duducunt à canna, quia Cannæ instar ejus truncus cavus sit, *Barbaris* & *vulgo Canapus Sativa* Gr. Σχοινοτρόφον, quod magni in vita usus sit ad robustissimos funes texendos. *Sylvestris*, Latini *Terminalem* vocant. B. Kennip. G. Hanf. Gall. *Chanvre.*

CANNULA, est instrumentum Chirurgicum, cylindricum, cavum, utrimque apertum, cum manubrio, per cujus cavum cauteria actualia protruduntur & diriguntur, ne vicinas partes lædant exurendo; inservitque itidem acubus quibusdam, ubi foramem apertum relinquendum, veluti cum in ascitide aquam educere tentamus. B. Een holpyp. G. Ein Hole Rohrpfeif. Gall. *Cannule*.

CANON, est instrumentum Chirurgicum, quo, mediante acu, vulnera hiantia consarciuntur: Est rectum vel curvum, pro varia vulnerum φάσει. B. Een Kanon/ ob similitudinem. Item, Een gebenstert naeyppyjen. G. Röhrlein..

CANTABRICA PLINII, eam putant esse Scorsoneram, in Hispania primum inventa est, per Divi Augusti tempora, idque à Cantabris, unde nomen retinuit.

CANTHARIDES, sunt insectum pedatum, alatum, vaginipinne, oblongum, muscæ majoris magnitudine, colore viridi, & aureo, lucente, reperiendum in frumentis, rosis, fraxinis, oleastris, in Italia & Hispania, saporis acris & corrodentis, cujus vis vesicatoria, quando cuti applicatur, est insignis, diuresin tam valide movens, ut ab usu ejus externo haud raro stranguria, imo mictus cruentus excitetur. B. Spaansche Vliegen. G. Gunner kefer/ Spanische fliege. Gall. *Mouches Cantharides*. A. Spanisch-flies.

CANTHUS sive HIRCUS, est angulus oculi, qui vel major sive internus, vel minor sive externus. Gr. κανθός. Quorum qui ad nasum sunt, ῥυτῆρες & πηγαὶ appellantur, quod inde lachrymæ effluunt: & qui ad tempora, παρωπίαι *Poll. Nicandro*. B. De oog-hoek. G. Der Augen-Winckel. Gall. *Angle ou coin de l'œil*. A. The corner of the eye.

CANTUM SACCHARUM, vide *Candum*.

CANUM CERASA, vide *Xylosteum*, est Periclymeni species.

CAPELLA, idem quod *Cupella*.

CAPHORA, idem quod *Camphora*.

CAPILLAMENTA, sunt filamenta illa tenuia, in florum medietate surgentia: seu particulæ teretes & oblongæ, in capilli modum extenuatæ: vocantur & caudæ, quæ nectendis sustinendisque capitulis inserviunt, interdum tam tenuia sunt, & ita petalis innata, ut vel non

ap-

appareant, vel ex ipsis quasi petalis oriri videantur: cæterum diversus plerumque in quibuslibet florum speciebus assignatur locus, unde masculina organa suam sortiuntur originem: hæc autem filamenta, vel simplici, ut in Gramineis, umbelliferis & similibus plantis, vel duplici, ut in Ricino, Lauro &c. vel multiplici vasorum spermaticorum serie constant, ut in Malvaceis & leguminosis obtinet. vide stamina. B. De Draadjes in de blom. G. Die Fäserlein mitten in den Blumen. Gall. *Filets*. A. Threads.

Capillaria Vasa, sunt vascula minima, capilli speciem ob tenuitatem referentia. B. Hairige vaatjes. G. Haarkleine Gefäßlein. Gall. *Les vaisseaux capillaires*. A. Capillary Vessels.

Capillaris Herba, sic vocatur Capillus Veneris, Capillus terræ, Capillus aureus, Muscus capillaris, Trichomanes &c. idque ob capillorum ferè similitudinem.

Capillatio, est ossis cranii fracturæ species, sensum plerumque fallens; ferè latens, quia non facile se ostendit, mortis causam sæpe adfert: sic vocatur, quia fractura capillum refert. B. Een Hair-scheur. G. Ein Splitter in der Hirn-Schale.

Capillorum Defluvium, idem quod *Alopecia*.

Capillus, ac si diceres capitis pilus. B. Hoofd-hair. G. Haupt-Haar. Gall. *Cheveux*. A. The Hair of the Head.

Capillus Aureus, est *Polytrichum*: idque à similitudine capillorum, & aureo colore.

Capillus Veneris, est planta officinalis, quæ habet caulem durum & nigrum, fortem: folia Filicem referentia, sed ampliora, longiora, minutim incisa, crenata, dura, subrotunda, conjugata, & cauli accrescentia; floribus caret & fructus nascuntur in sinubus seu complicatione foliorum, in quibus occurrunt capsulæ sphæricæ, annulo vi elastica donato munitæ, cujus contractione rumpuntur & semina fundunt minutissima: radix fibrosa, nigra: appellatur ita fortè, quia illa planta pudendi muliebris pilos quodammodo referat; vel à speciosis reddendis capillis: nec alio nomine Veneris vox adjecta est, quam quod hæc pulcherrima pingatur. B. Venus-

nus-hair / Vrouwen-hair. G. Frauen-Haar. Gall. *Capillaire ou Adianthe*. A. Venus-hair, Maiden-hair.

Capistrum, eſt faſcia quædam Chirurgica, quæ capiti, in prolapſu, aut vulnere maxillæ inferioris, accommodatur. B. Een Hoofd-zwagtel / Hoofd-kap / Halſterband. G. Haupt-Windel. Gall *Capeline*, *Chevestre*, *Bandelette de tete*. A. Head-ſwadling-band.

Capita, circa herbas denotant rotunda illa ſeminum, aut florum receptacula. Vide *Codia*.

Capitatæ plantæ vocantur, quarum ſinguli floſculi, proprio caliculo ſuſtentati, arcte congeruntur in unum majus, quod rurſum uno calice eſt cinctum, communi plerumque.

Capitiluvium, eſt liquor, quo caput lavatur. Comp. ex *Caput & Lavare*. B. Een Hoofd-waſſinge. G. Haupt-Waſchung. Gall. *Lavement de tête*. A. Washing of the head.

Capitis Dolor, idem quod *Cephalagia*.

Capitis Granum, eſt *Staphyſagria*: ſic appellatum, quod capitis pediculos enecet.

Capitula, vid. *Apices*.

Capitulum Martis, eſt Eryngium, procul dubio, quia capitula habet armata, ſpinoſa, & martialia.

Capnites, Capnium, & Capnos, eſt *Fumus Terræ*, ſeu *Fumaria*. Ita dicunt vocari, quod ejus ſucco, ſi oculi irrigentur, lachrymæ, ut à fumo acri, extundantur; deducitur ἐκ τοῦ καίω καὶ πνοή, ut proprie ſic dicatur ἡ ἐκ τῆς καύσεως πνοή: aut παρὰ τὸ κάπτω ſeu κάπτω τὸ πνίω. Vide *Fumaria*.

Capparis, eſt arbuſcula ſpinis uncinatis armata, rami parum ſunt recurvi: folia ſunt rotunda, ſaporis aliquantulum amari: ſurculos agit, in quorum ſummitate habet parvos calices virides, qui ad condiendos carpuntur: ſi hi calices, poſtquam ad magnitudinem requiſitam devenerunt, in planta relinquantur, tum dehiſcunt & fiunt flores albi, roſacei, tetrapetali, expanſi, multis ſtaminibus donati: flori ſuccedit fructus pyriformis vel ſiliquoſus, carnoſus, in quo nidulantur ſemina plurima, plerumque ſubrotunda, vel reniformia: radix eſt longa, craſſa, ejus cortex eſt tubuloſus, rugoſus, craſſus, cinereus, ſaporis acris & auſteri; cujus cortices ex radicibus extracti ſunt in uſu, qui ſaporis amari, ſubadſtringentis,

gentis, acris sunt, nullius odoris; & annumerantur quinque radicibus aperientibus minoribus: à κωπαύειν, quod idem est ac καταπαύειν, sedare, quia furoribus medeatur. Nam est vox apud Aristophanem antiquissima; itaque non à campis, ut quibusdam placuit, neque ab infimi sæculi vocibus barbaricis derivatur. B. Kapper-boom. G. Kappern-Baum. Gall. *Caprier*. A. The Caper-tree.

CAPREOLARIA VASA, dicuntur ea, quæ in modum Capreoli mire intorta incedunt, ut sunt vasa sanguinea testiculis & ovariis dicata. B. Wynranks-vaatjes. G. Näbelein-gleiche Gefäßlein. Gall. *Vaisseaux en forme de Tendons de vigne*. A. Wreathed vessels.

CAPREOLI, sunt filamenta tenuia, ex caulibus enata, contorta, quibus plantæ nonnullæ dotatæ sunt, ut aliis sese annectant, uti est in Vite, Clematitum, Smilacum &c. speciebus. B. Klawieren. G. Die Näbelein an weinreben. Gall. *Les tendons*. A. Clasp, or Tendrolls.

CAPREOLUS AURIS. Vide *Helix*.

CAPRICERVA nomen est animalis cujusdam in India Orientali & Occidentali, quod partim capram, partim cervum refert; ideo inprimis notum, quoniam lapidem *Bezoar* suppeditat.

CAPRIFICUS, quasi diceres *Ficus capri*, fortè quia à Capris expetitur: vel à carpendo, quod parietes & maceries, atque adeo saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Mart. *Marmora Messalæ scindit Caprificus*. Gr. Ἐρινεὸς, seu Ἐρινὸς, an ab ἔρις, quod cum ex arbore velut contendendum sit & luctandum, ut maturet fructus suos. B. Wilde Vyge-boom. G. Wilder Feigen Baum. Gall. *Figuier sauvage*. A. The Wild Fig-tree.

CAPRIFOLIUM, est Periclymeni species: cujus folia ramorum nodis adhærent, bina, per intervalla sibi invicem opposita, oblonga, acuta, mediocriter ampla, mollia, in parte superiori viridia, in inferiori albescentia; finis pedunculi abit in foliolum, quod a pedunculo perforatur, in hoc foliolo, circa pedunculum perforato, emergunt sex ovaria plerumque longa, urceolata, quorum apex coronatur corona quinquifida; intra hanc, ut calicem apici ovarii innascitur flos monopetalus, inferius tubulosus, superius bilabiatus, superiori labio multifido, simplici, & linguæ simili: stamina quinque ex pariete interno tubulatæ partis floris: ovarium tuba longa apice

apice globoſo donata inſtructum, fit bacca mollis, per maturitatem rubicunda, fœta ſemine compreſſo, fere obrotundo, ſatis duro: radix longa, repens, lignoſa: ſic appellatur, vel, quod ejus folia à Capris avidè comedantur; vel quod extremi flexus ſint capreolati. Belgæ tamen Geitenblad vocant, quaſi hircum oleret, vel hirco quid ſimile haberet, vel, à capiendo, quod circumvolvendo ad ſe vicinas arbores aut frutices capiat, aut vocet. B. Kamperfoelie/ Memmekens-kruid. G. Geiß-Blat/ Speck-Gilgen/ Zeuling/ Wald-Gilgen. Gall. *Chevre-Fueille.* A. Wood-bind, hony ſuckle.

Caprisans pulsus ita vocatur, quando in medio ſui motus ita interrumpitur, ut ſequens ictus concitatior ſit, atque ita quaſi duplex deprehendatur.

Capsicum, ejus variæ ſunt ſpecies, ſed vulgatiſſima eſt ſiliquis longis propendentibus; habet caulem anguloſum, durum, villoſum, ramoſum: folia longa & acuta, inſtar Perſicariæ, ſed latiora, ſatis carnoſa, coloris viridis, fuſci, pediculis adhærentia: calix eſt parvus, brevis, rigidus, expanſus: flores monopetali, rotati, multifidi, fructui inſidentes: flori ſuccedit fructus mollis, membranaceus, in duo vel plura loculamenta diviſus, politus, ſplendens, in initio viridis, deinde flavus, poſt maturitatem ruber aut purpureus, fœtus ſeminibus planis, fere reniformibus, coloris flaveſcentis ſubrubicundi: radix brevis, tenuis, multas fibras dans: creſcit hæc planta in regionibus calidis, ut in Hiſpania plerumque pro pipere habetur Braſilienſi: & nomen hoc Actuarius accepiſſe credit à κάπτω, quod ſemen hujus non tantum mordeat, ſed urat. Vel ἀπὸ τῆς κάψης, quod in capſula ſeu folliculo, ac quaſi ciſta ſemen ferat. B Braſilie Peper. G. Indianiſcher pfeffer. Gall. *Poivre d'Inde*, *Poivre de Guinée*, *Poivre du Breſil*, *Corail de Jardin*, *Piment.*

Capsula Botanicis vocatur vaſculum quoddam ſeminale, unum vel plura ſemina includens, pro quorum numero ſiliquæ *Uni* vel *Bicapſulares* &c. vocantur.

Capsulæ Atrabilariæ, ſive *Renes Succenturiati*, aut *Glandulæ ſuprarenales*, ſunt duæ glandulæ flaveſcentes, compreſſæ, utrinque ſuperiori renum parti incumbentes, in quibus anguſta cavitas, liquore fuſco ſubdulci illita: figura harum valde irregularis, quadrata, triangularis, ovata &c. magnitudo varia, in adultis ſæpe inſtar nu-

ſtucis vomicæ majoris; in fætu vero major, & æqualis renibus, imo ſubinde major. *Uſus* eorum eſt ut lympham in ſuas cavitates ſuſcipiant, qua ſanguis craſſus à renibus refluus, & ſero maxima ex parte deſtitutus, diluatur, & ad curſum circularem fluidior reddatur: cum nullus ductus excretorius hactenus detectus ſit; ideo uſus harum incertior videtur, quam ut aliquid certi de his dici poſſit, videtur tamen major in fœtu quam in adulto, eſſe. B. De Nier-doosjes/ Nier-klieren/ malè zwarte Gal-blaasjes. G. Die Schlieren an den Nieren/ oder Nieren Sacke. Gall. *Les Glandes ſur-renales communément dites capſules atrabilaires.* A. The Reins glandules.

Capsula Communis *Gliſſonii* in Hepate, nihil aliud eſt quam membrana à peritonæo producta, cui porus biliarius, arteria hepatica, & vena portæ in hepate ſimul includuntur. B. De gemeine doos van Gliſſonius. G. Das Leber-Fäßlein von Gliſſon. Gall. *Capſule de la Veine Porte, ou capſule de Gliſſon.* A. The common cover of Gliſſon.

Capsula Cordis, idem quod *Pericardium.*

Capsula lumbaris idem quod *Sacculus Chyliferus.*

Capsulæ Seminales, ſunt extremæ, vaſorum ſemen deferentium, capſularum inſtar, dilatatæ cavitates, quæ per duo foramina, ſemen à teſtibus receptum, in veſiculas ſeminales emittunt, ut in iis ad coitus tempus aſſervetur, vel per vaſa lymphatica in maſſam ſanguineam reducatur. B. Zaat-doosjes. G. Das Saamen Fäßlein. Gall. *Capſules ou veſicules ſeminales.* A. The Seed-boxes.

Capulum, eſt palpebrarum, aliarumque partium contorſio, à κάμπτω contorqueo.

Caput, eſt pars corporis humani ſuprema, collo ſuperpoſita, in ſe concludens tertium ſive ſupremum ventrem, cerebri & cerebelli, in qua anima habitare videtur, domicilium præcipuum. Quod in ſummo poſitum eſt, oculorum gratiâ. Extus oſſibus tegitur & cute cum muſculis. Laterales partes ſinciput; poſterior occiput, & anterior frons dicitur. Infra frontem ſequuntur oculi, naſus, os, mala, mentum &c. B. 't Hooft. G. Das Haupt/ der Kopff. Gall. *La Tête.* A. The head.

Caput, Anatomicis etiam vocatur oſſis tuberculum, alterius oſſis cavum articulationis motusque arbitrarii occaſione ſubintrans, ut in oſſe femoris, humeri &c.

Ca-

CAPUT, in vegetabilibus eſt id, quod ſurſum deorſumve in globum extuberat, aut in orbem glomeratur. Si magnitudine ceſſerit, *capitulum* nominatur. Extremam tamen vitis partem *caput* etiam vocant, id eſt, ultimum & productiſſimum flagellum.

CAPUT GALLINAGINIS, eſt quædam in urethra caruncula, ſeu eminentia, juxta quam ex veſiculis ſeminalibus, tanquam per duos oculos ſemen in urethram excernitur, facta ne ſemen ex uno latere erumpens, in oſculum alterius lateris impingat. Atque ſic à ſimilitudine dictum vocatur quoque *caput galli gallinacei*. B. Het Hennen-hoofd. G. Das Henn-haupt. Gall. *La Caroncule*, *Tête de Poule*, & *Verumontanum*.

CAPUT MORTUUM, eſt reſidua illa materia, craſſa & ſicca, quæ in deſtillationibus omnium corporum, præcipuè mineralium remanet: communiſſimè autem remanentiam vitrioli notat, vulgo *Colcothar*, & *Terra Damnata*. B. De doode kop / doode overſchot. G. Der Todten-Kopff. Gall. *La Tête morte*. A. Dead head.

CAPUT-PURGIUM, idem quod *Errhinum*.

CARABE idem eſt quod *Succinum*.

CARANNA, eſt reſina duriuſcula, tenax, non admodum glutinoſa, foris ex cinereo nigricans, ſaporis amaricantis, odoris fragrantis; Tacamahacæ ſimilis, niſi quod ſit paulo odoratior, ſplendidior, liquidior & denſior. Adfertur ex Carthagine Indiæ Occidentalis ſeu novæ Hiſpaniæ provincia, ubi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc foliis latis ac nervoſis inſtar arundinaceorum foliorum involuta ad nos pervenit. Sæpe illud gummi in cucurbitis excavatis quoque colligitur.

CARBO, vide *Anthrax*.

CARBO FOSSILIS vide *Lithantrax*.

CARBUNCULUS, idem quod *Anthrax*.

CARCHESIUS, eſt laquei ſpecies, ex duabus conſtans habenis, vim habens æqualiter extendendi. Sic dicitur à fune, qui in ſummo navis malo habetur, quem Gr. καρχήσιον appellant. B De marg-ſtrik. G. Das Sägelloch-Strick. Gall. *Lacq d'hune*.

CARCINODES, eſt tumor cancro ſimilis, ex καρκίνος cancer, & εἶδος forma. B. Een kanker-gezwel / de Wolf / de Vzet. G. Ein umb ſich freſſend Geſchwär / wie der Krebs in der

der Nasen / oder anderswo. Gall. *Chancre.* A. A Species of a cancer, crab.

CARCINOMA, CARCINUS sive CANCER, est tumor semper in glandulis productus, ab acribus & obstruentibus humoribus ortum ducens, rotundus, durus, lividus, dolens, in principio pisi magnitudine, sed postea gaudet venis circum se turgidis, pedesque cancri referentibus, quamvis non semper; qui si tenuem, rodentem, fœtidum ichorem fundit, *apertus* vel *ulceratus* dicitur. Ex καρκίνος cancer, & νέμω depasco. B Kanker-gezwel / Kreeft-gezwel. G. Der Krebs / das Gefräß / der Wolff. Gall. *Ulcere Chancreux*, *Cancer*, *Chancre.* A. A Canker.

CARCINUS, idem quod *Carcinoma.*

CARDAMANTICE, dicitur & *Iberis*, & CARDAMINA.

CARDAMINE, & CARDAMON, Nasturtii species, est planta, quæ folia ex radice erumpentia habet oblonga, obrotunda, caulibus longis adhærentia: flores in summitate caulium crescentes, albi, aut aliquantulum purpurei, quadrifidi, cruciformes: flori succedit siliqua oblonga, bivalvis, cujus valvæ per maturitatem helicis in star retroflectunt, & semina exigua subrotunda magno impetu ejiciunt: radix parva & fibrosa: hæc planta crescit in pratis & locis humidis: ex κάρα δαμᾶν quod caput tentat acrimonia sua dici volunt: Malunt alii παρὰ τὸ κόρας μύειν dictum, quod oculorum pupillas coëuntibus una palpebris, abscondat. Iterum alii ἀπὸ τῆς καρδίας, quod foveat cor, & in syncope illa, quæ cardiaca dicitur, plurimum valeat. Vel ἀπὸ τῆς καρδάμου: imo verum Etymon ἀπὸ τῆς καρδίας censeo: quod cordatos & sapientes efficiat. B. Waterkers. G. Bachmunk. Gall. *Cardamine*, *ou cresson des Prez*, *ou Passerage sauvage.*

CARDAMOMUM, habetur & *majus*, *medium* & *minus*. De majori duas species vidi, *vulgare* nempe quod oblongis folliculis includebatur, magnitudine seminis, quod in minori concluditur: Nigrum erat uti Aloë succotrina; sapore Cubebam fere æmulans. Vulgo *Grana Paradisi*. B. Paradys grein of-koren. G. Paradieß-Körner. Gall. *Grains de Paradis*. A. Grains of Paradise, Greater Cardamom. Altera species concludebat semen in duobus folliculis, colore & magnitudine Cannabis semini non cedens, sed sapore eodem. Primo intuitu videbantur mihi esse nuces avellanæ, suis calicibus externis viridibus

& exficcatis, inclufæ. Sed unicus calyx duos folliculos comprehendebat. *Medium* necdum vidi. Sed *Cardamomum minus vulgare*, minoribus includitur folliculis, albis & tripartitis, non piperem fapore æmulans, fed magis Aromaticum veluti ex caryophyllis & caphura, à κάρδαμον & ἄμωμον, habens ob faporem, cum Cardamomo, & Amomo fimilitudinem, vel dictum putant quafi Nafturtium fuave. Sed verifimilius nomen accepit ab exotico vel Arabico verbo Cordumeni. B. Kleine Kardamom, Paradys-Koorn. G. Cardamömlein. Gall. *Maniguette, petit Cardamom.* A. Cardamom, grains of paradife.

Cardamon, Græcè *Nafturtium fativum* Latinè fonat. Barbari noftræ ætatis Herbarii *Creffionem Hortenfem* vocant. *Cardamon* vero Græcis nonnulli dictum effe arbitrantur à καρδία corde, quod ejus morbis medeatur: vide *Cardamina*. Alii diverfa ratione ufi, fic dictum credunt, quod caput fuo calore & acrimonia tentet, quafi καρηδαμον putant. Nam arcem mentis obfidens fua ferit acrimonia, & ignea vi præditum caput tentat. & alii a κέαρ cor, & δομάω domo, quafi planta cordis deficientes vires reftaurans. Vide *Nafturtium*.

Cardia, feu κέαρ, eft cor, five mufculus principaliffimus, fanguini duntaxat circumferendo deftinatus: vide *cor*, à κραδαίνω palpo, vibro, ideo etiam pro καρδία dicitur κραδία. B. Het Hart. G. Das Hertz. Gall. *Le Cœur.* A. The heart. Vocatur interdum *Stomachus*, five finiftrum ventriculi orificium. B. De krop van de Maag. G. Der Mund von den Magen. Gall. *l'Orifice de l'eftomac.* A. The Mouth of the ftomack.

Cardiaca, eft planta, Marrubio fatis fimilis, plures habet caules ad altitudinem duorum vel trium pedum, craffos, angulofos, fungofos, intus medullofos: folia Marrubio majora, fubrotunda, Urticam referentia, profunde incifa, virido fufca: flos monopetalus, labiatus, cujus labium fuperius imbricatum & multo longius eft inferiore tripartito: ex calice furgit piftillum pofticæ floris parti ad inftar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ftipatum, qui deinde abeunt in totidem femina, angulata, totam capfulam, quæ floris calix fuit, occupantia: femina triangularia, nigra: radix fibrofa: tota planta fortem habet odorem, & faporem amarum, crefcit in locis incultis, lapidofis: fic dicta quod morbis

cor-

cordis, vel potius ſtomachi medeatur, καρδία enim cor eſt. B. Herts-geſpan. G. Hertz-Geſperrn. Gall. *Agripaume*. A. Mother-wort.

CARDIACA PASSIO, *Cardiacus morbus*, *Cardiaca & Stomachica exolutio*. Idem quod *Cardialgia*. Item eſt ſuffocatio cordis ex polypo, vel ſanguine coagulato &c. à καρδία cor. B. Een hartſtikking. G. Hertz Erſtickung. Gall. *Suffocation de cœur*. A. Pain of the heart, or mouth of the ſtomack.

CARDIACUM ſeu CORDIALE, eſt Medicamentum, cor (ut olim putabant) roborans: Sed potius blandum, humores, qui deficiunt, reſtaurando idoneum; vel motum ſanguini inducens, quo vires corporis augentur, & ſpiritus exhauſti reficiuntur, unde circulatio per conſequens benignior & facilior redditur, ex καρδία cor, & καίω uro. B. Een hartſterking / ſed malim, bloed-ſterking. G. Ein Hertzſterckend Träncklein. Gall. *Potion cordiale*, *cordial*. A. Cordial Medicines.

CARDIALE, idem quod *Cardiacum*.

CARDIALGIA & CARDIOGMOS, Plinio *Roſio Stomachi*, eſt dolor ingens, morſus, roſio, aut contractio in parte ſuperiori ventris ſub cartilagine enſiformi, ubi hæret ſuperius ventriculi orificium, cui plurimi nervi paris vagi & intercoſtalis inſeruntur, à materia vellicante in ventriculo contenta, vel inflammatione in illo oborta. Ita ut ejus dolore cor, ob conſenſum, anguſtatum, & contractum, Lipothymiam pati videatur. Vide *Cardiaca paſſio*, à καρδία cor, & ἀλγέω vel ὀδύνω doleo. B Maag-pyn / herte-pyn / herte-wee. G. Das Magendrucken / Hertz-Wehe. Gall. *Douleur d'eſtomac*. A. Pain of the heart, or mouth of the ſtomak.

CARDINALIS FLOS, ſive Trachelium Americanum, ſic appellatur, quod iſtius floris color ſummè rubicundus Cardinalium veſtimenta æmuletur, præſertim ſole meridiano.

CARDIOGMOS, Idem quod *Cardialgia*, ex καρδία cor, & ὀδύνω doleo.

CARDOPATIUM, vide *Chamæleon*.

CARDUUS, an à *Cactos*? eſt herba ſpinoſa.

CARDUUS BENEDICTUS eſt planta, quæ caulem habet craſſum, hirſutum, duos vel tres pedes altum; folia oblonga, mediocriter lata, fere inſtar Taraxaci laciniata, hir-

Carica, ſic Ficus vocatur à Caria natali ſolo.

Caries, Teredo, Teredum & Pædarthrocace, eſt oſſis cancer, ſeu corruptio & exeſio, cum perioſtei ablatione, & mutatione coloris oſſis naturalis in flavum, fuſcum, vel nigrum, pro majori minorive corruptionis gradu, à medulla in ejus cavernulis putrefacta, vel aliis humoribus acribus, ibidem ſubſiſtentibus, oſſis laminas corrodentibus, ſeparantibus ab invicem, orta. B. Beenvreter / opeeten der beenen. G. Beinfäule / Beinfräſſer. Gall. *Carie, pourriture & vermouliſſure des os.* A. Rottenesse of the bones.

Carina, eſt illud rudimentum ſeminale primum, quod à mare communicatum ovo fœminino, poſt varias mutationes fit ipſum animal; quodque propriè ſic dicitur, cum conſtare obſervatur ex cerebro, cerebello, medulla ſpinali, ex quibus, explicatis, auctis, mutatis, cum aliis accretis conjunctis, animale corpus naſcitur.

Carlina ſeu Carolina, planta officinalis, quæ habet folia ex radice erumpentia, longa, ampla, profunde inciſa, repentia, in orbem diſpoſita, aſpera, aculeata inſtar Carduorum, coloris viridis pallidi: calix multis expanſis aculeatis foliis Cardui conſtat: floris diſcus ſat patulus, conſtans floſculis fiſtuloſis, radiatus ita ut petala plana ſint, & ſecundo ſterilia: ſemina poſt ſingulum florem ſunt in apice vel papposa, vel emiſſis radiis penicilli modo coronata, foliolis exiguis a ſe mutuo diſſectis: radix ſat craſſa, cauliformis, fibroſa, ut plurimum in ſuperficie carioſa, foraminulenta, coloris foris rufi, intus albidi, odoris gravis & fragrantis, ſaporis penetrantiſſimi aromatici: ſic dicta à Carolo Magno, primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus uſu hujus radicis liberatus, & præſervatus à peſte olim fuiſſe fertur: dicitur etiam Leucanthe a λευκὴ alba & ἄκανθα, quaſi ſpina alba. B. Everwortel. G. Mariendiſtel / Eberwurtz. Gall. *Carline ou Cameleon blanc ou Chardonnerette.* A. Carline-Thiſtle.

Carminantia ſeu Carminativa, dicuntur flatus diſcutientia, ſimulque inteſtinorum dolorem tollentia, uti Aniſum, &c. Vel etiam, quæ inordinatum fibrarum in tunica inteſtinorum muſculari motum emendant. Carminare enim ſignificat demulcere carminibus: veteres enim exiſtimabant, Poëtas ope ſuorum carminum demulcere

posse dolores atque motus nimis vehementes; unde Poësios æquè ac Medicinæ inventor habitus est Apollo. B. Wind-breekende of dryvende middelen. G. Wind vertreibende Mittel. Gall. *Remedes Carminatifs.* A. Carminative Medicines.

CARNEOLUS, vide *Sardius Lapis.*

CARNIFORMIS ABSCESSUS distinguitur Severino a Sarcomate, quod sit durior, firmiore substantia præditus, subjectæ parti affinis, non valde elatus, sed expansus, membraneis fibris intertextus, & ad musculos, inprimis prope articulos, oriri suetus.

CARNOSA MEMBRANA, sive caro quadrata, vel palmaris brevis, hæret in aponeurosi palmaris longi, dicitur contractam volam explicare. B. Vleeschig vlies. G. Fleischichs Häutlein. Gall. *Le Palmaire Cutané ou le court palmaire.* A. Carnous membrane.

CARO, est substantia muscularis, constans ex fistulis, sanguinem ex arteriis accipientibus, inque venas revehentibus. Veteribus dicitur quintuplex *Musculosa*, *Fistulosa* sive *Fibrosa*, ut in musculis & corde. *Parenchymatica*, ut pulmo, hepar, lien. *Viscerosa*, ut intestina. *Glandulosa*, ut pancreas, glandulæ mammariæ, salivares &c. *Spuria* ut Gingivæ, labia, penis glans, &c. Gr. σάρξ & κρέας, sed illa distinctio nullius est momenti, cum nulla caro sit, nisi musculosa. B. Vleesch. G. Fleisch. Gall. *Chair.* A. Flesh.

CARO, etiam significat substantiam istam molliorem fructuum succulentorum, quæ cortici subest, quam alias pulpam vocamus, ut *Pulpa*, vel *caro Cassiæ*, *Cydoniorum.* B. Vleesch. G. Fleisch / das weiche im Obs. Gall. *Chair.* A. Pulp.

CARO QUADRATA, sive CARNOSA MEMBRANA.

CAROTA & CARYOTA, credunt à Germanica voce derivari *Gar root*, hoc est totum rubens, quia radix intus & extus obscurè rubet: sed errant, nam à Græcis vocem hanc mutuati sunt Romani; derivatur enim à κάρον, sed Dores κάρας dixerunt. B. Karoote. G. Karot / Rohte Ruben.

CAROTIDES *Arteriæ*, sunt duæ arteriæ ortæ ex aorta paulum supra cor, ubi incurvari incipit, sursum exporrectæ versus caput; una est *dextra*, altera *sinistra*, utraque adscendit ad latera Tracheæ, nullos ramos dans; in pro-

progressu vero dividitur in *externam*, & *internam*; nam postquam carotis ad cranium fere appulit, oritur *externa*, quæ paulum reflexa, ad fauces, faciem, capitis verticem, & retro aures variè distribuitur. *Internus* alter vero ramus apparatu quodam velut mechanico, os cuneiforme pertransit, in eo enim peculiaris in utroque latere canalis insculpitur, in quo arteria illa in majorem cautelam tunica insuper ascititia crassiore investitur, sic igitur ductu instar S. duplicis canali osseo elapsa, tunicam ascititiam deponit, & τῷ ἐγκεφάλῳ suo sanguine prospicit, circa nervum igitur ophthalmicum ascendens, ad latera porrigitur, deinde ad anteriorem cerebri regionem intra ductum nervorum olfactoriorum: Ultimò ad posteriora protenditur & juxta medullam oblongatam & spinalem medullam cranio exiens, eam suo liquore ad os sacrum usque irrigat. Olim arteriam illam vertebralem, seu internam vocabant, eo quod putarint eam ascendere & cranio immisso cum carotide conjungi, quod tamen juxta accuratiss. *Willisium*, secus experimur. *Soporales* seu *Carotides* vocantur, quia si vinculô constringantur, ilico affectus soporosi excitantur: Veteres enim malè soporem ordinarium inde produci existimabant. *Carpo* & *Celso* Σφαγίτις appellantur, id est jugulares, a καρόω soporem induco. B. De krop-slag-aderen/ de slaap-slag-aderen. G. Die grossen halsaderen/ die schlaff-puls-adern. Gall. *Arteres carotides*. A. The carotik Arteries.

Carpentaria, in Gallia vocatur, propriè *Herba Judaica*, sic dicitur, quod fabri lignarii eâ vulneribus medeantur: *un charpentier* enim est faber lignarius, eo quoque nomine *Nasturtium hyemale* appellatur.

Carpesium, qualis sit planta inter Eruditos disquiritur; alii Cubebem volunt, alii Ruscum, alii aliud quid. Gr. Καρπήσιον, a κάρφος festuca tenuis vel palea, quæ in frugibus aruit: vel è κάρφη, cum verius de caulium quam radicum sarmentis dici videtur.

Carpia, à Gallica voce *charpie* originem ducit, vulgò *carpie*. Latinis *linteamentum carptum*, vulsumve è linteis concerptis: *Linamentum rasile*. Gr. τιλτὸς μοτὸς, Ἀλέτορος *Æginetæ*, τίλμα *Apsyrto*. *Delinamentum sanarium*; est concerptum linamentum, quo vulneri ulcerive immisso sanies inanitur. ἔμπυος μοτὸς *Hippocrati Linamentum rasile*, è lanugine linteorum crasa conficitur. ξυσὸς

μοτὸς, ξύσμα Erotiano, ἄχνη ὀθονίου Hippocrati. B. Geschrabde wieken. *Linamentum tortile* à materia contorta fit, στρεπτὸς μοτὸς. B. Gedraide wieken / vulgo pluksel. G. Pluckel. Gall *Charpie*. A. Plucking of Linne.

Carpinus, est Aceris species, cortex hujus arboris est scaber & asper, coloris albescentis: rami valde extensi; lignum durum, albescens: folia satis ampla, dentata, Ulmi satis similia: flos amentaceus est, petalodes, axi longo communi adnatus; staminibus multis sub foliolis natis, in uno loco plantæ hærens: Ovarium ovatum apice piloso, membranaceo involucro tectum, & tubis binis instructum, fit fructus in eadem planta loco a flore remoto, in spicis foliaceis reconditus, osseus, umbilicatus, compressus, striatus, fœtus nucleo rotundo acuminato: putatur dici à carpo, vel à κάρφω sicco, quia lignum habet siccum, vel quod facile finditur. B. Joli-hout / Joli-boom / Wiel-boom / Hane-beuk / Boog-hout. G. Hanen-Buchen / Stein-Buchen / Leinbaum / eine gattung Maßholderbaum. Gall. *Carpene*, *Haistre*, *Hestre*, *Charme*. A. The Horn-beam, or hard beam tree.

Carpobalsamum, est Balsami fructus, qui in quibusdam compositionibus veterum, & inprimis in Theriaca adhibetur, sed rarissime prostat, hinc recepto hodie usu Cubebæ substituuntur: Ex καρπὸς fructus, & βάλσαμον. Vide *Balsamum*.

Carpus, vulgò Brachiale, prima palmæ pars *Celso* καρπὸς, κλεὶς *Hesich.* est pars brachii inter partem inferiorem cubiti & manus: Constat ex officulis octo, in duos ordines distributis: per primum cubitus manui connectitur, secundus cum Metacarpo conjungitur. B. Voor-hant / Gewerf van de handt. G. Das Gelenck an der Hand. Gall. *Le poignet*, *l'avant bras*, *Le carpe*. A. The wrist.

Carthamus, sive Cnicus, Est planta, quæ caulem unicum ad altitudinem duorum circiter pedum dimittit, rectum, longum, rotundum, lignosum, durum, in parte superiore in plures ramos divisum: folia sunt oblonga, mediocriter lata, acuta, venosa, ad ambitum multis spinis instructa: summitates ejus habent multa capita desquammata, avellanæ crassitie, alba, foliorum capitulo instructa: hisce floribus delapsis apparent semina oblonga, nuda, hordei grano paulò crassiora, polita, alba,

ba, ſplendentia, cortice duro tecta, & plena medulla alba, dulci, oleoſa, poſtea acri, & nauſeoſa: radix eſt tenuis. flores Tinctoribus inſerviunt ad colorem rubrum conficiendum: An à καθαίρω purgo, & alvus? vide *Cnicus*. B. Wilde of baſtaard Saffraan. G. Flor Saffran/ wilder Saffran.

Cartilago, eſt pars alba, ligamento ſiccior, duriorque; oſſe vero mollior, admodum elaſtica, & lubrica: obducit oſſium capita & cava, inunctaque pingui linimento, ex glandulis ligamentorum ſecreto, articulationem faciliorem reddit, partes varias ab injuriis externis defendit, & fulcrum præbet, cui proximæ partes adnaſci poſſunt. Gr. χόνδρος. B. Kraake-been / knor-been. G. Kroſpel-Bein / Knorpel. Gall. *Cartilage*. A. A Cartilage, or griſtle.

Carum, & Caruum, vide *Careum*.

Caruncula eſt diminutivum *carnis*. denotat vox aliquando morboſas quasdam carnis excreſcentias; vel etiam particulas quasdam carneas, quæ in fluxu dyſenterico per alvum, & in morbis Organorum Uriniferorum per urinam excernuntur.

Caruncula, vid. caput gallinaginis.

Caruncula Oculi, eſt corpuſculum in angulo majori oculi ſitum, ſpongiolæ formam habens, multis protuberantiis hirtum, veluti acinus botryos, colore rubro; operculi inſtar incumbens ſacculo lacrymali, transſudans ex glandulis ſuis continuo humorem tenuiſſimum, ne areſcat vel cum vicinis concreſcat partibus; cujus uſus eſt, ne palpebræ contra bulbum oculi perfecte claudantur, ſed per hanc eminentiam cavum maneat, in quo liquidum lacrymarum collectum, per puncta deinceps lacrymalia abſorberi commode poſſit. Non reperitur hæc caruncula in animalibus, quibus cortina adeſt; non pertunditur ullis foraminibus hactenus notis, ex quibus liquidum qualecunque exire poſſit, neque videtur eſſe operculum ſacci lachrymalis lachrymas imbibens, nam ſimulac duo puncta lacrymalia læſa ſunt, integra licet caruncula, fit lacrymarum ſtillicidium; verus ergo ejus uſus videtur, ut non ſolum liquidum lacrymarum determinetur in puncta lacrymalia, ſed illud ſebaceum ibi appulſum, affigatur & colligatur ad ſcabritiem dictæ carunculæ, unde poſtea in lemas ſiccatum averritur. B. Het Oog-

klierrtje. G. Der augen schlieren. Gall. *Caruncule lacrymale.* A. Caruncule of the eyes.

CARUNCULÆ LACHRYMALES, idem quod *Carunculæ oculi.*

CARUNCULÆ MYRTIFORMES, sunt orificii vaginæ muliebris corrugationes, seu membranosæ inæqualitates nullo certo numero comprehendendæ, quæ in parturientibus, & post partum ita obliterantur, ut earum vestigium vel minimum non remaneat. Ut plurimum conspiciuntur quatuor; ex hymenis laceratione creduntur oriri, & nunc duæ, vel tres, nunc quatuor observantur, eo præcise loco, ubi olim hymen erat; desuntque in infantibus. B. Vleeschige heuveltjes. G. Myrten-gleiche bißlein oder Fleisch. Gall. & A. *Caruncules myrtiformes.*

CARUNCULÆ PAPILLARES, sunt corpuscula exigua in renibus, numero duodecim; propriè sunt fasciculi à concentratione canaliculorum, ex quibus renum substantia maximè constat, orti, qui serum à canaliculis recipiunt & in pelvim deducunt. B. Tepelwyze klierrtjes. G. Wärzlein / oder Tuchels gleiche schlieren. Gall. *Caruncules papillaires ou les Mamelons.* A. Caruncules in the reins.

CARUS, est sopor in quo ægri vellicati, compuncti aut vocati, vix sensationis notas ostendunt, est tamen aliqua perceptio, sed subitanea, absque febre, vel ut multi volunt cum febre, circa morbos enim soporosos maxime dissentiunt Medici, Lethargo major, & Apoplexia minor est. Causa est obstructio vel compressio Pororum & Meatuum versus cerebri meditullium euntium & in corporis callosi limbo saltem extimo sedem habentium, ipso cerebro illæso manente, à καρόω soporem induco. B. Slaap-zugt / slaap-ziekte. G. Schlaff-sucht. Gall. *Espece de lethargie.* A. A Profound sleep.

CARYOCOSTINUM, est Electuarium, sic vocatum quod caryophyllos & costum recipiat.

CARYON, nux est cujusvis generis, sed præsertim juglandis: à κάρα caput, quia est fructus rotundus, instar capitis humani: vel quia capiti gravedinem adferat.

CARYOPHYLLATA: est planta, quæ habet folia lobata, id est quibus ad latera excrescunt alia folia prioribus majora, & ad Pentaphylloides accedunt, hinc Rajus aliique posuerunt ad Agrimonoides ob habitus similitudinem,

vil-

villosa instar Agrimoniæ, sed magis dura & aspera, coloris viridis magis fusci, in margine incisa; flos est rosaceus, constans plurimis petalis in orbem positis, e divisuris calicis monophylli & pelviformis prodeuntibus; pistillum abit in fructum fere globosum, in quo semina plurima colliguntur oblonga caudata: radix crassior, oblonga, obrotunda fere & fibrosa, coloris obscuri, odoris caryophylli: sic dicitur, quia ejus radix caryophyllos quodammodo sapit & olet; appellatur etiam *Herba benedicta* & *Sanamunda* à divinâ suâ efficaciâ. B. Nagel-wortel of kruid. G. Benedicten Wurtz. Gall. *Benoite*, *Galiot*, *herbe benite*. A. Avens, Herb-Bennet.

Caryophylleus Flos, est planta florifera, monoangeia, polysperma, cujus flores caryophyllos olent, unde nomen. B. Nagelbloemen / Gronoffels / Angelieren / Teste-bloemen. G. Nagel-blumen / Graß-blumen / Nägelein blumen / Nelcken. Gall. *Giroflée*, *Oeillets*. A. Gilli flower, or Clove July flower.

Caryophylli, Garyophylli, ac si diceres *Nucifolium*, nomen, quod ipsi rei neutiquam respondet. *Caryophyllorum* arbores propagantur maturo ipsorum fructu, qui non est vulgare illud *Caryophyllum*, in tabernis notum, illud enim rudimentum saltem est fructuum. Ipse fructus Aromaticus immaturus, non aliud videtur esse, quam quod verbi gratia, in rosa calicem, & quidem speciatim ejus capitulum, tandem fructum Cynosbati constituit: hujus pars superior in quatuor cuspidulas divisa cum rosarum illo cortice laciniosо, Alabastri nomine noto, convenire videtur: ipse flos summitati huic innascens exterius quatuor crassioribus pelliculis involvitur; quæ invicem complicatæ globulum illum efformant, hisque se pandentibus flos demùm in conspectum venit, itidem quatuor foliolis primo candidis, deinde virescentibus, ex umbilico sive quadrato alveolo enatis constans, & multis staminulis albis, antheræ in modum, quasi totidem flosculis, prominulum ex umbilici medio apicem vel clavum ubique cingentibus, consitus. Baccæ quando è viridi aut pallido rubescere incipiunt, capitulum aperiunt, floremque ostendunt, & earum vindemia instat, quæ cratibus imponuntur, & latis Ari foliis tectæ per aliquot dies fumo macerantur, deinde in sole exsiccantur, donec fulvum illum colorem acquisiverint, quali vulgo

vulgo cernuntur. Arbores sunt quibusvis Lauris celsiores, non frutices. Folia Lauro quoque simillima sed angustiora B. Nagelen / kruid-nagelen. G. Nelcken / Nägelein. Gall. *Clou de Girofles.* A. Cloves. Fructus porro maturi, quadruplo ferè majores sunt & crassiores, vulgo *Antophylli* dicti: Nucleum continent durum majores; sunt & magis ventricosi. B. Moeder nagelen. G. Mutter Nelcken. Gall. *Antophyll.* A. Great cloves; Est & alia species admodum rara, minori forma, sed magis denticulata, & vocatur nostratibus Kroon-nagelen & Koningsnagelen. Omnes illæ species apud me prostant. Est & cortex quædam ex America, & insula Cuba, allata, quæ & odore & sapore Caryophyllis neutiquam cedit, vocaturque cortex Caryophyllorum; arboris Xocoxochiti, seu Piper Tavasci dictæ ab Hernande. B. Nagel-hout. G. Nelcken-Holtz. Gall. *Bois de giroffle.* A. The wood of the clove tree. Sunt & alii *Caryophylli Plinii* dicti, rotundi, magnitudine ribium, colore fusco, facile friabiles, racematim Botri instar succrescentes. Folia habent magna. Sapor seminis intus conclusi, imbecillem caryophyllorum saporem refert. Dicuntur & *Caryophylli.*

CARYOPHYLLI PLINII, vide *Caryophylli.*

CARYOPHYLLUS, si verbum verbo reddas *Nucis folium* sonat, quo cum tamen similitudinem nullam habet: sed est potius fructus rudimentum, cui in fronte flos necdum apertus insidet.

CARYOTA, vide *Carota.* Credunt à Germanica voce gar-root nomen accepisse, fortè à caro, ob radicum rubedinem, quam cum carne habent. B. Karoten. G. Rohte Ruben / rohte Pastenach. Gall. *Carottes.* A. Caroth.

CASCARILLA, cujus arboris cortex sit, nondum certo constat: adfertur ex India Orientali, vel insula Bahamensi Americana, estque cannulatus, sive in tubulos convolutus instar Cinnamomi; colore corticem Peruvianum utcunque refert, sed minus crassus est; saporem habet acrem, aromaticum, amarum; odorem, dum incenditur, fragrantem, hinc Nicotianæ aliquando admiscetur: rarior hactenus in Medicina fuit ejus usus, licet ob vim roborantem a nonnullis laudetur.

CASSIA FISTULA, *Nigra*, *Solutiva*, *Laxativa*, ita dicta ab effectu, quoniam alvum leniter subducit, & biliosos

liosos humores expurgat. Istius fructus arbor est procera, instar Juglandis, quæ crescit in Indiis Orientalibus, Ægypto, & Alexandria, habet corticem griseum, saporis adstringentis; folia pinnata, quæ ferè cum Juglande conveniunt, sed acutiora sunt, instar Persici foliorum. Flores pentapetali rosacei, in orbem positi, subflavi, odoris gratissimi: pistillum abit in siliquam oblongam, rotundam, cylindricam, teretem, lignosam, aliquando compressam, in varia loculamenta divisam a dissepimentis transversim positis, obductis medulla nigra, liquida, dulci, in singulis loculamentis hærent semina depressa, dura, obrotunda, nitida, coloris flavi: floribus hujus arboris deciduis, siliquæ adeo indurescunt, ut a ventis agitatæ tantum strepitum edant, ut ad duorum milliarium distantiam audiantur: Gr. κασία μέλαινα. Unde dicatur, non satis constat. An ἀπὸ κασσύματος, quod derma sive corium significat Myrepso, quo calcei solent κασσύεσθαι? certè siliqua, sive arboris hujus fructus crasso satis operimento corticoso, coriaceo & satis duro constat. Alii cassam ab Acacia derivant sed male. B. Pyp-kassie. G. Cassien / Cassiesistel. Gall. *La Casse en baton*, *Casse laxative*. A. The cassia or pudding pipe tree.

Cassia Lignea, Est Cassiæ ligneæ Malabaricæ seu Sumatrensis cortex, Cinamomi in modum convolutus, Cinamomo crassior, odore & sapore debilior, colore magis fusco, masticata, deliquescit in ore, & lentum quoddam glutinis quasi speciem relinquit, id quod Cinamomo non accidit, cujus reliquiæ perpetuo supersunt: atque inde apparet hallucinatos fuisse illos, qui cortices Cinamomi & Cassiæ ligneæ sibi incumbentes, ab una eademque arbore detrahi, crediderunt. παρὰ τὸ κάσαι dictam volunt, quasi κοσμοῦσαν διὰ τῆς ὀσμῆς τὰς αἰσθήσεις: κάσαι est enim ornare, vel quod sensibus fragrantiam largiatur. Vocatur & *Xylocassia*, & cinamomum spurium, canella ignobilior, Cassia Syrinx vide *Cinamomum*. B. Grove Kaneel. G. Zimmetrinden.

Cassutha, recentioribus Græcis *Cassytha*, y in u transeunte, ut ferè fieri solet, Latinis appellatur. Officinis & Herbariis nostræ ætatis hinc deflexa pristini nominis umbra, *Cuscuta* dicitur, cum primum *Cassutha*, dein conversa *Cascutha*, postremo *Cuscuta* cœperit appellari. Sunt qui *Pedagram lini* vocant, quod quasi compedibus id,

id, cui insederit, illiget, nec vinctum eo facile possit extricari. Plinius ejus videtur meminisse iis verbis; est in Syria herba quæ vocatur *Cassythas*, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese, *Cassytas* enim legendum non *Caditas*. jam igitur memoria *Plinii* Cassytas herba suo nomine Syriaco venerat in Latium, quod multis postea seculis usurpantes tam Pœni quam Arabes, suis scriptis protriverunt, vide *Cuscuta*.

Castanea, Est magna & crassa arbor, cortice tecta polito, fusco, maculato, lignum est durum, in igne crepitans: rami valde extensiles, & magnam umbram producentes: folia magna, ampla, longa, lata, tenuia, parum aspera, in margine incisa, nervosa: flos mas in hac arbore primo deprehenditur alio loco quam ovarium, solitarius, ex calice pentaphyllo, valde staminosus, per capillamentum tenue axi communi longo affixus, ut fiat amentaceus: alii flores hermaphroditi constant calice & staminibus atque ovariis apice multifido & tubis sex distinctis, uno illo communi calice contentis: ovarium hoc deinde, ubi se expedivit, fit fructus echinatus alio a flore primo loco in eadem arbore, subrotundus, quadrifariam dehiscens, ut plurimum, fætus castanea sub coriaceo putamine rubicundo, nucleum continente: hæc arbor crescit in regionibus calidis. à Castano Magnesiæ oppido; vel à Castanide terra nomen habet. Non dicitur à castitate, quod quidam opinantur. Quæ terra Castaneas nutrivit, Castalis Thessaliæ urbs, unde Castanea à terrâ Castanide urbe Pontica, ubi copiose provenit castanea. Malunt alii Κάστανα à Castanâ Magnesiæ urbe dici. Alii Castanam urbem Apuliæ scribunt, non procul à Tarento, de quo non laboro. Sufficit ab urbe, vel ab agro quodam nomen hoc accepisse, vocatur à Virgilio *Nux*. Nuces generaliter dicuntur omnia, tecta corio duriore, vocatur item Διὸς βάλανος, Σαρδιανὴ βάλανος, Λοπιμόν. *Sardianæ* quippe *Glandes* dicuntur, quoniam in Sardinia optimæ nascantur B. **Castanje-boom** G. **Kastanien oder Kestenbaum**. Gall. *Marronier*, *Chateigner*.

Castoreum, quid sit extraneis nationibus vix sciri potest, quia Mercatores nostri illud emunt à nationibus, quæ illud iterum ab aliis habent. Alii testiculos, glandulas alii suspicantur. Anatomia detexit non esse testiculos, qui in Castore spinæ dorsi adeo adhærent, ut sine vitæ dispen-

ſpendio eximi nequeant, & magnitudine gallorum teſtes vix ſuperant; ſed veſiculas eſſe duas ſive folliculos, qui tam in maribus, quam in fœminis, utrinque in inguinibus, ſtatim ſub cute, ovorum gallinaceorum magnitudine, & ſæpe majores conſpiciuntur, ex quibus liquor oleoſus & gravi odore emanat, quem animal lingua lambit. Veſiculæ exſiccatæ verum ſunt *Caſtoreum*. Illud utraque India præbet. Gr. Καςόριον. B. Bevergwyn / bevergeel. G. Bibergeil. Gall. *Du Caſtor*. A. Caſtor.

Castratio, eſt Teſtium exciſio, ſeu privatio, ne quis coitui aliquid contribuere poſſet. vel quando id ex neceſſitate corrupti teſtis fieri debet. Is qui caſtratus eſt dicitur *Caſtratus* ſeu *Eunuchus*. B. Lubbinge. G. Außſchneidung des heimlichen Glieds. Gall. *Caſtration*. A. Gelding, or cutting away the ſtones.

Casus in Medicina varias habet ſignificationes, vel enim denotat aliquid, quod ſine prævia deliberatione accidit, vel corporis lapſum ex loco eminenti; vel obſervatione detectum morbum.

Casus Uvulæ, vide in *Cion*.

Catacleis, eſt coſta prima, ſubclavicula dicta, ex κάτω infra, & κλεὶς clavis. B. De Opper-ribbe. G. Die oberſte Rippe.

Catagma, eſt oſſium fractura, ſive ſeparatio continui in duris corporis partibus, quæ externè duro quodam inſtrumento, vi partem affligente efficitur; cujus differentiæ à forma, à parte & accidentibus deſumuntur. B. Been-breuk. G. Ein Bein-Bruch. Gall. *Fracture d'Os*. A. The breaking of bones.

Catagmatica, ſunt Remedia ad fracturæ curationem neceſſaria, à κατάγω deduco.

Catalepsis, *Catochus*, *Prehenſio*, aut *Congelatio* eſt, quando is qui corripitur, ſubito corripitur, & in quo ſitu poſitus erat, immobilis manet, ſive ſteterit, ſive ſederit, ſive aliter flexus fuerit, reſpiratione ſalva, ſalvo pulſu, apertis oculis, ſine motu, loquela, aut ſenſu, nam rarum eſt, ſi ſermones aliorum intelligant, aut cibum vel potum, quem præbemus, deglutiant; Verum inter externas cauſas ſunt fulminis ictus, & acre frigus: ſequitur autem inprimis poſt affectus triſtes, vel vehementem amorem; proxima cauſa videtur eſſe immobilitas ſenſorii communis, pro ut primo momento inſultus ſe habebat,

à κα-

à καταλαμβάνω prehendo, corripio. B. Zinvang / stijven verstijving. G. Sinnen-Benehmung / oder Unempfindlichkeit. Gall. & A. *Catoche*.

CATALOTICA, idem quod *Cicatrizantia*, à καταλόω cicatricem induco, vel deleo.

CATAMENIA, sunt menstrua muliebria, quæ plerumque singulis mensibus, ab aucta copia, & hinc intumescentia massæ sanguineæ inducta, turgescunt & foras ex vasculis uteri, vel vaginæ dilatatis ex muliebribus prorumpunt; quidam menstruorum causam lunæ motibus adscribunt, hoc autem concesso necessum foret, ut uno eodemque tempore, omnes simul menstruum fluxum paterentur. Menstrua incipiunt anno duodecimo, decimo tertio, vel decimo quarto: Desinunt vero, circa annum quinquagesimum, verum hoc exactè determinari vix potest. Supprimuntur in prægnantibus, & lactantibus: Regula tamen non est: ex κάτω infra, & μὴν mensis. B. De stonden / maant-stonden / kardinaals muts / het goed / onpasselykheid. G. Monatliche Reinigung / Monat-flusse / Frauen Zeit / blumen der Weiberen. Gall. *Les menstrues*, *sang menstrual*. A. Womans course, or monthly termes.

CATAPASMA, est pulvis fragrans, qui odoris sui causa vestibus inspargitur. Item pulvis fragrans, qui post illinitionem, stomacho aut cordi applicatur, à καταπάσσω inspergo. Vide *Diapasma*.

CATAPHORA, idem est quod *Coma*, verum in eo differunt, quod *Cataphora* tanquam genus omnium stuporum sine febri sumatur, videtur Cari levioris species. à καταφέρω deorsum fero, quia ægrorum membra deorsum concidunt. B. Slaap-ziekte / slaap-zugt. G. Die Schlaf-sucht. Gall. *Grand Sommeil*. A. A Deep or dead sleep.

CATAPHRACTICA, est nomen alicujus fasciæ seu ligaturæ, quæ thoraci accommodatur. B. Een middelyfs windzel. G. Brust-Windel. Gall. *Bandelette de poitrine*. A. Breast swaddle.

CATAPLASMA, est Medicamentum externum topicum pultis consistentia. Præscribitur ferè duobus modis, nempe vel per coctionem, vel sine eâ. Illud fit frequentius; hoc sæpe majorum est virium. In illo jubentur assumere vegetabilia, scopo convenientia, ut radices, herbas, semina, flores, fructus &c. additis farinis appro-

prio-

priatis, aut illis omissis, quæ omnia in f. q. liquoris, v. g. aquæ, cerevisiæ, lactis, vini, &c. coquuntur ad pultis consistentiam. Hoc paratur ferè ex vegetabilibus, minutim concisis, affuso tantum liquore sufficienti, eâ solum quantitate, ut respondeat consistentiæ pultis. Possunt hic quoque addi farinæ, mica panis, olea, unguenta, sicuti quoque in prioris generis cataplasmatibus, à καταπλάσσω fingo, formo, illino. B. Een pap/ papzel/ cataplasme. G. Ein Pappen. Gall. *Cataplasme.* A. A Cataplasme, or pulteiſ.

Catapotium, vulgo *Pilula*, est Medicamentum internum; quod deglutiendo ad alvum subducendam & purgandam, in formâ pilularum assumitur, ex κάτω deorsum, & πίνω bibo. B. Buik-zuiverende pillen. G. Pillulen. Gall. *Pillules.* A. A Pill.

Cataptosis, est Epilepsiæ symptoma, cum homines derepentè in terram concidunt, à καταπίπτω deorsum cado, idem quod *Decidentia.*

Catapútia, Nomen habet a Catapotiis, sive pilulis, vel Gr. καταπίνειν, deglutire, quoniam hæc grana pilularum instar deglutiuntur. Tres dantur hujus species, quarum semina in officinis servantur, nempe *Maxima*, quæ est Ricinus Americanus major semine nigro. *Media*, quæ est Ricinus vulgaris, & *Minima*, quæ est Tithymalus latifolius, Cataputia dictus. Omnium vis est urens, & vehementissime purgans sursum & deorsum.

Cataracta, est duplex, *Incipiens*, seu *Suffusio*, vel *Confirmata* seu *Cataracta*, propriè dicta: *Incipiens* est oculi suffusio, cum nempe nubeculæ, festucæ aut muscæ, ante oculos volare videntur. *Confirmata* vero est, quando à pellicula tenui pupilla in totum, vel ex parte occluditur, ita ut radiis solaribus debitus ingressus præcludatur; vel quando ipsa lens Crystallina opaca fuit facta: semper apparet rotunda, sed color variat, qui quo magis ad albedinem vergit, eo est melior. Cataractæ confirmatæ curantur acu per membranam albugineam & corneam ad Cataractam usque adacta, quæ acu deprimenda, & si resiliat, comminuenda, deinde oculus aqua rosarum & alumine conquassato obligandus; à καταράσσω confundo, vel impetuose deturbo, quia sæpe subito hic morbus oritur; alii a similitudine Cataractarum, quæ sunt valvæ mobiles, quibus aquarum temperatur impe-

tus, quia considerarunt hunc morbum tanquam valvam in humore aqueo, quæ visum interciperet; antiqui Cataractas oculos Veneticos appellarunt, veneticus vel venetus denotat colorem glaucum, vel dilute cæruleum. Gr. ὑπόχυμα. B. De staar/ een val-vlies. G. Staar im Aug/ Star-Fell. Gall. *Cataracte*, *Suffusion*. A. A Cataract.

Cataria, vel *Nepeta*: est planta, cujus caulis ad altitudinem circiter trium pedum adscendit, quadratus, villosus, ramosus: folia Urticæ vel Melissæ, in margine incisa, acuta, lanuginosa, albescentia, odoris penetrantis, saporis acris: flores in summitate ramorum nati, flavi, aut albescentes, in spicam congesti, galea erecta, bifida, subrotunda, barba tripartita, segmento medio excavato, eleganter crenato, amplo; cæterum binis segmentis, ut alis orificium patulum labiorum cingentibus: semina quatuor, ovalia: Radix in multos ramos divisa, lignosa: crescit juxta vias: videtur vox ficta à Belgico idiomate een Kat/ Cattus: quia catti seu feles hac planta delectantur & vescuntur. B. Katte-kruid/ Nippe. G. Neptem/ Katzen-Kraut/ Katzen-Muntz. Gall. *Herbe au Chat*, *Pouliot*, *Menthe de Chat*. A. Nip, Nep, Cat mint.

Catarrhopus, seu Catarrhus, dicitur vulgo, quando humores, vapores aut flatus deorsum ex capite ruunt. Vide *Catarrhus*, ex κάτω deorsum, & ῥέω fluo.

Catarrhus, Veteribus dicitur humorum ex capite ad subjectas partes, ut nares, os, pulmones &c. defluxus; velut in Coryza, & Brancho contingit. Catarrhi tamen non dantur, nam à capite nihil fluit ad illas partes: Sed glandulæ narium, & quæ circa oris partes sunt, sæpe obstruuntur, inflammantur, & hinc illæ lachrymæ. Convenit sic dicere.

Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catarrhus.
Ad Fauces Branchus, ad Nares esto Coryza.

Destillationes has Græci καταῤῥοῦς & κατασταγμοὺς vocant, aliique fluores; sunt ut plurimum effectus frigoris, exitum humorum per poros cutaneos impedientis; & præter naturam eveniunt ad glandulas, passimque per omnes corporis partes, ubi retrusa jacent vasa secernentia subter loca, frigore tacta: ut si frigore excipiatur facies, sequatur destillatio in nares; si cervix & collum, quæque juxta

juxta sunt partes, tum fluor ad fauces; sin inferiora, fiat inde fluxio ad intestina; & sic porro; sic pro diversitate arteriarum, venarum, aliarum partium frigore constrictarum, varii oriuntur effectus; destillationes ad varias partes: ex κάτω deorsum, & ῥέω fluo. B. Een zinkinge / katern. G. Ein Flüss des Haupts / der Schnuppen. Gall. *Catharre*, *Rheume*, *Fluxion*. A. A Rheum.

Catarrhus Spinalis Medullæ, est, cum quædam vasa lymphatica, medullam spinalem ambientia, fuerint rupta, ex quibus latex si decidat, Catarrhus inducitur. B. Een sinkinge op des ruggen graats merg. G. Ein Fluß des Marcks im Ruck-Grad. Gall. *Catharre de la Moëlle de l'Epine*. A. A Rheum of the Marrow of the Chinebone.

Catarrhus Suffocatorius, est, quando (ut Veteribus placet) humores excrementitii à capitè ad organa respiratoria decidunt, & suffocationem minantur. Sed potius dicerem esse glandularum, circa laryngem, intumescentiam, vel inflammationem, aut convulsionem musculorum glottidis rimam claudentium, qua respirandi difficultas, & suffocatio inducitur: causæ frequentiores observantur, materiæ eliquatæ in fauces, & pulmones subita destillatio, nervorum summa vitia ut in hystericis, polypus cordis major subito in pulmones trusus; hinc videtur esse tantum hic morbus subita occidens ἄπνοια. B. Een smorende zinkinge. G. Erstick Fluß / erstickende Fluß. Gall. *Catharre Suffocatif* A. A Suffocating rheum.

Catasarca, idem quod *Anasarca*, ex κατὰ per & σὰρξ caro.

Cataschesis, est dispositio bona, hecticæ opposita, ex κατὰ per, & σχέσις habitus, dispositio.

Catastasis, est corporis humani, vel temporis dispositio. à καθίστημι constituo.

Catatasis, est extensio corporis versus inferiora, ex κάτω infra, & τείνω tendo.

Catechu, & inconvenienter *Terra Japonica*, quoniam masticando liquescit, & in aqua solvi potest, succus est ex variis astringentibus fructibus expressus, durus, gummosus & resinosus, ex purpureo nigricans, punctis albis intertextis, quasi situm contraxisset. Venit ex Pegu, Suratta, Magno Mogolis imperio, Malabaria,

Bengala & Zeilon. Inter Pinang cum foliis Betel ut plurimum usurpatur. Verus fructus & basis est Acacia Orientalis, planta Tamarindo non absimilis. Si tantillum ori indatur, astringit primo, deinde saporem dulcem & gratum relinquit, eodem modo ac folia Thee masticata. Horti Malabarici Author dicit, esse succum inspissatum alicujus palmæ areciferæ nucleo versicolori nuci moschatæ simili, cujus fructus sessilis *Fausel* dictus vel *Areca* & *Pynang*. Gall. *Cachou.*

Categoria, ex κατὰ, & ἀγορὰ, forum Judiciale: quòd ea sicut in ipso cuncta sint ordinata. Unde est ordo, sive rerum series quædam.

Cathæretica, sunt *Caustica* seu *Eschorotica*, sive Medicamenta, superfluam carnem auferentia & perforantia: distinguenda tamen videntur a causticis, quia carnem vivam alterare non debent, sed tenax adhærens, & semi corrupta vasorum ramenta ad vivam usque carnem resolvere & detergere; hinc detergentia fortissima sive exedentia. Ex καθαιρέω dejicio, subverto, detraho. B. Brandende middelen. G. Brennende Mittel. Gall. *Remedes cathæretiques.* vel *Caustiques.*

Catharcticum seu Catharma, est Medicamentum purgans, quod ventriculum, intestina & quicquid in sanguine heterogeneum & vitiosum fuerit, expurgat, & in communem cloacam, seu intestina præcipitat. Vide *Purgatio & Vomitorium. Cathartica* dicuntur vulgo *Cholagoga*, ut *Rhabarbarum*, *Scammonium*, *Cassia fistula*, *Diaprunum solutivum*, *&c.* vel *Phlegmagoga & Hydragoga*, ut *Colocynthis*, *Jalappa*, *Mechoacanna*, *Diaphœnicum*, *Diacarthamum &c.* vel *Melanagoga*, ut *Helleborus niger*, *Folia Sennæ*, *Confectio Hamech*, *Trochisci Alhandali.* Sed illa divisio à Neotericis jure rejicitur, cum purgantia ita specificè non operantur, ut creditum. Vocatur item *Purgans Med. Purgatio*, *Medicamentum ventriflnum* Aurel. quod alvum dejicit. Κάθαρσις, Καθαρτήριον Καθαρτικὸν φάρμακον, Ὑπήλατον *Hippocrat.* Ἐλατήριον *Eustath. & Poll.* Κενώσιμον φάρμακον *Moschopulo.* à καθαίρω purgo, mundo. B. Een buikzuiveringe / purgatie. G. Außführende Artzney / Purgation. Gall. *Une purgation ou un remede Purgatif.* A. A Purgative, or purging Medicine.

Catharma, idem quod *Catharcticum.*

Catharsis, idem quod *Catharcticum.*

Ca-

Catharticum Sal five *Ebshamense* est sal minerale, valde album, nitrosum, amarum, in aqua facile solubile, alvum leniter ducens.

Cathemerina, idem quod *Quotidiana Febris.* Ex κατὰ & ἡμέρα ac si diceres καθ' ἡμέραν.

Catheter, *Immissor* vel *Demissor*, est instrumentum recurvum & fistulosum, quod per urethram vesicæ immittitur, ad urinam suppressam evacuandam, vel calculum in vesica hærentem explorandum; estque vel *Flexilis* in priorem usum, vel *Immobilis* in posteriorem simul; vel *solidus* cum crena, qui in incisione adhibetur, accipiendo cultellum dicatus in sua crena. *Ænea Fistula Celso*, Σίφων *Æginetæ*, à καθίημι immitto. B. Een Catheter / Blaasveilder / een uitgeholde pyp. G. Eine Harn außführende Pfeiffe / Catether. Gall. *Catheter*, *Sonde*, *Tuyau pour tirer l'Urine.* A. An instrument to draw out urine.

Catheterismus, est administratio, qua per catheterem, injectio in vesicam, mediante siphone, & cathetere, fiat, à καθίημι immitto B. Een inspuitinge in de blaas. G. Einspritzung in die Blase. Gall *Injection dans la Vessie.* A. An Injection into the bladder.

Catholicum, seu Panacea, dicitur Medicamentum universale seu commune, omnes vitiosos humores corrigens vel educens. Ex κατὰ per. & ὅλον totum. B. Een algemeen genees-middel. G. Ein Artzney wider alle Kranckheiten. Gall. *Medicine Universelle*, *Panacée.* A. A general medicine or Panacea.

Cathypnia, est gravi & alto somno esse oppressum, ex κατὰ per, ad, & ὕπνος somnus. B Een zware of vaste slaperigheid. G. Eine sehr schwere Schlaf-Sucht. Gall. *Grand Sommeil*, *ou profond assoupissement.* A. Deep sleep.

Catillus Cinereus, seu Obrusæ Catillus, Gallis *une Coupelle*, est species Catini, ex cineribus lotis facti; cujus usus est ad auri argentique depurationem. Vide *Cupella.*

Catinus, idem quod *Cupella.*

Catocatharctica, sunt purgantia per inferiora, ex κάτω infra & καθάρτικον purgatio.

Catoche, idem quod *Catalepsis*, à κατέχω detineo, retineo.

Catochus, idem quod *Catalepsis*, à κατέχω detineo.

Hunc tamen morbum a nonnullis confundi cum Comate Vigili monet *Hofmannus*.

CATOPSIS, est perspicacitas, à κατόπτομαι perspicio. B. Door-zigtigheid. G. Scharpffsinnigkeit / Klarheit Gall. *Claire connoissance, penetration d'esprit*. A. Quicknesſ, acutenesſ.

ΚΑΤΩ PURGARE, hoc est per inferiora purgare, cui opponitur Ἄνω purgare, per superiora purgare.

CATORETICA, CATOTERICA, idem quod *Purgantia*, à κάτω infra, deorsum.

CAVA VENA, vide *Vena Cava*.

CAUCALIS, Est planta, quæ habet caulem ramosum, villosum, ad altitudinem unius circiter pedis: folia aliquantulum Pastinacæ similia, sed tenuius dissecta, villosa: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, inæqualibus, cordiformibus, in orbem positis, & calici insidentibus: Is autem abit in fructum compositum ex duobus seminibus oblongis, quæ parte, qua se contingunt, plana sunt, ab altera gibba, striata, echinata, aculeata: nomen accepit, vel à seminum effigie, quæ vascula semisphærica imitantur: vel quod præarida strepitum edunt: παρὰ τὸ καυλοῦ quod præter modum retorrida & exoleta sit. Gaza pedem gallinaceum interpretatur, idque quia Auctuarii Author, οἱ δὲ καῦκον, οἱ δὲ μύιτις, δημόκριτος βρίον, Ρωμαῖοι πέδεμ γαλλινάκεουμ, οἱ δὲ πέδεμ πούλλι, Αἰγύπτιοι σέσελις, *alii Caucum, alii Muitin, Democritus Brion, Romani pedem Gallinaceum, seu pulli pedem, Ægyptii Seselin vocant*. Μυίτιν sive pedem gallinaceum vocarunt, quod extremum folium Gallinæ pedi conforme est. Καυκὸν dictum testatur Oribasius. Hesychius καυκὸν καῦλον fortè καύλιον, καὶ ἄγριον λάχανον, *Cauliculus & olus sylvestre*. Sic fortè dictum, quod semen similitudinem quandam cum calceamento muliebri habet, quod καυκίδα vocat Athenæus: vocatur quibusdam Daucus Sylvestris, hinc forte ex Daucus, *Daucalis* & *Caucalis*.

CAUDA, vide *Capillamenta*, & *Coccyx*.

CAUDEX, Στέλεχον, Στέλεχος, Κόρμος; dicitur in arboribus & Fruticibus id, quod à radice supra terram simplex assurgit usque dum in ramos explicatur, & in quod à radice fertur alimonia; producitur a concursu plurium radicularum, in unum truncum collectarum. B. De Stam. G. Der

G. Der Stamm eines Baums. Gall. *Tronc*. A. The ſtem, or trunk, or body, of a tree.

CAVERNOSÆ dicuntur partes, quæ parvis cellulis, ſpongiæ inſtar, donatæ ſunt, ut penis.

CAVITATES, ſunt ventres majores, in quibus princeps aliquod viſcus continetur; ut in capite, cerebrum; in thorace, pulmo, cor &c. in abdomine, hepar, lien, renes, ventriculus, inteſtina, veſica, &c. ſuntque tres, caput, thorax, & venter. B. Holligheden. G. Hölen. Gall. *Cavités*. A. Cavities.

CAVITATES, minores ſunt cerebri & cordis ventriculi, de quibus ſuo loco. Vide *Ventriculi*.

CAULEDON, eſt fractura oſſis transverſim facta, fracti oſſis partes ita ſeparans, ut è directo non jaceant, à καυλὸς caulis, virga. B. Een dwers-breuk. G. Ein Uber Zwerchbruch. Gall. *Fracture en travers ou transverſale*. A. A breaking croſſwiſe.

CAULIS, vocatur *Braſſica*, quod præ cæteris oleribus inſigni caule vigeat. Vide *Braſſica*.

CAULIS, idem quod ſupra ſolum ſimplex proſilit in herbis nominatur: ſic utique caudex ad frutices & arbores; *caulis* ad herbas duntaxat pertinet. Gr. Καυλὸς. B. Steel/ ſtronk. G. Der Stengel/ Krautſtengel. Gall. *Tige des Herbes*. A. The Stalk of any herb.

CAUSA morbi vocatur, quæ morbum præſentem facit, eſtque vel proxima, vel proëgumena ſive diſponens, vel procatarctica ſive antecedens. G. αἰτία. B. Oorzaak.

CAUSODES, idem quod *Cauſus*, à καίω uro, & εἶδος forma.

CAUSTICA, ſive ESCAROTICA, vel CATHÆRETICA, ſunt quæ cutim & carnem in duram cruſtam, ſive eſcharam exurunt, & ſi fortiora ſunt, vel diutius applicata maneant, conſumunt; ſunt proprie illa, quæ omnia, quibus applicantur, conſumunt. Ut ſunt æs uſtum, Mercurius ſublimatus corroſ: ferrum candens &c. à καίω uro. B. Brandende middelen. G. Brennende Artzeneyen. Gall. *Remedes Cauſtiques, catheretiques*.

CAUSUS, ſeu FEBRIS ARDENS, ea eſt, quæ cum majori æſtu, quam in aliis continuis, cum hic ſit urens fere ad tactum, & inæqualis diverſis locis; reſpiratione anhelosa & cita: cutis ſiccitate magna; exacerbatione die impari, anxietate & inquietudine ſumma, lingua arida,

crassa, aspera, & subnigra, siti ferè intolerabili, aliisque symptomatibus insigniorem sanguinis phlogosin arguentibus, cursum suum peragit, à καίω uro. B. **Brandende Koorts.** G. **Ein hitziges Fieber.** Gall. *Fiévre chaude, ardente.* A. A Burning feaver.

Cauterisatio, est artificialis quædam ustio mediante cauterio, à καυτηριάζω, cauterio inuro. B. **Brandinge.** G. **Das brennen.** Gall. *Cauterisation.* A. Cauterising.

Cauterium, est instrumentum Chirurgicum ex ferro, auro, vel argento confectum, quod postquam incanduerit, actualem inurendi vim obtinet, cujus magnitudo & forma variat. Quandoque etiam pro cauterio potentiali sumitur ex lixiviis, vel calce viva cum sapone parato, à καίω uro. *Cauterium actuale* vocatur. B. **Dadelyk brand-yser**: potentiale vero **vermogelyk.** G. **Feuereisen/ Cauterie/ Brenneisen.** Gall. *Cautére, Feu Actuel.* A. Searing iron or actual Cautery. Sed potentiale cauterium comprehendit rodentia quævis aut exedentia medicamenta, quæ etiam caustica vel septica vocantur. B. **Mogelyke branding/ inetend middel.** G. **Nicht durch brennende cauterie.** Gall. *Feu Potentiel.* A. A Potential Cautery.

Cedmata, dicuntur defluxiones ad articulos, & præcipuè ad coxendicem, à σκεδάζω dissipo, dispergo. B. **Vloeijingen.** G. **Ein Fluß.** Gall. & A. *Fluxion, Rheume.*

Cedrus, est arbor valde procera, crassa, erecta, pyramidalis, cariei non obnoxia: cortex politus: lignum durissimum, rubicundum, habens odorem Cypressi: Rami tortuosi & nodosi: folia angusta, viridia, parva, squammosa, Cypressi æmula: flos est amentaceus, constans foliolis multis donatis apicibus multis: fructus in eadem planta loco a flore remoto natus, est bacca turgens ossiculis angulatis, fœtis semine oblongo: Hæc arbor crescit in regionibus calidis: in monte Libani elegantissima reperitur, hinc ob altitudinem & pulchritudinem, dicitur Arborum Regina: æstate, vigente calore, Resina alba, pellucida, transparens, sponte absque incisione defluit, quæ instar Mastichis granorum indurescit. dicitur quasi à καίω uro: nam uritur ex ea Resina celebris, quæ *Cedria* dicitur: vel παρὰ τὸ κέντρον, ab aculeo, planta enim

enim est spinosa. B. Cederboom. G. Cederbaum. Gall. *Cedre du Liban.*

CELASTRUS, arbor, ex iis, quæ tardissimè suos fructus perficiunt, an à κηλὰς quatenus *dies Hiberna*, κηλάστραι, arbores quædam agrestes; item vasa pastoralia.

CELE, est tumor Herniosus in quacunque corporis parte excitatus, à κηλέω intumesco. Vide *Hernia.*

CELER PULSUS est, in quo arteria brevi tempore distenditur & contrahitur, qui proinde ad digitum tangentem vix subsistere, sed statim resilire deprehenditur.

CELLA vel CELLULA nomen est, quo Anatomici parvas in corpore humano cavitates denotant: Botanici vero ita vocant cava illa loca in siliquis plantarum, quibus semina includuntur.

CELLULÆ INTESTINI COLI, sunt cavitates, vel vesiculæ, factæ a tribus ligamentis partem illam fistulæ intestinalis contrahentibus, ut fæces ibi diutius remorentur, & major fiat liquidi exhaustio, in quibus stercora aliquamdiu morantur, ut adjacentes partes suo calore foveant, & quæcunque cruda sunt, diutius in iis coquantur & fermententur. Ita in vesiculis seminalibus habentur cellulæ, ad seminis subitum effluxum retinendum. B. Cellekens. G. Löchlein. Gall. *Cellules des entrailles.* A Cavities in the guts.

CELLULOSA MEMBRANA. Vide *Membrana adiposa.*

CELOTOMIA est operatio Chirurgica, qua hernia incarcerata per incisionem in inguine reduci potest.

CEMENTATIO, est modus aurum purificandi per modum cementi regii. Vide in *Cementum.*

CEMENTUM, est pulvis, cujus ope calcinatio cementatoria peragitur. Vel ut alii, est mineralis acuta materia & penetrans, cum qua metalla strata, ad cementandum reverberantur atque ita corroduntur, vel calcinantur: estque vel simplex vel mista: Item in forma pulveris vel pastæ. Hinc *Cementare & Cementatio.* B Verkalkingemet stof. G. Bruchstein / Kalckmachen mit staub / Cement. Gall. *Du Ciment.* A. Cement.

CENCHRIAS, est Herpetis species, à similitudine seminis Milii, *Herpes miliaris* dicta, à κέγχρος milium Vide *Herpes.*

CENCHROS, est Milium, fortè enim à κέγχω aspero. Milium album seu luteum est caule aspero & hirsuto,

vel à κέρχνον ſiccum, nam Milium eſt ſicciſſimum. Vide *Milium*.

CENEANGIA, eſt vaſorum ſanguineorum evacuatio per venæ ſectionem, à κενόω evacuo, & ἄγγος vas.

CENOSIS, à κενόω evacuo, Idem quod *Evacuatio*.

CENTAURIUM, vocantur duæ plantæ valde a ſe invicem diverſæ, quarum una dicitur Centaurium majus, altera minus; majus dicitur & Rhaponticum Pharmaceuticum: Minus eſt planta, quæ habet unum vel plures caules parvos, anguloſos, politos: folia ſunt conjugata, ſat craſſa, oblonga, Hyperici ſatis ſimilia: hæc ex radice, illa ex caule erumpentia: flos monopetalus, quinquifidus, in umbellam congeſtus; coloris rubicundi vel purpurei, aliquando albi: poſt florem ſuccedit fructus ovatus, oblongus, in duo loculamenta diviſus, ſemina exigua continentia: radix eſt exigua, inſipida, lignoſa: creſcit hæc planta in locis ſiccis & arenoſis. ſic appellatur, quod eo curatus dicitur Chiron Centaurus, cum Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma, ſagitta excidiſſet in pedem; hinc à quibusdam etiam *Chironium* κενταύριον λιμνήσιον & λιμναῖον Græcis: *Febrifuga* & *Fel Terræ* Latinis. *Limneſion* & *Limnæum* dicitur, quod ſecundum aquarum ſcatebras ac paludes, quas Græci λίμνας dicunt, naſcatur. *Febrifuga*, eo quod febres fugat & procul è corpore pellat. *Fel Terræ*, ob ſummam quam habet amaritudinem. B. **Duizend Gulden kruid** / & tum vox compoſita videtur ex centum, & aurum. B. **Centaurie** / **Duizent-gulden kruid** / **Santorie** / **Aard-gal**. G. **Tauſent-gulden kraut** / **Erde-gall** / **Fieber-kraut** / **Biber-kraut**. Gall. *Centaurée*, *fiel de Terre*, *Centoire*. A. Centory, Centaurie.

CENTI MORBIA, vid. *Centum morbia*.

CENTRUM, eſt medium corporis non Mathematicè ſed Phyſicè ſumptum, idque cor eſſe affirmant, à quo tanquam centro, ſanguis in ambitum corporis propellitur & circulariter relegatur, à κεντέω pungo; punctum enim eſt medium cujusque circuli. B. **Het middel punt**. G. **Der Mittel punct eines dings**. Gall. *Centre du corps*. A. The middle of a body.

CENTRUM OVALE eſt amplum illud medullare ſpatium, quod, diſſecto horiſontaliter cerebro, ad corporis calloſi, & duorum anteriorum ventriculorum latera conſpi-

ſpicitur; propterea notandum, quoniam a *Vieuſſenſio* pro magno ſpirituum diſpenſatorio habetur.

CENTUM CAPITA, vide *Eryngium*.

CENTUM MORBIA, Eſt planta, quæ plures habet caules tenues, longos, ramoſos, repentes: folia circinnatæ fere rotunditatis, ex adverſo caulis repentia, viridia, ſaporis adſtringentis. Flos monopetalus, multifidus, arcte cauli adnatus: huic flori ſuccedit capſula vel teſta rotunda per maturitatem diſſiliens, habetque ſemina minima: radix parva: creſcit hæc planta in locis humidis: eſt *Nummularia*, quia creditur à mirifica ſua, quam in pluribus ulceribus medendis obtinet, facultate ſic appellari; ſunt qui à foliorum ſimilitudine, quæ nummi ſpeciem referunt, Nummulariam vocant. A nonnullis *Hirudinaria*, quod paſſim terræ Hirudinis inſtar affixa ſit, dicitur. Nec deſunt, qui Serpentariam appellent, quod compertum ſit, ſerpentes hac herba, ſi vulnerentur, ſibi mederi. B. Penning-kruid / Duyzend-kruid. G. Egel-kraut / Pfennig-kraut. Gall. *Nummulaire*. A. Two penny-graſſ or Money wort.

CENTUM NODIA, eſt *Polygonum*, conſtans ex plurimis nodis.

CENTUNCULUS, & CENTUNCULARIS HERBA, vide *Gnaphalium*.

CEPA, CEPE, Idem quod *Cæpa*.

CEPÆA, fortè ſic dicitur per ἀντίφρασιν, quod in hortis non naſcatur, ut plura alia, quæ in littoribus reperiuntur, vel nomen accepit, quod hortenſi ſolo gaudeat, ac in hortis tanquam luxuriet: κῆπος enim eſt hortus niſi forte κηπαίας nomen accepit παρὰ τὸ κῆπα τυτέςι πνέω ſpiro, quod flatus diſcutiat.

CEPHALÆA, eſt dolor capitis pertinax, inveteratus, & difficulter cedens, cum maximis conjuncta paroxysmis, ſed levi de cauſa obortis, à κεφαλὴ caput, & ἄγω laboro, ago. B. Ingewortelde hooft-ſweer. G. Haupt wehe von langer Ziet her / ſtets wehrende haupt-wehe. Gall. *Continuelle douleur de tête*. A. A Continual paine of the head.

CEPHALALGIA, ſive *Capitis dolor*, ſed recens, hinc à *Cephalæa*, quæ inveteratus dolor eſt, differt, is appellatur, qui aut totum caput, aut aliquam calvariæ partem affligit, atque adeo frequens eſt iſte dolor, ut raro inveniás

nias eum, cui per totam vitam nunquam caput doluerit, & certè capitis dolor ex æquo omnes aggredi solet, atque nemini fermè parcere, five fuerit obesus, macer, torosus, jejunus, ventre plenus, sobrius, intemperans, æger, aut quoad cætera sanus; denique juvenis, senex, vir, fœmina aut quivis. Imo levis adsit ægritudo oportet, aut raro felicitas, quando non adest *Capitis dolor.* Partes, quæ in dolore capitis affici solent, sunt vel *externæ*, ut cutis, musculi, pericranium. Vel *internæ*, uti meninges, nervi, cerebrum, periosteum &c. Distinguitur quoque in *externum & internum*; *Particularem*, partem hanc vel illam affligentem, unde variæ denominationes. In *Accidentalem* à sole, æstu, ira, potu, febri &c. In *Habitualem*, cujus causa in ipso cranio hæret, *Sympathicum Levem*, *Vehementem*, *Acutum*, *Hebetem*, *Brevem*, *Diuturnum*, *Perpetuum*, *Intermittentem*, *fixum*, *vagum*, *molestissimum*, *frontis*, *à gravedine &c.* ex κεφαλὴ caput, & ἀλγέω doleo. B Hooft-zweer / Hooft-pyn. G Haupt-wehe. Gall. *Douleur de Tête*, *mal de tête.* A. Headach or paine of the Head.

Cephalartica, sunt Medicamenta, quæ caput purgant: quæ dicuntur *Caputpurgia*, ex κεφαλὴ caput, & ἀρτίζω perfectum reddo. B. Hooft-middelen. G. Haupt-reinigende Mittelen. Gall. *Remedes pour la tête.* A. Medicines which purge the head.

Cephalica, sunt Medicamenta, quæ stomacho recepta, & ad caput delata, in idem operantur, vel sanguinem, alias ineptum ita disponunt & præparant, ut capiti prosit ac medeatur: Cephalica autem duplicia sunt, 1°. quæ tenui oleo, sale, spirituque abundant, omnia igitur attenuantia talia dici possunt, ut sunt omnes herbæ Cephalicæ dictæ, insecta quædam ut Aselli; nec non Spir. salis armoniaci, Spir. cornu cervi, Tinct. Castorei, nec non Sal volatile oleosum, Olea aromatica; & reliqua quæ odore & sapore inprimis grata sunt, vel 2°. frigida, nimirum illa, quæ odore grato nares afficiunt absque calore, qualia sunt Lilium vulgare, Lilium convallium, Rosa &c. B. Hooft-middelen. G. Haupt-artzneyen. Gall. *Remedes pour la tête ou Cephaliques.* A. Medicines in the distempers of the head, or Cephalicks.

Item vena externa in brachio *Cephalica* dicitur, quia in capitis morbis secari solebat, à κεφαλὴ caput. B. Hooft-ader.

ader. G. Haupt ader. Gall. *Veine Cephalique*. A. The Cephalick veine.

CEPHALOPHARYNGÆI, est primum musculorum gulæ par, à capitis cervicisque confinio demissum, & in tunicam œsophagi latius expansum, ex κεφαλὴ caput, & φάρυγξ fauces. B. De slok-darms hooft-spieren. G. Des speiß-röhrs-haupt-mauß. Gall. *Les Muscles Cephalo-Pharyngiens*. A. The first pair of muscles of the gullet.

CEPHALOPONIA, est gravitas aut dolor capitis, ex κεφαλὴ caput, & πόνος dolor, labor. B. Zwaarhoofdigheit. G. Haupt wehe. Gall. *Pesanteur de tête*. A. Heaveneß of the head.

CERA, sunt Apum favi, ex quibus mel expressum est, & constituunt corpus durum, ad calorem ductile, inflammabile, flavum, lentescens, in summo frigore duritiem fere friabilem acquirens, saporis & odoris mellei, inservitque omnibus fere emplastris pro basi. Videtur Terebinthinæ quædam species, quam succi pingues plantarum sole calefactarum exsudant in superficiem, aut intra capsulas apiculorum floralium gerunt, quæ ab apibus colligitur, in globulos cogitur, posterioribus pedibus applicatur, in alvearibus deponitur, ibi in cellulas favorum fingitur, unde dein, uti dictum, melle separato, fœcibusque repurgatis, comparatur in usus humanos: hæc materies ceracea apparet quidem copia minutissima in superficie foliorum quibusdam in plantis, ut in Rosmarino, notante Cl. *Boerhaavio*, manifeste videtur apparere; aliter & sunt plerumque globuli exilissimi, qui saliunt de apiculis seminalibus plantarum apertis, in parte floris masculina. Hæc vix ulla arte colligi queunt ab hominibus; attamen deprehendit idem Cl. Vir, quod aliquando cupiens folia Rosmarini sæpe cohobare cum alcohole, præter exspectationem invenerit saporem ingratum, & odorem ceræ deturpasse spiritus hos primo bonos. Inde folia hæc lustrans microscopiis tubercula ceracea in superficie deprehendere videbatur, manibusque tractans multum, ceram digitis sensim accrescere experiebatur satis evidenter. B. Was. G. Wachs. Gall. *Cire*. A. Wax.

CERÆA, sunt uteri cornua in brutis, in quibus generatio fit, à κέρας cornu. B. Hoornen des Baarmoeders. G. Hörner des Bärmutter.

CERASUS, Est arbor, quæ habet folia majora, lucida;

da: Calix est valde cavus, monophyllus, coronatus corona quinquifida, expansus, per maturitatem retroflexus: flos est rosaceus, pentapetalus, petalis natis ex interstitiis segmentorum calicis; staminibus triginta fœcundus: ovarium, tuba longa instructum in imo fundo Calicis fit fructus pulposus, subrotundus, vel cordatus, fœtus testa ossea rotunda, nucleum ejusdem figuræ recondente: pediculus fructus valde longus: hæc arbor colitur in hortis, & ingens hujus datur diversitas, ejus flores ceram olent, hinc fortè à κηρὸς cera. Vel à Cerasunte Pontica urbe τὰ κεράσια fructus cerasi. Fortè à κῆρ κῆρος, quod cerasi fructus, cordis specie & colore in pomariis nostris visantur. Fructus mensis secundis inprimis inserviunt. Ex nigris, simul cum nucleis contusis, paratur Spiritus Cerasorum, qui cephalicus habetur. Ex arbore etiam exstillat Gummi, figuræ ut plurimum globosæ, coloris flavescentis, saporis viscosi, quod ad inviscandam acrimoniam prodest. B. **Kerse-boom / Kersse-boom.** G. **Ein Kirsch-baum.** Gall. *Griotier*, *Cerisier*. A. Cherry-tree.

Ceranium, vide *Cadus*.

Ceratium, est arboris siliqua, à κέρας, quia est corniculata.

Ceratodes, idem quod *Cornea tunica*, à κέρας cornu, & εἶδος forma.

Ceratoglossum, est proprium musculorum linguæ par, a parte exteriori marginis inferioris cornuum ossis hyoidis prognatum, & linguæ inferiori, posteriorique parti, & lateribus junctum; usus est linguam recta deorsum anteriora versus movere, quando ambo agunt: si vero alteruter contrahitur, in latus movet dextrum vel sinistrum, ex κέρας cornu, & γλῶσσα lingua. B. **Des tongs-beens-hoorn-spieren.** G. **Des Zung-beins horn-mauß.** Gall. *Les Muscles Cerato-Glosses*. A. A Pair of muscles of the tongue.

Ceratomalagma, est compositio emolliens ex cerâ aliisque parata, à κηρὸς cera, & μαλάσσω emollio. B. **Een zachte was-zalf.** G. **Eine weich machende salbe von wachs.** Gall. *Un onguent emollient de Cire*. A. A Composition made of Wax.

Ceratonia, est arbor ceratia, seu siliquas producens, ex κέρας cornu, quia siliquæ cornubus non sunt ab-

absimiles. B. Sint Jans Brood. G. Sanct Johans brodt. Gall. *Carougier*. A. The carob-tree.

CERATUM, CEROTUM, vel CERATOMALAGMA, à cerâ sic dictum, Medicamentum est externum, ex cerâ, oleis, & nonnunquam pulveribus compositum, unguento crassius, & emplastro mollius. B. Een Salf uit wasch / was-pleister. G. Ein Pflaster von wachs. Gall. *Cerat*. A. Seare cloth.

CERAUNIA TUBERA, dicuntur, quia olim crediderunt ea post fulminis ictus nasci: κεραυνὸς enim fulmen est.

CERAUNOCHRYSOS, idem quod *Chrysoceraunius* pulvis, ex κεραυνὸς fulmen, & χρυσὸς aurum.

CERCHNOS, est Laryngis quædam asperitas, quæ instar granorum Juniperi sentitur, unde tussicula sicca excitatur, à κέρχω raucedine laboro. B. De Kink-hoest. G. Ein Schaff husten. Gall. *Toux Seiche, ou Coqueluche*. A. A Dry cough. P. Alpinus hoc vocabulo utitur, ad denotandum fervorem quendam in gutture, qui in multis acutis morbis & in omnibus moribundis observari solet, ubi pulmo, multitudine humoris oppressus, sputa amplius exscreare nequit. B. De Reutel.

CERCIS, est os cubiti secundum, quod *Radius* appellatur, ob radii rotarum æmulationem, à κερκίζω radio. Vide *Radius*.

CERCIS, nomen accepit, quod folium ejus in cacumen instar radii textoris, vel cunei exeat. Κερκὶς enim est radius, pecten, & dicitur quasi κρεκὶς, quod folia ejus etiam cælo tranquillo crepent, sonitumque edant: (dicitur de populo arbore) est enim κρέκειν, κρούειν pulsare.

CERCOPITHECUS, κερκοπίθηκος, à κέρκος, cauda, & πίθηκος, simia: est simia caudata. B. Een Meerkat. G. Meerkatz.

CERCOSIS, dicitur carnosa quædam excrescentia ab uteri osculo prodiens, & pudendum muliebre replens, quod aliquando exterius progressum caudæ figuram refert, à κέρκος cauda. B. Een uitwas des Moeders. G. Außwachs der Bärmutter. Gall. *Excrescence de la matrice*. A. An Excrescence hanging out of the womb.

CEREA, Idem quod *Achor*.

CEREALIA, vocantur semina quædam, quæ etiam ad fru-

frumenta pertinent, ut triticum, secale, hordeum, avena &c.

Cerebellum, sive παρεγκεφαλὶς *Heroph.* ἐγκρανιον *Galeno* ἐπικρανὶς *Poll.* ἐπίσθιος ἐγκέφαλος, quasi parvum cerebrum, sub posterioribus lobis cerebri, inferiori cranii parte situm; figuram habet ad globosam accedentem, superficiem minus gyrosam quam cerebrum, sed quasi sulcatam, cujus sulci in medio maximi, at per gradus sensim minores, desinunt in Processum vermiformem; dividitur in partem dextram & sinistram, substantiam fere eandem habet ac cerebrum, sed corticalis hic longe copiosior quam medullaris, quæ arbusculas pulchre repræsentat, quarum trunci ita dictos pedunculos cerebelli constituunt; nullæ hic adsunt cavitates ut in cerebro. in hac cerebelli substantia spiritus animales, actionibus involuntariis & merè spontaneis obeundis generantur. In homine, non item in brutis, exterius ex plurimis lamellis, sibi invicem incumbentibus, constare videtur. B. De Achter-hersenen/ of kleine hersens/ Agter-brein/ By-hersenen/ Minder-brein. G. Hirn-lein/ das hintertheil des Hirns. Gall. *Le Cervelet, ou Petit cerveau.* A. Little braine, or the hinder part of the head.

Cerebrum, vitalia capitis; *Plin.* ἐγκέφαλος, λευκὸς μύελος *Sophocli*, strictè sumitur pro parte anteriore τῦ ἐγκεφάλυ, estque substantia sui generis, exterius tegitur pia matre, plurimis gyris anfractibusque dotatur, exterior substantia cinerea est, in qua spiritus animales generantur, quem in finem tam innumeras arterias accipit, ut juxta *Malpighium* tertia pars sanguinis, quæ ex corde exit, per Encephali partes distribuatur. Interior alba est, sive medullaris, quæ spiritus animales ex corticali recipit, eosque per corpus callosum & medullam oblongatam in nervos exonerat, à quibus actiones voluntariæ maximè dependent. Item, cerebrum est imaginationis, judicii, memoriæ & reminiscentiæ subjectum; Ideæ enim seu species rerum ab organis sensuum externorum receptæ, deferuntur ad sensorium commune, sive initium medullæ oblongatæ, deinde per corpora striata ad corpus callosum, ubi imaginatio & judicium fit, verum in corticali substantia memoriæ sedes dicitur; si ideæ post aliquot tempus ex memoriæ loco revocantur, reminiscentiæ nomine veniunt. Somnus item fit in cerebro, de quo vide suo loco. B.

De

De Voor-herssenen / de Groote hersenen / brein. G. Das Hirn / oder Gehirn. Gall. *Le Cerveau ou la Cervelle.* A. The Brain.

Cerelæum, est linimentum ex cera & oleo compositum, à κηρὸς cera, & ἔλαιον oleum. B. Een Wasch-smeersel. G. Eine Salbe von Wachs. Gall. *Un Cerat.* A. A Sear-cloth, Wax-ointment.

Cerevisia, Cervisia, Cererisia, Celia, est potus ex cerealibus, diversimode præparatis, apta coctione & fermentatione compositus, addito Lupulo, aliisque amaricantibus, ne acorem contrahant, qui ob egregias vires quasi *Cereris Vinum* appellatur. B. Bier. G. Bier. Gall. *De la Biere.* A. Beer.

Cerevisia Medicata, est cerevisia, cui Medicamenta, cuilibet morborum scopo convenientia, infusa fuerunt. B. Genees-bier. G. Artzeney-Bier. Gall. *Bierre medecinale.* A. Physick Beere.

Cereus, est Sedi species, in modum cerei, ex cera confecti, erecta, adscendens ad insignem altitudinem, radicem tamen habens ratione plantæ exiguam, fibrillosam. B. Toorts-kruid / Fakkel-kruid. G. Torschen-Kraut / Fackel-Kraut. Gall. *Espece de trique madame.* A. Torch thistle.

Ceria, idem quod *Favus & Achor.*

Cerinthe, est planta, quæ ex radice quatuor vel quinque ramos germinat, qui rami rotundi sunt, succo pleni; folia habent oblonga, acuta, lanuginosa, coloris viridis cærulei, punctis albis notata: flos est tubulosus, in medio ventrem habens, infra & supra quasi connivens: ex floris calice surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, tetragonum, quod deinde abit in fructum, ex duabus testis subrotundis constantem, in duo loculamenta divisis, semine fætis ut plurimum oblongis, acutis; cujus floribus apes pascuntur, unde cera, κηρὸς enim est cera; vel à Cerintho urbe Bœotiæ, ubi copiosè nascitur. B. Wasch-kruid. G. Wachs Kraut / Fleck-Kraut / den Bienen angenehm. Gall. *Herbe de cire, melinet.* A. Honey-suckle, Honey-wort.

Cerio, Idem quod *Favus & Achor.*

Ceroma, Idem quod *Ceratum.*

Ceroneum, à cera dictum, idem quod *Ceratum.* B.

Een Ceroen / Wasch-pleister. G. Ein Pflaster da Wachs bey ist Gall. *Cerat.* A. Sear-cloth.

CEROTUM, Idem quod *Ceratum.*

CERRUS & CERRIS, est arbor glandifera; sic forte dicitur, quod ejus glandes in acervum coagmententur; alii derivant à κέρας cornu, ob lignum durum. B. Eike met bittere Eekelen. G. Cerraichel / Cerr-eichel / Zirneubaum. Gall. *Cere.* A. Masthearing.

CERVARIA, est Seseli Æthiopicum: an quod cervi illam plantam ament? G. Hirsch-Wurtz / Sessel-Kraut / sed B. Harst-wortel / propter odorem resinosum.

CERVICARIA, sive TRACHELIUM, est Campanulæ species: sic dicitur, quia morbis cervicis internis & externis medeatur. B. Hals-kruid. G. Nacken-Kraut / Holtz und zäpfflein kraut. Gall. *Gantelet.* A. Throat wort, Canterbury bell.

CERVINUM CORNU, vide *Coronopus.*

CERVIX, Gr. αὐχὴν & ἰνίον, est posterior pars intra caput & dorsum, uti anterior *Collum* vocatur. Sic appellatur *Cervix uteri* ea pars, quæ est intra fundum & os uteri. Ita ossa dicuntur habere cervices, uti videre est in superiori parte ossis femoris, intra illam partem, quæ in acetabulo reconditur, & trochanterem majorem; à quibusdam *Nucha* dicitur: in plantis pars est illa, à capitatis radicibus prodiens, prælonga, teresque: sic dicta, quod in colli speciem figuretur. B. De Nek / de Hals. G. Der Nacken / das Genick. Gall. *Chignon du cou.* A. The Neck.

CERUMINA, Gr. κυψελὶς, sunt aurium sordes, quæ in meatu auditorio ex glandulis auri adjacentibus proveniunt: Constant ex plurimo sale & sulphure adusto, unde amaritudo dependet: Utilia sunt, ne pulvis, festucæ, animacula, &c. aurem internam subeant, dum quoque membranam internam ab exsiccatione præservant. Vide *Marmorata aurium.* B. Oor-smeer / Oorzeep. G. Ohren-Schmaltz. Gall. *La Cire, ou espece de glu, qui se trouve dans l'oreille.* A. Ear-wax.

CERUSSA vel CERUSA, est Plumbum mediante aceti vapore in calcem albam redactum. Gr. ψιμμύθιον, à ψιμμυθίω, cerussa oblino. B. Ceruis / Lood-wit. G. Bley-Weiß. Gall. *Ceruse.* A. White lead. Arab. *Affedegi* seu *Affidagi.*

CER-

Cervus, eſt animal quadrupes, biſulcum, velociſſimum, cornubus deciduis præditum. Horum inprimis magnus in Medicina eſt uſus. Raſura enim in aqua decocta potum exhibet, qui in omnibus morbis, ubi diluendum & temperandum eſt, utiliſſimus habetur. Decoctum hoc ad gelatinam inſpiſſatum in nimia humorum fluiditate, hinc in omni fluxu alvino prodeſt. Deſtillatum primo aquam limpidam, dein ſpiritum Alcalinum, oleoſum, pinguem, ſalem volatilem alcalinum; ultimo ſalem paulo fixiorem cum Oleo craſſo, pingui, piceo exhibet. Reſtat tunc in fundo carbo niger, friabilis, qui in aëre aperto ad albedinem uſtus, cornu cervi uſtum dicitur. Suſpenſum cornu in collo veſicæ, ex qua aqua quædam deſtillatur, album fit & friabile. Siccatum dein vocatur Cornu Cervi Spagyrice præparatum. Totum animal tantis laudibus extollitur, ut variæ ejus partes, omniaque ex iis præparata, & inprimis famoſum os de corde cervi, in Medicos uſus cedant, & virtutes alexipharmacas, ſudoriferas & cardiacas obtinere credantur. Gr. ἔλαφος. B. Hert. G. Hirſch. Gall. *Cerf.* A. Red Deer.

Cestrum, appellatur *Betonica*, à varietate, ut vocant, & copia remediorum, quoniam variis & plurimis accommodatur morbis. Sed aliis κέστρον vocatur, à floris ſpicata & mucronata acutie, verruculum, vel vericulum præferente. Vide *Betonica.*

Cete, κῆτη διὰ τὸ κοῖλος, ob ſinuoſam cavitatem, ſeu cavum ventrem. Intelligitur de majorum piſcium genere. B. Walviſch. G. Wallfiſch.

Ceterach, quam vocem à *Pteryga* manaſſe volunt, atque *p.* in *c.* ſæpe mutari ſcribunt. Sic ex *Peteryga*, *Ceteryga* & corruptè *Ceterach*: eſtque Aſplenii ſpecies officinalis. vid. *ibid.*

Chærefolium, Cherefolium, Cherephyllum, Cerefolium; ſunt ſynonyma: eſt planta, quæ ex radice plures caules dimittit, tenues, ramoſos, teneros, a parte ſuperiore convexos, inferiore vero concavos inſtar ſtillicidii, politos: folia habet Petroſelini, ſed minora, plus inciſa, & molliora, villoſa in parte ſuperiore, ſucco plena: flos eſt roſaceus & umbellatus, plurimis ſcilicet petalis conſtans, inæqualibus, & calici inſidentibus: calix autem abit in fructum ex duobus ſeminibus

compositum, rostri avium æmulis, non striatis, nunc lævibus, nunc asperis, hinc gibbis, inde vero planis; atque sic planta nominari putatur, quod luxuriosa foliorum fœcunditate & largiore coma gaudeat, vel quod gaudium, hilaritatemque folia excitent, ex χαίρω gaudeo & φύλλον folium. *Chærefolium* autem, Græcâ voce & Latinâ coalescentibus in unum nomen, ob id dictum est, quod foliis luxuriet. B. Kervel. G. Körffel-Kraut / Kerbel-Kraut / Körbel / Kurbel / Körbel-Kraut. Gall. *Cerfeuil.* A. Chervil.

Chalastica, sunt Medicamenta, quæ humectando & emolliendo, partes constrictas relaxant, à χαλάω relaxo, remitto.

Chalazæ, binæ singulis ovis obtigerunt, altera in obtuso, altera in acuto angulo, plus earum in albumine reperitur; vitello tamen validius adhærent, ejusque membranæ appenduntur. Corpora sunt longiuscula, quasi duo canales cavi, varios emittentes surculos per albumen & vitellum, quibus intra amnium communicant, & hinc oculo apparent concreta magis quam albumen, & albidiora, nodosa, luciditatis cujusdam non expertia, ut grando, unde illis nomen: Constat enim quælibet Chalaza pluribus quasi grandinibus seu canaliculis ex trunco majori derivatis, albumine ab invicem sejunctis: earum altera major est, & longius à vitello versus obtusum ovi cacumen protenditur: altera minor, à vitello inferius versus acutam ovi partem porrigitur. Major ex duobus vel tribus nodis, quasi grandinis granis, globulisve conflatur, qui modico intervallo à se invicem distant; minor ordine majori succedit, à χάλαζα grando. B. De Haan. G. Der Hahn / in das weisse im Ey. Gall. *Les Grêles ou Germes des œufs.* A. The tread of an Egg. Est etiam suum morbus, quando caro apparet, ac si alicam hinc inde consparsam contineret. Ideoque vocantur grandinosi. B. Gortig. G. Greissig / finnig. Sive porcorum lepra. Gall. *Ladrerie de porc, surjemure.* A. The kernels of a swine.

Chalazia, item χαλάζωσις, Grando, est tuberculum in palpebris grandinem referens. B. Een weg-scheetjen / een strontjen. G. Ein Hagel-Geschwulst / ein Geschwürlein an den Augenglieder. Gall. *La grêle des paupieres.* A. A Swelling Hailstone.

Chalbanum, vide *Galbanum.*

Chalcanthum vide *Vitriolum.*

Chalcitis, eſt minerale ponderoſum, durum, rubicundum, ſimile æri, friabile nec lapidoſum, Sory tenuius, Myſi vero craſſius, tractu temporis ex Sory factum, ſaporis adſtringentis, à χαλκὸς æs. Arab. *Colcothar* vel *Cholchotar*. Pro Chalcitide Pharmacopæi hodierni Vitriolum album ſive crudum, ſive uſtum ſubſtituunt.

Chalcus, vide *Æreolus*.

Chalinos, *Aureliano*, eſt ultimus angulus oris ac compago, vel buccarum pars circa labiorum confinia, à χαλινὸς, quod ſit veluti frænum & retinaculum oris.

Chalybs, eſt ferrum purificatum, à vulgari differens, quod durius ſit, & ignitum in aqua extinctum in ſummam duritiem abeat, à populis in Ponto ferrum præparantibus. Gall. *Acier*, quod ex eo fiant acies cultrorum. B. Staal. G. Stahel A. Steel. Vide *Ferrum*.

Chamæacte, eſt *Ebulus*, ſive Sambucus humilis, ex χαμαὶ humi, in terra, & ἀκτὴ Sambucus.

Chamæbalanus, eſt terræ glans, vel ſimile quid, ut Bulbocaſtanum, terræ tubera &c. ex χαμαὶ humi & βάλανος glans: ſic dicitur quod cortice terræ creſcat. Vide *Apion*.

Chamæbatos, eſt Rubus humilis, à χαμαὶ humi, & βάτος rubus, ſentis. Vide *Rubus*.

Chamæcedrys, eſt Abrotanum fœmina, & dicitur, quaſi humilis Cedrus, ex χαμαὶ humi & Cedrus.

Chamæcerasus, Eſt arbuſcula, quæ creſcit ad altitudinem duorum circiter pedum; habetque ramos lignoſos, fragiles, cortice albeſcente obductos, medulla alba plenos: folia inſtar Periclymeni, ſed majora, latiora, duriora, minus viridia, acuta, villoſa inprimis in parte inferiore, ex adverſo oppoſita: flos monopetalus, parte inferiore tubuloſus, bilabiatus ſuperius, labio ſuperiore multifido ſimplici, linguæ ſimili inferiore, ovario inſidens, quandoque geminus in uno ovario, quinque ſtaminibus præditus: calix tenuis, longus, anguſtus, bifolius, cui inſidet ovarium, ſæpe uno pedunculo geminum, emittens intra quemlibet floſculum tubam longam; abit deinde in baccas molles rubras, ſimiles Ceraſo minori, ſucco amaro & ingrato plenas, & ſemine compreſſo, ſubrotundo fætas; eſt Ceraſus humilis, ex χαμαὶ humi & Ceraſus.

Chamæcissus, vel Chamæclema vide *Hedera Terreſtris*.

CHAMÆCISTUS, in genere hic dictum volo, quod ne cramben centies millesiesve coctam apponamus, χαμαὶ nihil aliud significat, quam illud, quod humile & humi crescat: est enim Græcum præpositum, additæ voces sunt tantum investigandæ.

CHAMÆCYPARISSUS, est arbuscula pumila, ex χαμαὶ humi, & Cypressus, ab odore & forma foliorum cum cypresso arbore.

CHAMÆDAPHNE, vide *Clematis Daphnoides*, ex χαμαὶ humi & δάφνη Laurus.

CHAMÆDRYS, Est planta parva, humilis, quæ plures caules habet ad altitudinem semipedis, tenues, rubicundos, lanuginosos: folia minima, per intervalla sibi invicem opposita, oblonga, firma, villosa, dentata instar Quercus, saporis amari, acris, aromatici, & in recessu parum adstringentis; odoris, si conterantur, balsamici: flores in foliorum alis nascentes, coloris purpurei, saporis grati: semina quatuor obrotunda in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit, inclusa; radix minima, fibrosa, lignosa: crescit hæc planta in locis incultis, saxosis. dicitur quasi humilis quercus, quod sc. folia quercus habeat, & hujus respectu, quasi humi repat: ex χαμαὶ humi, & δρῦς Quercus, dicitur ob parvitatem *Quercula* minor & à serratis foliis *Serratula* appellatur. Sunt qui *Serratam* ideo dici putent, quod ab ea serra inventa sit B. Laage Eike. G. Gamänderlein / vergiß mein nicht / Batyengel. Gall. *Germandrée*, *Chesnette*, *ou petit Chesne*. A. Germander.

CHAMÆLEON, est Cardui species, à foliorum varietate sic dici solet; mutat enim cum terra colores; quod & in animali Chamæleonte etiam fieri solet.

CHAMÆLEUCE, dicitur Tussilago, à χαμαὶ humi, nam Tussilaginis folia humi crescunt, & λευκὴ alba, ob foliorum nempe albedinem

CHAMÆMELUM, Est planta, quæ plures caules habet tenues, semipedem circiter altos: folia laciniata, vel minutim divisa: flos plerumque radiatus, cujus discus ex plurimis flosculis, corona vero ex semiflosculis componitur, embryonibus insidentibus, & calice squammoso comprehensis; embryones autem deinde abeunt in semina oblonga, thalamo affixa: radix est tenuis & filamentosa: Ista planta habet odorem penetrantem non ingratum: hinc ape-

aperiendi vi prædita in obſtructionibus viſcerum laudatur. eſt *Camomilla* corruptè, quaſi eſſet humilis Malus, quoniam odorem habet Mali, ex χαμαὶ humi. & μῆλον malum. B. Kamillen / Kamille bloemen. G. Chamill / Kamillen / Kamamillen. Gall. *Camomille*. A. Camomil.

CHAMÆPITYS, Eſt planta, quæ habet plures caules parvos, longos inſtar manus transverſæ, lignoſos, villoſos, repentes, inſtar arbuſculæ diſpoſitos: folia oblonga, anguſta, villoſa, dentata, albeſcentia: flos eſt monopetalus, unilabiatus, in tres partes diviſus, quarum media bifida, labii ſuperioris locum occupantibus denticulis: Ex floris fundo ſurgit piſtillum, quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui deinde abeunt in totidem ſemina oblonga in capſula, quæ floris calix fuit, recondita; flores ſparſim in foliorum alis naſcuntur, non vero verticillatim; radix craſſa, fibroſa, longa, lignoſa: tota planta habet odorem penetrantem, reſinoſum & ingratum, ſapor eſt amarus: creſcit in montibus & locis ſabuloſis: dicta eſt, quaſi humilis & brevis, humique depreſſa picea, ex χαμαὶ humi, & πίτυς picea, pinus; ejus enim folia piceam olent. Vocatur etiam *Abiga* & *Ajuga*, ut & *Ibiga*. Hinc abjectis duabus literis *i* & *g*, *Iba* & ab Ajuga abjectione literarum *a* & *g*, *Iva* manavit in vulgi nomenclationem. Officinæ *Ivam* cognomento *Muſcbatam* appellant, vide *Abiga* & *Iva*. B. Veld-cypres. G. Wildelven / Vergiß mich nicht / je lenger / je lieber. Gall. *Yvette*, *Moſchate*, *Pinive arterique*. A. Ground pine.

CHAMÆSYCE, χαμαισύκη, ex χαμαὶ, humi, & συκῆ, ficus, quaſi humilis ficus.

CHAOS, ex antiquo χάω, quod ex χαίνω, hio, dehiſco. Eſt vaſtus hiatus: vel dicitur rudis indigeſtaque moles, qualis initio mundi fuit.

CHARACIAS, dicuntur plantæ, quæ circa valla creſcunt, hinc tithymalus characias, &c. Nam χάραξ vallum eſt.

CHARACTER, eſt ſignum figuratum & Myſticum, quo apud Chymicos aliquid deſignatur, à χαράσσω ſculpo: quo etiam in formulis ſuis utuntur Medici, vel ut Medicamenta melius occultentur, vel ne plebs ignara præſcripta remedia intempeſtivæ cenſuræ ſubjiciat. Apud Botanicos ſic audit nota illa propria, quâ genera planta-

 rum

rum ab invicem diſtinguuntur. B. Een teyken G. Ein Zeichen. Gall. *Charactère*, *marque*. A. A Marke or sign.

CHARISTOLOCHIA, vocatur Artemiſia; fortè à χάρα gaudium & λόχος puerpera: quia lochia puerperarum cum gaudio pellit.

CHARLATAN, Gal. dicitur circulator: vel ab Hiſp. *charlar*, bouſon.

CHARTA EMPORETICA, ſeu BIBULA, eſt papyrus ſine glutine facta, admodum poroſa, filtrationi inſerviens. B. Vlad-papier. G. Fleuſſ oder löſch Papier. Gall. *Papier brouillard*, *Papier à filtrer*. A. Blotting, vel ſinking Paper, cappaper, brown paper.

CHARTA VIRGINEA, Idem quod *Amnios*.

CHEILOGACE, ſeu LABROSULCIUM, eſt infantum morbus, adultos enim raro adoritur. Labia in eo admodum tument, tumore duro & nonnihil rubicundo, ſed nequaquam fervido, aut inflammatorio, & qui nunquam ſuppuretur aut caput fœdet; aliquanto magis introrſum quam extrorſum vergit: unde labia à gingivis & dentibus abſcedunt longius, & foras aliquatenus replicantur. Adſunt ſulci ſemper ſanie madentes, aut craſſo pure obſiti: ulcuſcula, ut plurimum, concomitantur in ore, palato, lingua, buccis, labiis, gingivis. B. Water-kanker. G. Waſſer-Krebs. Gall. *Tumeur Chancreuſe*. A. Water-kanker, Kanker of the mouth. Derivatur a χεῖλος labrum ſeu labium, & κακὸν malum.

CHEIMETLON, Idem quod *Pernio*, à χειμαθλιάω pernionibus laboro.

CHEIRI FLORES, Vide *Leucoïon*.

CHOEIRONIUM, idem quod *Cacoëthes*.

CHELÆ, à χηλαί, ſunt denticulati cancrorum forcipes.

CHELIDONIA, ſeu CHELIDONIUM, eſt planta, quæ diſtinguitur in minus & majus; minus eſt ſpecies Ranunculi; habetque folia inſtar cochlearis rotunda, viridia, polita, ſplendentia, nervoſa, longis pediculis adnata, aliquatenus hederacea, ſed molliora, minora: calicem habet triphyllum, admodum fugacem, & ante petala caducum: florem polypetalum, roſaceum: ſemina in capitellum congeſta: radicem plurimis adnatis nodulis nodoſam; hinc Scrophularia minor dicitur. Creſcit ad ripas, foſſasve. B. Speenkruidt / kleine Gouw. Gall. *Petite Chelidoine*, *ou petite ſcrophulaire*. A. Small Celandine or

or Pilewort. *Chelidonium majus* habet plures caules ſesquipedem altos, tenues, rotundos, nodoſos, ramoſos, parum villoſos: folia profunde inciſa, dentata, ſimilitudinem aliquam cum foliis Aquilegiæ habentia, utcunque tamen majora, longiora, numeroque plura: flos tetrapetalus eſt, cruciformis, luteus: ſiliqua eſt bivalvis, ſemina obrotunda & flaveſcentia habens: radix craſſa, fibroſa: Tota planta ſcatet ſucco luteo eſcharotico odoris penetrantis, ſaporis acris, & amari: dicta à χελιδὼν hirundo: eo quod Hirundines eâ ſuis oculis medeantur, quamvis, ut tradunt, erutis. Sed *Chelidonium minus*, ſic vocatum, quod floreat Hirundinum adventu, hinc & ille ventus *Chelidonia* quoque appellatur. Alii putant dici quaſi *Cœli donum*, idque ob vires præſtantiſſimas, tam in oculorum morbis quam vulneribus. B. Stinkende gouwe / Gouw-wortel / Schelkens-kruid. G. Schel-Wurtz / Schel-Kraut / Schwalben-Kraut / Goldt-Wurtz. Gall. *Chelidoine*, *Eſclaire*. A. Great Celidon, celondine, celandine, ſwalow-wort.

Chema, eſt Veterum menſura, continens duo cochlearia parva.

Chemia, idem quod *Chymia*. Olim ſignificabat artem χρυσοποιητικὴν & μεταλλουργικήν. Vide *Chymia*.

Chemosis, ſeu *Chymoſis*, eſt tunicæ albæ tumor, ita ut oculi nigrum concavum videatur, à χαίνω hio, hiſco.

Chenille, à caniculâ, ex ſimilitudine hujus animalis.

Chenocoprus, eſt ſtercus anſeris, ex χὴν anſer, & κόπρος ſtercus.

Chenopus, vocatur *Pes anſerinus*, ejus etymon derivatur à χὴν anſer, & πὲς pes. Vide *Pes anſerinus*.

Cherefolium, & Cerefolium, ſive Cherifolium, vide *Chærefolium*.

Chermes Grana, vide *Kermes*.

Chermes & Kermes, eſt vox Arabica, Pharmacopæis familiaris: eſtque *Coccus Baphica*, ſeu *infectoribus* vulgo *Scarlatum*, hinc *Chermozinum*, id eſt color ex cocco extractus. Vide ulterius in *Coccos*.

Cheronia, ſive Centaurium Majus, ſic appellatur, quod plurimis malis, curamque reſpuentibus medela ſit: χείρων, enim eſt pejor, ut & χείρονα; Medicamen

men illud, olim à Chirone, Medico quondam inventum. Vide *Centaurium*.

Chervillum, videtur fictitia vox Afisarum, hinc *Servillum* & sic deinceps.

Chiliophyllum, est Millefolium, propter millena foliola sic nuncupatum, ex χίλιαι mille, & φύλλον folium.

Chimetlon, idem quod *Pernio*.

Chimia, idem quod *Chymia*.

China Chinæ, vide *Cina Cinæ*.

China Radix, satis est crassa, manum longa, contorta, nodosa, insipida, & sine odore. est *Orientalis* è China allata, & *Occidentalis*, quæ ex Hispania nova & Peru nobis adfertur. Præfertur tamen Orientalis, quæ exterius est colore rubente aut subnigro, interius candicante aut subrubente: & hæc, quo nigrior eo melior. Occidentalis est colore interius magis ruffo: Smilacis in modum crescit, folia ferè Plantaginis magnitudine, cordiformia: caules habet spinosos, repentes, & arboribus vicinis adhærentes. In morbis podagricis, in lue venerea, aliisque curatu difficilibus maximi usus existit, sed an effectibus promissis respondeat, meritò dubitatur. Chinensibus dicitur *Lampatan*, *Lampacos & Bonti*, nobis à regione China appellatur *Radix Chinæ*. Persis *Chop China*. B. China-wortel. G. Bockenwurtz. Gall. *Chine*, *esquine*. A. China root.

Chiragra, est Arthritidis species, sive articularis manuum dolor, vide *Arthritis*, ex χεὶρ manus, & ἀγρεύω venor, quasi manibus captus. B. Hand-vang / hand-euvel / hand-flerecyn / hand-jigt. G. Das Zipperlein der Händen. Gall. *Douleur & goute aux mains.* A. The goute in the hand.

Chiromantia, est divinatio ex inspectione manuum, qua ex lineamentis futura prædicunt, Medicis scitu non necessaria, cum potius sit ars fallax, ex χεὶρ manus, & μάντις vates. B. Hand-kyking of waarzeggery. G. Wahrsagung auß den Händen. Gall. *Chiromantie*. A. Chiromancie.

Chirones, idem quod *Sirones*.

Chironia & Chironium, nomen invenit à Chirone Centauro, vide *Centaurium*: ab eodem inventore putant quoque Brioniam vocari *Chironium*.

Chi-

CHIRONIUM, est ulcus malignum, & curatu difficillimum. B. Quaadaardig zeer. G. Ein böse Geschwär. Gall. *Ulcere malin*. A. Ulcer difficul to cure. Vide *Cacoëthes*.

CHIRURGIA, est ars, qua ope manuum vel instrumentorum, morbos auferre nitimur. Est vel Theoretica, quatenus cognitionem talium morborum complectitur, vel Practica, & hæc est pars Therapeutices, qua morbi incidendo, urendo, & membra dearticulata restituendo, curantur. *Vel* Chirurgia est scientia, docens modum & qualitatem operandi in corpore humano vivente. *Vel* ut *Vigo* habet, Chirurgia est scientia, docens modum & qualitatem in carne, nervo & osse hominis laborantis propriis Chirurgorum manibus, omne morbosum curandi. Estque quintuplex: quamvis alii quadripartita divisione gaudeant. 1. *Synthesis* seu separata conjungens 2. *Diæresis*, continua solvens. 3. *Diorthosis*, compressa & contorta corrigens. 4. *Exæresis*, superflua exstirpans. 5. *Anaplerosis*, deficientia restituens, ex χεὶρ manus, & ἔργον opus. B. De Heel-konst / Chirurgie. G. Wundartzeney. Gall. *Chirurgie*. A. Surgerie.

CHIRURGUS, est vir artis Chirurgicæ peritus, ex χεὶρ manus, ἔργον opus, qui instrumentis & manibus suis in corpore humano operatur. B. Een Heel-meester / Wondmeester / Chirurgyn. G. Ein Wund-Artz. Gall. *Chirurgien*. A. Surgeon, a Chirurgion. Habentur, qui in genere omnia, quæ sunt in arte Chirurgica, aggrediuntur, ut vulgares Chirurgi. Sed & sunt, qui circa unicum solummodo accidens versantur, ut *Lithotomi*, qui calculum secant. Alii qui oculos curant; alii lui venereæ medentur. Nonnulli dentes evellunt; quidam membra luxata, vel contracta restituunt &c.

CHLOROSIS, sive MORBUS VIRGINEUS, quia potissimum virginibus, jam ad pubertatis tempus pervenientibus, contingit, vulgò *Icterus albus*, quia ex albo virent. Videtur esse species Leucophlegmatiæ, ex sanguine viscido, sive potius ex inertia solidorum, qua sanguinis periodus & spirituum animalium confectio præpeditur, cum mensium obstructione, & diaphoresi denegata, unde fibris muscularibus obstructis, & spiritibus deficientibus, gravitas totius corporis sentitur, & ægræ ad quodvis opus peragen-

agendum tardæ & segnes evadunt, à χλωρίζω viridis sum. B. Maagde-ziekte / Bleeck-ziekte. G. Hertz Gesperr / Farb-Sucht / Jungfer-Siechte. Gall. *Les Pales couleurs*, *Chlorose*, *Maladie de filles*. A. Greene sicknesse.

CHOANA, est infundibulum in medullæ oblongatæ basi prope coalitum nervorum opticorum repositum, estque canalis mollis, brevis, paulatim angustior, pia matre obductus, qui rimam in concursu ventriculorum amplectitur, unde per hoc liquida serosa ex cerebri ventriculis ad glandulam pituitariam deducuntur. Item pelvis renum, de qua suo loco; est item instrumentum ex quovis metallo factum, vel vitro, per quod liquores in aliud vas funduntur. Gr. item πύελος, ληνὸς *Herophilo*, à χέω fundo. B. Een trechter / tremelle. G. Ein Trechter. Gall. *Un entonnoir*. A. Funnel, Tunnel.

CHOCOLATA, est compositio quædam ex fructibus *Cacoa* dictis, Vainigliâ, Cinamomo, Saccaro &c. quæ omnia in massam vel placentulas rediguntur. Dicitur & *Succholeta*, & *Chucalata*; præparatur cum lacte vel aqua cocta & fervida, atque agitando Chocolata liquescit, & sorbendo calide bibitur. Potus est valde nutriens, senibus, debilibusque utilissimus. Vide *Cacoa*. B. Chokolade. G. Cocolade. Gall. *Du Chocolat*.

CHOENIX, est mensura Veterum, continens cotylas tres, sive sextarium unum & dimidium, sive duas libras mensurales cum quadrante. Notatur signo X. & desuper imponitur V. secundum aliorum calculum continet vini quadraginta & quatuor uncias, & olei circiter quadraginta.

CHOERAS, idem quod *Scrophula*, à χοῖρος porcus: fortè quia porcis familiaris est.

CHOLAGOGA, sunt Medicamenta, quæ dicuntur ordinatam in Hepate & vesicula fellis secretionem bilis augere, illam vel in Intestina ducendo, vel receptam per Intestina statim & recta expellendo; reducuntur ad duas classes, quarum prior continet quæcunque sanguinem hepaticum attenuando, secretionem bilis uberiorem promovent, ut sunt saponacea &c. posterior autem includit omnia illa, quæ diaphragma & abdomen violenter concutiendo, bilem ex hepate & vesica felleâ in intestina derivant, inter cholagaga recensentur quædam ut *Rhabarbarum*,

rum, *Senna*, *El. diapruni &c.* à χολὴ bilis, & ἄγω duco. Vide porro *Catharticum*.

CHOLEDOCHUS, eſt *ductus biliarius*, *communis* dictus, recipiens ortu ſuo ductus Hepaticos, & veſiculæ fellis, quæ cum poro biliario ad angulum acutum jungitur ſuo ductu, & duo hi ductus uniti faciunt ductum communem majorem prioribus, oblique deſcendentem, qui ad angulos acutos appoſitus Duodeno, penetrat exteriorem ejus tunicam, dein inter hanc & alteram deſcendens, mox perforata & hac, inter ſecundam & tertiam longo itinere progreſſus, foramine rotundo in cavum inteſtini libere exit, in quo itinere ipſi ſæpe inſeritur ductus pancreaticus: & per hunc ex veſicula fellis & ductu hepatico, bilis ad inteſtinum duodenum propellitur. ex χολὴ bilis & δέχομαι recipio. B. De Gal-leider. G. Der Gallen Gang. Gall. *Le conduit commun du fiel.* A. The common paſſage of the gall.

CHOLERA, ſive *Paſſio Felliflua*, eſt convulſivus motus ventriculi & inteſtinorum, in quo omne, quod in ventriculo & inteſtinis continetur, ſed præcipuè bilis, copioſe per os & anum ejicitur, imo aliquando omnis, quæ in corpore exiſtit: Adſunt Anxietates magnæ, vehemens abdominis tenſio & dolor, gravis cardialgia, ſitis ardens, inquietudo & virium ſubita proſtratio, Diarrhæa quoque, ſeu bilis, & aliorum humorum per inferiora effluxus magnus: Hinc pulſus in principio celer & frequens, debilis fit, tardus & intermittens; animus deficit, exteriora frigent, & mors accedere incipit, quæ aliquando intra paucas horas ingruit. Huc referunt *Choleram ſiccam*, quæ eſt eructatio magna multorum flatuum cum dolore & crepitu, ex χολὴ bilis & ῥέω fluo. B. Galbraken / boort / boort / buikloop / kreveling. G. Der Gallen Kranckheit / Cholerische Feuchtigkeit. Gall. *Debord*, *Trouſſe galant*. A. The gall-fluxe or choler.

CHOLERA SICCA, vide *Cholera*.

CHOLERICA PASSIO, idem quod *Cholera*.

CHOLERICUS, dicitur de eo, qui plurima bile abundat. B. Galagtig. G. Gallſüchtig. Gall. *Bilieux*. A. Cholerick.

CHONDRILLA, eſt planta, quæ folia ex radice erumpentia habet magna Cichorei ſylveſtris ſimilia, profunde inciſa, per terram in orbem ſparſa, ex his caulis enaſcitur,

tur, inferius ſpinoſus & in plures ramos diviſus flexiles, nudos, vel foliola tantum quædam gerentes anguſta inſtar graminis; flos eſt ſemifloſculoſus, conſtans plurimis ſemifloſculis, embryoni inſidentibus, & calice veluti tubulato ac cylindriformi comprehenſis: Embryo autem abit deinde in ſemen pappis inſtructum: radix eſt longa, pollicem craſſa, ſucco lacteo valde viſcoſo plena, saporis dulcis, non ingrati: hæc planta nomen inveniſſe videtur ab eventu, quod in ramulis ejus gummi reperiri ſolet, magnitudine Fabæ, Maſtichi ſimile, aut nucleo Thuris, quem χόνδρον Græci nominant. B. Wratten-kruid. G. Wartzen-Kraut / klein Wegwart. Gall. *Condrille.* A. Gum ſuccory.

Chondroglossus, parvus Muſculus eſt, ad linguam pertinens, a Cl. *Albino* deſcriptus, quem alii pro parte *Ceratoglossi* habere videntur.

Chondros, vide *Cartilago.*

Chondros, eſt granum vel grumus concretus, ut Maſtichis, Thuris &c. Hinc *Condrilla.*

Chondrosyndesmus, eſt ligamentum cartilaginoſum, ſive unio oſſium, interveniente cartilagine, ex χόνδρος cartilago & συνδέω colligo. B. Een kraakbeenige band. G. Knorpel-ſeichte Zuſamen-Fügung der Beinen. Gall. *Ligament Cartilagineux.* A. A Cartilaginous ligament.

Chorda, idem quod tendo, nervus, vel inteſtinum, de quibus ſuo loco.

Chorda, dicitur tenſio quædam penis verſus perinæum, cum dolore, ex Venere maligna ſæpe contracta. B. Koord. G. Saiten. Gall. *Cordée.* A. An extenſion of the yard. Denotat etiam partem inſtar chordæ tenſam, veluti

Chorda Membranæ Tympani, eſt nervus quidam formatus a concurſu duorum nervorum, filamenti ſc. tertii rami quinti paris, & filamenti ſeptimi paris, tympani membranam non tangens. Hoc ipſum eſt parvum illud nervi filamentum, quod olim Anatomici velut *Chordam membranæ* tympani arbitrati ſunt, quod crediderunt ſonum aliquem excitare poſſe, communicando motum ſuum tremulum membranæ, ſicut fit in chorda, quæ ſuper pellem tympani militaris tenditur; ſed ejus uſus patet ex natura ſua nervea, & diſtributione. B. De Trommel-vlies koord. G. Die Saiten gleiche Senn-Ader im Ohr. Gall. *Corde*

Corde de la membrane du Tympan. A. The nerve that runs along the membrane of the tympanum.

CHORDÆ WILLISII, sunt membranosi quidam processus, ex transverso positi, qui in sinubus duræ matris, inprimis longitudinali, observantur, eorumque nimiam extensionem impediunt.

CHORDAPSUS, sic *Celso* dicitur, à *Barbaris Miserere mei*; ab aliis *Iliaca passio.* Tormentum *Aurelianus* dixit. *Volvulus* etiam non inscitè appellatur, vulgo *Ileus.* Estque fæcum alvinarum per solum os ejectio, ab omni causa, quæ intestina angustiora reddit, veluti obstructione excrementorum, à flatibus, inflammatione, aut involutione & convulsione intestinorum, ortum habens, cum nempe superior pars intestinorum in inferiorem, vel è contra sese insinuaverit, qua involutione velut nodi inde exoriuntur, unde quoque motus peristalticus inversus. Dicitur quoque chorda intestini coli, seu ligamentum, quod cellularum dissolutionem impedit. Vide *Iliaca passio*, ex χορδὴ intestinum, & ἅπτω nodum facio, necto. B. kring / darm-kring / ontferm u myner / lang eubel / darmslinger / dreli-braken. G. Darm-Gicht in den oberen Därmen. Gall. *Passion Iliaque ou miserere.* A. Griping of the guts.

CHORDATA GONORRHÆA, vide *Gonorrhæa Chordata & Chorda.*

CHOREA SANCTI VITI, est insaniæ species, quæ aliquando diu grassata est, hominibus non decumbentibus, sed ὀρθοστάδην, ut *Hippocrates* appellat. discurrentibus & saltantibus, ac choreas ad extremum usque spiritum, nisi per vim inde abstracti fuerint, ducentibus. *Horstius* inquit, se cum mulieribus quibusdam locutum, quæ quotannis Sacellum S. *Viti*, quod est in finibus *Ulmensium*, visitantes, ibidem saltu cum perturbatione mentis, eousque sese nocte dieque exercent, donec ecstaticarum instar corruunt: qua ratione sibi restitutæ videntur, ut parum vel nihil sentiant per annum integrum, usque ad Maji tempus subsequens, ubi membrorum inquietudine eousque sese torqueri referunt, ut vicissim circa festum S. *Viti* ad prædictum locum, saltationis gratiâ, sese conferre cogantur. G. St. Vits Tantz.

CHORION, est membrana Secundinarum externa, una cum cæteris membranis & humoribus fætum in utero com-

comprehendens. Figura ejus in variis animalibus diversa; in mulieribus orbicularis, membranacea ipsius substantia, prioribus mensibus exilissima, tractu temporis crassescit; constat tenuibus, squammosis membraneis pelliculis. Ea, qua respicit uterum maternum, parte lustrata, apparet hæc membrana rugosa, pinguetudinis nonnullius propaginibus, ac quasi venosis & arteriosis, sine ordine obvenientibus, sparsim superficiem occupantibus, filamentis tenerrimis comitata: interior ejus pars non videtur alia esse, utcunque examinata, nisi aliquo modo continuata, sed tenuis, fibrosa, retiformis textura, magis minusve, a rubentibus memoratis filamentis occupata: Hinc vasa, quibus insignitur, sunt venæ & arteriæ, quarum insignes ramificationes in glanduliferis cunctas ejus partes perreptant, quæ multis in locis concurrentes, rubicundas maculas efformant, harumque beneficio utero annectitur. In placentiferis vero per ejus partem mediam, ubi nimirum placentæ cohæret, vasorum sanguineorum myriadibus superbit, at extra placentæ circumferentiam nulla dari, certum est: hæc membrana in hominibus, uno solum in loco, utero adnascitur, in aliis animalibus hic connexionis modus, pro animalis diversitate plurimum variat: usus ejus videtur esse, liquorem alendo fœtui idoneum imbibere, vasa umbilicalia fulcire, atque carunculas in glanduliferis, & placentam in placentiferis sustinere: dicitur fortè sic à χωρέω secedo, quod post fœtum enixum secedit: vel à χωρίον parvus locus, eo quod in ipsa membrana, tanquam in loco parvo, fœtus novem menses habitat, ut volunt *V. Fort. Plempius* cum *R. de Graaf*, vel ἀπὸ τοῦ χορῦ à choro, quia in eo vasa, ut in choro ordinata sunt; a Galeno Secundinæ nomine donatur. B. Het buitenste vlies der Nageboorte / ader-vlies. G. Nachgeburt / das Ader Häutlein. Gall. *Chorion*, *Membrane des Eaux*. A. The outward membrane that contains the child.

Choroides, est plexus arteriæ carotidis & venarum plurimarum, sub specie membranarum tenuissimarum cum invicem cohærentium, in ventriculis cerebri anterioribus reperiundus, in quibus, ut cavi maneant, arteriæ liquidum continuo deponunt, quod Venæ ex illis iterum absorbent. Item Vasculosa oculi tunica, ad internam concavam Scleroticæ superficiem laxe adhærens. Nonnullis

etiam

etiam ita vocatur *Uvea tunica* pupillam constituens, ex χόρ☉ chorus, eo quod vasa velut in choro dispolita sint, & εἶδ☉ forma. B. Een gevlogten net / net-gelyk. G. Netzgleiche Gefäßlein. Gall. *La membrane Choroide.* A. The folding of the carotid arterie.

Christi Manus, vide *Manus Christi.*

Christophoriana, est planta, quæ caules habet exiguos, teneros, ramosos, ad altitudinem circiter duorum pedum crescentes: folia sunt magna, ampla, in plurimas partes oblongas divisa, acuta, dentata, coloris viridis albescentis: flores pentapetali, stellati, rosacei; flos non aperitur, quin difflettur calix, sic & petala cito difflantur, ita ut de numero petalorum non conveniant inter se auctores: post florem sequitur bacca mollis, fere ovata, aliquantulum carnosa, quæ per maturitatem fit nigra, continens semina gemina ordine ut plurimum super invicem posita: radix satis crassa, fibrosa, externe nigra, interne flava: crescit hæc planta in montibus, quæ fortè à quodam Christophoro nomen habet. B. St. Kristoffels kruidt. G. Christofs kraut. Gall. *Herbe de Saint Christophle.*

Chromatismus, est coloratio seu tinctura in sano & morboso statu urinarum, salivæ, cruoris, vel stercoris, à χρωματίζω coloro.

Chronica Febris, vel lenta, vocatur illa, quæ plerumque remittens, & lenissimis stipata symptomatibus, diu tamen ægros detinet, magnamque tandem corporis emaciationem inducit.

Chronicus, est morbus diuturnus, ultra quadragesimum diem extensus, ortum habens vel ab humoribus degenerascentibus, vel a vitio post acutos morbos relicto, ut Febris quartana, Phthisis, Asthma, Hydrops &c. à χρόν☉ tempus. B. Een langdurige ziekte. G. Eine stete/ langwirrige Kranckheit. Gall. *Maladie Chronique.* A. An inveterate distemper, or a Chronicall disease.

Chronius, idem quod *Chronicus.*

Chrysanthemum, Est planta, quæ habet caulem altum, squammosum, cineritium, in multos ramos divisum, multa folia incisa, Millefolium referentia, habentem; singulus ramus florem radiatum aurei coloris in summitate habet; hujus discus ex plurimis flosculis, corona vero ex semiflosculis componitur embryonibus insidentibus, & calice semisphærico ac squammoso comprehensis:

 hensis:

hensis: embryones autem deinde abeunt in semina plerumque angulata aut striata, vel tenuia & acuta: radix annua est, fibrosa, non longa, minima, alba; crescit in montibus ac pratis; floret per totam æstatem: ejus appellatione plures herbæ, flores luteos eximio splendore micantes habentes, veniunt, ex χρυσὸς aurum, & Ἄνθος flos, vel ἀνθίζω, floridum reddo. B. Dohelaar / geele Ganze bloemen / Hondtsoogen. G. Römische Camillen / Goldblum.

Chrysisceptron, est *Chamæleon* album, sed unde illud nomen ei competit, nescio, derivatur ex χρυσὸς aurum, & σκῆπτρον Sceptrum, Baculus, Scipio: fortè quod ejus caulis cum floribus, in modum sceptri se erigat: vel quod accensus, tonitru in modum sonum edat.

Chrysoceraunius Pulvis, est *Aurum Fulminans*, quod præparatur ex auro soluto in menstruo, sale armoniaco impraegnato; infuso oleo tartari, calx ad fundum præcipitatur, quæ edulcoratur & ad usum exsiccatur, ex χρυσὸς aurum, & κεραυνὸς fulmen. B. Blixement-gout / Donder-gout. G. Donner-Gold. Gall. *Or fulminant*. A. Fulminating gold.

Chrysocolla, Est sal fossilis, figuræ variæ, aquæ vigecuplo majorem copiam ad solutionem requirens, & calorem magnum; sapore subamarescente, sed dulcescente in exitu; ad ignem facile fluens; simul in spumas tum assurgentes se effundens; aquam plurimam ita dimittens; residuo in vitri pulchri speciem subsidente; corporum sibi commistorum fluxum in igne valde promovens; sic metallorum, auri præprimis, consolidationem efficiens. vide & *Borax*.

Chrysocome, est herba flores aureos & comosos proferens, ex χρυσὸς aurum, & κόμη coma.

Chrysolachanon, est Atriplicis species, foliis subluteis, ex χρυσὸς aurum, & λάχανον olus. Vide *Atriplexum*.

Chrysolithos (Veterum) vel *Topasius* (gemmariorum modernorum) est gemma aurei coloris. Duo habentur genera, *Orientale* & *Europæum*, ut illud colore, ita duritie Europæum superat: hoc enim instar Crystalli molle est, & cum aureo colore, vel multum vel parum nigricat. Invenitur in Bohemia passim. Gr. χρυσόλιθος, ex

ex χρυσὸς aurum & λίθος Lapis. B. Chrysolyt. G. Ein Chrysolith. Gall. *Topaze*. A. Chrysolite.

CHRYSOMELA, sunt mala citrei vel aurei coloris, ex χρυσὸς aurum & μῆλον malum.

CHRYSOPOEIA est illa pars scientiæ Spagyricæ, quæ docet artem, viliora metalla, ope Mercurii Philosophorum, in aurum transmutandi.

CHUS, Gr. χοῦς, dicitur & *Congius*, *Congiarium*, & *Choa*. Liquidorum mensura Atticis fuit, sex sextarios continens, vel cotulas Atticas duodecim. Libras quoque olei continet novem, vini vero decem, mellis tredecim cum dimidia. *Lindenius* vini saltem tribuit libras octo cum unciis quatuor. *Rhodius* Congium denas libras pendere affirmat, aliis continet vini octo libras, & olei septem cum quarta parte.

CHYLIFICATIO, est actio in ventriculo & intestinis, qua cibi & potus, & digerendo & movendo in chylum mutantur. Vide *Chylus*.

CHYLOPOIESIS & CHYLOSIS, idem quod *Chylificatio*.

CHYLOPOEA viscera vocantur, quæ digestioni alimentorum sunt destinata, inprimis ventriculus & intestina.

CHYLUS, est succus albus, saporis dulcis, naturæ acescentis, ex levi dissolutione & motione alimentorum, præcipuè sulphuris & salis, quibus esculenta abundè scatent, in ventriculo & intestinis, qui interveniente ventriculi succo acido, albus redditur: si enim liquori cuilibet, sulphure, aut sale volatili imprægnato, humorem acetosum confundas, illico lactescit; uti cernitur in præparandis lacte sulphuris, aut extractis vegetabilium resinosis. Quin & spiritus cornu cervi, aut fuliginis, sale volatili plurimum refertus, si liquori acido vel aquæ simplici confundatur, colorem lacteum acquirit: vera chyli albitudinis causa debetur inprimis miscelæ partium oleosarum ingestorum cum aqua, quod satis evidenter apparet in emulctis, quæ eo magis albescunt, quo olei plus continent. Tandem Chylus post commixtionem bilis pariter & succi pancreatici volatilis intestinorum papillas & lacteas venas subiens, sanguini suffunditur, à χολόω in succum redigo. Latinis etiam *Chymus*. B. Gyl/ Chyl/ verdend sap/ maag sap. G. Dämungssafft/ die Erste verdäute Speise im Magen/ oder Chyl. Gall. *Le Chyle*. A. Chyle.

CHYMETLON, idem quod *Pernio.*

CHYMIA vel CHEMIA, est ars, docens regulas, quarum exercitatione fiunt operationes, quarum effectu corpora sensibilia, quæ vasis capi possunt, inter se componuntur, vel resolvuntur; horum mutationes per sensus examinat, idque inprimis ope ejus instrumenti, quod ignis dicitur: ejus partes sunt duæ igitur vel *solutio* corporum, vel *compositio.* Dicitur *Chymia*, vel *Chemia*, seu cum Arabico articulo *Alchymia* vel *Alkymia:* Unde hic deducta alii aliter sentiunt. Alii Chymiam à χύω vel χέω dictam existimant, quod scilicet metalla dura, visceribus terræ effossa, liquare & fundere primum docuerit. Alii χημίαν nominant, quasi ut quidam volunt, *Artem Ægyptiam.* Cum enim, ut refert *Plutarchus* in libro *de Iside & Osiride*, Ægyptus à Sacerdotibus Sacrâ Linguâ Chemia appellaretur; aut ut est apud *Herodotum*, in *Ægypto*, oppidum quoddam vetustum, *Chemis* nominaretur, hinc *Chemiam*, quasi *Artem Ægyptiam*, in *Ægypto* scilicet primo, seu inventam, seu excultam, dictam putant. Alii à quodam *Alchymo*, seu inventore seu cultore hujus artis, dictam existimant: sed sine fundamento: cum enim ab aliis ars hæc *Chemia & Chymia* appelletur, ex Arabica lingua articulum, AL, quæ intendit significationem, accessisse facile patet. Alii *Halchemiam* quasi satis fusoriam dictam putant; sed etiam eâdem de causâ ineptè. *Cælius Rhodiginus*, antiq. lect. lib. 7. cap. 2. *Archymiam*, quasi ἀργύρου χυμεῖαν nominat; verum cum nondum satis constet, an vox hæc Græca vel Arabica aut Ægyptia sit, de ejus derivatione non multum laborandum. Differentiam hodie faciunt inter Chymiam & Alchymiam, nempe Chymiam referunt ad artem Medicam, estque hæc etiam pars Pharmaciæ, quatenus medicamina magnæ activitatis ex singulis naturæ regnis præparare docet; verum Alchymiam ad artem χρυσοποιητικήν. *Ægyptiis* ἱμοὺθ vocatur, item *Spagiria*, *Hermetica ars*, *ars perfecti Magisterii*, *ars Segregatoria*, *Separatoria*, & *Destillatoria.* B. Chimie / Alchymie / Schei-konst / Stof-scheiding / Metaal-konst. G. Chymey / Distillierkunst / Schmeltz-Kunst / Gieß-Kunst / Scheid-Kunst. Gall. *Chimie.* A. Chymistry.

CHYMIATRI, sunt illi Medici, qui Medicamenta Chymica præscribunt, ex χυμία Chymia & ἰατρὸς Medicus.

CHY-

Chymiatria, idem quod *Chymia*, est medicandi ars per Medicamenta Chymica, ex χυμία & ἰατρεία Medicatio.

Chymica, seu Chymicalia, sunt Medicamenta, quæ Chymici præparant, ut gratiori & minori quantitate ab ægris assumantur.

Chymicalia, idem quod *Chymica*.

Chymicus, est artis Chymicæ peritus, sive Chymicus est artis dissolvendi, & vicissim coagulandi peritus. B. Een stof-scheider / stof-by-een-brenger / Chymist / brander / laborant / laborateur. G. Ein Chymist / Distillierer / Scheidkunstler. Gall. *Un Chimist*. A. A Chymist.

Chymosis seu Chemosis, est palpebrarum ex inflammatione distorsio: Item tunicæ Corneæ in oculo inflammatio, à χαίνω hisco. B. Ontstekinge in de oogen. G. Entzündung der Augen. Gall. *Inflammation des yeux très violente*. A. A Distortion of the Eye-lids by an inflammation.

Chymus, idem est quod *Chylus*, à χύω succum exprimo, fundo. Nonnulli tamen eo designant partem Chyli optimam, à fæcibus separatam, & lactea ingressam.

Cibus, in genere idem significat, quam *Alimentum*: strictius autem sumitur pro solidiori nutrimento, & tunc potui opponitur.

Cicada, quasi citò cadens: vel à κίκ, ejusdem animalis sono, & ἄδω, ex ἀδω, canto. Gall. *Cigale*.

Cicatricula est pars ovi solitaria, vitello adhærescens, cui colliquamentum genitale inexistit.

Cicatrisantia, sunt medicamenta, quæ impedimentum tollunt, quo vetabatur vasorum ex unione dissolutorum concretio vel exsiccatio; sunt igitur, quæ liquida allata ad soluta vasa reddunt blanda: dein vasorum fines flexiles reddunt, extenduntque, denique vasa hæc exsiccant; inter quæ præcipua sunt, quæ ex Plumbo conficiuntur, vel quæ ex illo constant. Gr. Κατουλωτικὰ φάρμακα, ἐπιδερμικὰ B. Wondheelende / Vel-makende Medicamenten. G. Wund-heilende / oder Haut-machende Artzney. Gall. *Remedes cicatrizants*. A. Cicatrising Medicines.

Cicatrix, Cicatrices sunt vestigia quædam & notæ, quæ relinquuntur post gravia vulnera & ulcera, quare cutis defœdatur. Oriuntur. quia epidermis cum tunica adi-

adipofa concrefcit: nullum fenfum habent, neque unquam perfpirant. Aliæ funt fimplices, aliæ cum cavitate & diminutione partis, aut fuperexcrefcentiæ. Gr. οὐλή. B. Een Lid-teiken / een wond-teiken / Schram. G. Ein Maal / Wundmaal / Narbe. Gall. *Cicatrice.* A. The fcar of a wound.

Cicer, eft planta vel Leguminis fpecies; quæ habet caules tenues, lignofos, duros, ramofos, aliquantulum villofos: folia exigua, villofa, dentata, bina coftæ adhærentia: flores funt parvi, leguminofi, albi, aut rubicundi: flori fuccedit filiqua brevis continens femina referentia caput arietinum, unde hæc planta Cicer arietinum dicitur: Cicer eft vel rubrum vel album, rubrum officinale, album culinarium; cicera rubra funt ciceris fativi femina rotunda, angulofa, pifo majora, unico angulo acuto prædita, coloris ex fufco rubentis, faporis vifcofi & leguminofi: radix longa, exigua, alba: an fic vocetur à cienda urina? an quia venerem cieat & ftimulet? an quod eminentem habeat cicatriculam? an a κύκλος circulus, quia rotundam figuram habet? an à Κικυς robur, quod ejus cibus corpus roborat? an ab Hebræorum *Kikar*, maffa, pars rotunda. B. Cicers / Spaanfe Erweten. G. Kichern / Kicher / Weiffe Erbfen. Gall. *Pois ciches ou pois béen.* A. Chices, chicpeafe, vetches. Gr. Ἐρέβινθος.

Cicera Tartari, dicuntur pilulæ ex Terebinthina & cremore tartari.

Cicerbita, eft Sonchi fpecies, an à Cichoreo, quafi parvo dicta? Cichoreum enim à quibusdam κίχορα & κιχώρια appellatur. Vide *Sonchus*.

Cichoreum, Eft planta, quæ habet caulem intortum, craffum, rotundum, villofum, excavatum, ramofum: folia longa, valde lactefcentia, amara, plus minusve incifa, aliquantulum villofa: calix floris totus maturus redditus, valde eft compreffus, oblongus, fquammofus, atque inftar vafis cujusdam recondit femina angulofa inftar cunei, in parte fuperiore excavata, alba: radix craffa, fat longa, & fufca extus, intus albicans, fuccum habet faponaceum; in orbiculos defciffa dat lac amarum, hinc inter lactefcentia refertur: diftinguitur in fylveftre & fativum, fed prius ufitatius eft in Medicina ob amaritiem, pofterius inter radices edules refertur. Ægyptium nomen eft, ac inde in Græciam, poftea in cœ-

cœteras nationes commigrasse docent. Cichoreum tamen dictum videtur à κιχίω *invenio*, *reperio*, quod frequens in pratis, campisve nascatur ac reperiatur. Vel à κίειν & χωρίον, quod per agros serpat. B. Cichorei / Suikerei / Suikerei / Wegewagte / Hemel-sleutel. G. Zann-Weg-Wart / Weg-Weiß / Hindleufft / Sonnen wirbel. Gall. *Cichorée sauvage*. A. Cichory, Succhory. Gr. Σέρις, ἀπὸ τῦ σαίρειν, τάειν mundare, purgare.

Cicindela, quasi candela, noctiluca. Est enim genus scarabæi nocte lucentis. B. Goudwurm / Nacht-wurm. G. Johannes Fliege. Gall. *Ver luissant*. A. Glow-worm.

Cicongius, est mensura duodecim sextarios continens.

Ciconia, quasi cicania Isid. à sono, quem quatiente rostro faciunt illæ aves: vel à cicur, ob benignam naturam. B. Ojevaar. G. Ein Storck. Gall. *Cigogne*. A. Stork.

Cicuta, Est planta, quæ habet caulem satis altum, crassum, politum, serpentis cutim referentem, excavatum: folia minutissime divisa, & subdivisa, Petroselino simillima, inodora: flores sunt albi in umbellas crescentes, plurimis constantes petalis cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis, & calici insidentibus: is autem abit in fructum fere globosum, ex duobus seminibus compositum, exiguis, hinc gibbis & striatis, inde vero planis: radix cauliformis, longa, alba, crassa; tota planta habet odorem ingratum, sapor ejus est acris: est herba lethifera, morte Socratis clara. An appelletur, quod ejus assumtione caput Vertigine & Fatuitate, imo morte afficiatur? Præ cæteris infamis est *Cicuta Aquatica*, cujus historiam viresque deleterias singulari libro descripsit *Wepferus*. Gr. Κώνειον: nam κωνᾶν est δινεῖν vertere. B. Scheerling / dulle petercelp / Winterling / Pypkruid / dulle Kervel. G. Schirlinck / Wütschierling / Wundt Scherling / Wüterich. Gall. *Cigue*. A. Hemlock.

Cicutaria, est planta, quæ habet caulem ingentem, nodosum & concavum: folia Cicutæ majoris simillima: semina profunde striata, angusta, oblonga, magna: radix fibrosa, cujus nomen à Cicuta derivatur. B. Wilde Kervel. G. Wilde Körbel. Gall. *Cicutaire*. A. Wild Cecely, Cow-weed.

Cilia, propriè sunt extrema palpebrarum corpuscula duriora, & cartilaginosa, semilunata, quæ Græci Ταρσοὺς vocant, Latini *Cilia*, quibus pili infiguntur, quos alii *Cilia* appellant. Superioris palpebræ pili versus superiora curvantur, sed inferioris versus inferiora; semper ferè eodem determinato intervallo a se invicem distantes, & eandem servantes magnitudinem, impedientes, ne leviora oculo incidant, nam duplici pilorum insignium serie constituti sunt. horum etiam usus videtur, dare sensum acutissimum, unde simulac aliquid oculum, quod ipsum lædere posset, appetit, hinc monitus statim clauditur; & moderare lucem, & oculum quasi in umbra constituere, ne a radiis lucis fortioribus lædatur; hinc fit, ut qui his carent, non nisi in crepusculo bene videant. Gr. Βλεφαρίς, ὀφρύς. B. d'Oog hairtjes. G. Härlein an den Augen-Liederen/ Augenbrauen. Gall. *Les cils ou Poils des paupieres.* A. The haire on the eye-lids.

Cimolia Terra, κιμωλία, à Cimolo Insulâ in mari Cretico, unde ortum habuit: est Boli species.

Cina Cinæ, seu China Chinæ, est cortex Peruvianus, cujus arbor præcipue crescit in Peru, regno Americæ, & quidem in provincia Quitto, in vicinia urbis Loxæ; non absimilis cortici junioris Quercus, foris scaber, paulum canescens, aliquando musco obductus, intus lævior, coloris ferruginei, saporis nonnihil astringentis penetrabilissimi & amari, paulum ingrati, & quo amarior & ponderosior est iste cortex, eo melior: adversus febres maxime laudatur Dicitur & *Kinkinna*, *Palo de Calenturas*, *Gannana peride &c.* Arborem repræsentat *T. Bartholinus*, sed descriptionem nullam dat; hinc cujusnam arboris cortex sit, hodie nondum bene constat. B. Kina. G. Fieber-Rinde oder Jesuitischer Baum. Gall. *Quinquina.* A. Jesuits-bark.

Cinamomum, est arbor altitudinis Citri aut mali Aurantii; magna habens folia, Lauri foliis similia, glabra: Vidi nuperrimè ramulum, cui adhuc sex folia insidebant, & integrum folium servo, referens figuram, quam edidit *Abrah. Munting*; *A Costa* repræsentat etiam Cinamomi folium: sed non convenit cum meo, sed potius ipsum Malabatrum refert: Fructus habet nigros, glandes referentes, magnitudine avellanæ nucis. Cortex interior Cinamomum propriè est. Videtur differre à *Cassia lignea*, (cu-

(cujus variæ dantur ſpecies) cum Cinamomi cortex grandior ſit & ſapore penetrantior : Caſſiæ vero tenerior & manducata mucilaginem præbet : optimum cognoſcitur ſolum guſtu, nam licet color & odor adſint, ſæpe tamen non eſt bonum, nam mora & adulteratione ſæpe vim amittit; cortex externa parte liberatus, ſecatur in laminas quadrangulas, exſiccatur, & ſponte convolvitur, hinc cortex ramorum eſſe videtur, cum ſit revera trunci. Cortices fortè unius quoque arboris ſunt, & rami majores fortaſſe præbent Cinamomum, teneriores vero Caſſiam, ſed hæc conjectura minime veroſimilis apparet, ob rationes hic & in Caſſia lignea allatas. Radix ſuppeditat *Capharam*; lignum roſeum ſpirat odorem; Folia Juniperum olent; fructus vero expreſſi & cocti ceram velut adipem dant & Caryophyllos odore imitantur. Flores habet albidos ferè inodoros. Colitur in Zeilon, maximum eſt Aroma, quod gratúm odorem ſaporemque multis cibis & vinis communicat, & in Medicina quoque maximi uſus. Dicitur & *Canella*; *Cinamomum* dictum contendunt, quaſi *Amomum Chinenſe*, ſeu *Amomum* ex China delatum: alii nomen accepiſſe putant à verbo *Can*, quod lignum, & *Nama*, quod dulce ſignificat. Nonnulli Κινναμῶμον dictum credunt, quaſi κίνναμον ἄμωμον, Amomum à puritate cinamon, vel nomen fortè impoſitum ab Hebræorum *Kinnamon*. B. Kaneel. G. Canel/ Zimmetrinde/ Zimmet. Gall. *Canelle*. A. Cinamom.

Cinara, Eſt planta, quæ ex radice folia erumpentia habet longa, larga, ampla, profunde inciſa, ex his emergit caulis ſatis magnus, ſtriatus, lanuginoſus, craſſus, intus medulloſus, plures ramos dimittens, quorum ſinguli habent in ſummitate capitulum variæ magnitudinis, valde ſquammoſum, rigidum, durum; ſquammæ fructu facto grandiore diſſolvuntur, ac ſuperius virent, interius vero ac inferius carnoſæ ſunt & albidæ: comeduntur ex hoc capite partes duæ, nempe ſquammarum ungues, & medius diſcus, cui papoſum ſemen inſidet. florem habet floſculoſum, plurimis ſcilicet floſculis conſtantem multifidis embryoni inſidentibus. dictam volunt à cinere, quo ſtercorari amat. Alii à *Cinarà* potius puellà, quæ in ejus ſpeciei Carduum mutata eſt, appellatam eſſe contendunt: vocatur etiam Scolymus. Gr. Σκόλυμος: vel σκολιὸς aſper, quia hæc planta eſt aſpera; nonnullis

Cocalus, *Alcocalus*, *Articoca*, & *Articocalus*. Vide *Articocalus*.

Cinefactio, est quando res per ignem comburuntur, & in cinerem reducuntur. B. Asſchmakinge. G. Aschmachung / zu äschen verbrennen. Gall. *Reduction en cendres*, A. A Making or burning into ashes.

Cineraria, appellatur Jacobœa marina, cujus folia cinereum habent colorem.

Cinerarium, idem quod *Conisterium*.

Cineratio, idem quod *Cinefactio*.

Cinis, est pulvis ille griseus ex combustione rerum combustibilium residuus, constatque ex sale (qui elixiviari potest) atque terra, ut dicitur mortua. B. Asſche, G. Aschen. Gall. *Cendre*. A. Ashes.

Cinis Clavellatus, propriè cinis est ex claviculis vitis. Aliis est caput mortuum ex destillatione fœcum vini residuum, combustum & elixiviatum. Nonnullis est sal ex cineribus lignorum quorundam extractum, optimeque reverberatum; sponte liquescit in aëre, aliasque, quæ sali alcalino adscribuntur proprietates, etiam obtinet. B. Pot-asch / weed-asch. G. Weid-äsche / pot-äsche. Gall. *Cendre gravelée*. A. Ashes.

Cinnabaris, alia est *Factitia*, & alia *Nativa* sive *Mineralis*. *Factitia* conficitur ex Sulphure & Mercurio, ex quibus mixtis fit sublimatio. *Nativa* est Terra mineralis lapidescens, rubicunda, constans etiam ex sulphure & Mercurio vivo, cum terrestri materia instar lapidis compactis. in ipsis fodinis ex sulphure & argento vivo coaluisse per fusionem ab igne subterraneo factam, docet arte facta Cinnabaris; & ejus resolutio facilis in verum sulphur & Mercurium. Adfertur ex India Orientali, Ungaria, Germaniæque locis variis; prope Alsheimium Palatinatus &c. Eligenda quæ gravida Mercurio & Sulphure præstantioribus, adeoque Ungarica, utpote quæ auro aliquantulum pollet; quo quidem respectu minus valet usui Medico quam civili. *Dioscoridi* dicitur *Minium*; quamvis diversum nobis à Cinnabari sit; datur etiam Cinnabaris Antimonii, quæ est massa compacta, dura, opaca, ponderosa valde, quæ in collo retortæ, ubi præparatur butyrum antimonii, reperitur, a parte, qua superficiei vitri adhæret, splendet, ab altera scabra, trita in pulverem, dat veram Cinnabarim, ex Mercurio & Sulphure Anti-

timonii unitis constantem. Videtur dici à κινάβρα, ob fœdum odorem, quem exhalat, dum foditur, à κινάβρα oleo, fœteo. B. Vermilioen / à verme quodam ex Ilicis baccis proveniens, cujus succo panni serici & lanei rubro colore saturo inficiuntur. Item Berg-rood / Cinaber. G. Zinober. Gall. *Cinabre*. A. Cinnabar.

Cinnabaris, Cinnabrion Herba, appellatur Rubia tinctorum, quia ejus radicibus lintea &c. rubro tinguntur colore, Cinnabari vix dissimili.

Cion, *Columella*, *Gargareon*, γάργαρ, *Gurgulio*, *uva*, *uvula*, *uvigena*, *uvigera*, *Epiglottis* Plin. *Sublinguium* Isidoro, pensilis de palato *Isthmus*, sive *Gutturis Operculum* dicitur. Item κίονις, σταφυλόφορον ex palato in ore penitius, juxta narium meatus supra laryngis rimam inter *Amygdalas* dependet, estque processus ex substantia, ut videtur, glandulosa spongiosa & rubra, quam putat *Columbus* oriri ex palati tunica, eo loci reduplicata: sed *Riolanus* à musculis ibi desinentibus: glaberrima est, flexilissima, subpellucida, involucris ori & faucibus communibus tecta, plena cryptis apertis, mucosis, & fibris longis musculosis, in unum punctum collectis, cæterum tota vasculis innumerabilibus contexta; vasa reperiuntur arteriosa, venosa, omnium fere serierum, tam in usus communes, quam potissimum ad officium cryptarum; musculi huic machinæ proprii plurimi attribuuntur. Figura est rotundè oblonga, superius crassior, & in acutum obtusè desinens. *Usus* est fauces linguamque humectando deglutitioni inservire, moderari vocem & aëris frigiditatem, & impedire, ne potus ad nares ruat. B. Het Lelleken in de keel. G. Der Zapff / das Athem Zünglein Gall. *La Luette*. A. The Root of the Mouth. Interdum uvula nimis prodendet ab humoribus obstruentibus, qui per vasa lymphatica redire nequeunt, unde casus uvulæ oritur. B. De huig. G. Das fallen / oder schiesen des Zapf-leins im Hals. Gall. *La Luette abatuë*. A. The Falling of the uvula.

Cionis, idem quod *Cion*.

Circæa, Est planta, quæ habet caules tenues, rotundos, rectos, villosos, medulla repletos: folia sibi invicem opposita nascuntur juxta longitudinem caulium: ad basim latiora, ad apicem acuta, dentata, pediculis adhærentia; flos ex duobus petalis calici etiam bifolio insiden-

dentibus constat: calix autem deinde abit in fructum pyriformem, in duo loculamenta plerumque divisum, semine fæta ut plurimum oblongo: vocatur Mandragora, quia hac herbâ quondam alios fascinare *Circe* magica inventrix solis filia putatur, vel quia hujus plantæ fructus se vestibus affigit, hocque modo homines ad se trahit, sicut Dea Circe suis incantamentis facere credebatur. illud nomen etiam aliis plantis imponitur. Gall. *Circée.*

CIRCUITUS, idem quod *Periodus.*

CIRCULATIO sanguinis, vide *Periodus.*

CIRCULATIO CHYMICA, est liquoris puri, per circularem destillationem in pelicano, vel alembico cæco, agente calore, exaltatio; dum enim liquor in recipiente contentus undique clauso exhalare nequit in auras, sed colligatur in superiori parte vasis, cadit inde iterum ad fundum vel directo lapsu, vel per laterales alas pelicani, idque aliquoties circuli in modum pro genio liquoris destillandi. B. Rondtom of-Weder-distiling. G. Oft widerholtes distillieren. Gall. *Circulation chimicale.* A. Chymical circulation.

CIRCULATOR, idem quod *Circumforaneus*, vide *Agyrta.*

CIRCULATORIUM, est vas vitreum, ubi infusus liquor, ascendendo ad summum vasis, & iterum in locum, ex quo venerat, descendendo per laterales alas cavas, colligentes omne, quod in supremum vasis adscenderat, quasi in circulo rotatur. Varia sunt hujus generis vasa, sed duo præcipuè sunt majoris momenti & usus duntaxat, *Pelicanus* nimirum, & *Diota.* B. Omdryf-glas / Circuleer-glas. G. Circulier-glaß. Gall. *Vaisseau Circulatoire.* A. A Circulatory glass.

CIRCULATUM MINUS, nihil aliud est quam *Spiritus Vini.* Nonnulli tamen Chemici aliud in arcanis habent, a quo magnas vires sibi & aliis pollicentur.

CIRCULUS, est Instrumentum rotundum ad Chemicorum vitra abscindenda ex ferro factum; perfringuntur hoc modo: circulus igne candefactus vitro circumponitur, illudque tamdiu stringitur, donec fervescat & incalescat, cumque adhuc fervet frigida gutta immissa, aut frigidi halitus afflatu dissilit, atque disrumpitur. B. Een Ring. G. Ein Ring. Gall. *Anneau*, *Cercle.* A. Ring.

CIRCUMFLEXUS PALATI, est idem musculus, qui aliis *Pterygo-staphylinus* dicitur.

CIR-

CIRCUMFORANEUS, idem quod *Agyrta.*

CIRRI, plantarum & inprimis radicum tenuia sunt capillamenta, quæ contorta crispantur. B. **Krullende hairtjes aan de wortel.** G. **Dunne würtzlein/ oder Fäserlein an den würtzlen.**

CIRSION, CIRSIUM, est Cardui species, quocum convenit in omnibus, & ab eo tantum differt spinis mollioribus: quia putatur hæc planta Varicibus mederi, nomen accepit à Κιρσὸς varix, cum vena multo sanguine dilatata est. *Fuchsius* nominat *Buglossam* vel *Linguam bovis.*

CIRSOCELE, est varicosa vasorum ad testes euntium dilatatio, ita ut tertium testiculum quandoque mentiatur, nascens, vel ab impedito reditu sanguinis per venas supra pubem compressas, vel ex majori motus determinatione versus has partes, ex κιρσὸς varix, & κήλη tumor. B. **Zwelling/ of breuk der kloot-ader.** G. **Geschwollene/ auffgelauffene saamen Adern.** Gall. *Hernie des Vaisseaux spermatiques; Circosele.* A. A Swelling of the seed-vessels.

CIRSOS sive VARIX, est nimia venarum in exteriori corpore sitarum dilatatio in tumorem elata, flexuosa, in una aut pluribus corporis partibus hærens; oriunda ab impedito sanguinis valde moti per has venas transfluxu, unde ad sedes valvularum a sanguine collecto ita dilatantur sæpe, ut rupturam minentur. Invenitur apud Græcos duplex nomen: Alterum est frequentissimum κιρσὸς seu (ut est apud *Pollucem*) κριξὸς, alterum vero non ita frequens ἰξία, quod quidem postremum usurpatum invenitur ab *Hippocrate.* Latinis *Varix*; *Ramex* tamen apud *Plautum* pro varice pectoris aliquando sumitur, in Merc. l. II. *Tuâ causâ rupi ramices, tamdudum sputo sanguinem.* B. **Geborsten Ader/ uitgerekte Ader/ Aderspat.** G. **Aderbruch/ Krampff ader/ auffgeblasene/ geschwollene Adern.** Gall. *Varice, Veine dilatée.* A. A Crooked swelling vein, or varix.

CISSAMPELOS, dicitur de Convolvulo, vineas amante, quia juxta illas sæpe succrescit. Ex κισσὸς Hedera, à κίω, quod in pariete vel arboribus latè serpat; vel à κίω scindo, quia Hedera arborea alias arbores scindit & perdit, adde ἄμπελος vitis, vinea: ab ἅμα una & πηλὸς Jon. pro οἶνος vinum. Vide *Helxine Cissampelos.*

CISSIUM seu CISSOPHYLLUM, sunt Vincetoxici Syno-

nonyma: quia habet folia Hederæ similia. Κισσὸς est Hedera, cui adjicitur φύλλον folium.

Cissos, est Helix seu Hedera, vide Κισσὸς in voce *Cissampelos*. Bacchus quoque olim Κισσὸς dictus.

Cisterna Chyli, idem quod *Sacculus Chyliferus*.

Cistus, Κισθὸς & Κίσθαρον, est frutex, cujus folia obrotunda, villosa, aspera, conjugata: flores rosacei, quinquepetali, coloris rubicundi: calix triphyllus; pistillum abit in fructum, qui est capsula obrotunda, villosa, aspera, quæ per maturitatem dehiscens semina exigua, & rufa fundit: radix lignosa, ramosa: crescit in regionibus calidis, præsertim in locis saxosis: ex hujus foliis Ladanum gummi exsudat. Dicitur fortasse, quod ejus species aliqua κισσῷ, id est Hederæ foliis rotundis sit similis: Sunt qui nomen à Bacchi saltatore derivant, cujus nomen erat *Cittus*, vel *Cissus*: Historiam vide apud *Cassianum Bassum*. Nonnulli ἀπὸ τῶ κιὸς, verme, seu curculione derivant: Κὶς enim omnia frumenta perterebrat: unde Κισσηρὶς pumex variis foraminulis perforatus lapis est. Sic frutex hic à porosâ texturâ & innumeris spiraculis pervia, qua vinum transmittit. B. Hondsroos. G. Cistus/ein staud. Gall. *Ciste*.

Citrago, appellatur Melissa, ob citreum, quem spirat, odorem Vide *Melissophyllum*.

Citrea Malus, Est arbor semper virens, cujus rami sunt extensi, flexiles, cortice viridi & polito instructi: folia laurinis similia, longa, acuta, rigida, absque appendice, carnosa, in margine dentata, coloris viridis splendentis, præsertim in parte superiori, odoris penetrantis: flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum oblongum, donatum cortice crasso, inæquali, carnoso, in initio viridi, postea citreo splendente, intus albo, odoris grati, saporis aromatici & grati: fructus hic dividitur in loculamenta succo acido grato, & seminibus externe duris, oblongis, albis, medullosis, saporis aliquantulum amari, fæta: hæc arbor crescit in regionibus calidis: dicitur, quod ejus fructus citrinum habeant colorem; quorum succus gratissime acidus, nitrosus, & refrigerans, optimum in febre ardente sitientibus est solamen. Fructus etiam Malus Medica audit, sive a virtute, qua pollet, sive a solo Medorum, olim

olim ipsi patrio. B. Citroen. G. Citronen. Gall. *Citronier*. A. The Citron-tree.

Citrullus, Anguria est, sic à Citri luteo colore dictus.

Citta, sive Pica, est appetitus depravatus, quo ea appetuntur, quæ ab esu humano prorsus aliena sunt, ut Calx, fistulæ tabaceæ, carbones, testæ, panni, coria, arena, &c. Causa latet in depravato ventriculi succo, qui non nisi per insueta assumta mutari potest, vel a circulatione sanguinis mutata, ut in gravidis, vel ab imaginatione depravata. B. Verdorven of ongerymde Honger. G. Der Schwangern Weiber gelust zum unnütze Sachen. Gall. *Appetit depravé*. A. A Strange depraved longing in breeding women.

Civetta, à voce Indicâ *Zibeth*. Est animalculum, ex cujus vesiculis circa Inguina succus pinguis fragrantissimus educitur. Vid. *Zibethum*.

Clangor, sive *vox clangosa* significat vocem acutam cum stridore, quæ in homine fit, quando organa, quæ loquelæ inserviunt, exsiccata sunt.

Claretum, est vinum, aromatum infusione imprægnatum, ac saccharo edulcoratum, dicitur alias *Vinum Hippocraticum*: Item Vinum Medicatum, sic nominatur, quod per manicam Hippocratis colatur & purificatur. Klarey / Klaretten-wyn / genees-wyn / kruid-wyn / handeel-wyn / hypocras / bruids-tranen. G. Hippocras / gewurtzter-wein / claret. Gall. *Vin Clairet*, *vin d'Hippocrat*. A. An Aromatick wine, or claret wine.

Clarificatio, est modus, quo succi vel decocta turbida, & crassa, clariora redduntur: quod fit filtratione, subsidentiâ, fermentatione, vel additione aceti, albuminis ovi, aut lactis. B. Een klaar-making. G. Reinigung / Clarificirung / klarmachung. Gall. *Clarification*. A. Clarifying or clearing.

Classis, sic a Botanicis vocatur congeries Plantarum, quibus nota quædam communis adeo propria adest, ut hac ab omnibus aliis generibus prorsus differant: Solentque hodie omnes plantæ in sua genera & classes redigi, ut scientia Botanica ad methodum doctrinæ deducatur, & facilius nomina plantarum memoriæ mandari possint. Gall. *Classe*.

Claudus, est qui altero pede minus æque incedit, al-

altero breviore, aut aliter distorto, vel contracto vel minus robore valente ob musculos aliquos femoris relaxatos, vel paralyticos. B. Mank / kreupel. G. Hinckend / Lahm. Gall. *Boiteux*. A. A Cripple.

Clausiporta, pro clausiporca: nam porcæ sunt clusiles, Italis *porceletti*.

Claviculæ, sunt ossicula duo thoracem claudentia, oblonga, dupliciter incurvata, constantia quasi ex duobus arcubus, ad extrema sibi invicem junctis, scapulamque clavis instar cum sterno firmantia, hinc brachia etiam & scapulas fulcientia: sic dicuntur à clavibus ædium antiquis, *Patavii* à *Spigelio*, & deinde à me visis. *Celsus Jugula* vocat à Jungendo, alii *Ligulas*, *Os furcale*, &c. Gr. appellant κλεῖς, κληῖς *Hom.* κληΐθρον *Gal.* transversim sub imo collo sitæ sunt, in pectoris summa & anteriori parte, utrinque una. *Figuram* habent oblongi S. Latini. *Kerkringio* teste in abortibus sex hebdomadum jam osseæ reperiuntur. B. Het sleutel-been / krop-been. G. Das Hals-bein / Schlüssel-Trossel-bein. Gall. *La Clavicule*. A. The Clavicular bones.

Claviculæ, in plantis capillamenta intorta, vel *Capreoli* sunt, quibus quasi manibus proreptans Vitis adminicula comprehendit. Vide *Capreolus*.

Clavis, in Chemicis denotat directionem, ad secretum quendam processum efficiendum; vel menstruum aliquod, quod ad intimam usque metallorum substantiam penetrat.

Clavus, est verrucæ species, callosa, parum elevata, digitos vel plantas pedum occupans, ex calcei pressione inæquali, vel attritu oriunda. B. Een lijstdoorn / Exteroog. G. Hüner-ägerster aug / Leichdorn. Gall. *Clou*. A. A Nayle. Vid. *Helos*.

Clavus, juxta *Tornamiram*, est passio in parva capitis parte, sive doloris capitis species, clavum referens: Communiter est supra oculum in supercilio, & videtur ægris, ac si pars capitis clavo vel terebello perforaretur. & a Celso Clavi vocantur callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen a figuræ similitudine est.

Cleidion, idem quod *Clavicula*.

Clema, & Clematis, dicuntur plantæ sarmentosæ, ut vitis &c. à κλάω frango, quia fragiles.

Clematis Daphnoides, Est planta, quæ habet caules

les exiguos, tenues, longos, rotundos, virides, nodosos, repentes, ubique adhærentes: folia sunt oblonga, viridia, polita, bina, sibi invicem opposita, caulibus brevibus adhærentia, saporis amari, stiptici: flos est monopetalus, Hypocrateriformis, multifidus, coloris ut plurimum cærulæi, aliquando albi, raro rubri, sine odore; ex hujus calice surgit pistillum, infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum oblongum, duabus siliquis constantem, quæ continent semina plurima oblonga, fere cylindracea, sulcata ab una parte; radix fibrosa. *Pervinca* officinis, *Vinca pervinca* vulgo nominatur. *Clemaida* Græci, quoniam κλήματα, hoc est sarmenta seu viticulas per terram spargat, dixerunt. *Daphnoida* vero à foliorum Lauri, quam ejus folia habent, figura. Plinius Clematida *Ægyptiam* nominat *Vincam pervincam*, alioque nomine *Chamædaphnen* dici tradit, quod sc. humilis videatur Laurus, ut nomen sonat: Vinca dicta fuit, quia in thalamis nuptialibus inde cingula conficiuntur. B. Maagdeplam / vinkoorde. G. Eingrün / Ungrün. Gall. *Lysseron*, *Pervenche*. A. Perwinkle.

Clematis Passiflora, ita appellatur, quod varia in flore habeat Christi passionis signa. B. Bloem des lijdens / Passi-bloem. G. Passions-blume. Gall. *Fleur de la Passion*. A. Flower of Passion.

Clima, vi vocis denotat declinationem, quæ Geographis subintelligitur ab Æquatore ad alterutrum polum, estque definitum spatium, duobus parallelis inclusum, sub quo diei longitudo ad dimidiam horam variatur. Medici autem, quando hac voce utuntur, inprimis respiciunt ad differentiam caloris, & frigoris, quæ in variis regionibus obtinet; quæ propterea accurate notanda est, quoniam inde diversitas temperamentorum, vitæ generis, morborum, & methodi medendi inprimis dependet. B. Lugtstreek. G Eine grosse weite / oder Außtheilung des Himmels. Gall. *Climat*. A. A Climat the trait and draught of a contrey.

Climactericus Annus, tales anni dicuntur, qui à nugivendulis, per certos gradus, vel certam distantiam, aut numerum septenarium & nonarium distinguuntur, & inter hos quadragesimum nonum, & sexagesimum tertium præ aliis notatu dignissimos habent: quod in his insignes mutationes, & pericula vitæ metuenda sint. Vide *Annus Climactericus*. B. Het Moord-jaar. G. Mord-

 jahr /

jahr/ das Weckfel-jahr. Gall. *Année Climacterique*. A. The termes of important changes in the bodies of men.

Clinicus, est Medicus, qui diætâ aut Medicamentis succurrit ægris, in lecto decumbentibus. Quin & ipsi ægroti vocantur *Clinici*, quum præ debilitate & morbi vehementia in lecto decumbere coguntur; sicque opponuntur illis, qui cum morbo suo stare, & negotia sua obire utcunque valent. Derivatur hæc vox a κλίνη lectus.

Clinoides Apophysis, Gr. κλινοειδὴς, à κλίνω, inclino; quòd hæc ossis protuberantia sinum parvum habeat, qui lectum referat. Uti sic scapulæ apophysis humeri os recipiens, inprimis autem quatuor processus minores in osse sphœnoide, quæ sellam, Turcicam dictam, efformant, &c.

Clinopodium, est planta, quæ habet caules tenues, quadratos, villosos, longos: folia Majoranæ sylvestris similia, sed minus odora, sibi invicem opposita, villosa, saporis Salviæ: flores in verticillos densos, cauli circumpositos aggesti sunt, galea erecta rotundula, bifida, barba tripartita: flori succedunt quatuor semina oblonga, tenuia, rubicunda, in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit inclusa: radix fibrosa: crescit in sylvis: quibusdam *Marum* appellata, est propriè lecti pediculus, quod folia habeat lecti pedibus simillima, à κλίνω inclino, reclino; unde κλίνη lectus, & πὸς pes. B. Mastik-kruid. G. Mastick-kraut. Gall. *Herbe de mastic. Basilic sauvage*. A. Wild Basil.

Clistus, vide *Clyssus*.

Clitoris, seu Amoris Dulcedo, est velut penis muliebris, titillationi inserviens, genitalibus fœmininis appensus parte superiori: Constat, ut penis virilis, ex duobus corporibus nervosis, quæ ab inferiore parte ossium pubis ortum ducunt, & membrana nervea cincta sunt; etiam in extremitate obtegitur glans præputio; ejus substantia spongiosa est, adeo ut à sanguinis majori vel minori copia effusa in cellulis cavernosis tempore voluptatis intendi & relaxari possit; non tamen ut in viris perforata, nec penis magnitudinem habet, & urethra caret. Dicitur à κλειτορίζω lascivio. Gr. κλειτορὶς, dicitur & Nympha. B. De kittelaar. G. Die weibliche Schaam. Gall. *Le Clitoris*. A. The yard of a woman, or the clitoris.

Cloaca, à colluendo, vel à cloacare, id est inquinare,

nare, vel à cluo, id eſt purgo. Corporis immunditiarum eſt receptaculum.

Clydon, eſt fluctuatio aſſumtorum in ventriculo, ob laxitatem fibrarum ejus, & vim minorem muſculorum abdominalium, quam ut viſcera contenta ſufficienter comprimat, à κλύζω abluo, lavo.

Clymenum, Eſt planta, ſimillima in omnibus Lathyro, niſi quod folia plurima uni coſtæ adnaſcantur non modo duo, ſed aliquando quatuor, ſex vel octo ad eundem exortum: dictum ſcribunt ab inventore Clymeno Rege: ſed rectius à κλίνω reclino, quod fructus ſive folliculi ad ſe invicem reclinant, ac quaſi recumbant, veluti Iridis floris folia, poſtea Clymenum vocarunt, & Regium nomen ei impoſuiſſe finxerunt.

Clypealis Cartilago, idem quod *Thyroides*.

Clypeus, ſive clupeus à cluendo, hoc eſt purgando, vel quaſi calypeum, à καλύπτειν, tegere, quòd tegat.

Clysma, idem quod *Clyſter*.

Clyssus, eſt, quod alicujus rei eſſentiam, apud Chymicos, contineat: vel quando ejusdem rei ſpecies variè ſeorſim elaboratæ iterum conjunguntur, ut cum ſal commune, Sulphur, oleum, ſpiritus & Mercurius iterum in unum corpus coagulantur. Dicitur & *Aqua Stimmea* vel *Sulphurea*, eſtque ſpiritus quidam mineralis, cujus baſis præcipue Antimonium, nec non alia ſulphura mineralia. Vide *Eſſentia quinta*.

Clyster & Clysterium ſeu Enema, eſt Medicamentum internum, fluidum, quod per anum in inteſtina ope ſiphonis injicitur. Clyſteres alii ſunt emollientes, & laxantes, alii acriores, qui majorem ſtimulum excitando humores copioſius alliciunt, alii detergentes, alii adſtringentes, alii anodyni, alii ad alias intentiones parati, à κλύζω abluo. Gr. κλυστήρ. B. Clysterie / Clysteer / Spuitsetting / Darm-spoeling / Gat-spoeling. *Clyſter* ſumitur aliquando latiori nomine, pro *Metrenchyta*, *Otenchyta*, *Kiſenchyta &c.* quæ ſuis vocabulis ſuo loco reperiuntur. G. Einspritzung durch den hindern / Clystier. Gall. *Lavement*, *Clyſtère*. A. Cliſter

Clysterium, vide *Clyſter*.

Cnicus & Cnecus, vocatur *Carthamus*, herba, flores proferens Croco ſimiles. Hinc κνηκὸς eſt flavus color, fortè à καίειν accendo, quia ignei coloris eſt, ut Crocus,

vel ἀπὸ τῦ κνίζειν, quod mordere & pungere significat: vel ἀπὸ τῦ κνισμῦ, quod pungendo, pruriginem excitet, quod de sylvestri rectius, quam de sativo dici potest. B. Wilde saffraan / Basterd saffraan. G. Wild-Saffran. Gall. *Saffran Sauvage*, *Saffran batard*. A. Bastard Saffron.

Cnide, est Urtica urens, quia nocenti lanugine pungit, à κνάω scindo, scalpo, pruritum excito.

Cnismus & Cnesmus, à κνάομαι scalpo, prurio. Vide *Pruritus*.

Cnissoregmia, sive Soda, est ciborum ex regno animali in ventriculo debili hærentium, nec subactorum satis, adeoque in initio putredinis positorum eructatio, unde *ructus nidorosus* dicitur: si autem cibi ex regno vegetabili fuerunt, adeoque suam sequentes naturam, est in ventriculo, quasi exustio, & pruritus, cum eructationibus acidis, à κνάομαι prurio, & ῥήγνυμι rumpo, quia calor cum aciditate erumpere videtur. B. De Zode / Spijs-verbrandinge in de Maag. G. Hitze des Magens / Sode. Gall. *Ardeur d'Estomac*. A. The heart burning.

Coagulans Medicamentum dicitur, quod partes, fluidum constituentes, in massam strictam & concrescentem mutat, ita ut multæ sub una superficie moveantur antea separatæ, hocque facit vel expellendo particulas fluidissimas & diluentes, vel addendo glutinans, vel partes inter se compingendo. B. Een verdikkend of zamenstremmend middel G. Zusammenrinnende Artzeney.

Coagulatio, dicitur humoris à re aliqua vel vera privatio, vel saltem talis, quæ sensibus nostris non apparet, vel particularum ante fluidarum in solidum cohærens mutatio. B. Samenstremminge. G. Ein Zusammen Rinnung / zusamen geloffen. Gall. *Coagulation*. A. Coagulation or Curdling.

Coalescentia, est partium solidarum unio, quæ antea erant divisæ. B. Aan-een-groejinge. G. Zusammen-Wachsung. Gall. *Coalescence*. A. A. Growing together.

Coalterna febris, Bellino dicitur, quando brevi a fine integro unius iterum invadit alia.

Coarticulatio, idem quod *Diarthrosis*.

Cobaltum, *Cadmia nativa*, *Fossilis*, *metallica*, est minerale terreum, colore fere nigrum, Antimonio haud absimile, Æris vel Argenti particeps. Foditur copiosè in Saxonia haud procul à Goßlariâ. Causticum est & erocen,

dens, adeoque inter venena habendum. B. Kobalt. G. Kobalt/ Mucken-Pulver/ quia Muſcæ ejus guſtu perimuntur. Gall. *Cobaltum, eſpece de Cadmie naturelle.* A. Braſſe ore, or Cobalt.

COCCIGRIA, vel COGGYRIA, eſt arbuſcula montana & ſylvas amans, ejusque radicibus lanæ, &c purpureo inficiuntur colore, Etymon erit à κόκκος granum, bacca, *color* ex cocco factus *puniceus*, & ἄγριος ſylveſtris.

COCCUS, in genere ſumitur pro omni bacca, ſed proximè refertur ad Ilicis minoris baccas, quæ *Grana Kermes* ſeu *Chermes* appellantur, nonnulli putant Coccum ſignificare vermiculum, qui ſingulis baccis innaſci dicitur, hinc ejusmodi color vocatur *Vermeil & Vermillon* à verme nempe, hinc quoque Arabum *Chermes*, *Kermes*, *Color Chermeſinus* &c. noſtris Karmoſyn. G. Scharlach beer. Hinc *Coccineus color.*

COCCUS BAPHICA, idem quod *Kermes.*

COCCUS CNIDIUS ſeu GNIDIUS, baccæ eſſe putantur Chamæleæ: admodum urentes & acres, hinc à κνίω uro, vel κνίδη Urtica urens: Urticæ enim inſtar urit, mordet, pruriginemque excitat. Pipere enim, quod calidum ſatis, calidius eſt. Fortè *Gnidius* appellatur corruptè facilitatis gratiâ, ut fieri ſolet. Aliis tamen nomen deducitur a Cnido, Aſiæ urbe, quæ & Gnidus dicitur, quoniam Medici illius urbis has baccas in uſum vocaſſe dicuntur.

COCCYMELEA & COCCYMELEON, videtur eſſe Pruni ſpecies, & quibusdam videtur eſſe *Cuculi malus*, κόκκυξ enim eſt cuculus, & μῆλον malus: hinc arborem illam dictam conjiciunt, quod grandeſcentibus pomis, cuculus è ſuis latebris prodeat, & conſpiciatur: vel, nomen hoc potius inditum, quod floreat, quando cuculus ad ſuas latebras redit, nec amplius videatur.

COCCYX, eſt oſſea compages quæ conſtituitur ex tribus oſſiculis, rarius quatuor, quæ oſſi Sacro ſubſunt, horum ſupremum latius inferiori, ita ut caudam referant, quæ introrſum inclinata, faciliori ſeſſioni inſervit. Dicitur & *Orropygium*, *Uropygium*, *Sacra ſpina*, Iſidoro, κόκκυξ, ὀῤῥοπύγιον, σπονδύλιον. B. Stiet-been/ ſtuyt-been/ ſteert-been. G. Das Unter creutz bein / Guck Gucks vel Schwantz Beinlein. Gall. *Le coccis*, *l'Os de la queue.* A. The Rump-bone

Cochia, Gr. κοκκία, diminutivum est a κόκκος, bacca, vel granum. Est nomen pilularum purgantium, quas capiti expurgando inprimis idoneas crediderunt, unde Belgis & Germanis dicuntur. B. Hoofd-pillen. G. Haupt-pillen.

Cochinella vel *Coccinella*, Insecti species est, quod fere rotundum, & Cimici non absimile, interius colorem Scarlatinum habet. Invenitur in quibusdam Indiæ Occidentalis locis super surculos Ficus cujusdam, quæ Opuntia major spinosa dicitur, cujus fructus succo sanguinei coloris repletus est. Animalculum hoc, plenam maturitatem adeptum, ab incolis fumo prius suffocatum, leni deinde fruticum concussione in substrata lintea decidens, facile colligitur, solisque calori expositum siccatur, & ad nos transmittitur. Tinctoribus inprimis expetitur; in Medicina vero propter vim diureticam contra Nephritidem & Hydropem laudatur. B. Konchenille.

Cochlea, Tertia Labyrinthi pars est, structuræ valde mirabilis, quæ vestibulo in parte canalibus semicircularibus opposita, anteriori, interiori, faciem respiciente, positu tamen canalibus inferiore, apposita, & pro parte continuata est; a Vesalio Buccinæ comparatur, vulgo Cochlea a similitudine quam optime dicitur, testam enim limacis spirali sua fabrica exactissime refert. Est autem canalis osseus, substantia ossea, tenerrima, friabili, in auribus saltem exsiccatis calcinatum os referente, constans, latiori fere circulari basi seu orificio, partim a vestibulo, partim a fenestra rotunda incipiens, sensim in progressu extenuatus, arctatus, tandem angustissimus, tenuissimus, in apicem desinens, hinc conicus, quia circa alium conum, simili substantia ossea, tenerrima, friabilissima, fragilissima constantem, basin versus cranii cavitatem, apicem vero versus tympanum habentem, a parietibus ejus sinuositatis, per quam nervi auditorii portio mollis ad cochleam pertingit, efformatum, quem nucleum, modiolum, conum sustentantem, firmantem, appellare licet, spiralem in modum circumpositus, a basi ejus sursum a basi sua binis gyris perfectis, non libere continuatis, sed sibi invicem impositis, cohærentibus, cum uno dimidiato confectis, apice suo angustissimo ad Modioli seu coni firmantis apicem perfecte cochleæ instar terminatur, desinit. Interim canalis hicce conicus, spi-

spiralis, diaphragma habet, seu septum medium, spirali suo decursu canalis spiralem ductum sequens, hinc *Laminæ spiralis* nomen non immerito ferens, formam Isoscelis trianguli, si explicetur, habens; quod iterum linea fere perpendiculari, ab apice ad basin demissa, in duo triangula fere rectangula, & æqualia distinguitur. Horum triangulorum alterum, quod cono sustentanti proximum est, osseo-cartilagineum, sensim versus apicem tenuescens, tenerum, tenue, politum, elasticum, ab ea sede, qua canalis modiolo adhæret, proveniens, assurgens, ultra medium ejusdem cavi vix progreditur: alterum respectu coni firmantis, externum, ubi præcedens osseum desinit, incipiens, eique annexum, continuatum, membranaceum, tenuissimum, tenerrimum, colorem obscuriorem habens, nervosum, ad oppositum canalis latus a nucleo aversum pertingens, ei annectitur, firmatur, reflectitur, evolvitur, & totum canalis hujus superficiem, internam investit, interim tensum, elasticum, tremulum, cum priori osseo non exacte idem planum formans, sed paulo inferius declinans. Ultima hæc pars membranacea ad minimum ex binis adhuc lamellis composita videtur, dum sc. singula binarum canalis cavitatum sua membrana investiatur, quæ binæ membranæ investientes etiam partem osseam septi, eam deserunt, sibi invicem applicantur, & sic formant unam membranam, ut etiam in membrana tympani, & in variis aliis corporis locis contingit. Inter has autem adhuc videtur intercipi tertia lamella nervea, seu expansio quædam nervosa. Ope hujus diaphragmatis Cochleæ cavitas dividitur in duos cuniculos cavos fere semiconicos, & æquales, æque longos, sibi invicem incumbentes, forte non communicantes, membranis tenerrimis, nervosis, vasculosis, intus investitos, *Scalas* appellatos, quarum scalarum superior superficiem levissimam habens, cavitatem semiconico ellipticam propter deflexum partis membranosæ ipsius septi, amplo & patulo orificio aperitur in vestibulum ad anteriora ovalis fenestræ; inferior vero cavitatem sortita magis irregulari figura donatam, nec non superficiem modiolo adhærentem asperam & inæqualem; a foramine rotundo in tympano excavato exoritur, & ab ipsa hujus foraminis membrana inhærente striæ, partim dimidiato margini foraminis, partim ipsi septo insculptæ, occluditur. κόγχη *Rufo.* κοχλίας *Poll.* B.

Het fleſt-been. G. Das Schnecken-gleiche Beinlein. Gall. *Le Limacon*. A. Snailbone.

Cochlear, a Medicis adhibetur quantitatis determinandæ cauſa: maximum capit drachmas quatuor: Magnum ſesqui drachmam: parvum drachmam unam: minimum drachmam ſemiſſem. B. Een Lepel. G. Ein Löffel / ſo vil in einen löffel geht. Gall. *Cuillier*, *cuillerée*. A. A Spoone.

Cochlearia, eſt herba antiſcorbutica, humilis, quæ habet folia ex radice erumpentia obrotunda, mediocriter ampla, carnoſa, excavata aliquando inſtar cochlearis, viridia, ſplendentia, ſucco plena, caulibus mediocriter longis purpureis adhærentia: caules ex his naſcuntur ad altitudinem unius circiter pedis, anguloſi, rubicundi, ramoſi, folia exigua oblonga ſine caulibus habentia: flores quadrifidi, cruciformes, & albi juxta longitudinem ſummitatum caulium naſcentes; flori ſuccedit ſiliqua fere ſphærica ſepto medio inſtructa, cui ad latera adhæreſcunt ſemina exigua, fere rotunda, rubicunda: radix exigua recta, & fibris albis inſtructa: iſta planta vel contrita habet odorem penetrantem, & ſaporem acrem; creſcit plerumque in locis maritimis: ſic vocatur à cochlearis forma, quam folia habent. B. Lepelblad. G. Löffel-kraut. Gall. *Herbe aux cuilliers*. A. Scurvy-graſſ.

Cocles, quaſi unoculus, vel ocles, vel κύκλωψ, quòd à κύκλος, circulus, & ὄπτομαι, video.

Coctio, eſt aſſumtorum craſſiorum in minimas particulas redactio, cum liquidis oris & ventriculi &c. miſtio, ita ut apta evadant tranſitui per lactea, ſanguineaque vaſa, & nutritioni corporis. *Prima* coctio fit in ventriculo, à fermento ibidem à reliquiis ciborum remanente, partim ab humore gaſtrico ex glandulis vaſa ſua accipientibus ab arteriis cœliacis in ventriculum affluente, & a reſpirationis motu, & ipſius ventriculi contractione, & ambientium calore ac compreſſione. *Secunda* fit in inteſtinis à bile, & ſucco pancreatico, & prioribus adminiculis. *Tertia* in glandulis meſentericis, à lympha cum Chylo ſeſe miſcente. *Quarta* in pulmonibus, à nitro aëreo inſpirato, aërisve in vaſa ſanguinea actione, dum in inſpiratione cunctis viribus in veſiculas pulmonales irruit, adeoque vaſa ſanguinea has cingentia & interpoſita mire mutat & comprimit. *Quinta* in vaſis & viſceribus, puta liene,

liene, hepate, testibus virilibus &c. Malè coctionis nomine indigitatur, quia coquere igni proprium est: Si enim calor esset fermentationis causa, quid tunc dicendum de piscibus, aliisque, in quibus calor sensibilis nullus inest. Coctio est proprie assumptorum in nostram naturam mutatio per vim solidorum & fluidorum, sive per actiones naturales. B. **Kokinge / gestinge / verduwing.** G. Verdäuung. Gall. *Concoction*, *digestion.* A. Concoction, digesting. Pharmacopæi eodem coctionis vocabulo utuntur in coquendis Medicamentis, quæ nihil aliud est quam particularum quarundam, ex Medicamentis mediante ebullitione, extractio. B. **Kokinge.** G. Die Kochung. Gall. *Cuisson.* A. A Boyling.

Coctio, autem Practicis significat illum statum morbi, quo materia morbosa prius cruda, per circulationem sanguinis, vel per propriam materiæ indolem, vel per medicamenta, sic mutatur quo ad molem, figuram, cohæsionem, mobilitatem, inertiam, ut non amplius adeo recedat à sano statu, minus ægrotum reddat corpus, & impetum morbi minuat; status ille morbi, in quo hæc ita fiunt, appellatur coctio, maturatio, vel πεπασμὸς.

Coculus Indi, fructus magnitudine & figura instar Lauri baccæ, racematim pediculis hærentes, hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Quidam Solani Maniaci, alii Clematis fructum censent. Dicuntur alias *Baccæ Levanticæ*, *Baccæ Orientales*, *Baccæ Cotylæ*, *Elephantinæ*, *Cuculus indicus*. B. **Kockels.** Contra pediculorum acies utitur vulgus. G. Doll-Körner Gall. *Coques du Levant.* A. Indian cockles, grain vel berry.

Codia, sunt capita Papaveris, ex quibus syrupus conficitur, sed strictè: latè vero sumitur pro omni plantarum capitulo. Gr. κώδεια & κώδια: κώδη fructus est Papaveris. B. **Maan-koppen / slaap-bollen.** G. Mohn Häupter / Magsamen Köpff. Gall. *Pavôt.* A. Tops of poppies.

Coecum Intestinum, est in ordine à ventriculo quartum, & crassorum intestinorum primum; valde capax situm est ad os Ileum dextrum, incipit, ubi intestinum Ileum definit & in appendice sive processu vermiformi finitur, qui nonnullis inter recentiores proprie Cœci nomen mereri videtur; longitudo hujus intestini non excedit latitudinem 3 vel 4 digitorum transversorum; sacculi instar propendens, & ab una parte impervium est: est re-

ceptaculum excrementorum, quæ in hoc loco, ope ſucci mucoſi, quem glandulæ ſtillant, coagmentantur. Gr. τυφλὸν ἔντερον. B. De blinde of ſlop-Darm. G. Der blinde Darm. Gall. *Le Boyau cæcum*. A. The blind gut.

Coelia, eſt cavitas magna, ut venter infimus, medius & ſupremus, à κοῖλος cavus. B Een holligheid. G. Hôle. Gall. *Cavité*. A. Any great cavity.

Coeliaca Affectio, idem quod *Cœliaca paſſio*.

Coeliaca Arteria, eſt quæ à trunco arteriæ magnæ deſcendentis in abdomine oritur, ventriculo, & hepati ſuis ramificationibus proſpicit. B. De maags ſlagader. G. Der Magen Pulß-Ader. Gall. *Artére Cœliaque*. A. The Cœliack artery.

Coeliaca Passio, ſive affectio, eſt alvi fluxus, in quo cibus vel in totum, vel ex parte mutatus, absque chylificatione, per anum ejicitur. Eſtque duplex, *prima* in qua cibus in ventriculo ſolummodo coquitur: *altera*, quando in ventriculo, & inteſtinis coctio ſeu fermentatio ſimul peragitur, verum propter obliterationem aut obſtructionem papillarum inteſtinalium, vel vaſorum Lacteorum, ex longa nempe inedia, vel dyſenteria purulenta &c. non intrat in corpus, à κοιλία venter, alvus. B. Spys-loop / grauwe-loop / rauwe gyluloed. G. Bauch-Fluß. Gall. *Flux d'Aliment*. A. The Cæliack paſſion.

Coeliaca urinalis, nonnullis vocatur illa ſpecies Diabetis, quando chylus cum urina, aut loco urinæ prodit.

Coeli Donum, idem quod *Chelidonia*.

Coeloma, eſt ulcus cavum & rotundum, in cornea oculi tunica, à κοῖλος cavus. B. Een rond hol in 't oog.

Coelum, quaſi κοῖλον in genere Concavum ſonat, hinc cœlum dicitur, quod immenſo ambitu comprehendit univerſum: in Medicina vero eſt cavitas oculi verſus canthum. *Cœli τροπαὶ*, ſunt aëris conſtitutiones. Cœlum etiam dicitur *Palatum anterius*.

Coementatio & Coementum, vide *Cementum*.

Coffe, vide *Cafe*.

Coggygria, vide *Coccigria*.

Cohob & Cohobium, idem quod *Cohobatio*.

Cohobatio eſt, quando liquor deſtillatus, iisdem ſpeciebus, quarum viribus inprægnatus erat, ſed recentibus

bus reaffunditur, & deinceps deſtillationi exponitur; ut ſic viribus majoribus impraegnetur, & magis reddatur ſpirituoſus. B. Vernieuwinge / herbattinge / weder-overhaling / weder-overtrekking. G. Oft Widerholte Diſtillierung. Gall. & A *Cohobation*

Coincidentia, ſive Intercidentia, eſt, cum aliunde in aliud vas humor fluit. Ex. gr. in oculo *coincidentia* eſt, ubi in meatum porumve opticum, qui à baſi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vaſe incidit, obturatque eum, unde cum dolore viſus offenditur. Gr. Παρέμπτωσις.

Coindicantia, ſunt ſigna, quæ cum aliis ſignis ſimul conſiderata, idem auxilii genus in morbis adhibendum indicant.

Col. Add. In formulis Medicorum brevitatis gratia ſcribitur, & ſignificat Colaturæ adde, quando decoctioni percolatæ aliquid inſuper admiſcetur.

Colatio & Colatura, eſt quando liquor poſt coctionem aut infuſionem, per cribrum, aut pannum percolatus eſt, & à craſſioribus particulis liberatur. B. Doorzygſel. G. Durchſeigung. Gall. *Colature*. A. Liquor when ſtrained.

Colatorium, eſt cribrum, pannus, aut aliud quid, per quod aliquid colatur. B Een zyndoek / een Doorzygtuig. G. Ein Seig-Tuch / ein Durchſchlag. Gall. *Colatoire*. A. Strainer, a ſtraining cloth.

Colchicum, eſt bulbus florem autumni initio ferens; folia habet Lilii; florem liliaceum, monopetalum, ex ipſa radice ortum, tubi tenuiſſimi forma, in ſex partes ſenſim ampliati; piſtillum autem e fundo floris ſurgit, in capillamenta tenuia deſinens, abitque in fructum oblongum, trigonum, trilocularem, fœtum ſeminibus ſubrotundis: radix eſt gemina, tuberoſa, rotunda, avellanæ magnitudine, compreſſa, albida, carnoſa, quarum una exterior elapſi anni ſterilis, marceſcens; altera in fibras porrecta, intra priorem latens, eodem involucro membranaceo involuta: ſaporis dum recens eſt hæc planta, acerrimi, dum annoſa, ſubdulcis farinacei paululum viſcoſi vel lenti, odoris nullius: creſcit hæc planta in pratis & montibus; bulbus dicitur eſſe venenoſus, à Colchide, veneni ferace, in qua naſcitur, nomen ſumpſit. Gr. ἐφήμερον, Hermodactylum vocant. B. Tydeloosen / Naakte-Vrouwen. G.

G. Zeitlosen/ wilde Saffran. Gall. *Colchique ou Mort au chien*. A. Meadow-Saffron, the dogsbone. Vide *Ephemerum*.

Colcothar, est illud corpus siccum & terrestre, quod post destillationes validas in vasis remanet, vulgò *Caput mortuum*, & propriè intelligitur de Vitriolo B. Doode Hoop. G. Der Todte Kopff. Gall. *Tête morte*. A. The caput mortuum of Vitriol.

Coles, idem quod *Penis*.

Colica Passio, idem quod *Colicus dolor*.

Colicus Dolor, est dolor acutus, in intestinis abdominalibus sedem habens, oriundus à quacunque causa, quæ fibras nervosas intestinorum valde distendit, erodit, comprimit, solvit: à Colo intestino nomen habet, forte quia frequentius patitur, quia utraque extremitate sit angustius, quam in medio, licet in omni intestinorum loco reperiri soleat: est vero major aut minor; flatulentus, biliosus, nephriticus, hystericus, spasmodicus, continuus aut intermittens, & sæpe habens statas periodos, murmura ventris, & punctiones vel vagas vel fixas; alvus plerumque suppressa est vel flatibus plena: vagus sæpe est, & instabilis, interdum vero uno in loco fixus, neque tunc flatu erumpente lenitur: Interdum eructatio & vomitus urgent, & febris, vel inquietudines, & urinæ quoque suppressio; quod si diuturnus, fixus & vehemens fuerit, ei solet denique remittenti paralysis artuum supervenire. Nomen rectius sortitur à κοιλία alvus, quia non semper in Colo, ut vulgò putant, verum maxima ex parte in media alvo seu Mesenterio contingit, unde *Cœliaca Passio* potius appellari possit, quidam ἀπὸ τοῦ κολάζειν à torquendo, quod in eo fiebant tormina colica. B. Colijk / darm-scheels pyn. G. Das Bauch-Grimmen/ Bauch-Wehe/ Colick/ Darm-Gicht / Darm-Winde / das Grimmen. Gall. *Colique*, *trenchée de ventre*. A. The Colick.

Colla, est Gluten, Gr. κόλλα. B. Lym/ Pleister. G. Leim/ Pleister Gall. *Glu*, *Colle*. A. Glue.

Collatitium, est caro cocta vel assata pulli aut caponis, quæ in mortario tunditur, tusa juri vervecini admiscetur, quæ ægris cum omphacio aut Limonum succo propinatur, fortè ex κόλλα gluten. B. Kolys.

Collectio, est quando varia Medicamina sicca, uti Radices, Herbæ, Semina, &c. præscribuntur, & in unum

unum chaos mixta, ut vino infundantur, ægris porriguntur. B. Verzameling / Collectie. G. Eine Zusammensammlung. Gall. *Collection*. A. Collection. Gathering together. In Chirurgia denotat humorum præternaturali copia in quacunque corporis parte accumulationem.

Colletica, sunt Medicamenta conglutinantia, ut *Sarcotica*, à κολλάω glutino.

Colliciæ, sunt *Lachrymalium punctorum* in unum ductum in utroque latere concursus, humorem palpebrarum in narium cava derivantes; in homine ipsis ciliorum apicibus ad canthum majorem insculpta foramina, breves demittunt canaliculos, demonstratu difficiles, nisi cautè diffractis narium ossibus, tunicæ relinquantur integræ, mox enim ubi ossa penetraverint (quousque tenui separantur membrana) in sinum ampliati narium continuantur tunicæ. In ove, lepore, vitulo, cuniculo, non in ipsis ciliis, sed interius paulò eadem reperiuntur ostia, quæ profundius in avibus quærenda, ubi quam in ullo alio genere longè majora, receptum majorem stylum per palati rimam emittunt; brevis hic admodum, quæ foramina distinguit, membrana. B. Water-gooten / of traangooten. G. Thränen-Löcher. Gall. *Conduits des Points lacrimaux*. A. The Gutters.

Colliquamentum, est liquidum in ovo humano vel animali contentum, quod fotu vel incubatu fluidissimum, tenuissimum, pellucidissimum factum est, ita ut eo, rudimentum animale innatans, nutriri possit: hinc in ovis animalium membranaceus sacculus rudimentum ambiens, in quo hæret hoc liquidum, vocatur sacculus colliquamenti.

Colliquatio, est exstincta in humoribus, & interdum etiam partibus firmis, naturalis cohærendi potentia a causa morbosa, qua degenerant in morbosum tenuem humorem, qui vocatur *Liquamen*.

Colliquativa febris, pertinet ad continuas, oriturque a causa, massam sanguineam solvente & colliquante, unde sudor vel alvi fluxus copiosus, & subita emaciatio corporis.

Collum, est illa pars corporis, quæ intra caput & pectus media est, sustentat caput. Constat ex septem vertebris, musculis, arteriis carotidibus, venis jugularibus &c. Anterior pars tantum dicitur *Collum*, posterior vero *Cer-*

Cervix. B. De Hals. G. Der Halß. Gall. *Le Col*. A. The Necke. Datur etiam hoc nomen aliis partibus, quæ similem situm habent, quam collum respectu capitis: sic *Collum Uteri*, est media pars intra fundum uteri & ejus os. B. De Hals des Lyfmoeders. G. Der Halß/ Mund der Bärmutter. Gall. *l'Orifice de la Matrice*, *le Col de Matrice*. A The Necke of the Womb.

Collutio, est oris ablutio, qua dentes vacillantes, vel qua gingivas, & ulcera detergemus. B. Een af-wasschinge/ spoelinge / spoel-water / zuiveringe. G. Außspülung. Gall. *Gargarisme*. A. A Washing.

Collyrium, quondam erat Medicamentum oblongum, quod in oculorum affectibus sumebatur. In oblonga vero, nonnunquam orbiculari forma paratur, & vehiculo convenienti pro oculis sanandis dissolvitur, à κολοβὸ mutila, & οὐρὰ cauda, quia habet velut mutilatam caudam; sed potius à κωλύω inhibeo, & ῥέω fluxio, quia fluxiones oculorum inhibet. B. Oog-water. G. Augenarteney/ Augen-wasser. Gall. *Collyre*, *Remede pour le Mal des yeux*. A. A Remedie for the eyes.

Coloboma, est vitium labiorum, palpebrarum, aurium vel narium &c. quo partes partibus vel à nativitate, vel casu quodam accrescunt, quæ tamen antea vel solutæ fuerant, vel solutæ esse debuerant, à κολάω, amputo, vel κολλάω agglutino, de oculis dicitur. B. Verrotte en aan een gewasse oog-schelen / oogen vermmintheid. G. Zusammenwachsen der Augglidern.

Colocasia, Est planta aquatica, caulem habens quinque vel sex pedes altum, digiti crassitie: folia sunt ampla rotunda, in parte inferiori nervosa, longis & crassis caulibus adhærentia, succum aquosum & viscosum habentia, lævia, pedunculo in umbilicum folii inserto; finis pedunculi dat calicem monophyllum membranaceum, infra cavum, turgentem in ovalem figuram, supra in vaginam acutam, semi patulam, instar auris ovillæ explicatam; ex imo fundo calicis axis est, cui circumnascuntur multa ova sphærica, baccata, singula instructa sunt tuba longa, tenui, filamenti instar, gerentia unum vel alterum semen subrotundum: Eidem axi supra hæc ova circumcrescunt stamina masculina dense stipata, suis testiculis instructa: denique supra hæc iterum tertia series filamentis numerosis eundem axim ornat, qui tum format

mat pedunculum graciliorem purpureum : Ille denique eminens in clavam longam, nigram plerumque abit: radix est tuberosa, crassa, carnosa, farinosa, edulis, saporis Castaneæ : crescit hæc planta in lacubus & paludibus, præsertim in Ægyptia & Alexandria: putatur esse Arum Ægyptium, à κόλα venter & κάζω orno, quod ventrem ornet. B. Egyptische water boon-wortel. G. Egyptische wasser bonen baum. Gall. *Feve d'Egypte.*

Colocynthis, est Citrulli species, amarissima, quæ habet plures caules repentes, villosos, asperos, folia caulibus satis longis adhærentia, a se invicem satis distantia, ampla, profunde incisa, villosa, aspera, albescentia, inprimis in parte inferiori, punctis plurimis albis notata: flores flavi, pallescentes: flori succedit fructus levis, amarus, rotundus, non edulis, pugni magnitudine, ex flavo viridis, occludens sub cortice tenui, polito & splendente medullam candidam, fungosam, levem; & semina in cellulis parva, compressa, oblonga, cucumeracea, quasi sordida, albicantia, saporis acris, amari, & nauseosi: crescit hæc planta in Indiis Orientalibus; advehitur nobis cortice denudato, & tunc albidi est coloris, ex Italia, Hispania, Gallia &c. Estque major & minor, rotunda, quæ in usu est, oblonga, pyriformis, pomiformis, semina quoque continet amarissima. Vehementer purgat, adeo ut tenacem pituitam ex profundissimis corporis locis educere queat. G. Κολοκυνθὶς cucurbitam significans parvam, παρὰ τὸ κόλον κινῆσαι, seu κνᾶν, quia colon seu ventrem commovet. Vide *Cucurbita.* Arab. *Alhandal, Chandel, Handel, & Handhal.* B. Koloquint. G. Coloquinth/ wilde Kürbs. Gall. *Coloquinte.* A. Coloquintida.

Colon, est crassorum intestinorum secundum; ejus situs sic se habet In dextro Ilio à Cæco intestino oritur, & reni dextro adhæret; deinde sursum reflectitur sub hepate, ubi folliculo fellis nonnunquam annectitur, à quo luteo colore inficitur; ulterius pergit transversim sub fundo ventriculi, & à sinistris lieni jungitur, deinde reni sinistro alligatur, ubi gyros habet admodum obliquos, & inde in rectum recta definit. *Longum* est communiter palmas octo vel novem, latissimum vero & amplissimum omnium. *Cellulas* habet multas. Ligamentum quoddam, medii digiti latitudine per ejus medium parte superna intexitur, deinde ob amplitudinem duo ligamenta fortia

tia habet, unum ſurſum, alterum vero deorſum, ut ſupernis & infernis partibus alligetur. Circa initium habet valvulam, ſurſum ſpectantem, ne ſc. ex craſſioribus inteſtinis in tenuia aliquid remeet. Venas accipit a ramo meſenterico venæ portarum, arterias ab utraque meſenterica, nervos ab octavo pari. Gr. κῶλον, ἡ κατὰ κοιλίας *Rufo*, *Poll.* νειαίρη *Hom.* à κολάζειν torquendo; quod in eo fiebant tormina colica, vel à κοιλότης cavitas apud *Athen.* vel à κωλύειν ab impediendo, quia in eo excrementa, ne ſtatim decidant, morantur. B. **Kronkel-darm / Kartel-darm**. G. **Der Groſſe Darm**. Gall. *l'Inteſtin Colon ou le grand Boyau.* A. The great gut.

Colon, Gr. κῶλον. Vide *Membrum*.

Colophonia, dicitur, quod ex Colophone urbe olim advehebatur, eſt ſubſtantia oleaginoſa, flaveſcens, arida ac friabilis, reſidua ex reſinis abietina, ſtrobilinaque coctione dum purgantur, vel deſtillantur, inſpiſſatis ac frigore induratis; ſi in pulverem redigatur, & pulvis per candelam accenſam diſpergatur, flammam concipit, & fulgur repræſentat. Vocatur & Pix Græca. B. **Spiegel-harſ**. G. **Spiegel-hartz**. Gall. *Colophone*, *Poix-reſine.* A. Colophony or Roſin.

Colostrum, dicitur lac primum, quod poſt partum in mammis colligitur, tenuius & acidius, facillime coagulatur. B. **Bieſt**. G. **Bienſt / die erſte milch nach der geburt.**

Colpus, idem quod *Sinus*.

Colubrina, eſt Ari ſpecies, *Serpentaria* dicta, idque ob ſerpentinum, ſive colubrinum colorem, quem habet caulis. Vide *Dracontia*. Eodem quoque nomine inſignitur *Biſtorta*.

Colubrinum Lignum, ſive Serpentarium, propriè radix eſt arboris Timorenſis, admodum amara, brachium craſſa, ſub cortice fuſco ferrugineo, ſubinde maculis cinereis notato, includens materiam ſolidam, denſam, ponderoſam. Utuntur adverſus Colubri morſus; medetur & febricantibus. An vero tutus ſit hujus uſus, nonnulli dubitant, quia nuces vomicæ venenatæ fructus ſunt ejuſdem arboris. *Hermannus* annoſum tantum probat; alii ab eo penitus abſtinendum eſſe judicant, cum tutiora in promptu ſint Naſcuntur in *Zeilon* tres ſpecies. B. **Slangenhout**. G. **Grieß-holtz / Slangenwurtz**. Gall. *Bois* *con-*

couleuvré ou de coleuvre, *Bois de Serpents*. A. Snake wood. Indis *Comexi*.

Colum, est omne illud, per quod, ad liquorum depurationem, aliquid colatur & transmittitur, ut cribrum, manica Hippocratis, linteum, papyrus bibula, &c. B. Een Stramyn / Kleins-doeck. G. Ein Durchschlag / Ein Seig-Tuch. Gall. *Un Couloir*. A. A Colander or strayner.

Columella, idem quod *Cion*.

Columnæ Cordis, sunt carneæ & rubræ eminentiæ, in auriculis & ventriculis Cordis conspicuæ, quæ sunt totidem quasi musculi, cavitates inæquales reddentes, ut sanguis his quasi manibus, dum cor contrahitur, constringatur, & separetur. B. Hert-pilaartjes. G. Hertzen-aderleins / Das Hertz Geäder. Gall. *Colonnes charnuës du cœur*. A. The fibres or columns of the heart.

Columna Nasi, est nasi pars carnosa in medio prominens, labio superiori vicina. B. Het Neus-steunsel. G. Die Nasen Säule. Gall. *la Colonne du nez*. A. The end of the nose.

Columna Oris, idem quod *Cion*. Hac voce etiam apud *Aretæum* morbosa hujus partis per inflammationem intumescentia denotatur.

Columellares Dentes, vide *Dentes*.

Colutea, est arbuscula, cujus lignum intus cavum, fere instar Sambuci, sed durius, & non medullosum, duplici cortice obductum, superius cinereo, inferius viridi: folia novem aut undecim uni costæ adhærentia, Sennam referentia, sed majora, molliora, & magis subrotunda, obtusa, in superiori parte polita, & magis viridia quam Sennæ, albescentia & villosa in parte inferiori, saporis amari; flores sunt leguminosi, coloris flavi, in spicam congesti; flori succedit siliqua membranosa instar vesicæ inflata, polita, plerumque rubicunda, in duas partes dehiscens; continens semina reniformia, flava, post maturitatem fere nigra, saporis Pisi: quod, si quis eam mutilet, ipsa moritur; ergo à κολύω mutilo: dicitur etiam Senna spuria vel Senna pauperum. B. Lombartse Linse. G. Welsche fenetbaum / Welsche Linsen. Gall. *Baguenaudier*. A. Bastard senna.

Colytea, idem quod *Colutea*.

Coma, est in plantis, quidquid hilari venustate cri-

 nium

nium modo, summa ramorum vel colliculorum exornat. Vide *Summitates*.

Comarus, est Arbutus, & dicitur παρὰ τὴν κόμην ἐν τῷ χειμῶνι ἔχειν, quod comam sive cacumen hieme viridem obtineat.

Coma Somnolentum, est sopor Lethargo minor, sine febre, in quo æger excitatus ad interrogata respondet; & statim in profundum somnum relabitur, ore hiante & maxillâ inferiori demissâ, mortuis similior quam vivis decumbit: recensetur tamen etiam inter Symptomata febrilia, & quandoque critica. *Causa* est obstructio cerebri, cum nempe viscida illuvies anfractuum sive gyrorum cortices, una cum minoribus medullæ inclusæ rivulis invaserit. Idem est quod *Cataphora*, ab inusitato, verbo κῶ id est cubo pro κεῖμαι jacio. Avicennæ *Subeta* dicitur. B. Slaap-ziekte. G. Schlaff-sucht. Gall. *Grand Sommeil*. A. A Disease causing heavy & long sleep.

Coma Vigil, sive Agrypnia, est morbus, in quo ægri continuo ad somnum proclives sunt, attamen vix dormire possunt, cum immani capitis gravedine, sensuum & omnium motuum torpore, quibus non raro delirium accedit. Ob insomnia imagines & velut spectra, quæ imaginationi indesinenter objiciuntur, excitantur. Hinc si eos excitaveris, oculos attollunt, & torvè te aspiciunt, sæpe insomnia sua narrant, mox ad somnum se rursus reponunt, subinde sese jactant, erigunt, moxque relabuntur, adeo ut *Coma Vigil* sit status medius inter lethargum & phrenitidem, ideoque *Typhomania* dicitur. Gr. Ἄγρυπνον κῶμα. B. Wakende slaap-zugt. G. Wachende Schlaff-sucht. Gall. *Sommeil Veillant*. A. Watching or waking coma.

Combustio, vide *Ignis actualis*.

Comitialis Morbus, idem quod *Epilepsia*.

Commansum, vide *Apophlegmatismus*.

Commissura vocatur locus, ubi partes quædam uniuntur, uti *commissura labiorum*; vel pars, quæ aliis uniendis inservit.

Commotio cerebri, dicitur, quando ab ictu, calvariæ illato, vel casu ab alto, encephalon tam vehementer concutitur, ut vasa inde rumpi queant, licet cranium integrum maneat.

Com-

Communicans febris, dicitur *Bellino*, quando ſtatim a fine deceſſionis unius iterum invadit altera.

Compactura, vocatur, quando cauſæ fibram contrahentes transverſe in ejus longitudinem agunt, ut lateraliter poſitæ fibræ propiores fiant, & partes firmæ majorem ſoliditatem acquirant.

Complexi Morbi, ſunt, qui ita invicem comitantur, ut unus absque altero eſſe non poſſit, ut Pleuritis & Febris. B. Aan een verknogte ziekte. G. Viele zuſammen gefügte kranckheiten. Gall. *Maladies unies*. A. Complex diseases.

Complexi Musculi, a vario fibrarum ductu & intricatione ita dicti, pertinent ad occiput. Ortum habent à ſeptimæ colli & quinque thoracis vertebrarum ſuperiorum transverſis proceſſibus; qui variis occipiti tendinum radiis atque carneis vinculis affiguntur. B. Te ſamen gevoegde ſpieren. G. Zuſammen gebogener mauß des Hintertheils des Haupts. Gall. *Muſcles complexes*. A. The third pair of Muscles belonging to the Occiput.

Complexio, vulgo pro temperamento habetur; alias dicitur in morbis complexis & complicatis, item de febribus diverſo tempore invadentibus: Sic & pulſuum differentia, varia coitio inter complexiones recenſentur. B. Complexie / getemperdheid / aart / geſteltheid. G. Complexion / geſtaltniß. Gall. & A. Complexion.

Complicati Morbi, ſunt quando diverſi morbi in uno ſubjecto concurrunt, exempli gr. ſi vulneri capitis adſint cranium fractum, meninx læſa, cerebrum vulneratum &c. B. t'Samen verknogte ziekten. G. Verwirrete / zuſammen gewickelte Kranckheiten. Gall. *Maladies Compliquées*. A. Compound or complicate diseaſes.

Composita, ſunt Medicamenta, quæ ex variis ſimplicibus Medicamentis parantur; ut ſunt Aquæ quædam, Syrupi, Electuaria, Opiata, Trochiſci, Unguenta, Emplaſtra, &c. quæ in vulgaribus officinis proſtant: Sunt etiam quædam Chymica, ut varii Spiritus, Salia volatilia oleoſa, Tincturæ, Balſama, Eſſentiæ, Pulveres &c. Samen geſtelde dingen. G. Vermiſchte / Vermengte artzeney. Gall. *Remedes Compoſez*. A. Compound Medecines.

Compositio, eſt, cum varia Medicamenta invicem miſcentur, ut in Theriaca & Mithridatio. B. Samen-

stelling / Compositie. G. Vermengung / Vermischung. Gall. & A. Composition.

COMPRENSIO. Vid. Catalepsis.

*COMPRESSÆ Vide *Splenia.*

COMPRESSIO, vocatur, quando latera vasorum vel cavitatum opposita ab externa causa ad se invicem nimis adducuntur, ut inde in mutuum contactum veniant.

COMPRESSIVA MEDICINA, dicitur *Avicennæ* sicca, causans in membro siccitatem & coadunationem ipsius ad se ipsam, unde obturatur transitus & meatus. Et ex fortitudine compressionis & coadunationis partium membri ad invicem, coguntur humiditates subtiles, in ejus concavitatibus permanentes, exprimi violenter ex motu ejus opposito.

COMPRESSOR NARIS, est Musculus, qui oritur a radice alæ nasi, ejusque dorso inseritur, latus mobile nasi septum versus comprimens.

COMPRESSOR PROSTATÆ, Musculus est, qui ab interiore ossium pubis parte originem ducens, retrorsumque inde procedens, Prostatam complectitur, eamque in actione comprimit.

CONARIUM, sive GLANDULA PINEALIS, in cerebri plexu Choroidis pendet, à coni seu turbinis forma sic dicta. Collocatur intra thalamos nervorum opticorum & natum prominentias. Hanc animæ sedem esse, aut principes facultates ab eadem oriri, Cartesio placuit, sed cui assensum præbere non possumus, quoniam animalia, quæ imaginatione, memoria, aliisque superioribus animæ potentiis ferè in totum destitui videntur, hanc glandulam satis amplam atque augustam habent. Sensorium itaque constitui debet, ubi & nervi oriundi sunt. *Usus* est humores serosos, à sanguine arterioso depositos, excipere, & in se retinere; donec aut venæ depletiores factæ, eosdem resorbeant, aut lymphæductus (si qui adfuerint) eos extra convehant. Doctiss. *F. Bayle*, de usu tamen ejus dubitat: Cum dicit, quis sit verus illius glandulæ usus, non est ita facile statutu, cum in variis cerebris hominum, boum, ovium semper deprehenderim glandulam illam manifesta salsedine atque satis acri esse imbutam, suspicor in ea salem aliquem volatilem à sanguine separari, sali volatili armoniaco analogum, qui in caudicem medullæ spinalis diffusus, vigorem addit spiritibus ani-

animalibus & eorum coagulationem impedit, à κῶνος meta, turbo. B. 't Pyn-appeltje / pyn-appel-klliertje. G. Fichte-apffel Drüslein. Gall. *Glande pineale*. A. Pine-Apple gland, or pineal gland, pine-nut.

Concavatio, idem quod *Arcuatio*.

Concentratio & Concentrantia Medicamenta, sunt ea, quibus acidum ita temperatur, additione alcali, ut nullum eorum prædominetur: ut in Tartaro Vitriolato: Unde dicitur humores concentrare, quando acidum superfluum ab alcali subjugatur. B. t' Samendrybing van 't zuur en 't zout in een punt. G Im Mittelpunct zusammentreiben der Saurs und Saltzs. Vide *Absorbentia*.

Conceptus & Conceptio, est quando post fæcundum concubitum, ovum ex ovariis fæmininis abreptum, per tubas Fallopianas delatum, à semine maris fœcundatum, & in uterum maternum illapsum fuerit. B. Ontfanginge. G Empfängniß. Gall. & A. A Conception.

Concha, est auriculæ externæ cavitas maxima in ipsius medio sita, cartilaginea est, coarctata, & portione Helicis, Anthelicis, Trago, & Antitrago terminata, figuræ fere Elliptico-hemisphæricæ; dividitur iterum quasi in binas cavitates, nimirum superiorem minorem, *Cymbam* dictam, & inferiorem majorem, *Innominatam* vocatam: distincta est ope eminentiæ cujusdam, quæ ad Helicis exortum incipiens, ad oppositum conchæ latus perveniens, terminatur & evanescit in sua cavitate majori & inferiori, foramen auris format, sive ostium meatus auditorii. B. De schulp des Oors. G. Die Krümme oder daß hol im ohr / Muschel der oren. Gall. *La Conque*; *le creux ou la Coquille de l'Oreille*. A. A Schell of the eare. Datur hoc nomen etiam cavitati interiori, quæ pone Tympani membranam est. Vide *Tympanum*

Concretio, est liquidæ alicujus substantiæ, aut succi in massam solidiorem condensatio, ut Absinthii succus condensatus, succus Glycyrrhizæ, Acaciæ, Hypocistidis &c. B. Verdikking. G. Dickmachung / daß zusammen rinnen. Gall. *Concretion*, *Condensation*. A. Idem. In Medicina denotat Coadunationem quarundam partium, quæ separatæ esse debebant B. Samengroeijing. Vel partium, humores nostros constituentium, tantam cohærentiam, ut sanitatis & vitæ actione inter se moveri nequeant. B. Stremming. G. Zusammen wachsung.

Condensantia, sunt quæ moles solidiores cujusque particulæ fluidum constituentis, magis in contactus immediatos comprimunt, adeoque solidiores faciunt. B. Verdikkende Middelen G. Dickmachende Artzeneyen.

Condimentum, in genere dicitur, quicquid rei alicui, inprimis autem cibo vel potui suavitatem vel gratum saporem conciliat, inter quæ sal, acetum, saccharum, & aromata principem locum obtinent.

Conditum & Conditura, à *Condire*, est compositio è Conservis, Pulveribus, Speciebus Aromaticis cum Syrupo convenienti in Electuarii formam redactis. Sumitur etiam pro Medicamento simplici, saccharo vel melle condito: ut Zingiber, Helenium &c. conditum. B. Conserf / suiker bewaarsel / inlegging. G. Einmachung / würtzung / Eingemachte sachen. Gall. *Conserve*. A. An Electuary.

Conditura, in genere quidem idem significat quam condimentum; proprie tamen denotat talem cadaverum præparationem, quæ putredinem arcet, ut in longum tempus integra asservari possent. Hæc etiam dicitur *Balsamatio*.

Condrilla, idem quod *Chondrilla*.

Conductor, est instrumentum argenteum, vel orichalceum, cavum, quod vesicæ immittitur, & viam alii instrumento itinerario monstrat ad extrahendum calculum. B. Weg-wyzer. G. Weg-weiser. Gall. *Conducteur*. A. The conductor, or guide.

Condyli, sunt articuli seu nodi & digitorum tubercula, quæ circa articulationem crassiora sunt. Vide *Metacondyli*. B. De Knokkels aan handen of voeten. G. Die Knoden / die Knubel / Knorren und die gleiche an händen oder füssen. Gall. *Jointures*. A. Knots, Knuckle or joints of the fingers.

Condyloma & Condylus, est articulorum junctura, ut in maxilla, sive nodus, aut ossium internodia. Item processus maxillæ inferioris retusus, qui mediante membranoso ligamento, interventu cartilaginis mediæ mobilis, ossi petroso coarticulatur. Item tumor quidam callosus in digitis manuum aut pedum, præsertim vero circa anum & pudenda muliebria; tuberculum nimirum durum, & occallescens ex humoribus, ibidem restagnantibus

bus ſenſim excreſcens, & tædio potius plerumque, quam dolore moleſtum. Interdum quoque inflammationem conjunctam habet, à κόνδυλος digiti articulus. B. Knoop-zwellen. G. Feigwartzen/ Harte blater an dem hinderen/ druck-blattern. Gall. Condylome. A. A Swelling eſpecially in the fundament, proceeding of inflammation.

CONFECTA, vocantur res (ut ſemina, amygdala, nuces pini, cinamomum, &c.) ſaccharo ſicco obductæ, & incruſtatæ. B. Bezuikerde Zaden. G. Confect/ mit Sucker eingemacht/ Verzuckerte ſachen. Gall. *Remedes Confits*. A. Confits.

CONFECTIO, eſt compoſitio ex pulveribus, gummis, ſaccharo, melle, ſyrupis &c. in unam maſſam conjuncta: eſtque duplex; arida, ut Trochiſci, tabellæ: vel humida, ut Opiata, Condita, Conſervæ, & omnis generis Antidota. B. Een toemaakſel/ doorſuikering. G. Mit Sucker vermiſchte Artzeneyen /ein Conſerv. Gall. *Confection*. A. Compoſition.

CONFLUXIO, Hippocrati idem eſt quam *Conſenſus*.

CONFORMATIO, eſt illa conditio partium firmarum corporis animalis, qua in ſtatu ſano & naturali gaudent his requiſitis, np. *numero*, *magnitudine*, *figura*, *cavitate*, *ſuperficie*, & *ſitu*. vel qua in ſtatu morboſo & præternaturali his ſex vel abundant vel privantur. B. Een geſchapentheid. G. Geſtalt. Gall. & A. *Conformation*.

CONFORTATIVUM & CONFORTANTIA, idem quod *Cardiacum*.

CONFUSÆ FEBRES, Bellino dicuntur, quando plures eodem tempore incipere & deſinere videntur, ita ut vix diſcerni poſſint, quum tamen unaquæque naturam ſuam ſervat.

CONGELATICUS, eſt *Ecſtaticus*, qui aliquando ex ſe quaſi rapitur, & diabolos aut angelos ſe vidiſſe affirmat. Vide *Ecſtaſis*.

CONGELATIO, eſt quando liquores in maſſam, glaciei ſimilem, rediguntur, ut ſunt omnes ſalium *Cryſtalli*. B. Kriſtal-makinge. G. Cryſtall machung. Gall. *Congelation*. A. A Freezing or congealing together. In Chirurgia denotat humorum in quadam parte per externum frigus concretionem. B. Bevrieezing. G. Erkaltung/ erſtehung. Ita vocatur etiam *Catalepſis*, quia homines quaſi congelati ſunt.

Congelatio, vide *Catalepsis.*

Congestio, dicitur, quando humor quidam superfluus, in parte quadam lente coacervatus, tumorem format.

Congius & Congiarius, est mensura Veterum continens decem vini libras, & novem olei

Conglobata Glandula, est glandula rotunda, per se subsistens, simplex, ut sunt glandulæ mesenterii & cæteræ omnes, quæ lympham accipiunt, & iterum eructant in alveos magnos, vel in sanguinem, vel extra corpus, à Cl. A. Nuk *Muscosa* appellata. B. Ronde Klier / mosachtige Klier. G. Runde Trusen wie ein kugel. Gall. *Glande conglobée.* A. A Conglobate gland.

Conglomerata Glandula, est, quæ ex variis conglobatis glandulis est coagmentata, seu conglomerata, & per vasa communia adunata, unaque omnibus communi membrana connexa; huic unum, plerumque commune emissarium est, quod excipit humorem ex cunctis emissariis partium immissum, eum colligit, & in cavum aliquod majus effundit. Tales Innominata oculi, Parotis, Pancreas, glandulæ salivales &c. quæ ductum habent proprium excretorium, ut sunt ductus pancreaticus, salivales &c. in quem omnes glandulæ per canaliculos minimos suum humorem affundunt, à Cl. Nuk *Vasculosa* vocatur. B. Op-eengetaste Klier / Dataagtige Klier. G. Fast gleiche Trusen. Gall. *Glande conglomerée.* A. A Conglomerate gland.

Congregata glandula, vocatur, quando plures minores glandulæ in uno loco inveniuntur, parum tamen invicem connectuntur, nec membrana communi cinguntur, sed quælibet seorsum agit, & proprium quoque ductum obtinet, & ad hanc Classem pertinent *Glandulæ intestinales.*

Conisterium, est fornacis *cinerarium*, sive locus infimus, in quo cineres colliguntur. Ex κόνις cinis, pulvis, & τίθημι pono. B. Het Asch-gat. G. Das Aschen loch Gall. *Cendrier.* A. Ash-hole.

Coniza, vel Conyza, est planta, quæ habet caules tres vel quatuor pedes altos, coloris obscuri, villosos, lanuginem albescentem habentes, ramosos: folia Verbascum nigrum referunt, sed minora, odorata, acria, & parum amara: flos ex meris flosculis compositus, multifi-

tifidis, embryoni insidentibus, & calice squammoso plerumque cylindraceo comprehensis: Embryo autem deinde abit in semina papposa: radix divisa, lignosa, odora, amara & acris: crescit hæc planta in montibus & sylvis. sic dici volunt, quod necet Culices, Κώνωψ enim est culex: sed rectius à κονίζειν quod pulvere fœdetur, quia ob exsudantem pinguedinem foliis facile adhæret. B. Donder-kruid. G. Donner-wurtz / Durr-wurtz. Gall. *Conise.* A. Fleabane.

Conjunctiva Tunica, vide *Adnata.*

Connati morbi, sunt tales, qui homini a prima nativitate competunt, vel qui a nativa dispositione ad talem morbum oriuntur, quorum causa est in parentibus, qui iisdem morbis laborant: vocantur etiam congeniti vel hæreditarii. B. Aangeboren of Erf-ziektens. G. Angeboren / oder erbliche kranckheit.

Conoides, vide *Conarium.*

Conquassatio, est quando vegetabilia succulenta, vel fructus recentes, qui ad succum exprimendum expetuntur, pistillo crassiusculè contunduntur.

Consensus, fit in morbo, ab alio morbo dependens, ut in Pleuritide læditur ob consensum respiratio. Item, est *Correspondentia* variarum partium per connexiones communes, nervorum sc. membranarum & tendinum. B. Medelydentheid / samenstemming of-lyding. G. Mitleiden / Sympathie. Gall. *Sympathie*, *Convenance*, *Accord.* A. Consent or sympathy.

Conserva, est compositio, qua quodvis vegetabile recens minutissimè concisum, aut contusum saccharoque permixtum, futuroque usui Medico asservatur. B. Konserve. G. Ein Conserv / mit zucker eingemachte sachen. Gall. *Conserve.* A. A Conserve.

Consiligo, ejus plantæ nomen à rusticis creditur inditum, quod in arvis inter Siliginem frequentissimè inveniatur.

Consistentia, dicitur, cum res aliquatenus ad certam crassitiem coquitur; ut in syrupis coquendis aliisque evaporandis fieri solet. B. Consistentie / dikte / hoogten; ad consistentiam coqui, tot een sekere dikte / of hoogte koken. G. Dickmachung / Dicke. Gall. *Consistence*, *ce qui a du corps.* A. Consistence.

Consolida, est Symphytum, quæ planta officinalis,

& valde mucilaginosa, hinc conglutinans egregie partes: à consolidandis vulneribus nomen habet. B. Waal-wortel/ Smeer-wortel. G. Wall wurtz/ Beinwell. Gall. *Consoude ou Confiere.* A. Comfrey, Comfrey

CONSOLIDANTIA, sunt, quæ moderate in vulneribus acre quodcunque affluxum liquidum temperant; sordesque detergendo, efficiunt, ut alimentum in partem solutam commodè impellatur, & sic solida concrescant. B. Verenigende middelen/ of die de begroejing bevorderen. G. Bevestinende artzeney.

CONSTIPANTIA, Medicamenta sunt, quæ vasorum emissaria ita obstruere possunt, ut fluxus vitalis per illa intercipiatur; aguntque vel externe vasi inhærendo, adeoque id comprimendo, vel quatenus vasa intrant, sese eorum lateribus applicant, atque sic infarciunt. Hinc duplicia sunt sc. illinentia & emplastica. B. Toestoppende Middelen. G. Zusammen stopfende artzeney.

CONSTITUTIO, idem quod *Catastasis.*

CONSTRICTORES MUSCULI, sunt qui partem constringunt & coarctant. Vide *Sphincter.*

CONSUETUDO, duplicem in Medicina habet significationem: vel enim denotat rerum non naturalium usum diu eodem modo continuatum, cujus magna in corpus humanum est efficacia; vel ipsam corporis omniumque ejus partium constitutionem, quæ talem usum sequitur. B Gewoonte. G Gewohnheit.

CONSUMMATUM, est quando alicujus gallinæ minutim conscissæ succus, in vase bene obturato, sine additione, per B. M. extrahitur: demptis solummodo capite, pedibus & pinguedine. Vocantur autem hodie sic juscula quarumvis carnium diu in Aquâ cocta, & in gelatinæ formam redacta, in scopum ut debiles citius & magis nutriant, quam si darentur juscula tenuia; sed perverse sic raciocinantur. B. Consumaat/ restauraat. G. Consummat. Gall. *Consommé.* A. Consummate.

CONSUMPTIO, idem quod *Phtisis.*

CONTABESCENTIA, idem quod *Atrophia.*

CONTAGIUM, est venenum, quod ab uno subjecto propagatur in aliud: hoc dupliciter contingit, ad distantiam per aërem, vel simplici contactu. B. Besmettelykheid/ Besmettelyke ziekte. G. Ansteckende Kranckheit/ eine Seuche. Gall. *Maladie Contagieuse.* A. Contagion.

CON-

Contemplabiles Dies, vide *Critici dies.*

Continens, vocatur non tantum, quod cavitatem quandam peculiarem, in qua aliquid continetur, conſtituit; ſed etiam, quod conſiſtentiam habens propriam reliquo corpori cohæret: diſtinguitur autem a *contento*, ſive fluido, & ex his *continentibus* & *contentis*, ſive ſolidis & fluidis totum corpus conſtat.

Continens Causa, eſt cauſa morbi interna, cum materiâ aliunde ortâ, quæ ita morbo proximè adhæret, ut eâ poſitâ morbus ponatur, ſublatâ tollatur.

Continens Febris, eſt, quæ ſine intermiſſionis, aut remiſſionis tempore, aſſiduè affligit. Eſtque duplex; primaria, aut ſecundaria: *primaria* oritur a ſanguinis circulatione nimis evecta & exaltata, ut in Cauſo, Pleuritide, Angina &c. *Secundaria* vero ſeu *Symptomatica*, producitur ex vulneribus, ulceribus, &c ut in Phthiſi, vulneribus capitis, &c. B. Een geduurige koorts zonder verminderinge. G. Ein ſtäts/ unauffhörendes Fieber. Gall. *Fievre ſans intermiſſion.* A. A Continued Feaver.

Continua Febris, eſt, quæ continuo quidem affligit, ſed cum remiſſionis & exacerbationis tempore: Eſtque *Quotidiana*, *Tertiana*, *Quartana*, & *Erratica.* B. Geduurige koorts met verminderinge. G. Das tägliche Fieber. Gall. *Fievre continuelle.* A. Continual Feaver.

Contorsio, eſt quando membrum aliquod ſeparatur à junctura ſua, ſeparatione non completa, ita ut partes extra naturalem locum receſſerint. Ita in ſpecie *Contorſio* eſt luxatio vertebrarum dorſi in latus aliquod, & ita ſpecies gibboſitatis eſt.

Contractio, in ſtatu naturali ſumitur pro actione Muſculorum propria: Cordi tribuitur, quando ſanguinem ex Ventriculis expellit in arterias, & tunc opponitur diaſtolæ vel dilatationi. Jure autem ita vocatur, quoniam omnis fibra muſcularis, dum agit, ſe ipſa arctior & brevior fit; aliter enim neque trahere, neque urgere aliquid poſſet. Gr. συστολή. B. Inkrimping. G. Zuſammenziehung der mäuſen im Leibe.

Contractura, ſic vocatur alicujus partis, pedis, manus, cubiti, dorſi &c. contractio ſenſim facta, unde flexio impeditur, aut non niſi cum dolore, & vi quadam peragitur. Habet ſæpe contorſionem in malam figuram, ut in Gibboſis, & Pumilionibus; atque ad illam figuram non

non nisi lentè pervenitur, sæpe Atrophia antecedit, Inflammatio etiam, & abscessus, vel vulnu, vel ulcus, imo Paralysis nonnunquam conjungitur, & dum in uno loco Contractura fit, cum eminenti tumore ac figura membri perversa, in alio fit depressio: Demum hæc Convulsio est, quæ ossa non modo è sedibus suis dislocat, sed aliquando mirum in modum reflectit, incurvatque, unde in vicinis carnibus plerumque macies fit, seu Atrophia, uti hoc laborantes musculi, cum ad resistendum validi non sunt, efficiunt, quod Antagonistæ fortiores contrahantur, & contractæ remaneant. Gr. ἀγκύλη ab ἀγκυλῶ incurvare. B. Trekking. G. Das Spannen/ Zusammen ziehen. Gall. & A. *Contraction*.

Contra Fissura, est quando quis ceciderit in pavimentum lævâ Cranii parte, inque opposita parte fissura reperiatur: triplex esse perhibetur: 1. in eodem osse, quando pars superior est læsa, & inferior fracta. 2. in diverso osse, cum post casum in occiput, coronale os frangitur. 3. in diversa tabula, quando superior est læsa, & secunda frangitur. Sed num detur contrafissura, apud Principes Medicos lis est, & me judice, meritò negatur. B. Een tegen-scheur. G. Ein gegen-bruch. Gall. *Contre-fissure*, *Contre-fente*, *Contre-coup*. A. Idem.

Contrahentia, Medicamenta sunt, quæ puncta distantia ab invicem solidæ fibræ motricis in propiorem adigunt contactum & cohæsionem, sic ut inde fibra solidior, durior, firmiorque evadat; atque proinde tota solidorum compago, ex fibris meris composita, cui hæc medicamenta applicantur. B. Te samen-trekkende middelen. G. Zusammen ziehende artzeney.

Contraindicatio, vide *Antendeixis*.

Contrayerva, est radix, undique verrucosa, & aspera, multis fibrillis circumdata, oblonga, tenuis, foris colore rubro, intus albido, odoris aromatici; saporis nonnihil adstringentis, penetrantis, satis acris, aromatici, amari, inprimis si radix vegeta, tum habet acrimoniam aromaticam satis magnam, Iridis vel Cyperi radicibus non absimilis; an vero Cyperi, Caryophyllatæ, Anthoræ, vel alius plantæ radix sit, certo affirmari posse non videtur: hæc annis abhinc aliquot ex provincia Peruviana Charcas apportari cœpit. Ex Latino *contra* & Hispanico vocabulo *yerva*, quasi diceres contra venenum: Drakena ap-

appellata fuit a Clusio in honorem F. Drake, qui primus dicitur hanc radicem invenisse, & in Europam adportasse; datur adversus venena, & sudorem movet, hinc in omnibus morbis, in quibus sudore opus est, valde laudatur. Dicitur & *Radix zerva*, *Bezoartica*, *Cyperus odorus Peruvianus*, *Dracena &c.* B. Gift-wortel. G. Gifftwurtzel. Gall. *Racine de contrayerva.* A. Yerva, Counter poyson.

Contusio, in genere vocatur talis solutio continui, quæ fit a corpore gravi & obtuso, sed sine manifesto vulnere, aut jactura substantiæ, quum tamen sanguis sub cute, extra vasa effusus, colligitur.

Contusio Ossis, est, cum instrumento quodam duro & obtuso os ita læditur, ut externè integrum videatur, cum tamen versus interiorà à toto separatum sit. Gr. θλάσις & θλάσμα. B. Een Contusie / kneusing. G. Zerstossung / Zerknitschung. Gall. *Contusion*, *Meurtrissure.* A. Bruising, contusion.

Convolvulus, idem quod *Volvulus.*

Convolvulus & Convolvulum, seu Smilax, Sic etiam proprie vocantur duæ plantarum species, quarum una Convolvulus major, altera minor: prior est planta, quæ habet caules longos, tenues, sarmentosos, scandentes, & omnia apprehendentes: folia Hederam terrestrem referunt, sed molliora & majora, viridia, acuta: flores monopetali, campaniformes, ad ora expansi, coloris albi; ex floris calice surgit pistillum, infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum subrotundum, membranaceum, ipso calice plerumque involutum, modo unicapsularem, modo tricapsularem, & seminibus fætum angulosis, nigricantibus, vel aliquando rubicundis: Radix exigua, longa, intus alba: hæc planta est amara & acris: illud nomen imponitur omnibus plantis, quæ sese adstantibus arboribus, stipitibus &c. circumvolvunt, iisque adhærent Vide *Helxine cissampelos.* B. Winde / Wrange. G. Stehende winden. Gall. *Grand Liseron ou lizet.*

Conus, Græcis, vel *Pyramis*, est inversus turbo in plantis, hoc est, id quod ex latitudine in arctius protrahitur ac fastigiatur, cui calathus contrarius, ut diximus, existit.

Conus Fusorius, seu Pyramis, est cruciboli species,

cies, ex lato in angustum abiens, ex ferro aliove metallo conflata, cujus ope Reguli plerumque separantur à scoriis: dum enim liquatum minerale huic infunditur, concutitur malleolo conus ut tremiscat, tum partes graviores caduut ad fundum, & leviores, ut sunt scoriæ, supernatant. B. Graf-naald/ Smelt-of Giet-kroeg. G. Schmelz form oder Giespuckel. Gall. *Creuset en forme de Pyramide.* A. A Crucible.

Convulsio, est contractio musculi, vel fibrarum versus principium, violenta, nunc desinens, nunc renata, aliquandiu perseverans, unde eam accipere oportet, tam in Musculis majoribus quam minoribus, sive fibris. Dicitur quoque *Spasmus*; sed hic tamen aliquomodo differt, cum sit perpetua tensio absque remissione: neque opus est cum scholis addere *Involuntariam* esse convulsionem, quia decet convulsionem ad fibras contractas referre, in quibus nunquam *motus voluntarius* existit, adeoque etiam nullus præter aut contra voluntatem. Estque *Universalis*, quæ ad plures & præcipuos musculos, qui corporis machinam sustinent & movent, una vice extenditur; vel *Particularis*, quæ in uno tantum vel pluribus unius membri musculis contingit, & sæpe comitem habet Paralysin; *Idiopathica*, vel *Sympathica*, in qua partes affectæ a causa irritante non inmediate patiuntur: Oritur ab omni causa, quæ partes nervosas tali molestia afficit, ut inordinatus spirituum motus inde nascatur. Gr. Σπασμός. B. Stuip-trekking/ kramp-trekking. G. Der Krampff/ das zusammen ziehen/ die einziehung. Gall. *Spasme*, *Convulsion.* A. A Cramp, or convulsion.

Convulsivus Motus, vide *Motus Convulsivus.*

Conyza, vide *Coniza.*

Copal Gummi, est resina duriuscula, admodum candida, vel ex albo flavescens, pellucida, bene odorata, in massam redacta: adfertur ex India occidentali, sive Nova Hispania, ubi ex vulnerata arbore guttatim stillat. Aliquantulum odoris spirat. Sunt duæ species, altera *Xoloch copalli* dicitur, altera *Copal Cahuitl.*

Copayvæ Balsamum, seu Copal Yvæ Oleum, colligitur ex arbore balsamifera Brasiliensi fructu monospermo, cujus caudex terebra perforatur, ex quo foramine instar Terebinthinæ destillat, & quidem tanta copia, ut ferunt, ut spatio trium horarum duodecim libræ colligi

gi possint, vulnus obducitur postmodum cera aut argilla, & quando post quindecim dierum spatium rursus adaperitur, majori adhuc in copia defluit. Arbor nascitur in Brasilia. Lignum habet rubrum; folia obrotunda, quatuor aut quinque digitos longa, duos vel tres cum semisse lata; florem fert mediocrem, quinque foliis obrotundis constantem. Fructus illi est siliqua obrotunda, vel ut Piso, instar baccæ Lauri, qui ab incolis comeditur.

Copella, vide *Cupella.*

Cophosis, est aurium surditas vel incipiens, vel perfecta, a quavis causa orta, qua impeditur vel tollitur sonorum delatio ad sensorium commune, estque vel nativa, & tunc cum Aphonia conjuncta, vel Symptomatica, fitque plerumque ab obstructione meatus auris, relaxatione, ruptura, inflammatione & incrassatione membranæ tympani; concretione tubæ Eustachianæ, musculorum ossiculis adhærentium paralysi, nervi acustici compressione &c. à κωφόω surdus sum. B. Doofheid. G. Taubheit. Gall. *Surdité.* A. Deafness.

Copos, est corporis lassitudo, quando musculorum vascula minima humoribus viscidis aggravantur, & obstruuntur, & spiritus animales in Cerebro desunt, adeoque nec in musculos determinentur, ita ut motibus obeundis inepti, & pigri evadant, à κόπτω lasso. B. Vermoeidheid. G. Müdigkeit. Gall. *Lassitude.* A. Weariness.

Coprocritica, sunt Medicamenta, quæ fæces alvinas subducunt & evacuant, ex κόπρος stercus, & κρίνω cerno.

Coprophoria, idem quod *Purgatio*, ex κόπρος stercus & φορέω fero, gesto.

Coprostasia, est alvi constrictio, non tantum absoluta, ut in Ileo, sed tantum tarda ejus dejectio, ita ut fæces raro, nec pro assumptorum ratione excernantur, ex κόπρος stercus, & στάσις statio. B. Hardlyvigheid. G. Hartleibigkeit. Gall. *Constipation* vel *Dureté de ventre.* A. Bounding in belly or costive.

Coq. ad Med. Consumpt. hoc est, Coque ad Medietatis consumptionem.

Coq. in S. Q. Aq. hoc est, coque in sufficiente quantitate aquæ.

Coq. S. A. est, coque secundum artem. Sunt hi termini

mini vel abbreviationes, quibus Medici in formulis suis brevitatis ergo utuntur.

Cor, est substantia carnosa & fibrosa, ex variis musculorum ordinibus & tendinibus conflata, demonstrante *Lowero*: habet duas auriculas totidemque ventriculos, septo intermedio plane a se invicem distinctos; dextræ auriculæ vena cava, sinistræ vena pulmonaris adhæret; dextro ventriculo arteria pulmonaris, sinistro vero arteria magna connectitur. Vasa sanguinea accipit ex coronariis, multosque nervos ex pari intercostali & vago. Investitur sacculo membranaceo *pericardium* dicto, quo mediastino & diaphragmati conjungitur; superius basin, inferius cuspidem habet: collocatur in thoracis parte inferiore & anteriore, maximam partem sinistra, intra pulmonis lobos, situ transverso, ita ut fere horizonti parallelum jaceat; sanguini recipiendo, eumque valida contractione musculorum circumvehendo tantummodo inservit: In corde glandulas dari invenit du Vernoi, tradiditque in Comm. Petropolit. vol. 2. Gr. καρδία, & κῆρ. B. Het Herte. G. Das Hertz. Gall. *Cœur*. A. The heart.

Cor, in vegetabilibus, est, quod in medio ligni residet, & tertium à cortice continetur, velut in ossibus Medulla, à nonnullis *Matrix*, & ab aliis *Medulla* nominatur. B. Merg / 't Pit. G. Das Marck. Gall. *Le Cœur*. A. The Pith.

Coracobotane, est nomen quod imponitur Brusco, & Lauro Alexandrinæ, & significat *Herbam corvi*, derivatur enim ex κόραξ corvus, & βοτάνη herba.

Coracohyoides, sunt musculi à scapulæ processu coracoide, vel, ut alii volunt, ab eo scapularum latere, quod costam superiorem vocant, orti, qui ad os hyoides procedunt ipsique inseruntur: *Usus* est oblique deorsum movere os hyoides, ex κόραξ corvus, & ὑοειδὴς hyoides os. B. Des tong-beens / Raben-beks uitsteeksels-spieren. G. Des Zungbeins / Rabenschnabel gleiche mauß. Gall. *Muscles Coraco-Hyoïdiens*. A. Brawnes of the bil of the raven.

Coracoides Processus, est *Rostriformis* scapulæ processus, vide *Ancyroides*, à κόραξ corvus, & εἶδος forma. B. Raben-beks uitsteeksel. G. Der Rabenschnabel gleiche aufswachs. Gall. *Apophyse Coracoïde*. A. Ravenbecs-proces.

Coracoideus, sive Coracobrachiæus, est unus ex

ex musculis brachium moventibus. Oritur à coracoide processu Scapulæ, unde ei nomen: & inseritur in internum humerum circa medium, juxta tendinem Deltoidis. Principium habet nerveum & breve, oblongum ventrem, satis corpulentum, & robustum tendinem. Venter ejus perforatus est, unde etiam *Perforatus* dictus, & transitum nervis largitur, qui ad cubiti musculos distribuuntur. Hunc musculum alii saltem musculosam portionem Bicipitis vocarunt, utilem ad brachium Scapulæ processui adducendum, sive antrorsum supra pectus attrahendum, ex κόραξ corvus, & εἶδος forma. B. Ravenbeks-spier. G. Raben-schnabels mauß. Gall. *Muscle Coraco-brachial*. A. A Muscle arising from a process of the Scapula called Coracoides.

Corallina, est muscus petrosus marinus, inhærens scopulis, & piscium testis corallisque, eo sane modo, quo muscus arboribus innascitur, optimaque est, quæ à corallis detrahitur: Color griseus est; sapor subsalsus. B. Koral-mosch. G. Meer-mooß / Corallen mooß oder Mieß. Gall. *Coralline, ou mousse marine, ou Brion*. A. Coralline. Lumbricos enecare dicitur.

Coralloides, est planta maritima, ramosa, nulla folia habens, similis Coralliis ob figuram & duritiem a Corallo. vide *Dentaria*.

Corallum & Corallium, Num ad vegetabilia, num ad mineralia pertineat, adhuc lis est inter multos: videtur tamen ad vegetabile regnum deduci debere, hincque dici potest planta in fundo maris nata, foliis carens, cujus neque flos neque semen cognitum, rupibus & aliis corporibus affigens aliqualem radicem, cortice vestitam, & in ramos divisam: Extremitates horum ramorum molles sunt, parvorum globulorum seu Ribium ad instar rotundæ, in sex cellulas divisæ, repletæque humore albicante, crasso, acri, adstringente; hi globuli capsulæ seminales esse creduntur, & succum, quem fundunt, producere plantas corallorum in omni corpore, cui illabitur: variæ Corallorum in utraque India, imo & in Europa & Asia dantur species, colore quoque differenti. Est & rubrum, album, nigrum, cæruleum. Tunc differunt figura: aliæ instar arboris racematim se elevant; Aliæ glabris ramis, aliæ hispidis; nonnunquam fistulosæ species inveniuntur, vel figuram tuberosam, vel Lactucæ folia, aut Lichenis terrestris, aut Cornu cervinum &c. referunt,

ferunt. Coralla sub aquis mollia esse, sed in aëre indurari, unanimiter dicunt. Exinde eliciuntur tincturæ, magisteria &c. sed in pulvere ad scrupulum intus sumpta, acidum in corpore nostro potenter domant. Gr. Κοράλλιον. B. Koraal. G. Korall / Corallen. Gall. *Du Corail.* A. Corall.

Corchorus & Corcorus, Est planta sesquipedem circiter alta: folia sunt alterna in caulium nodis apposita, in margine incisa, parte ima barbulam utrinque unam seu apophysin linguIæ instar tenuem possident: flores rosacei quinquepetali ut plurimum, lutei: ex hujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, qui est longa siliqua cornuta, quæ quinque loculamentis constat, per quinque septa media dissecta, in quibus loculis quinque valvæ se expandunt, & dimittunt semina numerosissima, exigua, coloris cinerei, saporis viscosi: Hæc planta crescit in hortis; an Anagallis, an Ocymum sylvestre, vel alia planta? disputatur: ejus tamen Etymologiam deducunt ἀπὸ τῆ κόρης ϰ̀ κορέω, quod oculi pupillam ornet, sive purget: est Melochia Alpin. Ægypt. quidam nomen a corde derivant, quia ejus fructus cor referre creditur. B. Guichelheil. G. Gauchheil / Hünerdarm.

Cordialia, Corroborantia seu Cardiaca, Vide *Cardiacum.*

Cordis Palpitatio, vide *Palpitatio cordis.*

Coriandrum, & Coliandrum, Est planta, quæ caulem habet sesquipedem vel duos circiter pedes altum, rotundum, tenuem, medulla repletum, ramosum: folia inferiora Petroselini similia, superiora magis incisa, & Camomillæ satis proxima: flores parvi rosacei, & umbellati, plurimis scilicet petalis inæqualibus & cordiformibus constantes, quandoque æqualibus, in orbem positis, & calici insidentibus, is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum, nunc semisphæricis, nunc sphæricis, striatis, ex cinereo fuscis, includentibus sub cortice tenui medullam subfuscam, duriusculam, in medio quasi dissepimentis distinctis, saporis subdulcis, subacris, saporis aromatici: volunt nomen derivari à κόρις cimex; quia recentis folia & semina cimices olent. Sed alii derivant à κόριον seu parva puella, κόρη est puella, quia fructum gerit, ceu pupillas κόρας oculorum. Gr. Κόριον & Κορίαννον.

B. Ko-

B. **Korlander / Kolliander**. G. **Koriander / Schwindill**. Gall. *Coriandre*. A. Coriander.

Coris, est Hypericum, an à κείρω scindo: quod vulnera sanet? vel quod tota pulchella, & perquam hilari facie sit, κόρη enim & κόρη, *Virgo*, *Puella* dicitur.

Cornachinus pulvis, est pulvis purgans compositus ex partibus æqualibus Scammonei, Antimonii Diaphoretici, & Crystallorum Tartari. Nomen habet ab inventore, dicitur etiam *Pulvis de tribus* ex numero ingredientium, vel *pulvis Comitis Warwicensis*.

Cornea Oculi Tunica, seu Ceratodes, quæ etiam *Scelerotica & Dura* vocatur, à dura meninge originem habet; anterius pellucida est, & in eminentiorem figuram protuberat in uno homine plus, in altero minus; à lateribus tunica albuginea obducitur; interius humorem aqueum continet; corneæ hujus structura mirifica est; si constringatur oculus a parte postica, ubi musculi inseruntur, & solvitur tunc levissima manu acutissima lanceola, vulnere perpendiculari levissimo, mox dilatatur vulnusculum, contrahentibus sese fibris, secedit lamella; si novum iterum fit vulnusculum, idem fit; quod quidem usque ad 30 vices fieri potest, & singula dissectione erumpit liquidum tenuissimum, quo absterso mox erumpit novum, nullum habens saporem, nisi leviter subsalsum; unde apparet, quod cornea constet ex membranaceis stratis per transversales fibras annexis; hinc quoque non ita absurde videtur illorum sententia, qui corneam, tamquam membranam a sclerotica diversam distinguunt; tota pellucens in vivis, in morientibus sensim obscuratur; in extinctis penitus opaca, unde illa obscuritas inter certa instantis mortis signa ab Hippocrate adnumeratur. B. **Het hoornachtig vlies des Oogs**. G. **Das hornharte Aug-hautlein**. Gall. *La Cornée*. A. Horn-fleece or coat.

Cornicularis Processus, vide *Ancyroides*.

Cornua, dicuntur additiones acuminatæ ungulares, nascentes super juncturas in extremitatibus propter operationis vehementiam. Vocantur etiam ita partes quædam, quæ sive figura, sive relative ad totum aliquid, cujus partem constituunt, Cornua repræsentant, uti *Cornua ossis hyoidis*.

Cornua Uteri, seu Ceræa, sunt duæ uteri partes laterales in quibusdam brutis, ut vaccis, cervis, ovi-

bus, capris, canibus, &c. in quibus fœtus in impregnatis his matribus habitant. Cornua tamen ex horum imitatione tribuerunt etiam humano utero Authores; quia ad fundi latera, aliqua utrinque est protuberantia, ubi vasa deferentia inseruntur; sed pessime, & rarissimè muliebris uterus bipartitur, ut in brutis. B. De Moeder-hoorns. G. Die Krümme der Bärmutter. Gall. *Les Cornes de la Matrice.* A. The corners of Horn of the womb.

CORNU CERVI, vide *Cervus* & *Coronopus*.

CORNUS, est arbor, quæ habet lignum durum, compactum, album, satis magnum & extensum, corticem durum, rubicundum, vel cinereum habens, saporis adstringentis, folia sunt longa, ampla, venosa, mollia: flores in extremitate ramorum crescentes, pedunculis brevibus adhærentes, quadrifidi, in crucem dispositi; calix abit in fructum carnosum, ovalem, Olivam fere referentem, sed minorem, in initio viridem & acerbum, postea per maturitatem rubrum & aliquando flavescentem, saporis subdulcis cum aliqua grata acredine, & adstrictione, in hoc fructu invenitur officulum oblongum, albescens, in duo loculamenta, quæ singula unicum semen oblongum includunt, divisum: Hæc arbor crescit in hortis; dantur duæ species Corni, sc. mas & fæmina: dicta est quod duritie & rigiditate cornibus similes ramos habeat. B. Kornoelje-boom / Wielboom. G. Welscher Kirschen baum / Kornel-baum / Kurker-baum. Gall. *Cornouillier, ou Cornier.* A. Cornell-tree or dog-tree.

CORNUTA, idem quod *Retorta*.

CORONA, est superior dentium molarium superficies.

CORONA REGIA, vide *Melilotus*.

CORONA TERRÆ, vide *Hedera Terrestris*.

CORONALIS SUTURA, Gr. Στεφανίτης & Στεφανιαῖα, est fissura, quæ pectinatim, dentatæ serræ instar, coit, estque in superiore parte cranii ab uno tempore ad aliud; & circumscribitur ossibus frontis & bregmatis, in cujus medio sagittalis sutura terminatur. B. De Kroon-naad. G. Die vordere naht der Hirnschalen. Gall. *La Suture coronale.* A. The coronal suture. Crouw Suture.

CORONARIA VASA, sunt venæ & arteriæ cor, nutritionis & motus gratiâ, cingentes: Item vasa sanguinea sinistrum os stomachi cingentia: arteriæ coronariæ cordis duæ, oriuntur ex Aorta mox supra valvulas semilunares cor-

cordis finistri, & opposito itinere unum componunt canalem basi cordis innexum toto ambitu, unde demissæ arteriæ, variis inter se anastomosibus junctæ, in innumerabilia exilissima vascula distribuuntur, quæ ultimo roris effusi more humorem fundunt, & quæ omnia sensibilia cordis puncta pervadunt, omnemque fere cordis substantiam cum venis, similiter positis, componunt, accreta inter vasa pinguedine externa. B. De kroon-vaten. G. Die Hertz gefässe. Gall. *Vaisseaux coronaires.* A. The crown Vessels.

Corone, est processus osseus, acutus, & anterior inferioris maxillæ, cui musculi temporalis tendo adnectitur, à similitune rostri cornicis, *Rostriformis* dictus. Gr. Κορώνη cornix. B. Het kraeye-bels uitsteeksel. G. Krähe-schnabels gleiche auswachs. Gall. *Apophyse Coronoide.* A. Procell of the crown's bil.

Coronopus hortensis, est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia multa, longa, angusta, nervosa, profunde incisa, longis, ad margines laciniis appositis laciniata, parvum cornu cervi referentia, saporis aliquantulum adstringentis, sed grati: nascuntur ex foliis caules tenues, rotundi, rigidi, villosi, pedem unum vel sesquipedem alti: flores & semina Plantaginis: Radix plerumque exigua, sed aliquando digitum crassa, alba, saporis aliquantulum adstringentis: Hæc planta colitur in hortis. *Pes cornicis* dicitur à pedis cornicis similitudine quam ejus exprimunt folia. Alii, quod ejus stylus, è mediis foliis exsurgens, in cornicis pedem conformatus articuletur, reliquam exhibens crucis effigiem: vocatur & *Sanguinaria* & *Sanguinalis*, quod sanguini sistendo apta sit herba. Sunt qui *Herbam stellæ* nominant, alludentes haud dubiè ad Græcam appellationem *Astrion.* Nonnulli quod folium ejus multipartitò confectum in cervini cornu imaginem effigietur, *cervinum cornu* vocarunt. Ex Κορώνη cornix, & πὺς pes. B. Herts-hoorn / Gravinne-kruid / Kraapenvoet / Floop-kruid. G. Krähen fuß. Gall. *Corne de cerf*, *pied de corneille.* A. Buck-horne plantain.

Corpora Nerveo-spongiosa, idem quod *Corpora nervosa penis.*

Corpora Nervosa Penis, F. Ruischio *Corpora nerveo spongiosa*, sunt duo corpora longa, orta à parte

inferiore ossium Pubis seorsim, & cincta membranâ propriâ; junguntur sibi mutuo ope septi medii, quod sensim evanescit versus anteriora, & ex cellulis plurimis membranosis contexta, quæ maximum penis corpus constituunt. Si illa corpora expandantur per sanguinem in cavernulas majori copia influentem, erectio illius instrumenti fit. Ex similibus duobus corporibus etiam constat mulierum Clitoris. B. De zenuwagtige Lighaamen. G. Die Sennaderechtige theile des Männliches glieds. Gall. *Les corps caverneux*. A. The nervous body's of the yard.

CORPUS. in genere est substantia extensa, inpenetrabilis, divisibilis G. *Corps*. B Lighaam. G. Leib. In specie vero distinguitur ab *Anima*. Anatomicis autem denotat præcipuam alicujus partis portionem, quæ tunc considuratur, acsi per se partem illam constitueret, veluti in Vertebris locum habet

CORPUS CALLOSUM, est medullosa seu potius fibrosa cerebri pars, ex cujus complicatione ventriculi cerebri anteriores constituuntur. Estque tota medullosa, nulla membrana obtensa, medullæ oblongatæ apicibus utrobique affigitur: ab istis apicibus tanquam ortu suo, medullaris hæc substantia cerebrum obducens & concamerans versus posteriora expanditur, ac sensim minuitur, demum hujus expansi limbus exterior arctius contrahitur, ac inferius, medullæ oblongatæ caudici membranarum & vasorum nexu conjungitur. Porro firmioris connexionis gratiâ, ab anteriore ipsius parte, juxta ipsius apices, processus medullaris exoritur, qui cerebri fissuram subtendens, ad limbos ejus pertingit; quibus velut brachiis utrinque reflexis unitur: quæ quidem brachia medullæ oblongatæ caudicem amplectuntur, adeoque illum cerebri limbum sibi firmius annectunt. B. Het weeragtig of eeltachtig Lichaam der Hersenen. G Schwilharte theil des gehirns. Gall. *Le corps calleux*. A. The pith of the brain.

CORPUS GLANDULOSUM, seu GLANDOSUM, idem quod *Prostata*.

CORPUS PAMPINIFORME, vide *Varicosum corpus*.

CORPUS PYRAMIDALE, idem quod *Varicosum corpus*.

CORPUS VARICOSUM, vide *Varicosum corpus*.

CORRECTIO, est quando medicamini sal quoddam aut aliud quid additur, ad effecta acceleranda: vel quando

do vis violenta reprimitur. B. Verbetering. G. Verbesserung. Gall. *Correction.* A. Correction.

Correctorium, est, quo Medicamenta meliorantur, ne cuiquam noceant, & facilius assumi queant, ut quando Sennis additur semen Fœniculi, folia Scrophulariæ &c. Ad hæc Medici attendere solent, dum morbis profligandis accommodant remedia, quæ si sola non satis convenirent in datâ ægri temperie, additione aliorum ad scopum medicum diriguntur, & sic corriguntur. B. Een Verbeteringe. G. Verbesserung. Gall. *Correctifs.* A. Idem.

Corroborantia, idem quod *Cardiaca.*

Corrodentia, sunt, quæ acutis suis particulis carnem excrescentem edunt, & consumunt, & quidem omnia, quibus applicantur. B. Corrosyf / knagend middel. G. Zernagende mittel. Gall. *Corrosifs.*

Corrosio Chymica, est corporis misti, per res corrosivas, calcinatio. B. Bytinge. G. Zernagung. Gall. & A. *Corrosion.*

Corrosivum, est Medicamentum solida corporis animalis corrodendi vim habens, ut Ruptorium, Calx, Aqua fortis, &c. Cujus ope superflua carnis excrescentia absumitur vel depascitur; vel fontanella fit ad pus vel aquam effusam evacuandam. B. Corrosyf. G. Zernagende mitteln. Gall *Corrosif.* A. A Corrosive.

Corruda, est Asparagus sylvestris, dictam volunt quod ubi adolevit, facile corruat, decidatque. Ast cum Græca apud Theophrastum vox sit à κορέω verro, purgo, inde melius derivatur, nam colligati in fasciculum trunci verrendo inservire possunt.

Corrugator Supercilii, Musculus est, qui ab osse frontis & capite supercilii incipiens, partim cum Orbiculari palpebrarum, partim cum frontali musculo continuatur, & in actione sua supercilium versus nasum deprimit.

Cortex, est exterius tegumentum, seu cutis vegetabilium, ut & nucum, malorum Granatorum, Arantiorum &c. Item exterior substantia cerebri & cerebelli. Gr. λέπυρον, φλοιός. B. De bast. G. Rinden am baum. Gall. *Escorce.* A. The bark of a tree.

Cortex Winteranus, est cortex cannulatus, Cinnamomo non dissimilis, sed crassior & coloris cinerei;

 odo-

odorem habet non ingratum, saporem acrem fere instar Piperis. Arbor, unde desumitur, crescit in America, & folia habet Lauro similia. Inventa est primum a *Wintero*, Anglo, in freto Magellanico, unde nomen habet. Vires habet stimulantes, aromaticas, sed inprimis in Scorbuto laudatur. B. Witte Kaneel. G. Magellanischer Zimmet. Gall. *Ecorce Winterane.* A. Winters Cinnamom.

CORTEX PERUVIANUS. Vide *Cina Cinæ.*

CORTICALIS SUBSTANTIA CEREBRI, & CEREBELLI, est substantia ejus exterior plurimis Labyrinthis & mæandris exterius dotata; tenui meninge obducitur: cinericea, mollis, humidior, cingens ubique accurate totam originem alterius substantiæ internæ, albissimæ, solidioris, exsuccæ magis, quæ medulla cerebri & cerebelli vocatur; ita ut hæc ab illa oriri primo manifeste videatur undequaque, tam in appendicibus, ventriculis, cruribus, medulla oblongata; in interiori vero parte medullæ spinalis similis est cortici recondita substantia, tota pariter ibi arteriosa, quam medullosa ambit, inversâ ratione quam in priore, & juxta *Malpighium* ex glandulis minimis ovalis figuræ composita, juxta alios & quidem verosimilius ex meris vasculis a vasis piæ matris oriundis. Corticalis hæc substantia ab interiori ergo cerebri parte medullarem seu fibrosam substantiam sibi vicinam habet, quæ ex cortice originem ducit, ut clare in Cerebello patet. Usus est spiritus animales segregare & è massa sanguinea excipere, ex qua per medullarem substantiam & nervos distribuuntur, & per universum corpus deferuntur. Secundo, fortè memoriæ & somni sedes ibi collocatur. B. Bast-agtige substantie der Herssenen. G. Die Rindengleiche Theilen im gehirn. Gall. *Substance Corticale du cerveau.* A. The cortical substance of the brain.

CORTUSA, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, ampla, rotunda, incisa, aspera, saporis stiptici, caulibus longis adhærentia: Ex his nascuntur caules parvi, nudi, in summitate habentes flores quinque petalis constantes, purpureis: radix valde fibrosa; tota planta est valde odorata; crescit in locis arenosis, & argillaceis, satis convenit cum Auricula ursi; dicitur & Sanicula Alpina, vel montana latifolia, laciniata. est Matthiolo Caryophyllatæ species, sic dicta quod à *Cortuso* primum hæc planta reperta sit.

Corylus, Eſt arbuſcula, quæ plures habet ramos longos, flexiles, ſine nodis, cortice tenui obductos: ejus lignum eſt tenerum, album: folia ſunt ampla, ſparſa, in margine dentata, acuta, in parte ſuperiori viridia, in inferiori albeſcentia: flos mas conſtat tribus ſquammoſis foliolis, quorum exterius binis interioribus incumbit, ex infimo flore quatuor pedunculi emergunt, ſinguli habentes teſticulum ſuum; omnes flores ſimul adnati axi longo referunt caudam cati; flos fæmina in eadem planta, loco diverſo a mare naſcitur, conſtans calice ſquammoſo, foliolis multis ſe invicem ſuccingentibus facto, intra quem ovarium latet inſtructum multis tubis incurvis, rubris, acutis: fit deinde fructus oſſeus putamine nucleum condens carnoſum, hærens arcte innatus calici foliaceo: radix longa, craſſa, robuſta: Hæc arbor creſcit in ſylvis, cujus fructus nux Avellana & λεπτοκάρυον dicitur. Fortaſſe erit vox corrupta ex καρύα, cum κα ſit mutatum in κο, ρυ manet, deinde a in us, hinc corylus; ſi fallar, non mihi vitio vertite, eſt enim tantum divinatio. B. Hazelaar / Hazenote-boom. G. Haſel-nuß / Haſel ſtrauch. Gall. *Noiſelier*, *Noiſettier*, *ou Coudrier*. A. Halel-nut-tree, Haſle-tree, or a filberd-tree.

Corymbi, ſunt ſummitates Hederarum, velut uvæ dependentibus acinis coactæ. Transfertur tamen vox ad multos herbarum fructus.

Corymbia, Corymbos, Corymbe, eſt Hedera arborea, ſic dicta, quod ſupra arborum capita aſcendat; derivatur à κόρυς caput.

Corymbiferæ plantæ, vocantur, quæ florem compoſitum diſcoïdem habent, & quorum ſemina non papposa ſunt.

Coryphe, eſt vertex capitis; item digitorum extremitas interior juxta ungues, à κορυφόω in verticem attollo.

Corysa, ſive Gravedo, eſt ſuccorum noſtri corporis, ab externo frigore, inſpiſſatio, unde in minimis vaſculis, ubi hi alluunt, fit obſtructio; vel ab eadem cauſa vaſcula contrahuntur, hinc a liquido ſuo inflammantur, quod cum faciIlimè fit in locis, ubi continuo alluit aër, tota membrana à *Schneidero* deſcripta, nares &c. inveſtiens afficitur, unde ex glandulis ejus fit liquoris acris & ſalſi defluxus, qui ſenſim ſpiſſior factus ſenſum obſtructionis in ſuprema narium parte excitat; ſic & glan-

dulæ pulmonarem fistulam perreptantes ob acrem succum excitant tussim. Coryza est vel sine vel cum febre, à κορυζάω gravedine laboro. vide *Catarrhus*. B. Verkoutheid / de snuf / zwaarhoofdigheid / druppinge uit de Hersenen. G. Schnuppen / Fluß / oder beschwerung des Haupts. Gall. *Enchiffrenement*; *Rhûme*. A. Heavinesse, or dulnesse.

Cos Vinum, est Vinum, quod insigni colore, odore, & sapore pollet. Prior enim littera significat colorem; media odorem; & ultima saporem. B. Kostelyke wyn. G. Bester wein. Gall. *Du vin Théologal*.

Cosmetica, sunt Medicamenta externa, illiniendo applicata, cutim dealbantia, & emollientia, ad pulchritudinem illi conciliandam; ut Oleum tartari, Lac virginis, dissolutio ex Mercurio sublimato, Sulphure, Camphora, &c. a κοσμέω orno. B. Blanketsel. G. Blanckets / Farb um das Angesicht oder die Haut hübsch zu machen / anstreichende mitteln. Gall. *Remedes pour blanchir ou netoyer la peau*, *ou pour farder*. A. Cosmeticks.

Costæ, Gr. πλευραί, σπάθη. B. Ribben. G. Ripp. Sunt illa ossa, quæ arcuata, oblonga, in medio longe plus depressa, quam in assurgentibus extremis, una cum aliis partibus thoracem constituunt: exterius convexa, interius concava & magis lævia, in utroque margine aspera: Posterius connexionem cum vertebris dorsi, anterius vero cum sterni cartilaginibus habent: numero in quolibet latere duodecim sunt: septem superiores veræ seu potius longæ, quinque inferiores spuriæ, seu breviores dicuntur. Item νόθαι πλευραί, μαλθακαὶ πλευραί, χονδροειδεῖς ἀκροι-θεαί. Latitudo earum varia est, ut quæ in superioribus digiti latitudinem excedit, in inferioribus longe minor sit. Constant partim ossea; partim cartilaginea substantia; hæc in parte anteriori, illa in posteriori. Costarum pars latior *Palmula* dicitur, πλάτη *Poll.*, angustior, quæ spinæ vertebras attingit, *Remulo* κώπιον: *Polluci* μεσοπλεύρια costarum spatia intermedia dicuntur. B. Korte ribben / bastert ribben. G. Die Kurtzen rippen Gall. *Fausses côtes*. A. The Spurious ribb's. Costæ etiam sunt margines ossis scapulæ, & ossis ilii.

Costus, est herba odorem spirans, nomen accepit, ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν ab ornando, quod odoris sui fragrantia sensus decorat; duplex in officinis prostat, *Albus* & *Niger* vo-

vocatur etiam Mentha *Saracenica*, & *Græca*, Straboni *Costarium.* vocatur alias Mentha corymbifera, a dispositione florum & odore, herba S. Mariæ. Balsamita, ubi vide; Costus Arabicus, est radix exoticæ plantæ arbusculæ Sambuci satis similis, oblonga, pollicis crassitie, gravis, compacta, coloris buxei flavescentis extus, intus rubri, saporis acris, amari, aromatici, grati, subdulcis, odor ejus si in ignem conjicitur sat gratus: propter vim calefacientem inter sudorifera recensetur. tres Costi dantur species, Arabicus, dulcis, & amarus; sunt qui volunt has tres species inter se non differre, nisi ratione ætatis, sed quemadmodum de plurimis exoticis, ita de Costo nihil adhuc indubitanter differi potest B. Kost / Balsem. G Kostwurtz Frauwen-kraut. Gall. *Costus Arabique.* A. Sweet Smelling costus. Arab. *Kast* & *Kost.*

Cotinus, Est arbuscula sex vel septem pedes alta, cujus lignum est flavum, ramos dimittens rotundos, cortice rubicundo & obscuro instructum: folia sunt ampla, venosa, fere rotunda, in longo pedunculo: Caliculus exiguus, quinquefidus; flosculus rosaceus, pentapetalus, in ramulis capillaceis: Ovarium fit fructus orbicularis, duro putamine impartibili tegens semen triangulare, coloris rubicundi, fusci aut nigri: radix lignosa: Hæc arbuscula crescit in montibus: dicitur etiam Coccigria, à κόκκος granum, & ἄγρια sylvestris, quasi grana sylvestria. est Oleaster sylvestris, qui vocatur cotinus ad lineamenta modo conchilii colore insignis. Nomen fortè ab insula Hispaniæ Cotinusa post Gades; ubi Oleaster seu Cotinus in magna copia alitur, me latet. B. Wildt Olyfboom. G. Wald oder wilder Oel-baum. Gall. *Fustet*; *Olivier Sauvage.* A. The Wild Olive-tree.

Cotonea, Citonia & Cydonia Malus, Est arbor, quæ habet lignum tortuosum, durum, pallidum, albescens, habens corticem mediocriter crassum, satis politum, externe coloris cinerei, interne rubicundi; folia mali, integra, albescentia, in parte inferiori lanuginosa; flos est rosaceus, quinque vel plurimis petalis in orbem positis constans, cujus calix abit in fructum turbinatum, carnosum, in loculamenta divisum, seminibus plurimis, glutinosis, oblongis, & callosis fætum: hic fructus, mense Septembri vel Octobri maturescens, saporem habet adstringentem, & in alvi profluviis utilis est: ra-

radix magna, coloris obſcuri: creſcit hæc arbuſcula in montibus & locis aridis: ſic dicta eſt, à Cretæ oppido, unde primum advecta eſt. *Cotonea*, vero à Sidonte Corinthi vico nominata eſt, primus Cato illud nomen dedit: quibusdam, quod mala ejus cotone, ſeu lana quadam tegi videantur. B. Queen-boom / Quee-appel-boom / Quee-peer-boom. G. Quitten baum / Kütten baum. Gall. *Coignaſſier*. A. The Quince-Tree.

Cotonium, Cotonum, Cotum, vide *Xylon*.

Cotula, eſt Camomillæ ſpecies, quæ in duas dividitur, quarum una dicitur Cotula fætida, ſive Chamæmelum fætidum, quæ habet folia Chamomillæ vulgari ſimilia, odore abominabili, guſtu amaro. B. Padde bloemen / ſtinkende Kamille. G. Krotten blumen / ſtinckende Kamillen. Gall. *Camomille puante*. Altera ſpecies, dicitur Cotula non fætida, & a foliis cotulæ fætidæ diſtinguitur ſolo narium judicio, ſapore amaro, vocatur & Chamomilla inodora. Buphthalmum. B. Koedille / Koe-oog. G. Kuh dill: Kuh-aug. Gall. *Oeil de bœuf*. datur & tertia ſpecies Cotulæ, quæ eſt flore luteo radiato, ſive Chryſanthemum tenuifolium boeticum, ſive Buphthalmum tenuifolium, folio Millefolii: nomen quod ei Thuſci indiderunt ſatis declarat: *Cautam* enim appellaverunt, unde diminutivum *Cautula* deductum eſt, & tandem corrupta voce *Cotula*, à καίω uro, quia illi, qui in campis alvum exonerant, & deinde hac herba ſedem abſtergunt, paulo poſt intolerabili vexentur ardore. Alii à cote denominationem trahunt, quia fortè quibusdam in locis cotibus, ſeu rupibus innaſcatur. B. Koedille / Koe-oogen. G. Krottendill / Kuhdill / Kuh-aug. A. Stinking May-weed, or camomil. Gr. Κυνάνθεμις, Κυνοζοτανη.

Cotyla Attica, pendet uncias novem, ut Hemina Italica. *Cotyla Italica* vero eſt libra menſuralis unciarum XII. vel capit ſemiſextarium.

Cotyle ſeu Cotyla, eſt *Acetabulum* ſeu cavitas oſſis coxæ, quæ caput femoris oſſis excipit. Gr. κοτύλη γλῆνον *Theocr. interp.* B. Het Heupen-beens hol. G. Die ſchuſſel / oder höle / darin ſich das Hufftbein fitget. Gall. *Le Creux d'un os, où s'emboite un autre os*. A. The cavity in the Hip-bone.

Cotyledon, idem quod *Cotyle*.

Cotyledon, Acetabulum, ſive Umbilicus Ve-

NERIS, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, rotunda, pinguia, succulenta, tenera, umbonem sive umbilicum quasi referentia, saporis viscidi, & insipidi, pediculis longis adhærentia, ex quibus producitur caulis semipedem altus, qui in plures ramusculos dividitur parvos flores gerentes: qui sunt monopetali, campaniformes, tubulati & multifidi, ex quorum calice surgit pistillum, quod infimam floris partem perfodit, abitque deinde in fructum, ex plurimis vaginulis constantem, in capitulum collectis, a basi ad apicem dehiscentibus, ac semine fœtis ut plurimum minutissimo: sic dicitur quod folium habeat instar vasculi excavatum, quo solebant veteres haurire, vel quod sit instar coxendicis concavum: κοτύλη enim est cavitas dicta coxæ, in qua os femoris capite suo rotatur, à κέω jaceo, positus sum. Vocatur item γῆς ὄμφαλον, quod veluti oculum seu umbilicum densioribus cingeret foliis, adinstar majoris Sedi. B. Navel-kruidt. G. Nabel-kraut/ Magddistel. Gall. *Nombril de Venus.*

COTYLEDONES seu ACETABULA UTERINA, vel πλεκτάναι κεροῖαι. Sunt glandulæ per externam fœtus membranam seu Chorion dispersæ, quæ succum nutritium fœtui alendo ex utero segregant: sed hoc locum tantum habet in quibusdam animalibus: in mulieribus vero placenta uterina earum vicem gerit. Item venarum uteri hiantium oscula, quæ Acetabulorum & Cotyledonum nomine veniunt. A foliorum Cotyledonis herbæ similitudine nomen sortiuntur. B. Buisjes / knopjes / byvoegsels. G. Trüselein/ knöpflein / Hinzusatz.

COURAP, scabies quædam Indica est, Impetiginem aut Herpetem referens.

COXÆ OS, Celso, aliis *innominatum*; *Coxendix* Varroni, ἴσχιον Hesychio dicitur: Cum suo pari interventu cartilaginis anterius, & posterius utroque lateri ossis sacri junctum, cavitatem conficit, quæ Pelvis vocatur. Componitur in infantibus ex tribus ossibus distinctis, quorum superius vocatur *Ilium*, inferius *Ischium*, & Anterius *Os Pubis*. Hæc per Cartilagines sibi invicem conjunguntur in medio insignis cavitatis, quæ *Acetabulum* dicitur, quod proinde tribus his ossibus commune est; sed in adultis ita in unum coalescunt, ut pristinæ distinctionis vestigium vix relinquatur. B. Het heupen-been/ Dye-

Heup-been / de Heupschen. G. Das Hüfft-bein. Gall. *La Hanche*. A. The Hip vel Huckle bone, or the haunch.

Coxendix, idem quod *Coxa* & *Ischium*.

Crama, Croma, & Chrama, est mixtio cujuscunque rei, sive Medicamenti, sive Elementorum, à κεράννυμι misceo. B. Een mengsel / Vermenging. G. Ein Vermischung / Vermengung. Gall. *Mixtion*, *Meslange*. A. Mingling or Mixture.

Crambe, Est planta, quæ habet folia Brassicæ rubræ, sed magis crassa, magis carnosa, visui gratiora, circa margines undulata, & veluti crispa, saporis non ingrati; ex foliis nascuntur caules, qui in summitate habent flores cruciformes, quatuor scilicet petalis constantes; ex quorum calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu testam unicapsularem, bifariam dehiscentem, semine fœtam ut plurimum oblongo: crescit hæc planta circa loca maritima: Crambe est vox Græca significans Brassicam, sed cum hac male confunditur, nam Brassica est aliud genus plantæ, hinc a Tournefortio optime ab invicem distinctæ, & nomen Brassicæ sive Crambe hic retentum est ob defectum vocabulorum: dicitur quasi Κοράμβλη παρὰ τὸ κόρας ἀμβλύνειν quod oculorum pupillas, quas Gr. κόρας vocant, hebetet obtundatque. Sed alii dici volunt à κάρα quia brassica capitata est. Et alii ita vocatam asserunt, quia κόρῳ ἀμύνει vel ἀντιβῆ, quod crapulæ adversetur. Vide *Brassica*. B. Struikkool. G. Hoher Kol. Gall. *Chou-marin sauvage d'Angleterre*.

Crania, est cornus, arbor; à κράνιον caput, quod capitatum fructum ferat, vel, quod instar Calvariæ duri sunt rami. Vide *Cornus*.

Cranium, est compages octo ossium capitis, ea ratione inter se connexorum, ut ad motum plane inepta sint, ad quod pertinent ossa frontis, sincipitis, occipitis, temporum, sphenoidis, & cribriforme: non tantum cavitatem format, in qua encephalum continetur, sed etiam sese habet velut κράνος Galea, quia cerebrum ab externis injuriis defendit; superior ejus pars ex diplomate, sive duplici tabulâ constat, cujus superior, pericranio tecta, crassior; interior tenuis & fragilis est. ab aliis Calva & Calvaria appellatur. Vide *Calva*, forte à κείρω tondeo. B. Het Bekke-neel / Hersen-bekken / Hooft-pan / Hersen-

ſen-pan / Hooft-ſchootel. G. Die Hirn-ſchale. Gall. *Le Crane*. A The Skull.

Crapula, eſt capitis dolor, cum ſenſu gravitatis circa locum Ventriculi ex voracitate, & præcipue nimio vini uſu contractus, ex κάρα caput & πάλλω vibro. B. Braſſen / zatheit / verbuiſtheit. G. Hauptwehe von vielen trincken. Gall. *Crapule*; *Yvreſſe*. A. Gluttony or a ſurfeit.

Crasis, ſive Temperamentum, eſt mixtio ex convenienti qualitatum conſtitutione, vel ſingularis humorum conſtitutio, prout aquea, biliosa, ſanguinea, vel atrabilaria pars magis vel minus in iis abundat. Temperamentum dicitur ſimplex vel compoſitum: *Simplex* cum una tantum qualitas excedit, ut calidum, frigidum, humidum, ſiccum, ſalſum, acre &c. *Compoſitum*, cum plures qualitates eminent, ut calidum & ſiccum, calidum & amarum, ſalſum & acre, acidum & frigidum, acidum cum acrimonia &c. Item aliud eſt *Inſitum*, quod partibus inhæret; aliud *Influens* quod a ſpiritibus, & ſanguine in partes influit: eſtque *Moderata* vel *Immoderata*: *Totalis* vel *Partialis*: *Nativa* vel *Adſcititia*: *Permanens* vel *Fugiens*: ad *Pondus* vel ad *Juſtitiam*, & ſic finguntur plurimæ differentiæ, quæ vix ullius momenti ſunt, à κεράννυμι miſceo. B. Getempertheid / temperament / evengematigtheid / vermenging. G. Die Mäſſigung / vermiſchung. Gall. *Conſtitution*, *Temperament*. A. A Temperament, or Conſtitution.

Crassula, eſt Telephii ſpecies, ſic dicta, ob folia ſolito craſſiora: ut & vermicularis, eandem ob ſimilitudinem *Craſſula* vocatur *minor*.

Cratægonon, herba Cerealis videtur & affinis Melampyro, cujus uſus & eſus eſt ſemen vividum & genitale reddere; id enim τ γόνον κρατεῖν ſignificat, ſemen robore acuere & quaſi viribus imbuere.

Craticula, eſt inſtrumentum Chymicum ex bacillis ferreis quadratis digitalis craſſitudinis, juxta ſe in acutum ita poſitis, ut ſemidigitale ſpatium inter illos interſit, factum focis conficiendis, carbonibus ſuſtentandis inſerviens. B. Een Rooſter. G. Ein Roſt. Gall. *Un Gril*. A. A Gridiron.

Crea, eſt tibiæ anterior pars. Dicitur & *Ocrea*. Vide *Tibia*.

Cremaster, Muſculus, carneus oritur a magna parte

te inferiore, anteriore, ſpinæ oſſis Ilium, obliquo deſcenſu adnaſcens carneis fibris ad marginem anteriorem, deſcendentem oſſis Ilium, verſus os pubis, unde antrorſum, deorſum, oblique ſe expandit, lateralia, & anteriora, tunicæ vaginalis amplectitur, dum a parte anteriore oſſium pubis, poſt vaginalem tunicam fibræ carneæ ortæ, recta dimiſſæ, deorſum, ſe applicant parti poſticæ tunicæ vaginalis, & ita ſimul formant muſculum cavum, undique accurate clauſum, quo tunicam vaginalem, teſtemque, elevat, ſuſtinet, comprimit, exprimit, à κρεμάω ſuſpendo. B. De opſchortende ſpieren. G. Der hoden hangmauß. Gall. *Muſcle cremaſter*. A. The cremaſter muſcles.

Cremor, proprie quidem ſumitur pro parte butyracea lactis. B. Room. G. Milchraum. aliquando tamen etiam ſpiſſum Hordei decoctum ſignificat.

Crenæ, ſunt quædam in extremis oris inciſuræ, à quibus crenata herbarum folia vocantur, hoc eſt ſerrata, & per ambitum ſecta.

Crepatura, à *Crepare*, eſt quando hordeum aut aliud quid coquitur, donec crepat.

Crepitus Lupi, vide *Orbicularis*.

Cressio, vide *Cardamon*.

Cribratio, eſt pulveris tuſi per cribrum dimiſſio, ſeu materiæ tenuioris à craſſiore beneficio cribri ſeparatio. B. Ziftinge/ teemſinge. G. Siebung/ das Sieben. Gall. *Criblement*. A. Sifting, or Searcing.

Cribrosum Os, vide *Ethmoides*.

Cribrum, Gr. ἠθμὸς, κόσκινον, eſt inſtrumentum, ex lanâ, linteo, cannabe, ſerico, ſetâ &c. quo olea, liquores &c. percolantur, vel pulveres trajiciuntur atque eſt vel rarum vel denſum, apertum vel clauſum. B. Zifte/ teems. G. Ein Sieb beutel. Gall. *Crible*, *Tamis*, *Etamine*. A. A Sieve, or Searce.

Cribrum Benedictum Antiquorum, Veteres in renibus duas cavitates finxerunt ſecundum longitudinem ſitas: unam ſupremam, in quam ſanguis ſeroſus ex vaſis renalibus effundebatur: alteram infimam, transverſa quadam membrana diſtinguere putabatur inſtar cribri anguſtiſſimis foraminibus pervia: Unde *Colatorium* vocarunt, & *Benedictum cribrum*, per quod voluere percolari ſerum in ureteres, ſanguinem vero probum remanere pro nutritione renum.

Cri-

CRICOARYTÆNOIDES, ſunt muſculi, à cartilagine Cricoide ſive annuliformi profecti, qui arytænoidi inſeruntur, quam, dum retrorſum atque exterius abducunt, rimam quoque laryngis dilatant, ex κρίκος annulus, ἀρυτὴρ vel ἀρυτὴρ apud Heſych. hauſtrum vaſis genus apud Lucret. lib. 5. ab ἀνοίγω aperio, & εἶδος forma. B. Des ringſ ſpleet-ſpieren. G. Der ring mauß. Gall. *Muſcles Cricoarytenoidiens.* A. The cricoarytenodes muſcles.

CRICOIDES, eſt capitis laryngis cartilago annuliformis, capitula habens in ſuperna ora, quibus læves ſinus in utriusque arytænoidis baſi reſpondent, adeo ut mobili articulo inter ſe committantur, ex κρίκος annulus, & εἶδος forma. B. Het ringwyſ kraakbeen. G. Das ringgleiche knorpelbein. Gall. *Cartilage cricoide.* A. The Ringlike cartilage vel griſtle.

CRICOPHARYNGEUS Muſculus, eſt pars Conſtrictoris inferioris pharyngis.

CRICOTHYROIDES, eſt par muſculorum ab annulari cartilagine ortum, & in ſcutiformem terminatum, nonnihil obliquè movendo, rimulam Laryngis dilatat, ex κρίκος annulus, θυρεὸς ſcutum, & εἶδος forma. B. Des ringſ ſchild-beenſ ſpieren. G. Der ſchiltbeins mauß. Gall. & A. *Crico-thyroidiens.*

CRIMNOIDES, ſeu CRIMNODES, eſt urina, cui craſſa & farinacea ſedimenta inſunt, à κρίμνον farina, & εἶδος forma. B. Meelachtige piſ. G. Dicke und danckel harn. Gall. *Urine Farineuſe.* A. Urine with a thick Sediment like to Meal.

CRINALE, eſt Inſtrumentum quoddam Chirurgicum, Ophthalmicum, in Ægylopis cura commodiſſimum, cujus inventor eſt Aquapendens.

CRINIS, ſeu PILUS, corpus notiſſimum eſt, teres, ſolidum, filamenti inſtar, quod facillime in quamcunque partem flectitur; microſcopio perluſtratum, tranſparens eſt, ſæpè nodoſum, extremitas ejus inſtar penicilli ſæpe fiſſa: radix ſive bulbus ob figuram dicta intra cutim reconditur, veroſimiliter cava eſt & vaſculoſa, ut pennæ avium in radicibus, quæ vaſculoſa pars folliculo includitur, in ſetis & majoribus pilis conſpicuo; oriuntur pili ex ipſis pinguedinis interpoſitis glandulis, vel folliculis; defendendæ cuti & firmandis poris inſerviunt in cute, ut & in aliis partibus, ut in cavo narium anteriore &c. Dividuntur in capil-

pillos, in crines & pilos. B. Hair. G. Das Haar. Gall. *Cheveux*. A. Hair.

CRINON, Lilium, dicitur & κρίνον, à κρίνω secerno, quod folia ejus sint distincta, vel à κρίνω judico, est enim κριτήριον & indicium veris, vocatur & λείριον. Vide *Lilium*.

CRINONES, sunt vermiculi cutanei, qui & *Dracunculi* vocantur. B. Wurmen. G. Mitesser.

CRINONIA, idem quod *Crinon*.

CRISIMA, sunt signa decernentia, & judicantia, à κρίνω judico.

CRISIS, Veteribus erat subita, & repentina mutatio in morbo, ad salutem vel ad mortem contingens, quæ fit propter certamen Naturæ cum morbo, quæ ubi superior evadit, æger servatur; sin succumbit, ad mortem declinat. Aliquando significat humorum secretionem. Sed magis frequens, & usitata est illius acceptio pro judicio, super morbum habito. *Crisis* alia est *Perfecta*, alia *Imperfecta*: *Perfecta* est, quæ ægrum perfectè, & integrè à morbo liberat: Estque vel *Salutaris*, vel *Lethalis*. Ad Salutarem requiritur, 1. Ut sit optimis signis judicata. 2. Manifesta. 3. Ut die criticâ contingat. 4. Fida. 5. Secura. 6. Conveniens morbo & ægrotanti. *Crisis Imperfecta* est, in qua morbus perfectè non judicatur; sed tantum secundum partem, & alteri crisi futuræ locum post se relinquit; eaque duplex est, *altera ad melius*; *altera* vero ad *deterius*. Ad *melius* ea est, quæ non omnino tollit morbum, sed facit, ut eum æger alacrius ferat. Ad *deterius* est, quæ morbum reddit vehementiorem, & periculosiorem. Crisim à Lunæ & siderum motu, & influentiis dependere, eorumque aspectus quadratos, oppositos, aut συζυγίας sequi, verum non est: à materiæ utique majori, vel minori maturatione crises videntur dependere, sed in hisce regionibus non tam accurate observantur, quod a diversa corporum constitutione, & varia medendi methodo dependet: à κρίνω judico, secerno. B. Oordeel / raming / Afscheiding of verandering der ziekte. G. Crisis / Urtheil / Kranckheit wechsel. Gall. *Une Crise*. A. A Crisis or judgement.

CRISPATURA, proprie denotat pilorum contorsionem; a nonnullis vero inter recentiores sumitur pro spasmodica contractione partium membranacearum.

CRISPINUS & CRESPINUS, est *Berberis*; haud dubiè Græci

Græci à ſpinarum acuminatis cuſpidibus Oxycanthan nominant: hinc Latinis fortè quaſi *Cretica Spina*, unde voce contracta ſonat *Creſpinus*; vel devenit ab Italica voce *Creſpino*, ſive à *Spina*. Vide *Berberis*.

Crista, proprie eſt caro rubra, dentata, quæ caput Galli gallinacei exornat. B. **Haanekam.** G. **Kamm der vögeln.** Anatomici vero ita vocant partes, quæ ex aliis aſſurgunt, *ut Criſta oſſis Ilium* &c.

Cristæ, ſunt carnis excreſcentiæ circa anum pullulantes ex præpoſtera Venere ortæ, ad quarum radices plerumque ſciſſuræ ſeu Rhagades adſunt. B. **Hane-kams-wyzige uitwaſſen.** G. **Ein Hanen kambs gleiches auſwachs.** Gall. *Crêtes.* A. Excreſcences on the Anus like a cocks-comb.

Crista Galli, eſt pars tertia oſſis Ethmoidis, ſive proceſſus interior gallorum criſtæ haud abſimilis, inter olfactorios nervos, ſive proceſſus cerebri papillares aſſurgens, cui inſigitur extremitas ſinus tertii duræ meningis. B. **Het Hane-kams been.** G. **Das Hanen kambs bein.** Gall. *Crête de cocq.* A. A Kind of a triangular proceſſ like to the comb of a cock. Cocks-combebone.

Crista Galli, Gr. ἀλεκτορολόφος· ſic dicitur à florum figura, cum eorum folliculis. Vide *Alectorolophus*.

Criterium, idem quod *Criſis*.

Crithamum, idem quod *Crithmum*.

Crithe, eſt hordeum; dicitur quaſi κρινὸν, ſecretum vel ſeparatum, quod huic frumento multa opus ſint ad ſecernendas glumas. Vel παρὰ τὸ προκεκρίσθαι τῶν ἀκροδρύων, ἀκροδρύων γὰρ ἐσθίον ἀπὸ τῶν καρπῶν, quod hordeum glandibus præferebatur; vel διὰ τὸ διακεκρίσθαι, quod eo reperto, & in uſum recepto, glandibus ſpretis à brutis homines diſtincti ſint, à κρίνω ſecerno. Vide *Hordeum*.

Crithe, vide *Hordeolum*, eſtque tuberculum parvum, oblongum, palpebræ cilio, qua pili ſunt, adnaſcens; & ſic ab hordei ſimilitudine, dictum. B. **Een ſirontje/ of ſchjeetje der oog-ſcheelen.** G. **Wärtzlein/ ſo zwiſchen den untern augbrauen wachſt.** Gall. *l'Orgeolet ou Orgueil.* Item pudendum virile.

Critica Signa, ſunt, quæ ex criſi, vel ad ſalutem vel ad mortem, deſumuntur, ſuntque alia *Antecedentia* quæ vel tempus criſium prænunciant, vel ſpeciem criſeos ſignificant; Alia *concomitantia*, quæ cum ipſa ſpecie criſeos ſimul apparent. Alia denique *Subſequentia* nominantur,

tur, quæ ostendunt, an sanitas imperfecta sit expectanda, vel an metus sit recidivæ.

Critici Dies, sunt, in quibus subita morbi conversio fit. Eorum tres sunt *differentiæ:* alii *verè & perfectè critici*, dicuntur, alii *Indices*, alii *Intercidentes*. *Perfectè critici*, *Principes* aut *Radicales* appellantur, quoniam, quæ his diebus contingunt crises, omnes perfectæ criseos notas habent: ejusmodi sunt septenarii tres, nimirum septimus, decimus quartus, & vigesimus. *Indices*, qui *contemplabiles*, & *internuncii* nominantur, sunt, qui crisin septenario die futuram indicant: suntque numero tres: quartus, undecimus, decimus septimus. *Intercidentes*, qui & intercalares, seu irrepentes, vel provocatorii nominantur, sunt, qui inter principes, & indices intercidunt, crisesque imperfectas moliuntur, suntque tertius, quintus, nonus, decimus tertius, & decimus nonus. Reliqui vero dies, qui neque principes sunt, neque indices, neque intercidentes, *vacui & medicinales* appellantur: suntque sextus, octavus, decimus, duodecimus, decimus sextus & decimus octavus. Dierum criticorum computatio instituenda est ab ea hora, in qua æger percipit manifestam actionum suarum læsionem. Hoc obiter notandum, quod dierum criticorum supputationes, in hisce regionibus calculis Hippocraticis non exactè respondeant. Illi dies omnes dependent à materiæ morbificæ citiori vel tardiori maturatione, à κρίνω, judico. B. Oordeel dagen. G. Die Tagen, aus denen man die veränderung der Kranckheiten urtheilet. Gall. *Les jours Critiques*, *ou de Crise*. A. Critical days.

Critmum, Crithmus, Crithamum, & Creta, est Fæniculum marinum, vocatur & *Crethmum*. Est planta, quæ habet caules sesquipedem circiter longos, ramosos, crassos, lignosos, interdum repentes, aliquando rectos: folia trifariam divisa, carnosa, angusta, atro-virentia: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis, in orbem positis, & calici insidentibus: Is autem abit in fructum compositum ex duobus seminibus conjunctis, involucrum aliquod habentibus, quod per maturitatem deponunt, striatis, oblongis, albis, planis, odoratis: crescit in regionibus calidis super saxa circa mare: an à κριθη, quod semen aliquod contineat, instar grani hordei aut tritici? an à κρίνω secerno, quia urinam & menses secernit? B. Zeevenkel. G. Meer-fenckell, Zee-fenckel, Bacillen kraut. Gall.

Ba-

Bacile, *Fenouil marin*, *Perce Pierre ou Passe Pierre*. A. Sampire.

Crocomagma, est compositio, cujus basis est Crocus.

Crocus, Est planta, quæ habet folia angusta, graminea, striata, linea media alba divisa, septem ut plurimum, theca membranacea involuta: flos est liliaceus, monopetalus, inferius tubulatus, in sex partes profunde dissectus, pediculo insidens: Pistillum e fundo floris surgit in terna capillamenta capitata & cristata divisum: calix vero deinde abit in fructum oblongum, trigonum, in tria loculamenta divisum, seminibusque fætum subrotundis: radix gemina, carnosa, tuberosa, quarum altera, quæ minor est, alteri majori fibrosæ insidet, utraque vero involucro membranoso obducitur: Hujus variæ sunt species, Vernalis enim & Autumnalis, quæ colore aliisque circumstantiis variant. Ex India, Gallia, Anglia aliisque locis nobis adfertur. Optimus censetur Anglicus, estque nihil aliud, quam stamina florum, aureo colore nitentia, odore specifico fragranti, & sapore subacri & subamaro prædita. Vires habet roborantes, & inprimis pulmoni amicus est, sed moderata dosi debet exhiberi, quoniam aliter capitis gravitatem inducit. Multas compositiones ingreditur, hinc propter frequentem usum & carius pretium sæpe adulteratur, nunc staminibus carnis bubulæ salitæ, nunc Cnici, Carthami, vel Calendulæ floribus, vel illum in locis humidioribus asservando; sed fraus detegitur, cognitis bonitatis notis, quæ recensentur, si odorem fragrantem spargat, colorem habeat in capreolis ad albedinem inclinantem, madefactus manus tingat, saporem acrem habeat, nullum peregrinum odorem spiret, nec friabilis sit. *Crocus*, ex sententia Scholiastis Callimachi dicitur παρὰ τὸ ἐν κρύει θάλλειν, ex eo quod in frigore floreat, vel dicitur quasi κροκίς vel κρόκη, id est *Trama*, *Filum*, *Villum* seu *Subtegmen*: id quod stamini inseritur, intertexiturve; cujusmodi sunt croci stamina, seu villi, qui κροκίδες appellantur, qui cum soli in usum veniant, per excellentiam Croci nomine donantur. Alii dicunt vocari à Croco juvene, qui propter amorem Smilacis virginis, in florem sui nominis versus est. *Ovidius* hoc modo canit.

Et Crocum *in parvos versum cum* Smilace *Flores*

P. Saffraan. G. Saffran. Gall. *Saffran*. A. Saffron.

Crocus, Chymicis eſt calx pulverea ad croceum vergens colorem, vel eſt quilibet pulvis, colorem croci æmulans, paratur ex marte, venere, antimonio &c. ut crocus martis, veneris, metallorum &c.

Cromnyon, eſt *Cepa*, dictum eſt quod oculi pupillam comprimi cogat, ὅτι κόρας μυόμενον, vel ὅτι αὐτῷ ὀσφραινόμενοι ἢ ἐσθίοντες τὰς κόρας μύουσιν, oculos enim claudere & emittere lachrymas conſueverunt, qui ipſum naribus oculisve admovent. Alii, ſed minus rectè Etymologiam à κάρα caput derivant, quia ejus bulbus capitulum refert.

Crotaphites, dicuntur muſculi, venæ, & arteriæ temporales, κρόταφος enim tempus, fortè à κροτεῖν verbero, pulſo, quia arteriæ in eodem loco continuo pulſant: quandoque etiam *Crotaphium* pro dolore capitis ſumitur. Vide *Temporalis Muſculus.*

Crotaphium, vide in *Crotaphites.*

Crucialis Incisio, vide *Inciſio Crucialis.*

Cruciata, eſt Gentianæ ſpecies, quæ habet caulem pedem circiter altum, tenuem, mollem, debilem, quadratum, villoſum, nodoſum: folia in caule in crucis formam diſpoſita, quaterna, hirſuta, parva, oblonga: flores parvi ſunt, verticillati, coloris flavi: baccæ poſt florem geminæ, fere ſphæricæ, cutim ſiccam & villoſam habentes: radix tenuis: juxta foſſas, aquarum rivulos, & quandoque agrorum margines creſcit; nomen accepit, quod radix ſecundum longitudinem tripartito, aut quadripartito fiſſa ſit, cum foliis cauli cruciatim incumbentibus. Hinc Gr. Σταυρότυπος appellatur: vocatur etiam Aſperula aurea. B. **Kruiswortel.** G. **Kreutzwurtz.** Gall. *Croiſette.* A. Croswort

Crucibulum, ſeu Tigillum, eſt vas fuſorium ex terra in igne contumaciſſima, factum, acutiore baſi & fere in ampliorem capacitatem forma triangulari, vel rotunda deſinentem, ad fundenda & eliquanda mineralia, & metalla formatum. Fit etiam crucibuli ſpecies, quæ vulgo teſta appellatur, fundendis metallis adæquata. B. **Een ſmeltkroes.** G. **Ein muffel/ ſchmeltztiegel.** Gall. *Un Creuſet.* A. A Crucible.

Cruditas Morborum, dicitur, cum materia morbi per vim Vitæ nondum ſatis eſt attenuata, ut circulo ſanguinis reſtitui, atque ſic ex corpore per ſecretoria expelli queat, ſed adhuc prædita ea mole, figurâ, cohæſione, mobilitate,

iner

inertiâ, ut augeat vel faciat morbum. B. Onrypheid der ziekte. G. Unzeitigkeit der Krankheit

CRUDITAS VENTRICULI, est, cum cibi sive nimis tenaces, vel nimia copia ingesti; sive adfluentium humorum defectu; sive actione primarum viarum debilitata; sive prægressa earum repletione, non legitime præparantur, & in Chylum transmutantur: estque triplex *Apepsia*, *Bradypepsia*, & *Dyspepsia*, de quibus suo loco specialiter.

CRUOR, Gr. αἷμα, ἰχὼρ. Vide *Sanguis*. *Helmontius* Sanguinem à Cruore distinguit: Sanguinem contineri dicit in arteriis; Cruorem vero in venis. Cruor à currendo, vel à corde dicitur, currit enim per venas ad cor. B. Aderlyk bloed. G. Das Blut. Gall. *Sang*. A. The Blood.

CRURÆUS MUSCULUS, subjacet musculis Vastis, femoris ossis involucro ubique, extima præter, affixus, hujus quatuor tendineæ expansiones in unum quasi collectæ validum fingunt tendinem communem, ipsius officium est tibiam cum cæteris musculis extendere. B. Schenkel-spier. G. Der Schienbein-mauß. Gall. *Muscle Crural*. A. The Crural or leg muscle.

CRUS, sive MAGNUS PES, Gr. Σκέλος, & Κνήμη, dicitur totum id membrum corporis humani, quod a natibus ad digitorum pedis extremitates extenditur, constans ex femore, tibia, & pede cum digitis propriè dicto. B. De Schenkel G. Der Schienbein. Gall. *La Jambe*. A. The Leg.

CRUSTA LACTEA, est species Achoris, hac tamen cum distinctione, quod Achor tantum caput, verum Crusta lactea obtingit infantibus in lactationis principio, atque non solum faciem occupat, ast universam ferè corporis cutim inquinat. Crusta lactea albicat, Achores vero alium colorem obtinent.

CRUSTA PHLOGISTICA, est concretio sanguinis, in morbis acutis per phlebotomiam educti, in cuticulam densam, tenacem, pallidam, livescentem vel virescentem, interdum vix cultro scindendam.

CRUSTA VERMICULARIS, idem quod *Velamentum Bombycinum*.

CRUSTA ULCERIS, vide *Eschara*.

CRUSTULA, idem quod *Ecchymoma* in oculo, hoc est sanguis, qui ad conjunctivam tunicam à suis descendit arteriis.

teriis, cum ipſæ crepuerint, à percuſſione, vulnere, ulcere, &c.

CRYMODES, eſt febris continua ardens cum inflammatione circa Pulmonem, & proinde ob circulationem ſanguinis inæqualem, frigus magnum partes externas occupat, ex κρυμὸς frigus, algor, & εἶδος forma.

CRYSORCHIS, eſt teſticulorum virilium in abdomine occultatio. Ex κρύπτω abſcondo, & ὄρχις teſticulus.

CRYPTA, eſt pars ſolida, laxa, formam conſtantem non obtinens, compoſita ex vaſculis, nec ab omni parte membranis circumdata, ſed orificium, parvæ foſſulæ inſtar, habens.

CRYSTALLI, ſunt puſtulæ per univerſum corpus diſperſæ lupini magnitudine, albæ ac inſtar cryſtalli diaphanæ.

CRYSTALLINA TUNICA, vide *Arachnoides Tunica* & *Aranea*.

CRYSTALLINUS HUMOR OCULI, etiam *glacialis* dictus, ipſe intra tunicæ uveæ aperturam, quaſi vitrum foramini impoſitum, fere in centro oculi locatur; anterius habet humorem aqueum, poſterius humorem vitreum, cui nectitur ope membranulæ pellucidæ, à Choroeide reflexæ, radios undique adventantes colligit, ac refringit: hujus ſubſtantia inſtar glutinis, aut gummi arboris, admodum pellucida eſt, ac conſiſtentia inſtar ceræ colliqueſcentis prædita, licèt comprimi poſſit, haud tamen ſponte diffluit, duriorque eſt humore vitreo, figura ejus in homine, ad ſpeciem lentis accedit, cujus nempe ſuperficies extima planior, ac intima gibboſior. Cryſtallinus humor dicitur, quia olim humor credebatur eſſe, ſed hodie per Anatomicorum injectiones conſtat, quod componatur ex multis ſegmentis ſphæricis, ſibi immediate impoſitis, pellucidiſſimis, mere vaſculoſis, humorem pellucidiſſimum vehentibus, tamen *Membranulâ* propria *Araneâ* dicta includitur; corpus hoc convexiori ſua parte vitreo inſidet humori ibi loci, ubi fovea ſatis notabilis vitreo eſt inſculpta, cujus figuræ exactiſſime reſpondet, atque hac ratione præcipuam dictæ cavitatis partem implet, non vero totam, libere hæret in parte anteriore, & vitreo nectitur parte poſteriore & lateribus. à κρύος frigus, & συνίζω concreſco. B. Het kryſtalline vogt. G. Die Cryſtalline feuchtigkeit. Gall. *Humeur Cryſtalline*. A. Cryſtalline humor of the eye.

CRYSTALLISATIO, eſt ea ſalinarum partium inter ſe con-

connexio, ut cryſtalli ſpeciem referant, diverſimode pro ſalium indole conſtructam & figuratam. Proprium eſt ſalium, quibus & Tartarum & Saccharum addere licet. Videlicet hæc in liquore aqueo ſoluta, ſi in frigidum locum repoſita fuerint, concreſcunt in cryſtallos. Ubi nota, ſi nimium liquoris adſit, antequam reponantur, aliquantulum exhalandum eſſe. Porro, poſtquam prima vice Cryſtalli exemptæ fuerint, quia reliquis in liquore ſc. reſtantibus cryſtalli exemptæ fuerint, quia reliquis in liquore ſc. reſtantibus cryſtallis liquor diſproportionatus eſt, exhalet nonnihil, hinc reponatur iterum. Sacchari cryſtalliſatio fit mediante calore, in nimiam enim ſpiſſitudinem ſacchari ſyrupus coquitur, deinde ollis, figuram metæ habentibus infunditur, deinde in Caldariis reponitur, & quod ſuperfluum per metæ cuſpidem inverſam (perforata enim eſt) deſtillat, & quod cryſtalliſandum, metæ lateribus adhæret. B. **Krystallisatie.** G. **Crystallisierung.** Gall. & A. Cryſtalliſation.

Crystalloides Tunica, idem quod *Aranea tunica.*

Crystallus, lapis tranſparens eſt, aquam in glaciem converſam omnino referens, figura plerumque ſexangulari, utrinque in mucronem, æque hexagonam turbinata, concreſcens. Gemmam vocare licet, modo omnium molliſſimam dixeris, vel à ſimilitudine coloris, qua gemmas colorata Cryſtallus refert, pſeudo-gemmam verbi gratiâ, pſeudo-berillum, pſeudo-topazium, pſeudo-ſaphirum, pſeudo-ſmaragdum, quæ veris gemmis molliores ſunt. Sic & Iris vocata gemma à colore, quem fronti applicata exhibet, Cryſtalli ſpecies eſt. Invenitur variis in locis, etiam in Germania, Bohemia, Ungaria, Cypro & Luſitania, & nonnunquam in agris. Porro, quanquam coloratæ minimè negligendæ ſint, ac præcipuè pſeudo-adamas, quæ aliis nobilior, attamen in præparationibus Chymicis recipitur Cryſtallus propriè ſic dicta, quæ eligenda eſt puriſſima, pellucidiſſima, ac eximiè intenſa. Dicitur *Cryſtallus* à κρύος, gelu, & στέλλω contraho. B. **Krystal.** G. **Crystall.** Gall. *Cryſtal.* A. Cryſtal.

Cubebe, fructus ſunt aromatici, piperis magnitudine fere, unicum petiolum ſinguli habent, & ſub cortice tenui includunt nucleum parvum rotundum, foris nigricantem, intus albicantem. Sapor piperis inſtar eſt. Creſcit eodem ferè modo ac piper, hederæ modo per arbores repit. Fructus racematim cohæret. Flos eſt odoratus. Adfertur ex

India orientali. ore masticatas caput confortare, & vertiginem avertere, Hofmannus ex testimonio Cratonis refert. B. **Steertpeper.** G. **Cubeben / Schwantz-pfeffer.** Gall. *Cubebe*. A. Cubebes.

CUBIFORME, vide *Cuboides*.

CUBITÆUS, musculus *internus* est vel *externus*. *Primus* oritur à condylo ossis humeri interno, confundens principium cum palmari sublimi, per interiorem & anteriorem cubiti partem extenditur, inseritur forti tendine ossiculo carpi, quod primi ordinis est extimum, supra digitum minimum. Alter *externus*, ab externa brachii apophysi emergens, juxta cubiti externi longitudinem stratus, auricularem infra digitum propè metacarpi os quartum tendine desinit spectabili. Vocantur quoque *Ulnares*. B. **Elleboogs spier.** G. **Der ellenbogen mauß.** Gall. *Muscles cubital interne & externe*. A. The benders of the wreast.

CUBITUS, *Plauto* gibber brachii. ὠλέκρανον *Atheniensibus*, ἀγκὼν *Rufo*. κύβιτον, κύβωλον. Est media pars inter humeri os & carpum; componitur ex duplici osse, ulna sc. & radio: quorum extrema quidem commissa sunt; intermedia autem ab invicem secedunt, quamvis membranoso ligamento copulata, à κύπτω pronus sum, inclino caput, nempe, in cubitum. B. **Elleboog / voorarm.** G. **Ein Ellenbogen.** Gall. *l'Avant-bras, le Coude*. A. The Elbow.

CUBITUS, est mensura quanta patet à cubiti flexura usque ad summum medium digitum, quæ sex palmis digitisve viginti quatuor constat. Gall. *Une Coudée*.

CUBOIDES seu CUBIFORME, est quartum os tarsi in utroque pede, situm in ejus latere externo, & sustinens os Metatarsi extimum, quod minimo digito articulatur; quod & *os tesseræ*, *grandinosum*, & πολύμορφον vocatur, ex κύβος cubus, & εἶδος forma. B. **Het taerlingvormig-been.** G. **Das Würffel-bein.** Gall. *l'Os Cuboide*. A. The Die like-bone.

CUCULLARIS MUSCULUS, seu TRAPEZIUS, est primus scapulæ musculus, à figura *Cucullaris* dictus: amplus & tenuis, figuræ quadrilateræ irregularis, unde *Trapesius* vocatus fuit. Incipit ab occipite & colli vertebrarum spinis, & subinde pluribus dorsi superioribus; inseritur tendine lato partim spinæ scapulæ, partim acromio & claviculæ. B. **De Monnik-kaps spier.** G. **Der Gucken gleiche mauß.** Gall.

Gall. *Muscle Trapeze*. A. A Muscle in forme of a Monks cowl, or hood.

CUCUMA, idem quod *Ahenum*.

CUCUMER, CUCUMIS, Est planta, quæ habet caules plurimos, villosos, repentes; quibus alternatim adnascuntur folia, ampla, lata, angulosa, incisa & dentata, aspera, repentia; flores sunt monopetali, campaniformes, patentes, quinquifidi, flavi, ex quibus alii steriles sunt, nulli embryoni adhærentes, alii fæcundi embryoni insidentes, qui deinde abit in fructum variæ & singularis figuræ, (est enim oblongus, rotundus aut tortuosus,) carnosum, edulem, mollem, viridem aut flavescentem, verrucis aliquando præditum, corticem tenerum habentem, teretem, in terna vel quatuor loculamenta divisum, semina oblonga, plana, alba, continentia, in medio paululum tumida seu convexa, candicantia, ad extremitatem acuta, seminibus melonum angustiora, corticem durum habentia, in quo latet amygdala dulcis, unctuosa, saporis grati; hæc propter vim refrigerantem inter semina quatuor frigida majora recensentur: radix fibrosa, alba, recta: hæc planta in hortis colitur. Varroni dicitur à curvore, quasi curvimer: plerumque enim incurvantur. Gr. Σίκυς & Σίκυος à σείω & κίειν concutere, ire, quia hæc planta longè lateque ramos suos spargit, vel à κύειν, quod scilicet appetentiam concumbendi minime stimulet. Sunt qui *Anguriam* appellant. B. Komkommers. G. Gurcken/ Cucumer. Gall. *Concombre*. A. A Cucumber.

CUCUPHA, est integumentum capitis, fit ex cephalicis magis odoratis, quæ in pulverem redacta, cotonè moschato excipiuntur, & inter pannum sericum interpunctantur, ne moles conglobetur in unum locum, & hinc incommodum in gestatione adferat; quod adversus Catharros (ut dicuntur) aliosque capitis morbos super caput geritur, vel pileo intus assuitur, & liquore quodam spirituoso quandoque irroratur. Nomen ipsum barbarum est, quod ex lingua Chaldaica derivatum dicitur. Latinis vero pileus vel sacculus cephalicus, & nonnullis Cucullus audit. B. Een kruidmutsje. G. Ein Kräutermützlein. Gall. *Bonnèt odoriferant, ou Cephalique*. A. An odoriferious cap for the head.

CUCURBITA, est vas Chymicum turbinatum, ex terra vel vitro confectum, destillationibus per alembicum instituendis, aptum. Quandoque etiam pro cucurbitula sumitur.

tur. B. Een kolf / zyppglas. G. Ein kolb / cucurbit. Gall. *Cucurbite.* A. A Cucurbite, or Gourd-like vessel.

CUCURBITA, Est planta, quæ habet plures caules sarmentosos instar digiti crassos, longos, repentes, aut scandentes cum capreolis: folia sunt ampla, magna, rotunda, mollia, lanuginosa, in margine aliquantulum crenata; flores albi, campaniformes, ut plurimum quinquifidi, villosi; ex quibus quidam steriles sunt, nulli embryoni insidentes; alii vero fœcundi, seu insidentes embryoni; qui abit in fructum, in quibusdam speciebus teretem & longum, in aliis lageniformem, vel inflexum, in sex loculamenta plerumque divisum, fæta seminibus pallidis, planis, oblongis, hinc obtusis, inde latioribus, & quasi introrsum emarginatis, seu auriculatis duabus apophysibus, quasi angulosis eminentibus, & duabus lineis per longitudinem excurrentibus notatis; hic fructus habet corticem durum, lignosum, flavescentem; ejus caro est fungosa, medullosa, alba & insipida: radix tenera & fibrosa; hæc planta in hortis colitur: Latini vocarunt à concurvatu, quod facile, si quid obstiterit, quod minus extendatur, concurvescat. Græci ex adverso vocabulum imposuere, Κολοκύνθην nominantes, quod sc. pumili brevesque sint partus, quos passim enititur, cum tamen corporis mole, omnes herbarum arborumve fructus videantur superare. B. Kauwoerden. G. Ein Kurbs / Kurbis. Gall. *Callebasse*, *Courge.* A. Gourd.

CUCURBITINI LUMBRICI, sunt vermes lati semini cucurbitæ similes, omnium longissimi, quamplurimas ulnas interdum æquantes, in humanis intestinis reperiundi, ipsisque aliquando longiores, ut tricenum, pluriumve pedum fuisse referantur; vocantur quoque *Tæniæ.* Græcis Ταινίαι, quæ vox fasciam denotat, quoniam fasciæ instar longi & lati, vel potius plani sunt *Lumbrici lati.* B. Kauwoerdezaat-gelyke wormen / Lintwurmen. G. Kurbs saamen gleiche wurmen. Gall. *Vers Cucurbitins.* A. Worms like the seed of a gourd.

CUCURBITULA seu CUCURBITA, est vas ventricosum, ex vitro vel stanno conflatum, quod corpori cum scarificatione; vel sine applicatur, ad sanguinem extrahendum: si sine scarificatione instituitur, *Cucurcita cæca & Ventosa* appellatur: Gr. σικύαν κωφὴν vocant. B. Een blinde kop. G. Blind kopf. Gall. *Ventouse* vel *Ventouse seche.* A. A Blind Cupping-glass. Cucurbitulæ apponuntur in partibus maxi-

maximè carnosis, ubi vasa magna & nervi lædi non possunt. *Tractio* illa, quæ fit in cucurbitulis applicatis hoc modo peragitur: post cutis scarificationem, aër in cucurbitula contentus vi flammæ vel stupæ incensæ rarefit & dilatatur, postea vero frigefacto & condensato aëre interno minus spatium occupatur, tum aër externus premens carnem, sanguinem in cavitatem cucurbitulæ propellit: hinc venæsectionis vicariæ sunt, & laudantur in omni casu, in quo illa necessaria foret, sed ob ægri debilitatem vel venarum exilitatem tuto fieri non potest. Gr. σικύαν κατὰ χασμῦ appellant. Cucurbitularum duo genera sunt, *inquit* Celsus, *æneum & corneum*. Ænea, altera parte patet, altera clausa est. Cornea, altera parte æquè patet, altera foramen habet exiguum. In æneum linamentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori adaptatur, imprimiturque, donec inhæreat. Cornea, per se corpori imponitur; deinde ubi ea parte, qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera cavum id clausum est, æquè inhærescit. At si cætera defecerunt, caliculus quoque aut pultarius, oris compressioris, ei rei commodè aptatur. Ubi inhæsit, si concisa ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit: si integra est, spiritum. Ergo ubi materia, quæ intus est, lædit, illo modo, ubi inflatio, hoc imponi solet. *Corneis* hodiè utuntur *Ægyptii*, ut patet ex *Prosp. Alpino*. B. **Koppen / laat-koppen / kop-glazen / potten.** G. **Köpfen / schräpffen / ein schräpff hörnlein / bad-kopf.** Gall. *Ventouse*. A. a Cupping-glass.

CULEUS, est Veterum magna mensura, quæ capit urnas quadraginta.

CULMUS, frumenti calamus est, qui spicam sustinet. B. **Stroo / Halm.** G. **Halm.** Gall. *Chalumeau*. A. Stalk.

CULUS, vide *Anus*.

CUMINUM, seu CYMINUM, Planta est officinalis, species est Carui, habet caulem in multos ramos divisum: folia sunt ut Fœniculi minutim incisa, sed minora: flores in umbellam crescunt in summitate ramorum, coloris albi: semina his succedunt bina, sibi invicem juncta, oblonga, striata, minima, acuta ab utraque parte, coloris cinerei, viridescentis aut flavescentis, odoris penetrantis & ingrati, saporis plerumque acris subamarescentis; radix tenuis, oblonga, quæ perit semine maturo. Cæterum satis convenit cum Fœniculo, dicitur παρὰ τὸ κύειν prægnans esse.

Sato,

Sato, inquit Plinius, *pavitum terra*: prægnantibus enim salutare, vel ἀπὸ τ͂ κύμβυ, quod fundum ollæ fictilis denotat, *b* in *i* vel *v* mutato. Fundus ollæ fictilis sordidus ab igne esse solet. Homines enim parcos, sordidosque κυμινοπρίστας vocarunt. Alii derivant à καίω calefacio, quia calefacit, sed minus recte, ut mihi videtur. B. Komijn. G. Kümmich / Kümmel. Gall. *Cumin*. A. Cummin.

Cuneiforme Os, dicitur à cuneo, cujus formam referri volunt. Vel quia instar cunei reliquis cranii ossibus est infixum, & omnia fere capitis, maxillæque superioris ossa tangit. Antiquis πολυμόρφον vel *Multiforme* propter figuram ejus irregularem dicitur. Situm habet in basi cranii, variisque partibus constat, quæ in adultis unitæ sunt. Notantur in eo corpus, sub quo sinus Sphœnoideus latet; sella equina, cui insidet glandula pituitaria; processus laterales, qui versus tempora expanduntur, processus pterygoidei, orbitarii, Styloidei &c. & varia foramina, per quæ vasorum sanguineorum & nervorum rami intrant, vel exeunt. Dicitur etiam *Os Basilare*, & *Sphenoides*. Vide *Basis*. B. Het wigge-been G. Das Keilgleiche-bein. Gall. *l'Os Sphenoide*, *Basilaire*, *ou Cuneiforme*. A. The Wed-gelike bone.

Cuneiformia Ossa, sunt quæ quintum, sextum & septimum os tarsi constituunt. *Sphenoidea*, *Innominata & Calcoidea Fallopio* dicta. B. De wigge-beentjes. G. Die keil beinleins. Gall. *Les os Cuneiformes*. A. The litle wedgelike bones in the foot.

Cunnus, est pudendum muliebre, ex Clitoride, Nymphis, Labiis &c. constans: à κύω pario, concipio. Vocatur etiam Natura *Plin*. Muliebria *Eid*. Cunnus *Horatio*. *Virg*. Hortus *Ovid*. Genitale arvum *Virg*. utrumque honesta metaphora. sic κῆπος *Laërtio*, νέμος *Hesych*. Interfemineum *Apul*. Vulva, porcus *Varroni* ad imitationem Gr. φύσις *Artemidoro*, χοῖρος κλεὶς *Rufo*. σάνφιδρος, ἀπὸ ῥήτλος μυχὸς *Suidæ*. δόριλλος *Etymol*. βλῆχον, τρῆμα, ὕστακος, μύρτον, μίλαθρον *Hesych*. κλητωρὶς, φορμίσιον *Aristoph*. διασφὰξ *Eustathio*, γέῤῥον, ἐπίσειον, ἴκταρ *Hippocr*. κένταυρος teste *Eustathio*, apud *Theopompum*, ὀρθαγόρας, & βυσσὸς *Aristoph*. γλωττοκομεῖον *Eubulo* comico, σπεῖον teste *Stephano* παιδοπόρος, γένεσις *Epigr*. δέλτα, σάρκος. B. De Vrouwelijkheid / de vrouwe schamelheit, G. Die Weibliche scham / das ge-

geburt glied. Gall. *La Vulve, la partie Honteuse d'une Femme.* A. The Privie parts of a woman.

CUPELLA, COPELLA & CAPELLA sive CATINUS, est catillus ex cineribus ossium elixiviatis depuratisque, aut aliis rebus compositus, in quo, dum summo igni resistere potest, aurum & argentum a bracteis suis depuratur. Vide *Catillus Cinereus.* B. Een kapel / een hoed. G. Ein Kapell. Gall. *Coupelle.* A. A Test Cupell.

CUPRESSUS, idem quod *Cypressus.*

CUPRUM, vide Æs.

CURA, significat animi de re quadam sollicitudinem, quæ si nimia est, facile in Melancholiam degenerat. B. Zorg. G. Sorg. Vel est Synonymon vocabuli Curatio.

CURATIO, seu MEDELA, est recta ratio & ordo inveniendi per intentiones & indicationes, certa cuique morbo remedia, quibus sanitas amissa restituatur. Gr. θεραπεία. B. Genezing. G. Artzney / Cur / Heilung. Gall. *Curation, Guerison.* A. An Healing or Curing.

CURCULIO, idem quod *Cion.*

CURCUMA, sive CROCUS INDICUS, est radix exotica, non tantum croceo colore apparens, sed & eodem alia tingens. Duplex communiter est, aliquando longa, aliquando radice rotunda: hæc multo acrior priori existit, atque cum Zingibere sæpe affertur: Folia habet & flosculos Cannæ Indicæ junioris simillimos, qui plura desiderat, consulat Hortum Lugduno-Batavum, ab *Hermanno* editum, derivatur ab Arabica voce *Curcum*: estque Crocus Indicus. Sed alii nomen inditum putant ab inæqualitate, quam habet, lupatis equorum simili; lupata multis nodis ferreis sibi cohærentibus olivarum instar quondam fiebant, hodieque etiam fiunt. B. Geelzugt-wortel / Curcuma / Indiaanse Saffraan. G. Gelbwurtz / Gelbsuchtwurtz. Gall. *Curcuma.* A. Turmerick.

CURVATOR COCCYGIS, Musculus est, ex ima parte ossis sacri, vel superiore coccygis officulo oriundus, & in quartum præcipue finem habens.

CUSCUTA, & CASSUTHA, est planta officinalis, an à *Cassus*, quia plantis noceat? an à *Cassis*, rete venatorium, quod plantas reti quasi involvat? an à custodire, quod plantas circumvolvendo custodiat? B. Schorfte / wrange / vilt-kruid. G. Filtz-kraut / Flachs-seyden / Todtern /

tern / Seyden-kraut. Gall. *Goute du Lin*, *Cuscute*. A. Dodder.

Cuspis & Hamus, est fasciæ species, quæ a Galeno hac ratione describitur. Binæ fasciolæ, quæ convenientem longitudinem habent, & duorum digitorum latitudinem non excedunt, humerorum capita complexæ, extremis suis pendeant; deinde a dorso, pariterque ab umbilico, adducantur ad imitationem literæ x, & fibula inter se nectantur; postmodum addatur Geranis, (aliud fasciæ genus) similitudinem Fiscellæ habens. B. Spits-band en Angel-band G. Ein Spitz-binden/ Angel-windlen.

Custos Oculi, est instrumentum, quo in operationibus quibusdam circa oculum præcavetur, ne oculus lædatur. B. Een ooghbewaarder. G. Augwächter. Gall. *Gardien des yeux*. A. The Preserver of the eyes.

Cuticula, est operimentum cutis, sine sensu, membranæ modo, supra universam cutim foris extensa, innumeris porulis, perspirationi & sudori transitum præbentibus, pervia, ad externarum injuriarum declinationem, vasorum cutaneorum occlusionem, & dum nudos nervos tegit, ad perfectiorem qualitatum tactilium perceptionem, squammulis minimis accommodata, in sulcos areasque exsculpta. Nutritur, nam amissa denuo restituitur, licet ejus vasa minus sint conspicua. Non condensatur frigore, quoniam in fœtibus abortivis, eam sæpe ostendi. Nec vaporibus oleosis condensatur, propterea quod vapores condensati, facillimo negotio eluuntur. Ortum habere videtur ex vasis arteriosis cutaneis, quoniam cute ablata non amplius regeneratur. Gr. ἐπιδερμίς. vid. *Epidermis*. B. Het velletje/ opperhuid. G. Ein Häutlein/ das äusserlich häutlein. Gall. *La surpeau*, *l'Epiderme*. A. The cuticle or litle skin.

Cutis, in vivo homine. Nam *Pellis* est à carne jam diducta, quæ & *Exuviæ:* Illa χρώς, hæc vero δέρμα, παρὰ τὸ δέρειν. & δερά, & σέρφος *Lycophr.* παρὰ τὸ σέρφειν τὸ σῶμα ἀμφιπνόμενον, & ῥινὸς *Homero*, ἀνθρωπηΐη *Herodoto*, διφθέρα. Estque velamentum totius corporis externum, sive membrana satis crassa, tenax, cedens, & elastica, totius corporis extensionem determinans, ex filamentis vasorum sanguineorum, Lymphaticorum, nervorum, variè inter se complicatis contexta, quibus papillæ nervosæ, quæ tactus organum constituunt, & glandulæ numerosæ, & lymphæ ductus, sive sudoris & vaporum vasa excretoria

den

densissimè interponuntur; tam dense stipatur vasis & nervis, ut nullum assignari possit punctum, ubi non adsunt; plurimis poris hinc inde pervia est, variis in locis sensibiliter ad necessariorum introitum & exitum perforata, ut circa os, nares, oculos, aures, pudendum, anum, &c. diversimode se habet non tantum ratione ætatis & sexus, quum rarior sit pueris & fœminis, quam adultis & viris, sed etiam ratione partium, nam in capite est crassissima; in cervice, dorso, &c. mediocriter dura est; rarior in facie, pene & scroto; tenuis in lateribus, tenuissima in labiis, in quibusdam locis ut in cubito, fronte, plantis pedum &c. firmiter cohæret. B. De huid / het vel. G. Die Haut / oder Fell. Gall. *La Peau.* A. The Skin.

Cyamus, est faba: Eustachius dictum vult παρὰ τὸ κύειν αἷμα, prægnans esse sanguine, vel solummodo à κύειν, quod granis intus prægnans esset, vel quod facie prætumida viseretur. Lat. *Faba.*

Cyanus, est planta, quæ habet caules multifidos, angulosos, lanuginosos, excavatos, ramosos, albescentes: folia sunt oblonga, angusta, profunde incisa ut Dentis Leonis, villosa, coloris viridis pallescentis: flores in summitate ramorum crescunt, magni flosculi, plurimis scilicet flosculis, sed dissimilibus constantes: Alii enim, qui meditullium occupant, cæteris minores sunt, in lacinias æquales divisi; cæteri vero ad circumferentiam positi longe majores sunt, magisque conspicui, & veluti bilabiati, utrique embryoni insident, & calice squammoso non aculeato comprehenduntur: Embryo autem dein abit in semen oblongum, pappis instructum: radix minima, lignosa, fibrosa: crescit inter segetes: nonnullis *Baptisecula*, quod secantibus & metentibus officiat, retusa, in ejus occursu, falce. Nam & seculam Veteres falcem dixerunt. Rectius tamen *Blaptisecula* vocaretur, quod κλάπτειν Græcis, *nocere* significat. Nostri *Florem frumentorum* nominant, quod sc. in frumentario nascatur agro. *Cyanus* hæc planta dicitur ob florem, quem profert, cæruleum, aut quod honorem, nomenque dederit cæruleo colori, an à χάος aer, cælum? B. Koorn-blom. G. Korn blum. Gall. *Aubifoin*, *Blaveole*, *Bleuet Percole.* A. Blew bortles, corn flower.

Cyathus, Barbaris *Bickarium*, forsan à Germanico, Becher. Arab. corruptè *Alcuatus* & *Alcuatum*, item Cuathum, mutatâ in tenuem asperâ, nomen duxit, παρὰ

τὸ χύειν, à fundendo nempe, vel ut aliis placet, hauriendo vino in Græcorum conviviis, ubi ſimpulo ſacrificiis relicto ſucceſſit: Unde à Gr. κυαθίζω, *Plauto* Cyathiſſare, idem quod *Propertio* ad cyathos, & *Juvenali* Sat. XIII. *Suetonio* ad Cyathum ſtare, *hoc eſt*, pocula miſcere, ſeu ritu Veterum conviviis ſolenni cyatho, poſcentibus convivis potum admetiri. De quo rei literariæ Dictator *Scaliger*, *Suidæ* preſſius cum *Phavorino* ἀντλητήριον, μέτρον ὑγρῶν, *Heſych.* μικρὸν, ἢ ἀντλητήριον. Menſura eſt tam aridorum quam liquidorum, non, ut quibuſdam viſum, poculum vulgare, verum ſextarii pars octava; ſed ad drachmarum pondus decima, ſecundum Atticos, duodecima Simlero & Menæ, quomodo *Plinius* accipit. Oribaſ. Drach. XII. obſervatione communi, cui *Fernelius* ſubſcribit, quibus addit *Ægineta* ℈IV. quod *Angelocrat.* ℥Iß ʒI. & ℈I expreſſit. *Nicandri* interpres περὶ μέτρων: ὁ κύαθος, inquit, ἔχει μιᾶς μικρᾶς, ἤτοι μύστρα μικρὰ δύο τὸ γὰρ μύστρον ἔχει σταθμὸν σταγίων τεσσάρων, ἤτοι οὐγγίας ἥμισυ. ἐν ἄλλοις δὲ φασὶν ὅτι ὁ κύαθος ἔχει σταθμὸν οὐγγίας μιᾶς ἡμισείας. *Heſychius* οὐγγιῶν β' adſtipulante *Phavorino* & *Fuchſio*, qui ad cap. 6. ſect. 1. Antidotarii *Myreps.* notat *Nicolao* eſſe unc. ij. etſi Veteribus Græcis pro diverſa liquorum ratione variet: ſunt qui putant continere vini unciam unam, dragmas quinque & ſcrupulum unum, vel ſeſquiunciam olei.

CYCLAMEN, ſeu ARTHANITA, dicitur ἀπὸ τοῦ κύκλου ab orbe, tum ob folii circinatum ambitum, tum ob orbicularem bulbum, vocatur etiam Ἰχθυόθηρον, quod piſces eo necantur. Romani *Raptum terræ*, quoniam ejus radix in terra velut Raptum extuberat. Qua ſane ratione *Terræ tuber*, quod in molem quandam intumeat: aut *Umbilicum terræ*, quoniam ut Umbilicus circinata forma emergit, ſic & Cyclaminus ſub terra conſpicitur, etiam appellarunt. *Panem porcinum* haud dubie primum vocarunt bubulci, qui pecori ſuo radicem hujus gratam pabulis cognoverunt. Cæteri antiquum Cyclamini nomen ignorantes, quod ſæpius radicem in orbem circumactam intuerentur, quæ non in globum intumeſcens, ſed veluti preſſa ſeſe in latitudinem explicaret, qua forma quotidiano uſu panes viſuntur, *Terræ panem* cœperunt appellare. Radix ſola in uſu eſt, ſed vix aliter uſurpatur, quam in unguento, quod inde *Arthanitæ* nomen habet. B. **Verkens-brood / Aard-appel.**

G. Erd-

G. Erd apffel / Säu-schweinbrod. Gall. *Pain de Pourceau.* A. Sow-bread.

Cyclisci, sunt scalpra semilunaria, operationibus Chirurgicis accommodata, à κύκλος circulus.

Cyclophoria Sanguinis, idem quod *Periodus sanguinis.* Ex κύκλος circulus & φέρω, fero.

Cydonia Malus, vide *Cotonia.*

Cyema, idem quod *Embrion*, à κύω pario.

Cylindrus, est emplastrum oblongâ formâ, volutum Medicis *Magdaleo*, μαγδάλια. B. Een zalf-rolle / rolle. G. Ein pflasterrolle. A. A Plaister made into the form of a Roll.

Cyllosis, vide in *Cyllum.*

Cyllum, est crus exterius luxatum. Item claudus & curvus, à κυλλόω claudum reddo, Unde *Cyllosis* claudicatio.

Cyma, Cymæ, sunt teneri cauliculi, *Juli* dicti, vel potius, cymæ sunt herbarum delicatiores tenerioresque coliculi, quos à prima germinatione in summa stirpe proferunt. Nam cum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quosdam quasi turiones, olus subministrat, in quibus floris primum, mox seminis fætus concluditur. B. Spruite / Scheute. G. Die Halmen / Schößlein der kräuter. Gall. *Sommité, la Cyme, les Tendrons des choux.* A. Little Shoots, or Sprouts.

Cymbalaria, putant à cymbalio nomen corruptè traxisse hanc herbam.

Cymbiforme Os, vide *Naviculare os.*

Cyminum, vide *Cuminum.*

Cynanche, ἡ κυνάγχη *Aurel.* quod canes ac lupos frequenter afficiat: est internorum musculorum laryngis inflammatio, cum respiratione difficillimâ & febri continuâ, in qua ægri, canum anhelantium instar, lingua exserta, oculisque rubentibus & prominentibus, celerrime respirant. Ex κύων canis & ἄγχω ango. Vide *Angina.*

Cynanthemis, est Cotula fœtida, seu flos caninus, ex κύων canis, & ἄνθεμις ab ἄνθος flos.

Cynanthropia, est rabies canina, quâ ægri lucem & quævis clara ac splendida fugiunt, aquam metuunt, ac ad ejus conspectum & commemorationem contremiscunt. Nascitur plerumque ex veneno rabidi animalis, ut Canis,

Lupi, &c. homini per morſum vel quovis alio modo, communicato, ex κύων canis, ἄνθρωπος homo, & ὄπτομαι video. B. Een dolle honts beet G. Ein toller hund Biß. Gall. *La Rage*, *Morſure de Chien enragé.* A. Madneſſ cauſed by the biting of a mad dog. Nonnunquam deſignat delirium melancholicum, in quo homines ſeſe credunt in canes mutatos, quorum actiones omnes æmulantur.

Cynicus Spasmus, vide *Spasmus Cynicus.*

Cynobotane, eſt herba canina ſeu Cotyla fœtida, ex κύων canis & βοτάνη herba.

Cynocoprus eſt ſtercus caninum, ex κύων canis & κόπρος ſtercus.

Cynocrambe, Κυνία & Αἰγόζωσις, eſt Braſſica canina, ſeu Mercurialis. Ex κύων canis, & κράμβη braſſica.

Cynodesmus, eſt vinculum, quo membri genitalis cuticula cum glande colligatur, ex κύων canis, eo quod *Caninum vinculum* nuncupatur, & δεσμὸς vinculum, à δέω vincio. B. Honds-band. G. Hunds-band. Gall. *Lien de chien.* A. Band of the dog.

Cynodes Orexis, eſt appetitus caninus, ſive fames præter modum aucta, nullo utcumque copioſo cibo ſedanda. Oritur ab augmento omnium cauſarum, quæ famem naturalem faciunt, veluti ex fermento ventriculi nimium aucto, vel acrimonia quadam, vel robore fibrarum nimio. ex κύων canis, εἶδος forma, & ὀρέγνυμι. B. Honts honger. G. Hunds hunger. Gall. *Faim canine.* A. Canine appetite, or dog like hunger.

Cynodontes, ſunt dentes illi inter molares & inciſores poſiti, quatuor numero. Inciſoribus majores ſunt, & magis acuti. *Angulares*, *Canini*, *Columellares* & *Oculares* dicti, ex κύων canis & ὀδοὺς dens. B. Honts-tanden / oogtanden. G. Die Spitz Zähne / oder Augen Zähn. Gall. *Dents canines*, *ou œillieres.* A. The eyeteeth.

Cynoglossum, eſt Herba, quæ habet plures caules duos pedes altos, ramoſos, lanuginoſos: folia ſunt longa, anguſta, acuta, lanuginoſa, mollia, albeſcentia, odoris penetrantis: flos monopetalus, infundibuliformis, & multifidus, hujus piſtillum abit in fructum, ex quatuor capſulis conſtantem; ut plurimum aſperis, & ſemine fere plano fœtis, placentæ pyramidatæ & quadrilateræ affixis: radix oblonga, craſſitie digitali, foris ex atro rubens, intus albida,

da, saporis fatui mucosi, aliquando subdulcis, odoris graviusculi, aliquid fœtidi canis red olentis, narcotici, si crescit in locis uliginosis, in siccioribus inodora fere, admota naribus somnum conciliat. Lingua canina, ob canis linguæ similitudinem, quam folia referunt, dicta. vel quia hujus plantæ foliis credebant sic demulcere posse vulnera, sic ut a lingua canina fit. Ex κύων canis, & γλῶσσα lingua. B. Honds-tonge G. Hunds zung. Gall. *Langue de Chien*. A. Hounds-tongue.

Cynorexis, idem quod *Cynodes Orexis*.

Cynorhodos, est rosa canina, flores habens rosaceos, interdum candidos, interdum incarnatos, odoris grati, ex κύων canis & ῥόδος rosa. B. Honds-roze. G. Hunds-rosz/Hagrosz Gall. *Rose de Chien*, *Rosier Sauvage*, *Eglantier*, *Chinorrodon*, *Gratecu*. A. Dogs rose or wild Rose.

Cynosbatos, est Rubus caninus; ex κύων canis, & βάτος rubus, idem quod *Cynorhodos*.

Cynosorchis, est testiculus caninus, Satyrii species, ex κύων canis, & ὄρχις testiculus. B. Honds-kullekens. G. Hundsknaben / knaben kraut. Gall. *Satirion de Chien*, *Couillon de Chien*. A. Dogs-stone like Satyrion wort.

Cyparissus, idem quod *Cypressus*.

Cyperus, duplex est, *Longus & Rotundus*. Longus, sive odoratus, vel officinarum habet folia Porri, sed longiora, duriora, tenuiora & acutiora: caulis est rectus, duos circiter pedes altus, sine nodis, trigonus, medulla alba plenus, flos apetalus est, plurimis scilicet petalis constans, in capitulum squammosum collectus; in squammarum autem alis oritur pistillum, quod deinde abit in semen plerumque triangulare: radix oblonga, crassa instar cygni plumæ, nodosa & geniculata, contorta, repens, fractu contumax, fibrosa, flexilis, foris coloris subobscuri, intus grisei, saporis suavis, subacris, & aromatici paululum exsiccantis, odoris fragrantis, ad Nardum accedentis. Cyperus rotundus habet radicem rotundam, olivæ magnitudine & figuræ, foris rufam, scabram, intus albam, pluribus ex uno capite, tenuibus quasi filis dependentibus, saporis & odoris ejusdem cum Cypero longo; crescit in India Orientali nempe in Java, & aliis in locis: Adfertur ex Italia, Syria, Alexandria, India &c. est Junci species, à radicis effigie, quæ pixidulam aut poculum, vasculumve pusillum imitatur, dictus videtur, siquidem apud Theophra-

phrastum folliculus ulmi Κύπειρος τῆ πτελαίας legatur, juxta aquas facile succrescit, & radices odorem gratum spargunt. Longus præfertur ab *Hermanno*; alii rotundum meliorem esse putant: utraque ad calefaciendum ventriculum laudatur. B. Cyper-wortel. G. Cyperwurtz. Gall. *Souchet long*, *Souchet rond*. A. Cyperus.

CYPHOMA, idem quod *Cyphosis*.

CYPHOS, idem quod *Cyphosis*.

CYPHOSIS, Lat. *Incurvatio*, est spinæ dorsalis versus posteriora incurvatio, à κύπτω inclino. B. Een bult / gebogchelt. G. Ein Buckel / ein Hocker. Gall. *Bosse*. A. A Bunch back.

CYPRESSUS seu CUPRESSUS, est arbor frondis amœnæ, procera, valde ramosa, pyramidalis: lignum habet durum, compactum, odoratum, coloris flavescentis, cariei non facile obnoxium: folia squammatim sibi mutuo incumbunt, profunde sunt incisa, ut in Tamarisco, sed magis carnosa, duriora, & firmiora: flos mas amentaceus, squammosus, apices pulverulentos habens: fructus est quasi nux nucis moschatæ magnitudine, subrotundus, siccus, griseus, dehiscens in multos quasi clavos, sub quibus semina angulosa, plana, rubicunda, medullosa: Hæc arbor semper viret, distinguitur in marem, qui ramis est extra se expansis, quæ vero ramos in metæ fastigium erectos habet, dicitur fœmina: crescit in Græcia, Italia, Hispania, Creta & Asia, quæ in regionibus calidis crescit, fundit resinam, quæ per incisionem, in trunco arboris factam, educitur. derivatur ἀπὸ τῦ κύειν παρίσυς τὺς ἀκρεμόνας, *à partu parilium ramorum*. Poëtæ tamen Cupressum à Cyparisso, in hanc arborem converso, dictam putant, Plutoni sacra est. B. Cypres-boom. G. Cypress-baum. Gall. *Cypres*. A. The Cypress-tree.

CYPRUS seu ALCANNA, est Arbuscula: Dici videtur à Venere, quæ Græcis appellatur κύπρις, quoniam fœminæ sese eadem tingunt.

CYRTOMA, est gibbus dorsi. Item tumor contra sanitatem in quacunque corporis parte excitatus, à κυρτόω incurvo.

CYRVOSIS, idem quod *Cyrtoma*.

CYSSAROS, est intestinum rectum, item podex: κύρθος enim sive κύσος podex.

CYSTHEPATICUS DUCTUS, est is, qui in ductum hepa-

paticum & folliculum fellis implantatur. Inſpice Anatomiam noſtram. Talem in bobus reperiri notat *Heyſterus*, ſed ſi in homine unquam detur, revera rariſſimum eſſe.

CYSTICA, ſunt Medicamenta adverſus Veſicæ morbos, à κύστις veſica.

CYSTICUS DUCTUS, ſive BILARIUS, idem quod *Porus Bilarius*.

CYSTIS, in genere eſt quodcunque receptaculum, veſicæ formam habens, variam materiam continens, unde diverſa adduntur epitheta: hinc etiam eſt veſica urinaria, aut fellis, à κύω prægnans ſum, quia aliquid continet.

CYSTIS CHOLIDOCHUS, idem quod *Folliculus fellis*.

CYSTOTOMIA, eſt veſicæ ſectio, ſed per illam intelligitur *Lithotomia*, vide ſuo loco.

CYSTIS FELLIS, idem quod *Folliculus Fellis*.

CYTINUS, eſt flos ſativæ Punicæ. Plinius cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis, à κύω prægnans ſum.

CYTISUS, eſt frutex, qui creſcit ad altitudinem quatuor vel quinque pedum: caules ſunt tenues, lignoſi, in multos ramos anguloſos, flexiles, & virides ſe extendentes: folia terna, acuta, villoſa: flores ſunt papilionacei, leguminoſi, coloris flavi, raro albi: flori ſuccedit ſiliqua plana, ampla, nigra, villoſa, in duas partes dehiſcens, fœta ſeminibus planis & oblongis: radix diviſa eſt in multos ramos, nervoſos, flexiles, flavos; tota planta habet odorem penetrantem, & ſaporem amarum: creſcit in locis deſertis & montibus: ſic dictus à Cythiſo vel Cythno inſula, in qua inventus eſt, & abundat. Malunt alii à Cynthyſa inſula, quæ è Cycladibus eſt, nomen accepiſſe. G. Geißklee. Gall. *Citiſe*.

D.

Δ olim per hanc literam majuſculam myſticè febrem quartanam denotabant.

DACRYDIUM, eſt ſuccus Scammonei induratus, & cydonio excavato inditus, qui paſta obductus in furno vel ſub cineribus aſſetur, & poſtea exemtus ſervetur uſui, purgans eſt, creditur autem Scammonii vis violenta ſic corri-

gi, & hac præparatione applicata tutius operari. Latinis *Lachrymula*; δάκρυ enim est lachryma.

Dacryodes, sive Lacrymosus, est ulcus continuo saniem aut ichorem effundens. Gr. Δακρυῶδες ἕλκος, à δακρύω lacrymo.

Dacryon, idem quod *Lacryma*, à δακρύω lacrymo.

Dactylios, podex est, sunt qui eo nomine rectum intestinum intelligunt; nonnunquam circulus est, pastillus sive orbiculus, quo in Medicina utimur, à δάκτυλος digitus.

Dactylus, est fructus palmæ, oblongo-rotundus, dulcis, intus durissimum continens nucleum. Arbor procera est, viginti passuum & amplius, crescit in Judæa, Syria, Ægypto, Africa, India &c. Folia ensibus similia habet, deorsum cannarum modo decidentia. Vere floret. Ramus enim quodam involucro oblongo, vesicæ modo, ad ver usque clauso, & tunc aperto præditus, flores emittit parvos, albos, odoratos, racematim deorsum ab involucro residentes, ac pendentes. Autumno fructus maturantur. Cujus ramum una cum dactylis appendentibus hic loci me vidisse memini, à Latinis appellatur *digitus*. Codices fortè malè dactylum habent pro Balano, quod glans est: & illi fructus glandes sunt, ergo: similitudinem enim cum digitis nequaquam repræsentant. Dicitur & φοῖνιξ, hinc compositio illa, *Diaphœnicum* dicta, inde nomen habet, recipit enim dactylorum pulpam. B. **Dadel / dacpen / dalen**. G. **Dattel**. Gall. *Dattes ou Dactes*. A. a Date.

Damnata terra, idem est, quam *Caput mortuum*.

Danich, pendet grana octo, idem quod *Lupinus*.

Daphne, est Laurus: cujus folia, dum uruntur, sonant, crepitant, à δαίω vel δάω uro, & φωνῶ sonitum do. Alii à Daphne puella, in Laurum conversa, denominationem trahunt. Vide *Laurus*.

Daphne Alexandrina, vide *Laurus Alexandrina*.

Daphnoides, est Laureola, sic ob Lauri similitudinem dicta, ex δάφνη laurus & εἶδος forma.

Darsis, est excoriatio cutis, à δέρω excorio. Vide *Intertrigo*.

Dartus, est membrana scroti, quæ cellulosæ tunicæ est lamella interior, cui accrescit musculus corrugator; estque vera bursula, ambiens Testem undique, cui ab altera parte alia similis accrescit, sicque septum dictum consti-

ſtituunt, vel potius faciunt duo ſcrota, unicuique teſti unum, hinc proprie ſeptum dici non debet: à δέρος pellis.

Dasymma, eſt palpebræ internæ inæqualitas ſuperficiaria cum rubore, a δασὺς hirſutus.

Datura, eſt Solani ſpecies. Derivatur ab Indica voce *Datiro* & *Tatel* ſeu *Datel*. Vide *Stramonia.*

Daucus, duplex eſt vel Creticus vel vulgaris: Creticus eſt planta, quæ habet caulem ſeſquipedem circiter altum, rotundum, ſtriatum, villoſum: folia inciſa inſtar Fæniculi, ſed tenuius, lanuginoſa: flos eſt roſaceus & umbellatus, plurimis ſcilicet petalis conſtans inæqualibus, in orbem poſitis, & calici inſidentibus; is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum, roſtro avium æmulis, ſtriatis, hinc gibbis, inde vero planis, parum villoſis, albeſcentibus; ſaporis acris aromatici, grati, odoris debilis: radix eſt longa, digiti craſſitie, fibroſa, odorata, ſaporis Paſtinacæ: creſcit in Inſula Creta ſive Candia, colitur etiam in hortis: Daucus vulgaris habet ſemina compreſſa, cinerea, Dauco Cretico breviora, latiora, circa marginem utrinque villo obſita, ſaporis Dauco Cretico debilioris, odoris fragrantis; unde hæc planta a quibusdam Nidus avis dicitur, quia umbella eſt inſtar nidi avis. eſt planta, quæ ἀπὸ τοῦ δαύειν, quod tormina ſedet quietemque inducat, flatus diſcutiendo nomen accepit. B. Kroontjes kruid / Vogel neſt. G. Mohren-kummel. Gall. *Paſtenade*, *ou Carotte Sauvage*, *Panais.* A. Bridsneſt, Wild-carrot.

Dealbatio, ſive Leucosis, pertinet ad artem coſmeticam, qua facies, dentes, cicatrices, vel aliud quid dealbantur. Utuntur hac voce quoque Spagyrici. B. Witmakinge. G. Weiſsmachung. Gall. *Blanchiſſement.* A. Whiting, Bleaching.

Dearticulatio, ſive Abarticulatio, idem quod *Diarthroſis.*

Deauratio, dicitur quando pilulæ ob amaritiem evitandam auro foliato obducuntur. Item Tinctura fucata metallorum, monetarum &c. in colorem aureum. Gr. χρύσωσις. B. Vergulding. G. Ubergüldung. Gall. *Dorure.* A. A Gilding.

Debilitas, eſt quando quis viribus minus pollet, ſeu muſculos corporis ſatis movere nequit, quod vel ex humorum defectu poſt parciorem ingeſtionem, vel copioſiorem evacuationem, vel ex tanta ſanguinis viſciditate, ut per

ultimos vasorum fines transire nequeat, vel ex Lipothymia vel Syncope, vel ex inedia quoque, vel ex morbo, Laxitate fibrarum, vel alio quovis modo exoritur. Gr. ἀσθένεια. B. Zwakheid. G. Schwachheit. Gall. *Foiblesse*, *Debilité*. A. Feebleness, or Weakness.

Decantatio, & Decupelatio, est liquoris lympidi per vasis, in quo continetur, inclinationem, sine colatione & filtratione à fœcibus effusio. B. Afgieting. G. Abgiessung. Gall. *Verser par inclination*. A. Decantation.

Decidentia, idem quod *Cataptosis*. Dicitur quoque neuter status, qui ex statu optimo & temperato versus morbum inclinat. Inde vox *Morbus ex Decidentia*.

Declinatio morbi, est, quando à statu & vigore recedit, & æger extra discrimen ponitur: nemo enim in declinatione, nisi accidentaliter, moritur. Vide *Acme*. *Per Declinationem* aliquid effundere, est quando vas continens declinatur, ita ut liquor sensim effundatur, ne sedimentum moveatur, & liquorem turbet.

Decoctio & Decoctum, vide *Apozema*.

Decompositum, auget significationem compositi, estque illud, quod jam in compositione (ut dicunt) per corruptionem & generationem convenerit.

Decoratio, dicitur conservatio vel restitutio pulchritudinis naturalis vel in toto corpore, vel in quadam parte.

Decorticatio, est, quando res, ut radices, semina, fructus &c. à suo cortice liberantur. B. Afschillinge / ontschorsinge. G. Abschellung der rinde. Gall. *l'Action d'oter l'ecorce, ou de peler*. A. A Pulling of the bark.

Decrementum, dicitur vel de ætate, quæ in senectutem vergit; vel de morbo acmen prætergresso, & hoc sensu idem est quam declinatio.

Decrepitatio, de sale communi & similibus muriaticis salibus dicitur, quæ cum ad ignem sine fusione calcinantur, strepitum seu crepitum edunt, donec aquosam partem amiserunt. B. Kraking. G. Das Kracken. Gall. & A. *Decrepitation*.

Decupelatio, idem quod *Decantatio*.

Decussis, idem quod *Denarius*.

Decussis, Antiquis ad X. literæ figuram fiebat, quæ Latinis decem significat. Hinc *Decussari* est in speciem literæ X. diduci.

Decussorium, est instrumentum Chirurgicum; quo dura

dura mater, leviter pressa, accuratè cranio adjungitur, ut pus intra cranium & meningem crassam collectum evacuetur, per foramen, trepano factum. B. **Nederdruk-tuig.** G. **Nidertrucker.** Gall. *Decussoire.*

DEFATIGATIO, denotat incommodum leve, quod ab exercitio, vel labore vehementiore, aut protractiore accidit, unde quietis appetentes minus alacres evadunt. Hæc imbecillibus, valetudinariis, ægris & reconvalescentibus facile supervenit, item iis, qui non assueverunt laboribus & exercitiis, aut qui noctu vigilarunt, aut qui jejunium, alvi fluxum, vel alia passi sunt. B. **Vermoeitheid.** G. **Müdigkeit** Gall. *Fatigue, Lassitude.* A. Weariness.

DEFECTIO ANIMI, vide *Lipothymia.*

DEFENSIVUM, à defendere, est Medicamentum Chirurgicum vulgare, quo imminentia symptomata à parte affecta præcaveantur. B. **Een defensyf / verhoed-middel.** G. **Ein dämpf und beschirm mittel.** Gall. & A. *Defensif.*

DEFLAGRATIO, est Operatio Chymica, qua Medicamenta deflagrantur, hoc est, per ignem subito purgantur, ut est Nitri cum Sulphure, Antimonii cum Nitro, unde subito flamma exoritur. B. **In de vlam zetten.** G. **Brunst / Verbrennung.** Gall. *Deflagration, Incendie, Embrasement.* A. A Deflagration or Burning. Item denotat Febrium intermissionem. Vide *Apyrexia.*

DEFLUVIUM CAPILLORUM, vide *Alopecia.*

DEFLUXUS, idem quod *Catarrhus.*

DEFORMITAS, vocatur recedens figura partium vel organorum a naturali, ut inde fiat functionis impedimentum, vel turpitudo ad adspectum. B. **Mismaaktheid.** G. **Ungestalt.**

DEFRUTUM, est mustum ad dimidias coctum, ut *Sapa* ad tertias partes. B. **Gekookte most tot de helft.** G. **Gekocht oder gesottener Most bis zum halber theil.** Gall. *Vin cuit; Raisiné.* A. Wine where of the half part is sodden away.

DEGLUTITIO, est actio animalis, qua alimentum, in ore masticatum, aut aliud liquidius absorptum, in ventriculum per œsophagum, protruditur ex ore & faucibus: Quæ actio cum sit intricatissima, explicatuque longiore egeat, ex Physiologis petenda. Vide Clar. *H. Boerhaave in Instit. Medic.* B. **Doorzwelging.** G. **Die Verschlingung / Verschluckung.** Gall. *Deglutition.* A. a Swallowing down.

DEJECTIO, seu EGESTIO, & EJECTIO, est excrementorum

torum alvi per anum depositio. Quæ non tantum reliquias Chyli, sed alias etiam inpuritates in se continet, hinc varia est tum in statu sanitatis, tum morbosa, liquida nempe, mediocris consistentiæ, versicolor, alba, flava, nigra, viridis &c. B. Afgang. G. Abgang/ Stulgang. Gall. & A. A *Dejection*, *or going to stool*.

DEJECTORIA, vide *Catoretica*.

DELAPSIO, est quædam decidentia, ut delapsio uteri, ani, intestini &c. B. Uitval/ uitzinking. G. Ausfall. Gall. *Descente*. A. a falling down.

DELETERIUM, est quodvis venenosum, à δέλεαρ esca, qua animalibus exitus paratur, vel à δηλέω noceo, decipio, deludo.

DELIGATIO, est pars *Chirurgiæ*, quæ vulnera, ulcera, ossa fracta &c. deligat. Estque vel simplex vel composita. Simplex est æqualis vel inæqualis. Æqualis est tantum rotunda, quæ membrum affectum circumquaque sine ulla in partem alterutram declinatione complectitur. Inæqualis in asciam & simam dividitur: tamen saltem ratione majoritatis & minoritatis differunt; ascia parum à rotunda declinat, sima vero multum. Distinguitur in *Retentivam*, quæ medicamenta inposita continet; *Glutinatoriam*, quæ labia vulneris sibi invicem adjungit, & juncta retinet; & *Expulsivam*, quæ arctior est, & materiæ ex sinubus expellendæ inservit. Porro variæ fasciationis sunt differentiæ, sumptæ a partium, quæ vinciuntur, vel quorundam animalium, vel aliarum rerum similitudine. Gr. ἐπίδεσις B. Verbinding. G. Verbindung. Gall. *l'Apareil*, *Deligation*. A. A Binding.

DELIQUIUM ANIMI, sive SUBITUS ANIMI CASUS, suis non caret gradibus; dicitur enim *Eclysis*, *Lipothymia*, *Lipopsychia*, *Apopsychia*, *Syncope*, *Asphyxia* &c. quæ sunt totidem gradus. Observandum igitur primo, quod *Animi deliquium* hæc sæpe antecedunt; Cardialgia sc. Anxietas ex improviso, cordis quasi compressio, oscitatio, ventris murmur, gravitas vel dolor capitis, vertigo, tinnitus aurium, caligines, varii colores oculo obversantes, pandiculationes, horrores, frigus extremorum, pallor & pulsus mutatio. Secundo, his apparentibus & ingravescentibus, insequuntur lapsus si steterint vel sederint; major pallor & frigus intensum, pulsus rarus, parvus, tardus, debilis, unguium livor, respiratio minuta, denique motus ubi-

ubique & ſenſus intercepti; at in *Syncope* pulſus planè ceſſat, ut & reſpiratio & motus omnis, ſudor frigidus & viſcidus exprimitur, urina ſæpe, alvi fæces aut ſemen effluunt. Tertio, quod ſoluto paroxyſmo, qui brevior eſſe vel longior ſolet, ſuſpiria fiunt, languor adeſt, imbecillitas, laſſitudo, pigritia. Sed uti *Animi deliquium* gradum ſternit ad *Syncopen*, ita *Syncope*, prima mortis linea eſt. Quarto, hoc malum multis aliis morbis accidere ſolet, cum nempe vires proſternuntur, uti ex iis, quæ de imbecillitate dicta ſunt, patet, ideo reperitur in febribus, in Aſthmate, Hydrope, doloribus &c. Aliquando ab Hæreditate eſt, ſed valetudinarii, Cachectici, Hypochondriaci, reconvaleſcentes, pueri, ſenes, macilenti, obeſi facile in id incidunt; Verum alii id patiuntur ab odoribus, a conſpectu rerum, quæ offendunt, ab eſu etiam inſcio rerum, quarum faſtidio laborant, ab exercitiis vehementioribus, à nimio & repentino gaudio, à purgatione, venæ ſectione, ſudore, æſtu, puris magna effuſione, à gravi dolore, à venenis, vel per conſenſum ex affecto orificio ventriculi ſiniſtro, aut ab ictibus, vel morſubus animalium venenatorum. Dicitur & *Defectio. Defectio Virium*, *Languor Virium*, *Imbecillitas*, *Debilitas*, Gr. ἀτονία, ἀσθένεια, ἔκλυσις, ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως. B. Flauwte / magteloosheid / onmagt. G. Ohnmacht. Gall. *Defaillance*. A. A Fainting or ſwooning. Faintneſſe, Feebleſſe.

Deliquium Chymicum, eſt deſtillatio per inferiora mediante igne: vel calcis in cellis humidis ſuſpenſæ deliquatio & in humorem lixivioſum reſolutio: vel Myrrhæ, albumini ovi cocti incluſæ, in liquorem oleoſum mutatio. B. Smeltinge G. Niderwerts diſtilliren. Gall. *Diſtillation par defaillance*. A. The diſſolving of any hard body into liquor in a moiſt place as ſalt &c.

Delirium, eſt idearum ortus non reſpondens externis cauſis, ſed internæ cerebri diſpoſitioni, una cum judicio ex his ſequente, & animi affectu, motuque corporis inde ſequente: atque his quidem per gradus auctis, ſolitariis, vel combinatis, varia deliriorum genera fiunt. Ponit ſemper cerebri medulloſi affectionem morboſam a quacunque cauſa ortam. Gr. παραφροσύνη. *Hippocrates* & *Galenus* variis vocabulis utuntur. *Hippocrates* quidem ad levem deſipientiam ſignificandam ferè vocabulo παραφρονέειν & ληρέειν ſive παραληρέειν, *Galenus* vocabulo παρακρούειν, παρα-

παρακρῦσαι, ſicut ad gravem ſignificandam ἐκστῆναι, μανῆναι & ἐκμανῆναι, utitur, παρακόψαι vero de utraque uſurpant. Species variæ ſunt, unde σιωπηροὶ, qui pauca loquuntur: alii & ſermone delirant, & ridicula, aliena, magnifica vel maledica non ſaltem cogitant, ſed & proloquuntur: alii denique opere & factis cogitata exequuntur & hæc omnia præſtant vel μετὰ γέλωτος, vel μετὰ σπουδῆς, ſed hi omnes delirantium ordines ad certas differentias redacti ſunt. Sub delirio in genere dicto comprehenduntur παραφροσύνη, φρενίτης, μελαγχολία, μανία, & alii, qui huc referuntur, affectus. Delirium iterum eſt cum vel ſine febre. Cum febre φρενῖτις vocatur, & quod ſimplex appellatur delirium, Gr. λῆρος vel παραφορὰ, vel παράληρος ſymptomata nimirum febrium ardentium. B. Ylhoofdigheid / Ligthoofdigheid. G. Haupt-kranckheit / Unwitz / Aberwitz / Wahnwitz Gall. *Radotement*, *Resverie*, *Forcenement*, *Delire*, *Forcenerie*, *Reverie*. A. A Doating, doting, or dotage.

Delphinium, eſt flos regius, eit planta procera, ramoſa, quæ habet folia in longas partes diviſa, & fere inſtar Fæniculi inciſa: flos eſt polypetalus, anomalus, ex pluribus nempe petalis diſſimilibus conſtans, quorum ſuperius in caudam attenuatur, excipitque aliud petalum bifidum & pariter caudatum: horum autem meditullium occupat piſtillum, quod deinde abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ, ſecundum longitudinem dehiſcentes, ſeminibusque fætæ ut plurimum angulatis, nigris, ſaporis amari & ingrati: colitur hæc planta in hortis, propter pulchritudinem floris ſic dicitur, quod ejus flores nondum expliciti ſimilitudinem cum piſce delphino habent: vocatur etiam *Conſolida Regalis* a virtute conſolidante & floris pulchritudine: dicitur etiam Equeſtre calcar, Equitis calcar, Calcatrippa. B. Ridder-ſporen. G. Ritter ſpornen. Gall. *Pied d'alouette*. A. Larks ſpur, Larks foot, Larks knaw.

Deltoides, eſt muſculus inſtar Δ Græcum, triangularis, ſitus in ſuperiore parte brachii ſub integumentis communibus; oritur à clavicula, humero ſive Acromio, & ſcapulæ proceſſu ſpiniformi, articulum humeri ſuo ventre tegit, inſeritur parti anteriori & magis ſuperiori quam mediæ oſſis humeri; à nobis & aliis in varios muſculos diſpeſcitur. Humerum attollit: à figura Δ & εἶδος forma. B.

De

De driehoofdige spier. G. Der dreyhauptige mauß. Gall. *Muscle deltoide*. A. The deltoide muscle.

Dementia, inter species delirii refertur. Idem quod *Anœa*.

Demersio five Immersio, est, quando Chymicis metallum aliquod liquori solventi submergitur. B. Indompeling. G. Eintauchung / Versenckung. Gall. *Demersion*. A. A Dipping.

Demulcentia, Medicamenta sunt, quæ possunt figuras medicamentorum, vel humorum nostrorum morbosorum, vel venenorum acrium ita immutare, ut ex figura acri, transeant in obtusam & inertem: duplicia sunt, vel generalia, quæ omnia acrium genera, qualiscunque sint naturæ, indiscriminatim & ex æquo involvunt, non figuras eorum mutando, sed tantummodo quasi in vaginula includendo: vel specifica, quæ certam solummodo acrium speciem obtundunt. B. Verzagtende middelen. G. Sänfftigende oder linderende Artzeneyen.

Denarius, est unciæ pars septima: uncia enim continet septem denarios. Vide *Aureus*. Gall. *Denier*.

Dendroides, est planta arbori similis, ex Δένδρον arbor, & εἶδος forma.

Dendrolachana, oleri arbores: sic vocantur olera, cum ferè in arboris altitudinem assurgunt; ex δένδρον arbor, & λάχανον olus.

Dendrolibanus, est Rosmarinus, quia arbuscula quasi sit, vocatur δένδρον arbor, & λίβανον, quod Thus seu Olibanum oleat.

Dendromalachne, est Malva arborescens; ex δένδρον arbor, & μαλάχη Malva.

Dendron, arbor. Δένδρος quia δεινῶς δέρεται graviter & molestè decorticatur, vel à δέμω struo, ædifico, quia ex iis ædificia &c. eriguntur, struuntur.

Denigratio, dicitur de parte, quæ ex sanguine, per contusionem extravasato, nigrorem contrahit; estque idem quam *Sugillatio*.

Dens Caninus, five Satyrion Erythronium: est planta, quæ habet folia bina, aliquando terna, repentia, cyclaminis similia; flos liliaceus, ex sex petalis compositus, pendulis & repandis, quorum meditullium occupat pistillum, quod deinde abit in fructum subrotundum, in tria loculamenta divisum, seminibusque fœtum oblongis, flave-

vescentibus: radix oblonga, carnosa, alba, dentis canini forma: sic vocatur, quia ejus floris folia dentem caninum referant vel etiam radix. B. Hondstand. G. Hundszan. Gall. *Dent de Chien.*

Dens Leonis, est *Taraxicum*, Cichorei sylvestris species: sic dicitur quod folium sinuatim per lacinias denticulatum sit, & *Rostrum* quoque *porcinum* nominatur. Vide *Taraxicum.*

Dentagra, vide *Forfex.*

Dentaria, sive Coralloides; est planta, quæ habet folia quinquefolii, septem in uno latere disposita, oblonga, acuta, dentata, viridia, aspera: flores sunt albi, purpurescentes, cruciformes, quadrifidi, ex calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu siliquam, septo intermedio, cui valvæ utrinque adhærescunt, in duo loculamenta divisam, seminibusque fætam plerumque subrotundis; valvæ per maturitatem in helicis formam convolvuntur, magnoque cum impetu semina ejiciunt: radix carnosa, squammosa, ac veluti dentibus incisa: hæc planta crescit in montibus. sic dicitur, quod ejus radix dentiformis, & in corallii modum nodosa sit. B. Haanevoet. G. Zahn-kraut. Gall. *Dentaire.*

Dentalium, est conchula parva, tubulosa, alba, glabra, dentatam rimam habens, ingreditur unguentum citrinum.

Dentarpaga, vide *Forfex.*

Dentes, Gr. ὀδόντες, sunt officula utriusque maxillæ per gomphosin infixa ad frangendos conterendosque cibos destinata; adultis plerumque triginta & duo, vel viginti octo tribuuntur: quantum extra gingivas eminent, sine periosteo conspiciuntur, ne ad omnem rei acris adtactum dolori essemus obnoxii, sed in maxillæ cavernis membranam a gingivis vasculosam, firma illa reddentem accipiunt. Continuo crescunt, secus ex frequenti detritione comminuerentur; non tantum arteriis & venis, quæ ramuli sunt Carotidum & Jugularium, sed & nervis prospiciuntur, a quinto pari oriundis, ipsisque immissis, quod dolor vehemens aliquando arguit. Quatuor anteriores *Primores*, *Incisores* Isidoro, *Tomici* Celso. Gr. τομεῖς, διχαστῆρες, κτένες, τομῆται, γελαστικοὶ B. Voter-tanden / lag-tanden. G. Die forderste breite Zähne / die beisser. Gall. *Les dents de devant ou incisives.* A. The fore teeth. Qui à lateribus in-

insequuntur, acuti magis sunt, vocanturque *Canini*, *Oculares & Columellares.* Gr. κυνόδοντες, μύλαι & γομφίοι. B. Honds-tanden / oog-tanden. G. Die Augen-zähne / spitzähne. Gall. *Les dents Oeilléres.* A. The dog-teeth or the eye-teeth. Posteriores, qui tunc sequuntur, *Molares* appellantur, & habent majores superficies, & duas, tres vel quatuor radices, cum priores unicam tantum accepere. Hisce cibi duriusculi, à prioribus incisi, molâ quasi in pulmentum conteruntur. B. Bak-tanden / maal-tanden. G. Die stockzähne / die backenzähne / grosse zähne. Gall. *Les dents molaires, ou machelieres.* A. The jaw-teeth or the grinders. Qui post annum trigesimum & quadragesimum interdum erumpunt, *Morum & sapientiæ dentes* sunt. Item *Gennini*, Cic. *Intimi*, Eid. Κραντῆρες, Ὀψιγονοι, Σωφρονιστῆρες appellantur. Dentalis vertebræ secundæ prominentia, dentis quoque nomine venit. Omnes dentes in genere vocari solent. B. De tanden. G. Die Zähne. Gall. *Les dents.* A. The Teeth.

Dentiducum, vide in *Forfex.*

Dentifricium, est Medicamentum ad dealbandos, extergendos & stabiliendos dentes, gingivasque roborandas paratum. Gr. ὀδοντότριμμα; σμῆγμα ὀδόντων. B. Tant-poeper. G. Zahn pulver. Gall. *Dentifrice, poudre a frotter ou nettoyer les dents.* A. Pouder to rub the teeth to make them white.

Dentillaria, idem quod *Dentaria.*

Dentio, idem quod *Dentitio.*

Dentitio, est tempus illud, quo infantium dentes erumpere incipiunt, quod fit mense septimo vel serius, & extenditur ad secundum annum; & citius *superiores*, nonnullis citius *inferiores*, & in his anteriores prius: tempore dentitionis sæpè, febres, convulsiones, alvi profluvia, &c. exoriuntur, præcipue quando canini prodeunt. Gr. ὀδοντοφυΐα. *Ægin.* ὀδοντίασις, à qua differt ὀδαξισμὸς Galeno, sive ὅλων ὀδαξισμὸς, ut ab *Hippocr.* vocatur, pruritus ille gingivarum, quem dentientes pueri sentiunt. B. De tyd / wanneer de tanden komen / tandinge. G. Das zähnen / zähn gewinnen. Gall. *La venuë ou sortie de dents.* A. Breeding of teeth.

Dentium Dolor, idem quod *Odontalgia.*

Dento, est is, qui dentes eminentiores, prominulos, & os productum habet.

DEOBSTRUENTIA sive DEOPPILANTIA, sunt Medicamenta, quæ obstructiones aperiunt.

DEOPPILANTIA, idem quod *Deobstruentia.*

DEPASCENS ULCUS, dicitur de eo, quod vicinas partes erodendo perpetuo proserpit: aliquando *Phagædenicum* vel *Noma* vocatur.

DEPHLEGMATIO, est operatio, qua reiterata destillatione aqua superflua à spiritibus, vel puriori parte separetur. B. Van zyn water zuiveren/ dephlegmeeren. G. Von wasser säuberen/ abziehen. Gall. & A. *Dephlegmation.*

DEPILATORIUM, idem quod *Psilothron.* Gall. *Depilatoire.*

DEPLUMATIO, idem est quod *Ptilosis*, ubi palpebræ obsidentur tumore calloso, pili quoque earundem decidunt; estque composita affectio ex *Madarosi* & *Sclerophthalmia.* Verum semper conjunctum non habet pilorum defluvium.

DEPRESSOR, est nomen, datum variis musculis, qui, dum agunt, partes deorsum trahunt, quibus affiguntur. Tales sunt Depressor Alæ nasi, anguli oris, & labii inferioris. B. Neerdrukkende spieren. G. Nidertruckende mauß. Gall. *Abbaisseur.*

DEPURATIO, est rei alicujus puræ ab impuro separatio, ut est despumatio, clarificatio. B. Zuivering. G. Sauberung. Gall. *Depuration.* A. Depuration.

DERIVATIO, est actio, qua humor, pus, urina, sanguis &c. qui in partem influxit, & nondum impactus est, artis ope per locum vicinum educatur, vel ex loco uno in alium allicitur, cujus resistentia aliquomodo tollitur; uti fit per V. S. Cucurbitulas, Epispastica, Frictiones &c. B. Afof Verleiding. G. Ableitung. Gall. & A. *Derivation.*

DERMA, idem quod *Cutis*, à δέρω cutim detraho.

DESCENSORIUM, est fornax Chymicis familiaris, destillationibus per descensum inserviens. B. Een Oven / daar men mede na om lage destilleert. G. Ein Ofen/ wo in man niderwerts treibt / oder destilliert. Gall. *Fourneau pour distiller par descensum.* A. Descensorie.

DESCENSUM, seu per descensum destillare, vide *Deliquium.*

DESICCATIO, est superflui humoris vel humiditatis per calorem evaporatio. B. Uitdrooging. G. Außtröcknung. Gall. *Desechement.* A. Desiccation or drying.

DESICCATIVUM, est unguentum vel emplastrum, humo-

mores tenues ulceri instillantes exsiccans, à desiccare. B. Opdrogend middel. G. Trocknende/ außtrocknende mittel Gall. *Un desiccatif.* A. A Desiccative or drying medicine.

Desipientia, est delirii species. Idem quod *Paraphrosyne.*

Despumatio, est alicujus rei, ut syrupi, mellis &c. inter coquendum, spumæ detractio. B. Schuiminge. G. Abschaumung. Gall. & A. *Despumation.*

Desquamatio, Gr. Ἐκλέπισις, est, quando in carie ossis vel alias, ab osse squamæ quædam abscedunt. B. Been-schilfering. G. Außnehmung der beinen. Gall. *Exfoliation*, *Desquamation.* A. A Scaling of bones.

Destillatio, eodem modo sumitur ut *Catarrhus*, vide suo loco.

Destillatio, est partium spirituosarum, humidarum vel oleosarum, in halitus fumosve vi ignis extenuatarum, atque elevatarum extractio: destillatio fit per vesicam, cucurbitam, retortam, deliquium, filtrum, descensum, &c. eaque in balneo mariæ, arenâ, vaporibus, fimo, sole, reverberio, &c. peragitur. B. Neerdruppinge/ distilleeringe G. Distillierung/ brennung. Gall. *Distillation.* A. Idem.

Destructio, a Gortero vocatur quæcunque solutio continui, quæ partes firmas in sanis cohærentes separat, cujus species sunt in partibus duris *Fractura*, &c. in mollibus *Vulnus*, &c.

Detergentia, à *detergere*, vide *Abstergentia.*

Detonatio, est deflagrationis modus cum sonitu, ex gr. cum sulphurea quædam, cum nitro permixta, ignique admota, pulveris pyrii instar, cum strepitu & fulgore deflagrant: ut in præparatione antimonii diaphoretici, & in accensione auri tonantis. Vide *Deflagratio.* B. Ontploffinge. G. Verpuffung. Gall. & A. *Detonation.*

Detrusor Urinæ, nomen est musculi, cujus actione urina expellitur.

Deunx, sunt unciæ undecim: libra Medica sive Romana, continet uncias duodecim, ideoque *deunx* est quasi deesset uncia. B. Elf oncen. G. Eilf untzen.

Deuteropathia, est morbus ab alio morbo originem ducens, ex gr. si caput ex alterius partis vitio laborat, vel communicatâ ad id materia morbificâ, relicto priore foco, ex δεύτερος secundus, & πάσχω patior.

DEXTANS, est nomen ponderis, pendens *uncias decem.* B. Tien oncen. G. Zehen Untzen.

DIA, *per*, *ex*, est præpositio, quæ sæpè additur præparationibus Medicamentosis, ut *Diaprunum*, hoc est compositio ex prunis, sic dicitur diasena, diaireos, diaphænicum &c.

DIABETES, sic *Galeno* dicitur. *Dipsacus Æginetæ* ab immensa siti, quam invehit. Vel ut alii, à serpentis quodam genere, quod Dipsacus appellatur & in *Lybia* præsertim reperitur, quod morsu suo venenum quoddam in homines insinuet, à quo sitis inextinguibilis inducitur, διαβάινειν εἰς ὕρον, ὕδερ☉ εἰς ἀμίδα, quasi *Hydrops ad matulam.* Hinc est quod hunc affectum *Matulam inter cutim*, alii *Urinæ profluvium & siphonem* nuncupant. Rarissimus est affectus, quem *Gal.* se bis tantum vidisse refert 6. de Loc. aff. Cap. 3. est urinæ fluxus valde copiosus cum siti intolerabili, & summo virium prolapsu, imo urina non tantum, sed potus, & is parum vel nihil immutatus egeritur sub forma Chyli vel Lactis. Quos affligit, emaciantur, debilitantur, & præ siti, ardoreque viscerum vix se continent, & urinam cohibentes mox sentiunt lumbos, coxas & testes cum ardore, & gravitate intumescere: oritur autem à laxitate fibrarum in fistulis urinosis, & aquosa indole liquidorum corporis, vel a tam singulari humorum acrimonia, ut vim diureticam acquirant. à διαβαίνω pervado. B. Water-zucht in de pispot / pisvloed. G. Harn fluß. Gall. *Diabete, Flux d'urine, écoulement d'urine continuel.* A. A Diabetes or incontinency of urine.

DIABROSIS, est solutio continui per exesionem, à διαβρώσκω peredo. B. Door-eting. G. Durchfressung / Zernagung. Gall. & A. *Corrosion.*

DIACHORESIS, & DIACHOREMA, est excretio quorumvis excrementorum; frequentissime tamen significat evacuationem, quæ per alvum fit, ab ἀποχωρέω secedo. B. Uitwerpsels / uitdygsels. G. unflat. Gall. *l'Ordure.* A Casting out.

DIACHYLON, dicitur emplastrum ex succis quibusdam compositum, ut & de gummis ex διὰ ex & χύλ☉ succus. B. Sap-pleister. G. Saft-pflaster. Gall. *Emplastre Diachylon.* A. Sap-plaister.

DIACINEMA, dicitur, cum ossa de loco suo nonnihil recesserint, ex διὰ ex, & κινέω moveo.

Diaclysma, est oris collutio, ad fœtorem abigendum, vel dentes, aut gingivas sordidas vel ægras confirmandas. Vocantur ἐπὶ τὸ πολὺ collutiones oris; parantur ex astringentibus variis, ut *Bistorta*, *Tormentilla*, *fl. Balaustiorum*, *cort. granatorum*, *gallis*, *alumine*, *ung. Ægyptiaco*, *&c.* sub eo quoque comprehenditur, *Gargarisma* & *Apophlegmatismus*, à διακλύζω colluo. B. Mondspoeling. G. Spülung des Munds. Vide *Collutio*.

Diacodion, est Medicamentum, ex Papaveris capitibus, siliquis dulc. rad. Glycyrh. Alth. & saccharo paratum, habetque syrupi consistentiam. Ex διὰ ex & κωδία papaveris caput. B. Borst syroop / Slaapbolle syroop. G. Brust syrop / Magsamensaft. Gall. *Sirop pectoral*. A. A. Syrup made of the tops of Poppies, Breast syrup.

Diacope, præcisionem, vel discissionem in aliqua parte significat, sive studio, sive casu, à διακόπτω præscindo. *Hippocrati* vulnus est omne, quod altè descendit impactumque est. *Galeno* est soluta in osse capitis continuitas ab aliquo acuto occursante, atque abscindente, vocaturque quoque ἐγκόπη & ἕδρα.

Diacopræegia, est Medicamentum ex fimo caprino, adversus splenes & parotides, à διὰ ex, κόπρος stercus, & αἴξ, capra.

Diacrisis, est distinctio & dijudicatio morborum & symptomatum, à διακρίνω distinguo, dijudico.

Diacritica, idem quod *Diacrisis*.

Diadoche, est successio per crisin, à διαδέχομαι suscipio.

Diadosis, est alimenti distributio, sive per omnes partes pervasio, ex διὰ per & δίδωμι do.

Diæresis, est exesio vasorum; fit cum à causa erodente, vel incidente, via aliqua, quæ adesse non debebat, aperitur. Nam primo potest Διαίρεσις fieri ab humoribus acribus, qui erodendo unitatem solvunt, & viam patefaciunt; quod etiam Medicamenta acria præstare possunt, modo crassarum partium sint. Nam tenuium partium unitatem non rodunt, cum non hæreant diutius. Deinde humores crassi & acidi διαιρέσεως causa esse possunt, qui partem distendendo rumpunt. Tertio causæ plurimæ evidentes διαίρεσιν faciunt, omnes scilicet, quæ contundendo, & distendendo unitatem vasorum solvunt; qualia sunt motus vehemens, clamor, pondus grave, vulnerantia, contundendendentia

dentia, casus, saltus & similia, inter quæ & flatus referri possunt, qui retenti tanta vi interdum corporis partes distendunt, ut non solum corporis cavitates dilatent, sed rumpendo etiam novas faciant, & ipsi quoque unitatem solvant. Item operatio Chirurgica, quæ partes, naturaliter unitas, vel præter naturam concretas, separat, & fit incisione, ustione, terebratione, rasione, limatione, serratione, excisione, à διαιρέω, divido. Vide *Diabrosis*. B. **Doorknaginge der vaten.** G. **Das aufffressen/ verzehrung der fässer.** Gall. *Dierese*. A. a Corroding of the vessels.

Diæretica, sunt Medicamenta corrodentia & exedentia, a διαιρέω, divido.

Diæta, strictiori sensu alimentorum rationem respicit, latius autem est Methodus sanis moderate vivendi, quæ propter differentiam corporis a corpore, ratione ætatis, temperamenti, habitus corporis, consuetudinis, & connatæ dispositionis, diversa esse debet: at *Diæta ægrorum* est remedium in recto rerum, vitæ necessariarum, usu consistens: eaque ratione consistentiæ est *crassa*, *mediocris* & *tenuis*. Crassa instituitur alimentis copiosis, firmis & solidis, multumque nutrire aptis, hæc *simpliciter plena* est, quæ fiebat olim per ptisanam hordeaceam integram. Vel est *plenior* & *crassior*; quæ fit per carnes pullorum & ova sorbilia. Vel est *plenissima*, quæ etiam carnes castratorum concedit. *Mediocris* est, quæ ex mediocris substantiæ & quantitatis alimentis constat. Hæc olim per panem jure tinctum, vel etiam per carnes pullorum fiebat. *Tenuis* est quæ & alimentis paucis, tenuibus & infirmis perficitur, quæ ut plurimum acutis morbis convenit: eaque triplex est, *tenuis simpliciter*, quæ olim per ptisanæ succum fiebat. Vel *tenuior*, in qua melicratum propinabatur; vel *tenuissima*, in qua nihil cibi æger sumebat. Verum nunc temporis diætæ non ita strictè observantur quam olim, præsertim in hisce regionibus, à διαιτάω nutrio. B. **Levens wet / of Levens manier.** G. **Speißordnung/ Eine gewisse Ordnung im essen und trincken.** Gall. *Diete*, *Regime de vivre*. A. Diet.

Diætetica, est pars Medicinæ, præscribens cognitionem & usum rerum sex, quibus sanitas, & vita nostra, ejusque regimen maximè constat, ut imminentes morbi præcaveantur, & præsentes profligentur: Hæ sæpe dicuntur *res non naturales* à scholis: ut sunt aër, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigilia, Animi Pathemata, ex-

creta & retenta: quæ ſi modum excedant, morbos pariunt, ex διαιτάω alo, nutrio. B. Levens wys. G. Manier und ordnung zu leben. Gall. *Partie de la Medicine qui enſeigne la diete, & un reglement de vivre.* A. Diete.

Diagnosis, eſt ſignorum præſentium cognitio: ſive cognitio, qua præſentem morbi conditionem dignoſcimus. Eſtque triplex, partis *affectæ*, ipſius *morbi*, ejusque *cauſæ* recta inveſtigatio, ex διὰ per, & γινώσκω cognoſco. B. Kenteiken G. Kennzeichen. Gall. *Signe.* A. Diagnoſtick or the ſigns of a diſeaſe.

Diagrydium, vide *Scammonium.*

Dialemma, idem quod *Apyrexia*, ex διὰ in, & λείπω relinquo.

Dialepsis, eſt quædam interceptio: item intermiſſio quædam in fractura cum vulnere vel ulcere, ubi intermedium ſpatium relinquitur, pro ulceris aut vulneris curatione, itaque eſt intermiſſio deligationis, à διαλείπω inter relinquo.

Diamoron, eſt nomen medicamenti, quod in officinis paratur ex ſucco Mororum, cum melle in ſyrupum ſpiſſiorem cocto.

Dianoea, eſt mens præmeditata, à διανοέω præmeditor.

Diapasma, Plinio, Medicamentum aridum, ex ſiccis pulveribus conflatum inſperſile, quod aut veſtibus ad gratiam odoris, aut ulceri, vulnerique varia ratione, aut potui etiam ad luxum inſpergitur, Gr. διάπασμα, καταπασμα, καταπαστὸν φάρμακον. *Oribaſius* non malè diſcrimen inter has voces ex *Antyllo* ponere mihi videtur, ut ἐμπάσματα ſint, quæ ſudoribus cohibendis, & commovendo prurituì adhibentur, quæ *Sympasmata & Aſpergines Aurelianus* nominat: καταπάσματα ſunt, quæ ulceribus ſuperponuntur, ξήρια etiam dicta: διαπάσματα vero conciliandæ fragrantiæ ergo inventa.

Diapedesis, eſt ea conditio vaſorum, qua membranacea latera ita divelluntur a cauſa intus extendente, ut inter fibras naſcantur interſtitia hiantia, quæ emittunt in cavitate contentum, ex διὰ per, & πηδάω ſalio, ſalto. B. Uitberſting. G. Außbrechung. Gall. & A. *Dilaceration.*

Diapegma, eſt inſtrumentum Chirurgicum, dictum & *Intercolumne*, ſive pars transverſaria, ad crurum laterumque compaginem firmandam, à πηγνύω compingo.

Diaphænicum, est compositio ex dactylis. Ex διὰ & φοῖνιξ Dactylus. B. Conserf van Dalen. G. Conserf von Datteln.

Diaphanum, est omne, quod pellucidum est, ut humores oculares, tunica cornea, septum lucidum &c. à διαφαίνω pelluceo.

Diaphoresis sive Transpiratio & Sudatio, est decedentia omnis generis effluviorum per invisibiles corporis poros, omnes alias excretiones subtilitate & copia superans, inutilium humorum excretioni non tantum, sed & tactui, & assiduæ cutis humectationi inserviens, ex διὰ per, & φέρω fero. B. Uitwaassemiug. G. Zertheilung der Dünsten.

Diaphoretica, Medicamenta sunt, quæ invisibilem perspirationem ex vasis cutaneis minimis augent, sanguinem paululum magis agitando, quam naturaliter solet. B. Uitwaassemende middelen. G. Schweiß bringende Artzeneyen. Gall. *Diaphoretiques*.

Diaphragma, seu *septum transversum*, & *dissertum* ὑπόζωμα *Arist.* Græcis φρένες, quæ vox etiam mentem significat; ita dicitur, quia hac parte læsa, cerebrum statim in consensum trahatur. Est sepimentum musculosum thoracem ab abdomine distinguens, in medio tendinosum, exterius in ambitu musculosum est; situm habet transversum, sed valde obliquum, figuram fere circularem; superficiem superiorem convexam, quæ pleura, inferiorem concavam, quæ peritonæo tegitur; œsophagus, arteria magna, vena cava &c. per illud transeunt: oritur inferiori parte dextra a tribus primis lumborum vertebris, sinistra ab ultima & penultima thoracis, tendineo, ac mox carneo, principio, fibris directis adscendit, tendinescitque; parte superiori, principio membranaceo tenui statim carnoso ex toto margine cartilaginosorum apicum costarum inferiorum & infima parte sterni ortum, fibris centrum petentibus decurrit, tendinescit, prioribus confunditur, unde agens ex convexo planum fit, hinc abdomen & contenta arctat & premit; hinc respirationi una cum cæteris musculis inservit, & motu suo excrementa alvina foras convehit, à διαφράσσω sepio, munio. Tribuitur non tantum huic parti illud nomen, sed & Mediastino, septo in naribus, septo cerebrum in duo hemisphæria secanti, auris Tympani membranæ, aliisque. à διαφράσσω, sepio, munio. B. Middel-rift / mid-

middel-schot. G. Das Zwerck im leib/ brustfell. Gall. *Diaphragme*. A. Midriff, or diaphragme.

Diaphrattontes, sunt membranæ, Pleura dictæ, quæ thoracem intus succingunt, & in medio septum, vulgo *Mediastinum*, relinquunt, à διαφράσσω sepio. Vide *Diaphragma*. B. Middel-schot/ middel-rift G. Daß zwerchfell/ brustfell im leib. Gall. *Diaphragmes*. A. The Pleura and mediastin.

Diaphthora, est corruptio alicujus partis in corpore, à διαφθείρω corrumpo. B. Bederving. G. Verderbung. Gall. *Corruption*. A. Corruption.

Diaplasis, est membri luxati vel fracti restitutio, à διαπλάσσω conformo.

Diaplasma, est unctio sive fomentum. à διαπλάσσω illino.

Diapnoe, idem quod *Diaphoresis*, à διαπνέω perspiro. B. Uitwaassemìng. G. Die Außdämpffung. Gall. *Transpiration*. A. Exhalation.

Diapyema, idem quod *Empyema*, ex διὰ per & πύον pus.

Diapyetica, sunt Medicamenta pus maturantia, à διαπυόω suppuro.

Diaria Febris, idem quod *Ephemera*.

Diarrhodon, est nomen speciei cujusdam, vel pulveris compositi, quod Rosæ præcipue ingrediuntur.

Diarrhoea, est copiosus alvi fluxus, in quo liquida egeruntur absque dolore, sanguine, pure. Diarrhœa in multis morbis evenit, præsertim in quibusdam febribus & habet suas species. I. *Gravis* est, ubi paucis intervallis, interdum fermè citra remissionem copiose per repetitos fluxus, nunc majores, nunc minores, excretis primo fœcibus, humores expelluntur viscidi, aquei, biliosi, flavi aut aliter constituti una cum muco quodam fundum matulæ occupante: adsunt Febris, Anxietas, virium lapsus, neque dolor urget, sed murmur auditur subinde, cum dejectio fit, podex tamen nonnihil dolet, nausea vel vomitus sæpe incidunt, & potus vel cibus ingestus una transit. II. *Serosa*, ubi tantum aquea & fluida prodeunt, cum Murmure, Tenesmo & aliquo dolore: hæc Phthisi, Hydropi, Scorbuto &c. familiaris est, ac subinde in iis, qui sunt frigori sustinendo minus validi, vel à pedibus refrigeratis accidit. III. *Biliosa*, quoties bilis majori copia secreta, & per du-

ctum hepaticum ad intestina delata, ibique corrupta excernitur: talis in febribus putridis accidere solet, inprimis cum in morbi initio vomitorii propinandi occasio se obtulit, neque tamen propinatum fuit. IV. *Maligna*, quæ in Peste, Febribus malignis, Variolis, Morbillis, cum recedere putantur ad interiora, contingit, in hac vires subito dejiciuntur & Anxietates non leves oriuntur. Humores sunt omnis generis, sæpe fætentes, atque si à Variolis, etiam crustæ & pediculæ in Excretis, quasi hac via exirent variolæ, ipsæ apparent. V. *Critica* dicta, quæ cum levamine evenit in morbis, vel etiam in sanis, quos nisi subinde Diarrhœa juverit, male habent. VI. *Hypercatharsis*, sive *Superpurgatio*, id est Diarrhœa valida à Medicamento purgante, aut Emetico excitata, à διαῤῥέω perfluo. B. De Loop. G. Bauch-fluß / durch-lauff / die Ruhr. Gall. *Flux de ventre*, *Cour de ventre*, *la Foire*, *Diarrhée*. A. A Diarræa, Loosenesſ or flux of the belly. Lusitan. *Biche*.

Diarthrosis, sive Abarticulatio, & Coarticulatio, seu Dearticulatio, est compositio ossium, ab invicem separatorum, ad evidentem, validum, facilemque motum comparata: qualis est in brachio, manibus, femore, pede, &c. Vide *Articulatio*. Ex διὰ per, ex, ἄρθρον membrum, articulus. B. Inwrigting der beenen / losse leding. G. Gliederung / zusammenfügung der gebeinen / da selbige stark und leichtlich bewegt werden. Gall. *Diarthrose*, *espece d'Articulation*. A. Conjunction of the Bones.

Diascordium, est Medicamentum aliquod compositum, Electuarii consistentia, usitatissimum, à Fracastorio autore inventum, Antidoton famosum.

Diaspasis, vocatur partium mollium a vicinis & continuis separatio, qualis per cucurbitas effici potest.

Diastole, est, Arteriarum, Auricularum & ventriculorum Cordis per impressum sanguinem dilatatio, quæ actio est opposita Systoli, qua sanguis, per diastolen acceptus, comprimitur, & expellitur; ex διὰ per, & στέλλω mitto. B. Opening des herts. G. Oeffnung oder klöffung des hertz. Gall. *Diastole ou dilatation du cœur*. A. The dilatation of the heart.

Diateretica, est pars Hygieinæ, qua sanitas firma conservatur, quæ pro ætate & constitutione hominis varia est, ex δίαιτα victus ratio, & τηρέω servo. Vide *Diæta*.

Diatessarum, est Medicamentum ex quatuor ingredien-

dientibus compositum, ex Aristolochia nempe, Gentiana, Baccis Lauri & Myrrha, quæ Melle excipiuntur, ex διὰ, ex & τέσσαρα quatuor. B. Conneltens Triakel / en Paarde Triakel / viertoon / vierling. G. Artzeney auß vier dingen. Sed nomen nimis vile, pro tam egregio Medicamento.

DIATHESIS, est dispositio corporis sani vel morbosi, qua ad actiones peragendas benè vel malè sumus dispositi, à διατίθημι dispono.

DIAZOMA, idem quod *Diaphragma* seu *Septum Transversum*, ex διὰ & ζῶμα cingulum.

DICHALCUM, est pondus duorum æreolorum; continens tertiam oboli partem: Obolus enim habet æreola sex.

DICHOPHYIA, est capillorum vitium, quando extrema eorum bifariam plerumque in partes finduntur, ex δίχα dupliciter, & φύω cresco. B. Splytinge des hairs. G. Spaltung der Haare.

DICROTUS, est pulsus digitos arteriam comprimentes bis feriens, sed ita ut secunda pulsatio languidior & minor sit quam prima; hinc indicat constrictiones cordis interruptas & repetitas, sive hoc fiat a sanguinis circulatione plus minusve impedita, sive a vacillantibus cordis & arteriarum viribus. ex δὶς bis, & κρούω pulso. B. Dubbelt slaande pols. G. Puls / der zweymal schlaget.

DICTAMNUM, DICTAMNUS, duplex hodie in officinis habetur; *albus*, de quo videatur *Fraxinella*, & *Creticus*, qui species est Origani; planta est pulchra & visui grata, caules habet duos circiter pedes altos, villosos, purpureos, ramosos, aut in alas divisos; folia obrotunda, & parum acuta, lanuginosa, odorata, saporis acris: flores cum verticillis in longas & laxas spicas congeruntur, coloris purpurei, in singulo flore galea est erecta, bifida, subrotunda, barba tripartita: semina quatuor subrotunda, in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit, inclusa; radix parva, numerosa: crescit hæc planta in Candia, in monte Ida, unde ad nos sicca defertur; nomen accepit ἀπὸ τοῦ τίκτειν à pariendo, quod parientibus opituletur, opemque promittat hæc planta. B. Dictamnus. G. Cretischer diptam. Gall. *Dictame de Candie ou de Crete*. A. Dittany of Candy.

DICTAMNUS ALBUS, vide *Fraxinella*.

DIDYMI, sunt gemelli, unico partu editi. Item Testiculi, à δύω duo.

DIES CRITICI, vide *Critici dies*.

DIGASTRICUS ſive GRAPHOIDES, eſt muſculus biventer, qui à proceſſu mammiformi ortum adipiſcitur, deſcendens tendinem facit, quo per muſculum ſtylohyoïdeum, & ligamentum annulare hyoidis tranſit, inde rurſus carnoſus fit, & ab ipſo oſſe hyoide fibris quibusdam inſtructus, directione per trochleam quaſi mutata adſcendit, & in parte menti interiori mediâque interius deſinit; & maxillam inferiorem deorſum trahit, ex δὶς bis, & γαςὴρ venter. B. Twee-buikige ſpier. G. Der Zweybauchige mauß. Gall. *Muſcle Digaſtrique.* A. The two bellied muſcul.

DIGERENTIA, vocantur medicamenta, quæ vulneri, aut ulceri applicata, illa in hanc conditionem diſponunt, ut bonum in iis naſcatur pus, quod fit liquida allata conſervando ab acredine, & vaſcula excreſcentia ita moderando, ut nec luxurient, nec exedantur nimis, vel arida fiant. *Digeſtiva* quoque vocantur. B. Ettermakende dingen. G. Eyter machend mittel. Gall. *Digeſtifs.* A. Digeſtive.

DIGESTIO, in penitiſſimo alimentorum nexu reſolvendo verſatur, nihilque eſt aliud, quam blanda compoſiti in elementa ſimplicia, e quibus coaluit, per actionem ventriculi diſſolutio, aut totius in minutas partes attenuatio. B. Verteering. G. Die Dauung. In Pharmacia eſt, cum Tincturæ, Infuſiones, &c. blando ignis calore foventur, ut res crudæ in iis latitantes diſſolvantur, craſſæ incidantur, viresque affuſo liquido communicent, inutiles vero in fundo deſidant; atque hæc peragitur arenâ calefactâ, fimo equino, athanore &c. B. Digerering / uithaling door warmte. G. Digerirung. Gall. & A. *Digeſtion.* Chirurgis vero diſpoſitionem tumoris ad bonam ſuppurationem ſignificat.

DIGESTIVA, vide *Digerentia.*

DIGITALIS, eſt planta, quæ habet caulem, duos vel tres pedes altum, craſſum inſtar pollicis, anguloſum, villoſum, rubicundum, excavatum: folia fere Verbaſco ſimilia, oblonga, acuta, in margine inciſa, villoſa, ſuperne atro-virentia, inferne incana: flores monopetali tam ſingularis ſtructuræ, ut perfecte referant digitabula; parte anteriori, in bina labia ſunt diſciſſi, coloris purpurei, juxta caulium longitudinem plerumque naſcentes, pedunculis brevibus villoſis caulibus adhærentes; his floribus deciſis ſequitur fructus oblongus, villoſus, in duas cavernulas diviſus,

visus, semina exigua continens: radix est fibrosa, amara: hæc planta crescit in locis arenosis siccis, præsertim in montibus. quæ à similitudine florum, qui digitale pulchre referunt ac exprimunt, nomen habet. B. **Vingerhoeds-kruid.** G. **Finger-hut/ Finger-kraut.** Gall. *Digitale*, *Gants nostre dame.* A. Fox glove.

Digitus, sive δάκτυλος. Singulis manibus, singulisque pedibus tribuuntur quinque, quorum ordines, veluti in aciem dispositi, *Phalanges* vocantur. In Manu habemus *Pollicem*, *Indicem*, *Medium*, *Annularem*, & *Auricularem*, qui longiores requirebantur quam in pedibus, ut mobiliores forent, & corpora satis magna iisdem obvolvi & comprehendi possent. In pedibus propriis nominibus non gaudent. Est item quædam mensuræ species, quibus rerum intervalla metiuntur. B. **De duim / de wys-vinger / middel-vinger / ring-vinger / pink.** G. **Der daum / der zeiger / der mittel-finger / der gold-finger / der klein finger.** Gall. *Le pouce*, *le doigt indice*, *le milieu*, *l'annulaire*, *le petit doigt.* A. Thumbe, Fore finger, middle finger, ring-finger, little finger, *in Pede.* B. **Toonen.** G. **Zehen.** Gall. *Orteils.*

Diglosson, seu Hypoglotton, vocatur etiam *Laurus Alexandrina*, Latinis *Bislingua*, quod supra folium, aliud foliolum linguæ simile, gerat, ex δὶς duplex, & γλῶσσα lingua. B. **Tonge bladt / Tapkenskruidt.** G. **Zungenblat.**

Dilatatio, est, cum meatus vel receptacula plus debito distenduntur, ut in Varice, Aneurismate &c. Gr. εὐρυσμὸς, ab εὐρύνω dilato, amplio. Item, significat diastolen cordis. B. **Een verwyderinge.** G. **Außbreitung/ Außstreckung.** Gall. & A. *Dilatation.*

Dilatatorium, est instrumentum Chirurgicum, quo uterus, vel os ejus dilatatur & aperitur; vocatur etiam *Speculum*, & *Dioptra*, quia per id in os, vel uterum introspicimus. B. **Een verwyderendt instrument.** G. **Ein Außbreitend instrument.** Gall. *Dilatatoire.* A. An Instrument to stretch out, or open any place.

Diluentia, sunt quæ permista alicui fluido, ejus partes magis fluidas, vel partes antea non fluidas, jam fluidas reddunt, ea lege ne immutent partes ipsas. B. **Verdunnende middelen.** G. **Verdunnende Artzneyen.** Gall. *Dilayans.*

Dilutum, dicitur quod est aqua mixtum: unde vinum aqua

aquâ mixtum dicitur *Dilutum*. *Dilutum* verò ſubſtantivum factum, eſt id liquidum, in quo aliquid certo tempore maceratum & infuſum fuit: ut ſi in vas vini appoſitum abſinthium fuerit, deinde poſt interjectum tempus abſtractum, id vinum abſinthii *Dilutum* vocatur, idem quod *Infuſio*.

Dinica, ſunt Medicamenta contra vertiginem, à δινέω circumago.

Dinus, idem quod Vertigo, à δινέω circumago. Hæc vox, teſte *Erotiano*, proprie ſaltationis genus ſignificat, quum ſaltaturus uno tantum pede terræ inſiſtit, & in gyrum ſe vertit; qui luſus ſi ab inexercitato peragebatur, mox pœnam vertigine luebat.

Diobolon ſive Gramma, eſt obulorum duorum pondus, ſive ſcrupuli unius, ex δὶς & ὄβολος.

Dionycia, vide *Hedera*.

Dioptra, eſt ſpeculum matricis, ſive dilatatorium, quo uterus, in fœtus mortui extractione ejusque ulcerationum inſpectione, dilatando ampliatur, à διόπτομαι perſpicio. B. Een Moeder-verwonderend inſtrument / een Moeder-ſpiegel. G. Ein Mutter-ſpiegel. Gall. *Dilatatoire de la matrice, ou ſpeculum matricis*. A. An Inſtrument to open the womb.

Diorthosis, eſt operatio Chirurgica, qua membra aut corpora curva in debitum ſtatum reſtituuntur, à διορθόω corrigo, emendo.

Diota, eſt vas circulatorium, à duabus auribus, utrumque brachium lateribus applicatum amplexantibus, dictum. Hujus inferior pars eſt in modum cucurbitæ, cui impoſitus eſt alembicus, in ſummo canalem, qui liquori infundendo inſerviet, habens, in loco autem conveniente duobus roſtris incurvatis & in cucurbitam à capitello humorem condenſatum devehentibus præditum, ex δὶς duo & οὖς auris. B. Een vat met twee ooren / een dubbelt vat. G. Ein zweyhencklich faß / oder Faß mit zweyen Handhaben. Gall. *Vaiſſeaux à deux anſes*. A. A Veſſel with two Handles. Item eſt vaſculum vel poculum, ex ligno odoro confectum & reſina incruſtatum. B. Een riekende beker. G. Ein wolriechendes becherlein. Gall. *Coupe odorante*. A. A Sweet ſmelling cup.

Dipcadi, eſt ſpecies Hyacinthii botryoidis; eſt vox barbarica, dicitur & *Tipcadi*.

DIPHRYGES, est genus recrementi metallici, quod subsidet, dum æs in fornace fusum aqua frigida perfunditur.

DIPLASIASMUS, est morborum reduplicatio: Item duo musculi brachii circumductioni inservientes, à διπλόω duplico, vel διπλάσιος duplo major.

DIPLOE, est vas duplex, quod Chymicis usu venit, uti quando vas continens alii vasi arena, cineribus aut aqua repleto imponitur. B. Dubbelt vat / een bad. G. Ein Zweyfach fass. Gall. *Vaisseau double*. A. A Double vessel: à διπλόω duplico.

DIPLOE, seu DIPLOIS, est Cranii duplex tabulatum, paries, squama, seu lamina. Dicitur & tabula, quarum inferior vitrea, ob teneritudinem appellatur. sive potius est substantia cellulosa, inter utrasque lamellas, quibus constat cranium, interjecta, in qua continetur substantia medullosa cranii. B. Hersen-tafels / Tafel-scheidsels / het mergachtig deel tusschen beide de tafels van het bekkeneel. G. Die fugen der hirn schalen. Gall. *Le Diploë*.

DIPLOMA, idem quod *Diploë*. Sumitur aliquando pro linteo complicato, πτύγμα *Æginetæ*, πτύγμα ῥάκη, δίπλωμα *Hesychio*, Plagella *Celso*, *Aurel*. B. Compres / gevouwen band / een opgerolde band. G. Ein Truckruch / ein auffgerollte band / ein distillier zeug. Gall. *Compresse*. A. Complicated linnen. Vulgo etiam ita vocatur scriptum, quod gradum doctoratus, & Praxeos exercendæ auctoritatem, Medico præbet.

DIPSACUS, Est planta, quæ habet caulem quatuor vel quinque pedes altum, pollicis crassitie, erectum, firmum, ramosum, striatum, spinis quibusdam parvis cinctum: folia sunt longa, lata, bina opposita, juxta longitudinem caulis & ramorum in dorso & latere hirsuta, positu suo pelvis vel lavacri speciem constituunt, ubi humor semper continetur: flos est flosculosus, flosculis scilicet in capitulum quoddam collectis favis æmulum; capitulum autem componitur ex plurimis foliis imbricatis, squammarum instar positis, & axi medio affixis, e quorum alis surgunt flosculi multifidi, Embryonis parti supremæ insidentes, & abeuntes deinde in semen plerumque striatum quadrangulare, oblongum: radix lævis, candida, impense amara est. Est Carduus fullonum: ejus folia ita constituta sunt, ut circa truncum alterum excipiat alterum, ita ut catini instar

aquam

aquam semper servent, acsi truncus sitiret, vel nomen à contrario invenit, quoniam concavo alarum sinu, rorem vel imbrem recipiat, quo velut ad abigendas sitis injurias abutitur, hinc à διψῶ sitio. Latinis *Labrum Veneris*, nempe a catinato foliorum habitu hoc nomen contraxit, quæ se anfractuosa sinuantia ambage, pelvis vel lavacri speciem constituunt, & intra se humorem nunquam non retinent. *Virga Pastoris* haud dubiè dicta est, ob longas virgas, quibus Cardui ad poliendos pannos utiles insident, quas pastores fortè sumunt, & ea parte qua possit manu capi aculeis nudant, reliqua autem aculeata parte gregem ducunt. *Carduus* vero *Fullonius* cœpit appellari, quod ea rudes pannos, velut echino quodam expoliunt, detractisque floccis concinnant. B. **Kaarden / Volders-kaarden.** G. **Karten-distel / Weber-karten.** Gall. *Chardon de Foulon*, *chardon à Bonnetier*, *chardon à carder*, *Verge à Berger*. A. Teasel.

Dipsacus, idem quod *Diabetes*.

Diptamnum, idem quod *Dictamnum*.

Discretorium, est idem quod *Diaphragma*. Sic dictum, quia Thoracem & ventrem, casu tamen, discernit.

Discrimen, fasciarum species est, quæ in frontis phlebotomia & temporum, adhibetur.

Discus, est media plana pars quorundam florum, quorum figura *Discum* Antiquorum, qui erat rotunda projectilis lamina, (**een Worp-schyf**) refert, unde tales flores *Discoides* vocantur. Talis est *Corona solis* &c.

Discutientia, sunt medicamenta, quæ liquidum in vasis, vel extra ea, sive stagnans, sive coagulatum subtilitate sua dissolvunt, dissipantque sine solutione sensibili continui in externis. Talia sunt frictiones, fomenta, & topica aromatica vel salina, quæ in tumoribus incipientibus inprimis conveniunt. B. **Verdryvende middelen.** G. **Vertreibende artzneyen** Gall. *Discussifs*. A. Discussing medecines.

Dislocatio, idem quod *Luxatio*.

Dispensatio, Pharmacopæis dicitur, quando simplicia alicujus compositionis ordine dispensantur, ne quid ingredientium oblivisci possit.

Dispensatorium, dicitur *Liber Pharmaceuticus*, continens omnia Medicamenta tam simplicia quam composita, secundum mentem Doctorum, qui in hac vel illa urbe

urbe praxin exercent, uti est Amstelodamense, Londinense, Bruxellense &c. Dicitur quoque *Pharmacopæa*. Ex hisce Medicamentis secundum normam, & dosin officina Pharmaceutica instruitur. B. **Een Apotekers Winkel-boek.** G. **Apotecker-Buch / Apotecker Taxe.** Gall. *Dispensatoire*. A. A. Dispensatory.

DISPOSITIO, est habitus, quo ad actiones peragendas, bene, vel malè sumus dispositi. Vide *Diathesis*.

DISSECTIO, idem est quam *Anatome*.

DISSEPTUM, idem quod *Diaphragma*.

DISSIMILARES, partes sunt, quæ in varias partes sibi dissimiles dividi possunt; ut manus, vena, musculus, quibus opponuntur similares. B. **Deelen / die malkander niet gelyk zyn.** G. **Ungleiche Theilen.** Gall. *Parties dissimilaires*. A. Dissimular parts.

DISSOLVENTIA, idem quod *Discutientia*.

DISSOLUTIO, est, quando metalla, lapides, sal'a, resinæ, aut aliud quid in spiritu vini aliove liquore dissolvuntur. Vel quando corpora arte Chymica in sua elementa rediguntur. B. **Een ontdoeninge / dissolutie / ontbinding.** G. **Auflösung.** Gall. & A. *Dissolution*.

DISTENSIO, est, quando partes ab alio inflantur, dilatantur, & relaxantur, ut ex effervescentiis, vel contractionibus in intestinis concitatis, oriuntur flatus & non raro pressiones doloresque. B. **Een uitrekkinge.** G. **Ausstreckung.** Gall. *Distension*. A. Distension.

DISTICHIA, & DISTICHIASIS, vel DISTRICHIASIS, est duplex pilorum in palpebris ordo. Item continuus Lachrymarum defluxus, à pilorum in palpebris, ordinariis pilis subnascentibus, & versus oculum conversis, punctione, ex δὶς malè, & στίχω incedo, vel ex δὶς & θρὶξ pilus. B. **Dubbele hairkens der Oogschelen.** G. **Die Haar an beide Augglidern.**

DISTICHUM, vocatur Hordeum minus seu æstivum: sic dictum, quod spica tantum duos granorum ordines habeat.

DISTORSIO, est, cum partes situ aut figura peccant. B. **Verdraajinge / verwringing.** G. **Verdrehung.**

DISTRACTIO, vocatur, quando fibra vel membrana ultra suum naturalem tonum extenditur.

DISTRIBUTIO, intelligi potest de quocunque humore singulari per corpus distributo; ut cum chylus ex ventriculo

& intestinis papillas intestinales (à Willisio *tunica glandulosa* dicta est) subeat, & per venas lacteas, ductumque chyliferum, in venam subclaviam exantlatur, ut una cum sanguine circuletur & purpureo colore induatur. Vel quando sanguis ex corde, & succus cerebralis ex nervis per totum corpus distribuatur, & talis distributio vocatur ἀνάδοσις. Verum de excrementis, dicitur διαχώρησις. B. Distributie / verdeelinge. G. Austheilung. Gall. *Distribution*, *Division*, *Partage*. A. Distribution.

Divinum, in Medicina sæpe notat aliquid ita occultum, ut causam ejus nulla fere ratione assequi possimus: vel est pomposum epitheton quorundam medicamentorum, quibus vis quædam egregia adscribitur.

Diuresis, est urinæ per renes secretio, quæ hoc modo peragitur: adjacent arteriis renalibus exiguæ glandulæ, vel laterales arteriolæ cincinnatæ, quibus serum à sanguine secernitur, & per canaliculos exiguos, (ex quibus renum substantia maximâ ex parte constat) ad carunculas papillares, & deinde ad pelvim, ureteres, vesicamque foras deducitur, ex διὰ per, ῥέω fluo. B. Pis-scheiding. G. Harnen / absonderung des Urins. Gall. *Secretion d'Urine*. A. Secretion of the Urine.

Diuretica, seu Uretica, urinalia Medicamenta *Aurel.* sunt Medicamenta, quæ sanguinem incidendo & dissolvendo, serum per renes ad vesicam copiosius determinant, vel smegma, quod vias urinarias lubricat, abradendo, ad perpetuam excretionem stimulant. ex διὰ per, οὖρον urina, & ῥέω fluo. B. Pisdryvende middelen. G. Harn oder wasser treibende artzneyen. Gall. *Diuretiques*. A. Medecines Causing Urine, or pissdrivers.

Divulsio, idem est quam *Convulsio*. Dicitur etiam de Urinis, quarum hypostasis non æquabilis, sed hinc inde quasi nebulosa est.

Dodecadactylum, sive Duodenum, est intestinorum tenuium primum, à ventriculi pyloro incipiens, & primo perpendiculariter, deinde horizontaliter, a dextra abdominis parte versus renem sinistrum, excurrit: recipit, ad trium vel quatuor digitorum distantiam a pyloro, oscula ductus cholidochi & pancreatici, pro bilis & succi pancreatici susceptione, quæ in medio monticuli cujusdam sita instar umbilici apparent: tunicarum ejus crassities major, quam reliquorum tenuium; sed cavitas fere minor; glan-

glandulas Brunneri copiosissimas habet: terminatur ubi Jejunum incipit, ex δώδεκα duodecim, & δάκτυλος digitus; Græcis dicitur ἔκφυσις δωδεκαδάκτυλος, id est processus habens longitudinem duodecim digitorum; quod tamen in nostris hominibus nunquam observatur; fortè Veteres ex brutorum inspectione hallucinabantur, fortè erunt digiti tantum transversi. B. De twaalf vingerige darm. G. Der zwölff fingers darm. Gall. *Duodenum*. A. The gut duodenum.

Dodecapharmacum, est compositio constans ex duodecim simplicibus, ut unguentum Apostolorum. Ex δώδεκα, duodecim, & φάρμακον Medicamentum.

Dodrans, est pondus unciarum novem. Item mensura novem digitorum, alias palmus major Latinis, & Gr. σπιθαμή dicitur. Dodrantalis itaque cauliculus vocatur, qui longitudine novenos æquat digitos.

Dogmatica Medicina, seu Rationalis, quæ ex observatis & analogia raciocinatur: hujus author fuit *Hippocrates*, & post eum *Galenus*, qui experientiæ rationem addidere, ita à δοκέω, censeo. B. Een regelmatige Medecyne. G. Eine regelmäßige und verständige Artzney. Gall. & A. *Medicine Dogmatique*.

Dogmatici, sunt, qui experientiæ rationes inquisiverunt, omniaque, quæ ad artem Medicam spectant, in certas regulas artificiose digerere conati sunt. B. Rechtmatige Medicyns. G. Gründlich gelehrter Artzen.

Dolichos, est Smilax hortensis, seu Phaseolus, est inter leguminum species, nomen accepit à longitudine siliquarum aut fructuum, δόλιχος enim est longus.

Dolium, idem quod Lolium, mutato L. in D

Dolor, Gr. Ἄλγημα, Ὀδύνη, Πόνος. Quid sit, dici non debet, cum nemo sit, cui id persuadeas, nisi aut dolet, aut doluerit aliquando, quod animadverti debet adversus eos, qui putant, se bene definivisse, cum dolorem dixerint esse vel continui solutionem, vel periculum ruptionis fibrarum, vel denique summam distensionem, à qua ruptionis periculum abesse nequit, sed in iis non consistit dolor. Verum dolor est ingrata perceptio in mente orta, quoties corpus noxa vel molestia quadam affici intelligimus, quod Nervus, ex Cerebro originem habens, tunc tam valide per has causas distendatur, ut periculum ruptionis incurrat: hinc eo mitior est, quo fibra nervosa naturali

 ten-

tensioni propior, eo acrior, quo rupturæ propior. Si autem rumpitur, non amplius ille dolet, sed rami nervosi laterales jam magis quam ante distracti, eum sensum excitant. Pro varietate etiam variant nomina, ut *Algens*, si frigus adsit. *Gravativus*, si caput vel alia pars gravatur, & pars affecta non valde sensilis est, quod in parenchymate plerorumque viscerum obtinet. *Pungens*, quando gladii instar pungit. *Osteocopus*, quando dolor circa ossa est. *Stupidus*, si vix sentiatur, aut saltem ferri possit. *Tensivus*, quando sensus quidam distractionis cum rigiditate & duritie partis adsit. Sic à parte affecta, etiam varia sortitur nomina. In capite *Cephalalgia*, *Cephalæa*, *Hemicrania*, *Crapula*, *&c.* Circa articulos, *Arthritis* dicitur. In renibus *Nephritis*, in alvo *Colicus* &c. B. Pyn, wee. G. Der Schmertz Gall. *Douleur*. A. A Pain.

Donax, idem quod *Calamus*.

Doria Herba, est species Solidaginis Saracenicæ. Nomen accepit ab *Andrea Doria*, Genuensi Duce, qui eam ex Africa attulit. Quidam Doriam à luteo aureoque colore nomen accepisse dicunt: Aurum enim Gallis *Or* appellatur. B. Guldenkruid. G. Gulden Wundkraut. Gall. *Verge dorée*. A. Doria.

Doronicum, est planta officinalis, quæ Arabibus magno in usu fuit; sed an nos illud cognoscamus, merito dubitatur. Hodiernum habet folia ampla, subrotunda, viridia, lanuginosa, Cucumeris satis similia, sed magis exigua, & molliora: caulis pedem circiter altus est, parum lanuginosus, rotundus, striatus, in summitate in plures ramusculos divisus, floriferos; flos est radiatus Aftere major, flavus: hujusque discus ex flosculis, corona ex semiflosculis componitur; semen est papposum, minimum, nigricans; calidum est, ac sudoriferum insigne: radix composita ex radiculis oblongis, rotundis, tuberosis, nodosis, digiti minoris crassitie, ex viridi pallescentibus, plures ex uno capite tenuibus quasi filis dependent, saporis subacris, subdulcis, ad Glycyrrhizam accedentis, odoris nullius, saporis minus aromatici, quam Glycyrrhiza. Hæc quibusdam suspecta est & venenata habetur, quia quibusdam animalibus exitiosa deprehensa fuit, unde non Doronicum, sed Dæmoniacum appellat Marantha, & forte quia gustata in faucibus relinquit aliquam acrimoniam, & infesta dulcedine os replet; qui venenatam dixerunt, crediderunt esse

Aconitum Theophrasti a δορὸς & νίκη: sed illam venenatam esse adhuc minime constat. Avicennæ *Durinigi* & *Doronigi*, atque hinc devolvitur *Doronicum*. B. Reebokkruidt. G. Gämsenwurtz / Schwindel-kraut. Gall. *Doronic*. A. Leopards-bane.

Dorsum, seu Tergum, pars thoracis posterior dicitur. Gr. νῶτον. *Dorsum manus* vel *Pedis*, est exterior eorum facies. Ita gibba nasi, scapulæ & ilii ossis pars etiam dorsum appellatur. B. De rug. G. Der Rucken. Gall. *Le Dos, l'Eschine*. A. The Backe.

Dosis, est Medicamenti determinata portio, sive quantum unica vice exhibetur, vel propinatur; Hæc autem absolute vix determinari potest, sed ratione ætatum & temperamentorum maxime differt, hinc dividitur in *summam*, quam nemo bonus facile transcendit; *mediam*, quæ ut plurimum tutissima est, & *minimam*, à δίδωμι do. B. Artzeny maat of Gifte. G. Gewisse Maß einer Artzney Gall. *Dose*, *Prise*. A. A Dose.

Dothien, idem quod *Furunculus*.

Draba, vide *Arabis*.

Drachma, est & pondus & mensura. *Ægyptiaca* fuit olim & *Attica*. Illa pendebat obolum, hæc vero scrupulos tres, vel obolos sex, ut & hodie in officinis. Octo constituunt unciam. Signatur signo ʒ. olim ὁλκὴ dicta fuit. Et signabatur cum Α quod ab inferiore parte • habebat; quandoque manipulum significat, à δράττομαι prehendo, manu corripio. B. Een dragme / een vierendeel loots. G. Ein drachme / der viertertheil eines lots / ein quintlein. Gall. *Drachme*. A. A Dram.

Draco Arbor, & Draconis Sanguis, est arbor exotica, cujus lachrymæ rubicundum & sanguineum fundunt succum resinosum, unde ei nomen impositum *sanguis*: additur *Draconis*, quoniam profluit ex arbore *Dracone* dicta, ex cujus cortice vel disciffo, vel sponte destillat. Resina illa obscure rubrum colorem habet, igni admota facile liquescit, & in eum conjecta flammam concipit; si teratur, color magis ad sanguineum vergit; saporem habet adstringentem, hinc ad hæmorrhagias quascunque laudatur, & pulveres dentifricios pro firmandis dentibus frequenter ingreditur. B. Draken-bloed. G. Drachenblut Gall. *Sang de Dragon*. A. Dragons-blood.

Draco Herba, vel Dracunculus esculentus,

Est planta, quæ habet caules plures, tres pedes altos, tenues, duros, parum angulosos, folia plurima gerentes longa & angusta instar Lini, odorata, coloris viridis, obscuri, splendentia, saporis acris, aromatici, cum dulcedine quadam grata Anisum referente: flores in summitate caulis crescunt instar Abrotani, sed minimi, his succedunt fructus parvi, rotundi, & squammosi, qui singuli continent semen: radix longa, ramosa: est herba non insuavis odoris ac saporis: ejus nomen videtur fuisse *Taracon*, *Tarchon*, *Tragum*, *Tragium* &c. hinc mutato T in D, oritur *Draco*, & B. **Dragon**. G. **Dragon**. Gall. *Estragon*, *Dragon*. A. Taragon.

Draconis Sanguis, est *Lapathum Rubrum*, cujus folia costas habent obscurè rubicundas, seu sanguineas. B. **Draken-bloed**. G. **Drachen-blut**. Gall. *Sang-Dragon*. A. Dragons-blood.

Draconthæma, idem quod *Sanguis draconis*. Ex δράκων draco & αἷμα sanguis.

Dracontia, Est planta, quæ habet unicum caulem tres pedes circiter altum, pollicis crassitie, erectum, corticee tectum cutim serpentis referente: folia profunde incisa in magnas, varias, & profundas lacinias, angusta, polita, carnosa, splendentia, caulibus longis & fungosis adhærentia, cætera ut in Aro: radix est crassa, fere rotunda, carnosa, externe coloris flavescentis, interne albescentis, saporis dulcis: crescit hæc planta in locis umbrosis, præsertim in regionibus calidis. *Dracontium*, *Dracunculus*, *Serpentaria*. Nomen à figurâ sumpsit: caulis enim glaber purpureisque respersus lituris, versicolori facie, corpus anguinum repræsentat, & æquat longitudine. Vertex quoque sinuoso oris hiatu, linguam exerens cruentam, caput exprimit. Atque hinc est, quod Veteribus etiam Romanis *Colubrina* ac *Serpentaria* nuncupata sit: vel sic dicta, quod è terra ad primas serpentium vernationes exeat, rursusque cum iisdem se in terram recondat, nec omnino occultata ea appareat serpens: dicitur & Polyphyllus. B. **Speer-wortel**/ **Speer-kruid**. G. **Schlangen-kraut**/ **drachen-wurtz**. Gall. *Serpentaire*. A. Dragon-wort.

Dracunculus, idem quod *Dracontia*.

Dracunculus, est ulcus, quod nervum ipsum pervadit: Item lumbricus longus, planus, non admodum latus, albus, qui cruribus Indorum frequenter innascitur,

in-

inter membranas musculorum se insinuans. & ab Auctoribus Arabicis *Vena Medinensis* vocatur. Hic vero morbus in Europa fere est incognitus, à δράκων draco. B. Draakgezweer / Draak-worm. G. Drachen geschwür / drachen-wurm. Gall. *Serpentaire*. A. A Dragon ulcer or worm so called.

DRAGETA, idem quod *Tragea*.

DRAGMA, idem quod *Manipulus*.

DRAGMIS, idem quod *Pugillus*.

DRAKENA, vide *Contrajerva*.

DRASTICA, sunt Medicamenta præsentissima & multarum virium; in specie sic vocantur purgantia fortiora, totum corpus conturbantia, & humores fundentia. à δράω facio. B. Van stonden aan helpende middelen / geweldige purgeermiddelen. G. Bewährte Artzney.

DROPACISMUS, est medicamentum externum, partibus rubefaciendis, adeoque motum in iis excitandis, dicatum, quo membra externa omnia extenuata, resoluta, frigida & humida, obl'ni solent. Estque vel simplex vel compositus. *Simplex* ex pice modica oleo liquata, constat. *Compositus* præter picem oleo liquatam, recipit etiam piper, pyrethrum, bitumen, semen rorismarini: & si opus sit siccare, *Sulphur vivum*, *salem*, *cinerem sarmentorum*; sin vellicare *Euphorbium*. Forma varia est, quidam enim emplastri referunt, alii cataplasmatis formam. Lat. *Picatio*, à δρέπω decerpo, colligo. B. Een pik-pleister / zalf om het hair uit te trekken. G. Ein Pech-pflaster. Gall. *Dropacisme*.

DROPAX, idem quod *Dropacismus*.

DROSOMELI, vide *Manna*.

DRUS, seu Δρῦς, quercus, à δέρω excortico, ejus enim cortex βυρσοδέψαις usui est: vel à δρύω erumpo, pullulo. Veteres omne genus arboris δρυὸς appellatione intellexerunt: posterioribus δρῦς omnem arborem glandiferam tantum significat, & præsertim *Quercum*. Etymologia fit quoque à δράω seu δρῶ, arboribus & herbis vireo.

DRYOPTERIS, est Filicis species, & propriè Polypodium quercinum, ex δρῦς quercus, & πτέρυξ ala, quod folia alarum in modum se expandant.

DRYPETES, *Oliva*, sic vocatur, quod fructus ex arbore cadant, ex δρῦς arbor, ut apud Veteres, & πίπτω cado.

Drypis, est planta spinosa, ἀπὸ τοῦ δρύπτειν à lancinando, pungendo, vellicando.

Ductus, in genere vocatur tubus, qui transitum humori cuicunque præbet.

Ductus Adiposi, vide *Sacculi Adiposi.*

Ductus Aquosi, vide *Venæ Lymphaticæ.*

Ductus Bilarius, vide *Porus Bilarius.*

Ductus Chyliferus, est canalis, qui a superiori Receptaculi parte oritur, sive est tantummodo Receptaculum in arctiorem canalem protractum, simili, tenui, membranosa, satis tamen firma, tunica formatum, valvulis instructum: idcirco ubi chylo repletus, candidus apparet, ubi vero inanis, collabitur, ægre, nec nisi ab exercitato reperitur; ab hac origine (sæpe duplici, mox coeunte) flexuoso quodammodo (quandoque insulam formans) mox recto itinere adscendit, in media corporum vertebrarum thoracis sede, medio inter venam sine pari a dextris & aortam descendentem a sinistris loco; ita tamen ut aorta ipsi maximam partem incumbat: & hic est locus ille, ubi certissime in quocumque cadavere reperiri potest ille ductus; nam licet inanis & collapsus sit omnino, levi ibidem loci, inter azygam & aortam vulnusculo pleuræ inflicto, atque illa paululum distracta, certo reperitur: pergit dein a descripto loco, semper incumbens vertebris, sub Oesophago, subter arcum venæ azygæ; (quæ arcum venosum in dextro latere, uti arteriosum aorta in sinistro format,) inde supra corpora vertebrarum sinistrorsum inclinat; pergit subter soporalem arteriam sinistram, usque ad medium ultimæ cervicis vertebræ, toto hoc decursu, sæpe insulas majores, minores, vario loco efformans; decurrit in cellulosa quadam substantia, sæpe ut alibi in corpore, pinguedine infarcta, sub pleura membrana, adeoque extra thoracis cavum, æque ac vasa spermatica, ureteres &c. hac ratione extra cavitatem abdominis, sub peritonæo decurrere dicuntur: postquam ad mediam ultimæ cervicis vertebræ sedem sinistrorsum inclinando adscendit, ibi arcus forma incurvatus, sinistrorsum deorsum tendit, pone venam jugularem internam sinistram, & terminatur ut plurimum in venam subclaviam sinistram, a parte postica, sub valvulis venæ jugularis internæ: præter valvulas semiutriculares, & geminatas, quæ in toto hoc ductu reperiuntur, quæque parte sua convexa receptaculum chyli, parte concava venam subcla-

claviam respiciunt, datur & altera semilunaris, aperturæ ductus thoracici in venam subclaviam apposita, ita ut cornua ejus venam subclaviam respiciant, admittens liquidum ex ductu in venam subclaviam, sed regressum ipsi negans. Usus est Chylum & Lympham versus cor, ex intestinis, & partibus inferioribus vehere & adducere: hinc non incongrue dici potest, vena cava chyli & lymphæ. Vocatur etiam *Pecquetianus* a *Pecqueto*, qui primus eum descripsit, quanquam ejus etiam mentionem fecerit *Eustachius* sub titulo *Venæ albæ*. vid. *Sacculus chyliferus*. B. **De gyl-leider / gyl-voeder / dauw-voeder / borst-buis**. G. **Der chylführer / der brust-kanal**. Gall. *Le conduit du Chyle ou Thoracique*. A. The Thoracik duct.

Ductus Communis. vid. *Vesica fellis*.

Ductus excretorius, est canalis, liquidum, in certis glandulis, aliisque visceribus secretum, suscipiens, & in destinata loca excernens.

Ductus Hygroblephari, sunt quidam ductus, qui intra palpebras succum exonerant lymphaticum, quo oculi continuo, ne arescant, irrigantur, ex ὑγρὸν, humidum & βλέφαρον, palpebra. B. **Oogleden bevogtigers**. G. **Der Augliederen Wasser Röhre**. Gall. *Les Conduits aqueux*. A. The ducts wherewith the eyes are moistened.

Ductus Hygropthalmici, idem ac *ductus Hygroblephari*, ex ὑγρὸν humidum & ὀφθαλμὸς oculus.

Ductus Lachrymales, sunt, qui omnem lympham, qua oculi irrigantur, suscipiunt, & per narium ossa incedentes in nares sese exonerant. B. **Traanbuizen**. G. **Der trähnen kanal**. Gall. *Trous lachrymaux*, *Conduits lacrymaux*, *Sacs lachrymaux*, *Conduits de Larme*. A. The lachrymal ducts.

Ductus Pancreaticus, est canaliculus albicans, utcunque pellucidus, principiis angustis ex Pancreate ortum ducens, qui per medium fere ejus corpus decurrens, amplitudine paulatim aucta, versus Duodenum exporrectus, juxta, vel non procul à ductu bilario, vel communi cum eo orificio intestino inseritur; succum vehit Lymphaticum, quem in intestinum Duodenum mittit, ad cibum (à fermento acido ventriculi & bilis admixtione) volatilisandum & fermentandum: Doctiss. *de Graaf* succum subacidum ex ipso ductu emulgere novit; alii etiam Medici cordati, inter quos *Phil. Matthæus Junior*, *Dam. Paisenius*, *Dom.*

Michaël Behm &c. de ſucco iſtoc acido non parum ambigunt, & de morbis quibusdam, quos ex effervescentiis acidi ſucci pancreatici cum bile in duodeno derivat *Excell. Dom. Sylvius*, hactenus valde dubitant. *Nos* autem interdum pr. ſanitatem acidum inveniri affirmamus, ſæpe etiam ſalſum, & auſterum; frequentius tamen inſipidum & volatile, vide Anat. noſtram Reform. B. De alvleis-buis / de groote kliers-buis. G. Der Pancreatiſche kanal. Gall. *Conduit Parcreatique, ou Conduit de Virſung.* A. The pancreatick duct.

Ductus Roriferus, ſic à *Nobiliſſ. Bilſio* dictus, idem eſt quod *Ductus Chyliferus.*

Ductus Salivares, ſive ſalivarii, ſunt meatus, qui à glandulis maxillaribus, parotidibus, ſublingualibus, & glandulis parvis, per totam membranam oris, præcipue per labra, palatum, buccas & linguam diſperſis producti, ſuccum ſalivalem effundunt in os, ad cibi ſolidioris dilutionem, miſtionem, ſolutionem, maſticationem, deglutitionem, & nonnullam fermentationem promovendam. B. Speekſel-vaten. G. Geiffer Fäße / Speichel Röhre. Gall. *Conduits ſalivaires.* A. The ſalivall ducts.

Ductus Thoracicus, idem quod *Ductus Chyliferus.*

Ductus Virsungianus, ſic dictus ab inventore *Joan. Georgio Wirſung*, qui eum 1642. in homine detexit. Anno tamen prægreſſo *Mauritius Hofmannus* eum in Gallo Indico inveniſſe dicitur. Idem quod *Ductus Pancreaticus.*

Ductus Umbilicalis, vide *Funiculus Umbilicalis.*

Ductus Urinarius, idem quod *Ureter & Urethra.*

Duella, eſt Veterum pondus, pendens octo ſcrupulos. *Caſtellus* in lexico dicit, quod tertia pars unciæ fuerit. B. Het derde deel van een once. G. Der dritte theil einer Untz.

Dulcamara; ſeu Glycypicris, eſt Solani ſpecies, ſic dicta, quod ſaporem inter dulcem & amarum habeat; flore & fructu quidem refert Solanum, verum ad diſtinctionem aliorum Solanorum, dicitur Solanum ſcandens, & non habet vires narcoticas Solanorum; ſi pars recenter avulſa manducetur, per totum os amaritiem diffundit, & paulo poſt dulcedinem mellitam. B. Alfs-ranken. G. Hunds-

Hunds-kraut / je lenger / je lieber / bitter-süß. Gall. *Dulcamere.* A. Woody Nightshade or bitter-sweet.

Dulcedo Amoris, vide *Clitoris.*

Dulcoratio, idem quod *Edulcoratio.*

Duodenum Intestinum, vide *Dodecadactylum.*

Dupondium, pendet Drachmas quatuor, seu semiunciam. B. Een Lood. G. Ein Lot. Gall. *Demi once.* A. An half ounce.

Dura Mater, vide *Mater dura.*

Dysæsthesia, est difficultas seu vitium sensuum, ex δὺς difficile, & αἰσθάνομαι sentio.

Dyscinesia, est movendi impotentia, sive sit imminuta, sive abolita. B. Onmagt om te bewegen. G. Da man sich nicht bewegen kan. Gall. *Impuissance à se mouvoir.*

Dyscrasia, est inæqualis particularum in sanguine, vel succo nervoso mixtura, à δὺς difficile, & κεράννυμι, misceo, tempero. B. Ongestalte / onmatigheit. G. Veränderte gestalt. Gall. *Dyscrasie.* A. Idem.

Dysecoia, est audiendi difficultas, ex δὺς difficile & ἀκούειν audio. B. Swaarhoorigheid. G. Harthörung / Taubheid. Gall. *Ouie dure.* A. Heavinest of hearing.

Dyselces, (cui opponitur *Euelces*, vide suo loco) est is, qui ulceribus curatu difficillimis laborat, ex δὺς difficile. & ἕλκος ulcus. B. Die quade zweren heeft. G. Der böse Geschwer hat.

Dysenteria, Lat. *Tormina* vel *difficultas intestinorum*, est Diarrhæa cum Tenesmo leviore vel graviore, totiusque ventris torminibus, viscerumque omnium molestissimo quasi descensu, quoties alvus exoneratur, ac sanguinis, etiam puris excretione; hisce accedunt anxietates magnæ, dejectiones frequentes, quæ sæpe habent brevia intervalla, deinde mucus & pelliculæ prodeunt, quando Dysenteria alba dici solet; siti adhuc, febri, inquietudine, viriumque imbecillitate laborant. Oritur ab acri & maligna materia, quæ in gyris & intestinorum rugis retenta, ea rodit & exulcerat, ac proinde ad continuam excretionem irritat; hæcque unum alterumve hominem tantum corripit, & plerumque non valde maligna, & contagii expers est. Sed Dysenteriæ aliquando Epidemicæ sunt, aut cum peste, & in urbibus, vel castris multos uno tempore affligunt. Nonnunquam excreta halitum exspirant, quo adstantes infi-

ficiunt, à δυς difficile, ἔντερον inteſtinum & ῥέω fluo. B. Rooloop / rood melizoen / bloedgang. G. Die rothe Ruhr / der blutgang. Gall. *Dyſenterie*, *Trenchée de ventre*, *Flux de ſang*. A. The Bloody flux or dyſentery. Luſit. *Biche*.

Dysepulotica, ſunt ulcera maligna, curationem reſpuentia, ex δυς difficulter, ἐπὶ ſuper & οὖλος integer. Sed potius ab ὄλλυμι perniciem infero, derivandum cenſent. B. Zweeren / die niet willen toeheelen. G. Geſchwären / die nicht zuheilen. Gall. *Ulceres malins*.

Dysodes, δύσοσμος vel δύσοδμος. Eſt omne illud, quod malè olet, ut excrementa. Ei opponitur *Euodes*, ex δυς difficilè, & ὄζω oleo. B. Stinkende dingen. G. Stinckende ſachen.

Dysorexia, eſt appetitus diminutus, ex mala ſuccorum in ventriculo diſpoſitione, vel deficiente fibrarum nervearum ventriculi vellicatione, ortum habens, ex δυς difficile, & ὀρέγω cupio. B. Trage eet-luſt. G. Wan man kein luſt zum eſſen hat. Gall. *Degout*, *ſans appetit*.

Dyspathia, eſt patiendi difficultas, cui opponitur *Eupathia*, ex δυς difficile, & πάσχω patior. B. Onpatientig. G. Ungedult.

Dyspepsia, eſt difficultas cibos concoquendi, ſeu attenuandi, & ſubigendi per liquida affuſa in ventriculo & inteſtinis, unde non raro hi ſequentes ſuam naturam, quam extra corpus animale induiſſent in ſimili calido humidoque loco, in nidorem, vel aciditatem convertuntur: ei oppoſitum eſt *Eupepſia*, ex δυς & πέπτω coquo. B. Moeijelyke verdouwinge. G. Undäuligkeit des magens. Gall. *Digeſtion difficile*.

Dysphonia, eſt loquendi difficultas, ex mala organorum diſpoſitione, ex δυς difficilè, & φωνέω voco. B. Een belemmering van uitſpraak. G. Schwere zu ſprechen.

Dysphoria, eſt tolerandi vel patiendi difficultas, ex δυς ægrè, & φορέω patior, tolero

Dyspnoea, eſt reſpirandi difficultas tanta, ut æger ad aërem hauriendum & emittendum animali motu uti debeat, quia ſola actio vitalis non ſufficit, comite dolore & fatigatione ab organis Reſpirationis vitiatis, obſeſſis, aut irritatis orta. Habetque duos gradus, nempe Aſthma & Orthopnæam, de quibus ſuo loco, ex δυς difficile & πνέω ſpiro. B. Moeijelyke adem. G. Geſchwerter athem / engbrüſtigkeit /

feit / feichen. Gall. *Respiration embarassée*, *difficulté de respirer*. A. Difficulty of breathing.

DYSTHEREPEUTA, sunt morbi curatu difficiles, ex δὺς pervicaciter, & θεραπεύω curo. B. Ziekten / die zwaar te genezen zyn. G. Kranckheiten / die nicht leichtlich weg gehen. Gall. *Maladies difficiles à guerir*.

DYSTHYMIA, est animi ægritudo, ex δὺς ægrè, & θυμὸς animus. B. Zwaarhertigheid. G. Schwermuthigkeit. Gall. *Melancolie*. A. Heavy-spirited, Heavy-minded.

DYSTOCIA, est partus difficilis, sive præter ordinarium cursum fœtus in lucem editio. Hoc fit, quando non intra breve & consuetum tempus paucarum horarum sponte contingit, & sine auxilio aliorum vix aut prorsus non absolvi potest, si fœtus nempe obliquè, transversim vel pedibus primo egreditur, vel cum viæ ex inflammatione, vel alias angustæ sint, vel cum fœtus magnus, debilis, obesus, vel mortuus sit, ex δὺς difficilè, & τίκτω pario. B. Een moeijelyke baring. G. Schwäre arbeit im geburt / oder gebären. Gall. *Accouchement laborieux*; *Travail difficile*. A. Difficult birth or hard labour.

DYSURIA, est mingendi difficultas, ab organis malè dispositis, ut plurimum ab excoriatione vel exulceratione vesicæ colli vel Urethræ, aut à calculo, arenis vel viscidis humoribus obstructis, plerumque cum ardore urinæ, & dolore, urina tamen guttatim non effluente, quod in Stranguria fit, ex δὺς malè, οὖρον urina, & ῥέω fluo. B. Een moeijelykheid in het water maken. G. Harnstrenge / harnwinde. Gall. *Difficulté d'Urine*. A. Difficultie in pissing.

E.

EBENUM, EBENUS, vel HEBENUS, est arbor durissimi, gravissimi, & nigerrimi ligni. Procul dubio ejus origo debetur voci Arabicæ *Alban*, *Albanos*, *Abenus*: Hinc facilioris elocutionis gratia *Ebenus*. B. Ebben-hout boom. G. Eben-holtz-baum. Gall. *Ebene*. A. Ebony tree.

EBISCUS, idem quod *Hibiscus*, vide *Althæa*.

EBULLITIO, ab ebullire, est liquorum, mediante igne rarefactio, per quam aëris particulæ se ex iis extricant, & impetum sursum faciunt. Vel quando alcalia & acida mutuo commiscentur, ut in effervescentiis. B. Opziedning.

G. Das

G. Das Sieden/ Auffwallen Gall. *Ebullition.* A. A Boiling, bubling.

Ebulus, seu Sambucus humilis, a quo vix differt, nisi quod sit multo humilior. Græcis εὔβουλος, ex εὖ bene, & βουλὴ consilium, quia ægris bene consulat, atque ebullientes fervidosque humores per alvum ducat. Gr. χαμαιάκτη. B. Hadig / wilde vlier. G. Attich/ niderholder. Gall. *Yeble.* A. Dwarf elder.

Ebur, est dens Elephantis valde solidus, durus, politus, continens gelatinam instar Cornu Cervi: ustum dicitur *Spodium*, quod ratione virium cum Cornu Cervi usto convenit. B. Yvoor. G. Helffenbein. Gall. *Yvoire.*

Ecbolica, sunt Medicamenta, quæ fœtum in partu difficili expellunt. Item Medicamenta, quæ abortum concitant, ab ἐκβάλλω dejicio.

Eccathartica, vide *Catharticum*, ab ἐκκαθαίρω expurgo.

Ecchyloma, idem quod *Extractum.*

Ecchymoma, Ecchymosis, est cutis sugillatio, à sanguinis extravasatione ex vasculis minimis cutaneis, cava quædam formantis; sequitur aliquando venæ-sectionem, quando æger citius, quam par est, brachium vehementer movet: ab ἐκχύω effundo, & αἷμα sanguis. B. Blaauwe vlekken. G. Die Streichmasen/ Blauflecken. Gall. *Echymose.* A. Blewnesse in the Skin.

Ecchymosis, idem quod *Ecchymoma.*

Eccope, idem quod *Extirpatio*, ab ἐκκόπτω exscindo. *Eccope*, est quoque ossis incisio perpendicularis absque continui dissolutione, remanente tantum signo. Hippocrates nominat *Hedram*, Latini *Vestigium* vel *sedem.*

Eccoprotica, idem quod *Cathartica*, sed leniora. ab ἐκκοπρόω alvum depono. Vid. Ectoprotica.

Eccrimocritica, sunt judicia de excretis particularibus, ab ἐκκρίνω secerno, & κρίνω judico.

Eccrisis, est excrementorum secretio, ab ἐκκρίνω secerno.

Echidnium, est diminutivum ab *Echium*, vide suo loco.

Echinomelocactos, est Melocarduus, planta Indica, ex ἐχῖνος Echinus, qui Echini animalis in modum spinis undique est obductus, & μῆλον melo, pomum, & κάκτος carduus.

Echi-

ECHINOPODA, quidam Genistam esse putant, ex ἐχῖνος Echinus, ob spinas quas habet, & πῦς pes.

ECHINUS, est quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, sive tegmen, sive caput, sive cacumen fuerit, sic dictus, quod globoso spinarum agmine maris herinaceum mentiatur. Sic vocari possunt castaneæ, capita carduorum &c.

ECHIUM, VIPERINA, seu Ἀλκιβιάδιον, ab *Alcibio* quodam, qui a vipera commorsus usu hujus herbæ interno & externo sanatus fuisse dicitur: est herba, quæ habet caules lanuginosos, virides, & punctis nigris instructos: Folia oblonga, angusta, lanuginosa, aspera, saporis insulsi: flos monopetalus, infundibuliformis, ex angusto in latum instar cornu venatoris expansus, superior pars supra reliquas eminet, formatque quasi galeam. ex calice autem ad basin usque ut plurimum secto surgit pistillum, posticæ floris parti adinstar clavi infixum, & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem semina viperini capitis æmula, quæ in calice ipso longe ampliato maturescunt; unde herba viperina dicitur: vel quod contra ferarum ictus sint utilia semina: vel quod florescit planta capitulis viperæ similibus, ἔχις enim & ἐχίδνα vipera est. B. Slangen-hoofd/ Slangen-kruid. G. Wilde Ochsen zung. Gall. *Herbe aux viperes*, *Buglosse sauvage*. A. Vipers Bugloss.

ECLEGMA, sive LINCTUS, quem *Arabes Loch & Lohoch* sic appellant, aliis *Illinctus*, & ἐκλεικτὸν, est Medicamentum internum, quod consistentia inter syrupum & opiatum medium est, ex syrupis officinalibus, oleis pressis, blandis, & vitellis ovorum compositum, adversus thoracis, asperæ arteriæ, & pulmonum affectus, quod per vices, dosi rarius limitata, linctum, ore detentum, sensim liquescens, deglutitur. ab ἐκλείχω lingo, lambo. B. Een likking / slikking / sik-marsit. G. Eine latwergen/ leckſafft/die man im mund zerlasst. Gall. *Eclegme*. A. Lambitive or Lohock.

ECLIPSIS, est animi defectus: Idem quod *Eclysis*, ab ἐκλείπω deficio.

ECLYSIS, *Animi Defectus*, ab ἐκλύω delinquo. Vide *Deliquium animi*.

ECPHRACTICUM, est Medicamentum incidens & deobstruens. Vide *Attenuantia*, ab ἐκφράσσω deobstruo.

Ecphraxis, est alicujus partis, per Medicamenta incidentia deobstructio, ab ἐκφράσσω deobstruo.

Ecphysesis, est efflatio vel exspiratio confertim facta, ab ἐκφυσάω efflo. A. Vid. Efflatus.

Ecphysis, vide *Apophysis*. Item *Duodenum* significat. Vide *Dodecadactylum*, ab ἐκφύω excresco.

Ecpiesma, est succus expressus. Item fæces, quæ ab expresso remanent. Item Calvariæ fractura, in qua partes cranii fractæ, meninges premunt, ab ἐκπιέζω exprimo.

Ecpiesmus, est quædam expressio, sed maximè oculorum protuberantia extra orbitæ cavitatem, quæ fit ab ictu, casu, vehementi conatu cum spiritus compressione, &c. ab ἐκπιέζω exprimo. B. **Een uitwpking der oogen.** G. **Das heraußschwellen der Augen.**

Ecplexis, est perterrefactio seu stupor, qua quis repentino quodam casu perculsus, attoniti instar, oculis apertis, quietus manet, neque aliquid agit, aut dicit, ab ἐκπλήσσω perterrefacio. Græca vox Latinis vertitur Obstupescentia. B. **Verbaastheid / Verschrikking.** G. **Das Erschrecken / Erstarrung.** Gall. *Epouvante.* A. Sudden fear or astonishment.

Ecpneumatosis, vide *Exspiratio*.

Ecptosis, idem quod *Excidentia* & *Luxatio*, ab ἐκπίπτω excido.

Ecpyctica, sunt Medicamenta condensantia, Idem quod *Incrassantia*, ab ἐκπυκάζω condenso.

Ecpyema, idem quod *Empyema*, ab ἐκπύον ex, & pus.

Ecpyesis, vide *Ecpyema*.

Ecrhythmus, est pulsus, qui nullius ætatis rhythmum seu modulum observat, ab ἐκ ex, & ῥύθμος modulus. B. **Een ongeregelde pols.** G. **Ein unordenlicher puls.** Gall. *Le poulx dereglé.* A. An irregular pulse.

Ecsarcoma, idem quod *Hypersarcosis*, ab ἐκ, ex, & σάρξ caro.

Ecstasis, Hippocrati delirium sive mentis commotionem significat, quæ aliquando est cum silentio, sed nonnunquam cum furore, & tunc vigilias habet conjunctas, & Comati plane est opposita, ab ἐξίστημι, graviter deliro. Sumitur etiam pro tam abstracta unius rei meditatione, acsi mens a corpore separata esset, & cœlestia tantum contemplaretur. B. **Verrukking / buiten zich zelven zyn.** G.

Ent-

Erstaunung / erstarrung. Gall. *Extase*. A. A Ecstasie, a trance, a swounding.

Ectasis, cutis est quædam in longitudinem & latitudinem extensio, ab ἐκτείνω, extendo. B. Uitrekking der huid. G. Aufspannung der haut. Gall. *Extension de la peau*. A. a Stretching of the skin.

Ecthlimma, est ulceratio, à violenta compressione, in cutis superficie oborta, ab ἐκθλίβω exprimo.

Ecthymata, sunt pustulæ, sive cutis quædam efflorescentiæ, ut in Variolis, &c. ab ἐκθυμιάω exhalo, evaporo. B. Puisten. G. Blattern. Gall. *Ampoulles*, *Boutons*. A. Wheale, or push in the Skin.

Ectillotica, sunt Medicamenta, quæ callos & clavos absumunt, crinesque evellunt, ab ἐκτίλλω evello. B. Weer verdryvende middelen / voor Exteroog en nynnagel. G. Artzney um den Liddorn / Agesteraug / und Neidnagel zu vertreiben.

Ectome, idem quod *Exstirpatio*, ab ἐκτέμνω exscindo.

Ectoprotica, sunt Medicamenta purgantia, at quæ tam leniter stomachum & Intestina modo stimulant, ut hæc intus contenta tantum reddant, id est, stercus naturale expellant. B. Zagte purgeer-middelen. G. Gelinde purgier artzney.

Ectropium, est vitium palpebrarum, quando inferior palpebra brevior est superiore, ut oculum claudere non possit, item genæ &c. aut ejus inversio, ab ἐκτρέπω everto. B. Intrekkinge der oogen / of wangen. G. Umkehrung des augglieds. Gall. *Eraillement des paupieres*.

Ectrotica, sunt Medicamenta, quæ abortum inferunt, ab ἐκτιτρώσκω abortio. B. Miskraam makende dingen. G. Unzeitige geburt verursachende artzney.

Ectylotica, sunt Medicamenta, callum consumentia, ab ἐκ ex, & τύλος callus.

Eczemata, sunt pustulæ rubicundæ fervidæ, & flammeæ; quidam Hydroa pro Eczemate, sed malè, sumunt, ab ἐκζέω effervesco. B. Vuurige puisten. G. Hitzige blätterlein. Gall. *Ampoulle ardente*. A. Burning or red pushes.

Edulcorantia, remedia vocantur, quæ acrimoniam quamcunque corrigunt, hinc latius patent quam *Absorbentia*, quæ acido tantum sunt opposita; alioque etiam nomine *Epicerastica* & *Temperantia* dicuntur.

Edulcoratio, & Dulcoratio, dicitur, quando cal-

calcinata sale gravida, aqua (ut plurimum calida) abluuntur, qua ablutione sal inibi contentum aquæ immiſcetur. Vel dulcorare etiam dicitur, quando potiones, addito ſaccharo aut ſyrupis convenientibus, gratiores redduntur. B. **Afzoeting**. G. **Süßmachen**. Gall. *Adouciſſement*. A. A Making ſweet, or edulcoration.

Effervescentia, ab Effervere, eſt ſubitus & inteſtinus inter ſales oppoſitos invicem mixtos, ut alcali & acidum, interveniente aqua, cum ſpuma, bullularum excitatione, rarefactione, & tendentia ad mutuam deſtructionem, motus, quem nonnunquam calor aut flamma ſubſequitur, ut in calce viva, fœno madidè repoſito, & miſcelis Chymicis. B. **Opgeſtinge/ onbruiſing/ opwelling/ opziedinge**. G. **Das aufſieden/ aufwallen**. Gall. *Effervescence*. A. Idem.

Efflatus, eſt valida aëris ex ore coarctato expreſſio, quod fit per muſculos abdominales, viſcera ibi contenta ſurſum, adeoque Diaphragma in Thoracem prementes, & ſic Aërem, in Pulmonibus contentum, expellentes, clauſo interim foramine narium per velum pendulum palatinum. Gr. ἐκφύσησις. B. **Blaazinge**. G. **Blähung**. Gall. *Souffle-ment*.

Efflloratio, ſive Efflorescentia, idem quod *Exanthema*.

Efflorescentia, idem quod *Exanthema*.

Effluvium, idem quod *Aporrhœa*.

Effrenitatio, nonnullis idem denotat quam *Hypercatharſis*.

Egestio, idem quod *Dejectio*.

Ejaculatoria, Ejaculantia vasa, vide *vaſa deferentia*.

Ejectio, idem quod *Dejectio*.

Eispnoe, idem quod *Inſpiratio*.

Elæa, olea, à λεῖος lævis, quia ejus oleum læve eſt & glabrum.

Elæagnus, ejus nomen diverſis imponitur arbuſculis, ex ἐλαία olea & ἄγνος Caſtus, hinc Agnus caſtus ita appellatur. Ego tamen imaginari nequeo, unde ἐλαίαγνος nomen acceperit, quum nec facie, nec flore, nec folio, nec fructu ullam cum oleo ſimilitudinem habet.

Elæosaccharum, oleum eſt ſtillatitium cum ſaccharo mixtum, quod dividit tenacitatem glutinoſam olei, ſo ele-

elementis ejus interponit, illaque ſibi arctiſſime adunat, facitque ſaponem extemporaneum, qui patitur ſe aqua dilui in uſus medicatos: inter terendum pauxillum vitelli ovi recentiſſimi, puriſſimi, intermiſceri poteſt tam ſaccharo quam oleo, ut reductio olei in aptiorem miſcendo formam faciliùs abeat; ſed tum miſtum non poteſt tamdiu ſervari ſine rancedine: ex ἔλαιον, oleum, & ſaccharum. B. Geolyde ſuiker. G. Zucker mit Oel. Gall. *Sucre huileux.* A. Oil and ſugar mingled together.

ELÆOSELINUM, ſeu ELEOSELINUM, eſt Apium paluſtre, ex ἕλος palus, & σέλινον apium. Hinc etiam appellatur Ὑδροσέλινον, ſive *Apium aquaticum.*

ELAPHOBOSCUM, eſt Paſtinaca, ab ἔλαφος cervus, & βόσκω paſco, quaſi cervi pabulum; quod cervi eam plantam primum demonſtrarint: hoc enim pabulo cervos ſerpentibus reſiſtere, fama eſt.

ELAPHOSCORODON, eſt cervinum Allium, ex ἔλαφος cervus, & σκόροδον allium.

ELASTICA VIS, eſt fibrarum ſolidarum corporis animalis virtus quædam, qua diſtractæ per cauſam cedunt, renituntur, nec ſolvuntur, & cauſa ceſſante, ſponte ſe in priſtinum ſtatum reſtituunt. Hæc, quemadmodum aëri ineſt maxima, ita in corporibus, in quibus etiam viget, ab eodem aëre, per peculiarem ſtructuram in iis contento ac compreſſo, magnam partem dependere videtur. B. De veerende kragt. G. Elaſticität. Gall. *Le Reſſort.* A. An Elaſtick force.

ELATE, eſt Abies, dicitur παρὰ τὸ ἐλᾶν, ὅ ἐστιν εἰς ὕψος ἀνατείνεσθαι, quod in præcelſam proceritatem aſſurgat.

ELATERIUM, ſtrictè eſt ſuccus ille viridis, luridus, & viſcoſus, ex fructibus maturis Cucumerum ſylveſtrium vel ſua ſponte, vel leni compreſſione emiſſus, collectus, & inſpiſſatus, qui veterum eſt elaterium: vel ex tota planta expreſſus, coctus, inſpiſſatus, in ſpiſſam duramque conſiſtentiam redactus; coloris fuſci, inſtar extracti; ſaporis amari, nauſeoſi & vinoſi. Sed latè erit item omne Medicamentum forte, quo alvus purgando ſubducitur, ab ἐλαύνω agito, expello. B. Een ſterk purgeer-middel van wilde Komkommers. G. Ein ſtarcke purgier artzney von wald Cucumern. Gall. *Le Suc de Concombre ſauvage.* A. The juyce of wild Cucumbers.

ELATINE, quibusdam Veronicæ, quibusdam Helxines

species, fortè quasi μικρὰ ἐλάττων ἑλξίνη, parva seu minor Helxine.

Elctica, vide *Attrahentia*, ab ἕλκω traho.

Elcus, vide *Helcus*.

Eleagnus, idem quod *Elæagnus*.

Electricitas, est illa corporum proprietas, per quam fricata vel calefacta vim acquirunt alia corpora remota alliciendi & repellendi, & sæpe etiam lucem spargendi. Hujus consideratio proprie ad Physicos pertinet; sed quoniam nostris temporibus ad sanandos morbos adhiberi incepit, Medicis etiam non omittenda est. Constitit nempe per experimenta, quod per Electricitatem pulsus arteriarum acceleretur, 2. quod scintillæ ex corpore eliciantur, quæ singularem in eo sensationem efficiunt, & rubicundas in cute maculas post se relinquunt. Ex eo colligi posse videtur, Electricitatem circulum sanguinis incitare, calorem corporis naturalem intendere, omnesque secretiones & excretiones, inprimis vero transpirationem, adjuvare: unde in morbis, qui aucta circuli sanguinis velocitate tolli possunt, utilis esse potest, similemque effectum præstare poterit, quam vesicatoria & calefacientia. Tales autem sunt varii morbi, qui generi nervoso inhærent, hinc in Paralysi, similibusque affectibus, tentata fuit. B. Elektriciteit / Brandsteenkragt. G. Electricitat. Gall. *Electricité*. A. Electricity.

Electrum, vide *Succinum*.

Electuarium, ab Electione, dictum, est confectio ex speciebus, pulpis, gummis, syrupo vel melle excepta, consistentiâ conservæ instar crassâ, in plures dispensanda doses, in quo a bolo differt. Estque *simplex* vel *compositum*. *Simplex* tantum ex pulpa Cassiæ, Tamarindorum, vel Prunorum constat: *Compositum* vero ut plurimum ex speciebus, pulpis, succis condensatis, gummis, &c. quæ melle vel syrupo excipiuntur. Electuaria sunt digerentia, laxantia, purgantia, confortantia, alexipharmaca &c. Vocatur etiam *Antidotus*, quia Theriaca, Mithridatum, & similia composita hac forma gaudent. B. Electuarien / te samen gestelde conserven. G. Ein auß gepreßter saft bestehende artzney / latwerge. Gall. *Un Electuaire*. A. An Electuary.

Elementa, seu Principia, sunt corpora simplissima, minima, seorsum insensibilia, mole & figura inmutabilibus prædita, quæ nec ex se invicem sunt, neque ex aliis, sed ex

ex quibus ſunt omnia, & in quæ reſolvuntur. Elementa quibusdam Chemicis dicuntur quinque, *ſpiritus*, *ſal*, *ſulphur*, *aqua*, & *terra*, quorum poſtrema duo paſſiva, cætera activa dicuntur. *Alii* enumerant tria, *Salem* nempe, *Sulphur* & *Mercurium*, minus tamen rectè. *Peripateticorum* Schola quatuor exiſtere docet, *Ignem* ſc., *Aërem*, *Aquam* & *Terram*. Verum iſthæc elementa omnia ſunt ex aliis compoſita, propterea ex eorum Elemento quippiam conſtare, idem eſt quaſi diceres, arborem ex radice, trunco, ramis, foliis, floribus &c. eſſe compoſitam. Omnium ſimplicius incedit *Carteſius*, qui materiam conſtituit *Primam*, *Secundam* & *Tertiam*, hoc eſt lumen emittens, idem transmittens, & idem reflectens. Vide tractatum noſtrum de Fermentatione. Gr. Στοιχεῖον. B. **De Elementen / hooft-stoffen** G. **Die Elementen.** Gall. *Elemens*. A. The firſt principles or elements.

Elemi, gummi ſive reſina, aut Lachryma pellucida, albicans, cum flavis particulis mixta, in maſſam redacta, molliuſcula, dum recens eſt; facilius in menſtruo oleoſo diſſolvenda, quam aquoſo, ſuavem accenſa halans ſuffitu odorem; venit ex Æthiopia, ubi ex arbore manat, quæ ex albo viridia & acuminata folia, & fructus Olivas æmulantes dicitur proferre, quam Oleam nonnulli volunt, alii Cedrum, alii aliam arborem. Dicitur & *Elemni*.

Elemmi, idem quod *Elemi*.

Eleochryson, & Heleochryson, recentioribus Botanicis ἐλίχρυσον & ἑλείχρυσον vocatur; forte ἡλιόχρυσον Plinii. Planta eſt, quæ habet caulem, in multos ramos diviſum, lignoſum, lanuginoſum, album, pedem vel ſeſquipedem altum, habentem parva folia villoſa, albeſcentia: gymnomonoſperma eſt flore floſculoſo aureo & calyce aureo, unde nomen ἀπὸ τῆ ἡλίȣ & χρυσȣ̃, quod color ejus ſit inſtar Solis, & Auri: dicitur hinc Coma aurea, & Stæchas citrina. B. **Zonne Goudsbloem.** G. **Sonnen Goldblum.** Gall. *Immortelle*, *ou Amaranthe jaune*.

Eleosaccharum, vide *Elæoſaccharum*.

Eleoselinum, idem quod *Elæoſelinum*.

Elephantiasis, ſive Lepra & Leprosis, ut plurimum morbus cutaneus eſt, primo conſtat ex tuberibus in facie, malis, fronte, pectore, brachiis & circa coxas. Colore ſunt livido ut cancri, abſque tamen dolore, mobiles ſunt; cum ita adveniunt, hujus morbi certum ſignum eſt

bum quidem fecerunt Græci; Arabes ejus mentionem passim faciunt, quæ varicibus cognata eſt, atque ex iſtis ortum habet, & tantum pedum tumor eſt. Agit de hoc *Avicenna* ubi de Varicibus tractat: Rhaſes diſſentit tamen ab his, & Græcos ſequitur *Haly Abbas*, qui Elephantem dicit eſſe morbum, omnia corporis membra corrumpentem, & quaſi cancrum univerſalem. Verum nec ipſe ſibi conſtat, cum ſcribit: Ulcera, quæ in pedibus & cruribus fiunt, Elephas vocantur. Et Elephanticus morbus apoſtema eſt melancholicum, quod in cruribus & pedibus apparet, & ejus ſignum eſt, quod pedis figuræ ſimilis ſit. Reliqui omnes ſeorſim de Lepra & Elephantia agunt, & Elephantiam pedum tumorem eſſe dicunt à ſanguine melancholico & pituitoſo & varicibus ortum, ob quem pedes ægri pedibus elephantis figura & craſſitie ſimiles fiunt. Atque tumoris hoc genus in mendicantibus ſæpe conſpicitur, qui in viis publicis ſtipem petendo victum quærunt. B. Laſery / Melaatsheid / Elephants ziekte. G. Ein Kranckheit / wie der außſatz / oder Maltzey / ſchuppige Haut. Gall. *Ladrerie*, *Lepre*. A. The Leproſie.

Elephantiasis Græcorum, quam *Arabes* Lepram vocant. Appellatur autem *Elephas & Elephantiaſis*, & *Elephantia* ab elephante, ob ſimilitudinem, quam hic morbus habet cum elephante: nimirum, ut nonnulli putant, quod eo morbo laborantes magni ut Elephantes fiant; quæ inepta eſt notatio, cum Elephantiaci non majores fiant, niſi quis non magnitudinem corporis elephantiaſi laborantium, ſed morbi magnitudinem reſpiciat, vel quod malum in cruribus ſerpens, efficiat ea elephantis ritu ferè rigida & æqualia: vel quod inter alios morbos vehemens, ac validus ſit veluti elephas, vel quod membra & cutis tumida, ſcabra, rugoſa, tuberoſa, & inæqualis, ut elephantum reddatur. *Galenus* de tumoribus cap. 14. malum hoc cum incipit, etiam σατυριασμὸν nominari ſcribit, eo quod facies ſimilis Satyrorum faciei reddatur. Nam labia fiunt craſſa, naſusque tumet, atque ideo depreſſus apparet, aures tabeſcunt, maxillæ rubore perfunduntur, in fronte hinc inde tumores quaſi quædam cornua apparent; quanquam alii ea etiam de cauſa Σατυριασμὸν hoc malum nominari cenſeant, quoniam videlicet malæ faciei iisdem cum rubore attolluntur, & muſculis maxillaribus veluti convulſionem patientibus, mentum ipſum dilatatur, quemadmodum etiam

ridentibus evenire solet, similitudine quadam ad picturas Satyrorum, quos ἀπὸ τῶν σατυρίνων *Cæl. Rhodiginus* ita nominatos putat, quod ore hiante labiisque diductis instar ridentium cantent & ludant, vel ut nonnulli, quod Satyris in Venerem propensione & libidine similes sint. *Celsus* ita describit, totum, *inquit*, corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiari dicantur: summæ partes corporis, crebras maculas crebrosque tumores habent. Rubor horum paulatim in atrum colorem convertitur: summa cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, mollisque quasi squamis quibusdam asperatur, corpus emarcescit, os, suræ, & pedes intumescunt. Ubi vetus est morbus, digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quæ facile tot malis obrutum hominem consumit; Plura de hoc morbo apud Aretæum reperiri possunt.

Elevator, idem quod *Elevatorium*. Datur hoc nomen etiam variis musculis, qui partes quasdam attollunt, ut palpebram superiorem, labia &c.

Elevatorium, ab elevando dictum, est instrumentum Chirurgicum, quo crania depressa elevantur. B. **Een Hef-boom / been-heffer / hef-tuig.** G. **Ein Aufheber.** Gall. *Elevatoire.* A. An Elevator, a Chirurgical instrument.

Elichryson, idem quod *Eleochryson.*

Elixatio, est, quando res coquendo emolliuntur. B. **Kooking / Opziedinge.** G. **Das sieden / kochen.** Gall. *Elixation.* A. Seething or boiling.

Elixir, dicitur ab Arabica voce *Elecschir*, sive *Eliesсhir*, sive *Aleschis*; quibusdam ab ἕλκω traho, aut ab ἀλέω auxilior, estque liquor spirituosus, vi medicata, mediante infusione & digestione, inprægnatus; sive tinctura seu essentia alicujus rei, per spiritum vini aut aliud simile menstruum, extracta; idem est quod *Tinctura.* B. **Uittreksel.** G. **Quintessentz / Elixir.** Gall. *Extract*, *Elixir*, *Quintessence.* A. Elixir, the quintessence of any thing.

Elleborus, Helleborum, Melampodium seu Veratrum, dantur duæ species, albus & niger. Helleborus niger, est planta, quæ habet caules ex radice erumpentes, longos, rotundos, succo plenos, punctis purpureis instar Serpentariæ notatos, horum singuli habent novem folia utplurimum digitata, satis firma & crassa, viridissima, polita, in margine incisa; flores instar Rosæ expansi

sunt,

ſunt, ex horum meditullio ſurgit piſtillum plurimis corniculis inter ſtamina & petala jacentibus cinctum circa baſim, quod abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ membranaceæ, in cornu plerumque deſinentes, ſecundum longitudinem dehiſcentes, ſeminibus fætæ plerumque ſubrotundis vel ovatis: radix tenuis, fibroſa, nigricans, ex uno capite prodeuns, ſaporis acris pungitivi, amari, nauſeoſi: eſt illud famoſum purgans Hippocratis, quod humores melancholicos potenter educit, & in Mania inprimis efficaciſſimum dudum exiſtimatum fuit; nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τῇ βορᾷ, quod eſu perimat, cibumque corporis eripiat: ἑλεῖν enim eſt *Capere*, & βορὰ pabulum, eſca. Hinc quoque *Elleboraſtrum*, & *Elleborine* derivantur. Helleborus albus differt a nigro, quod corniculis careat, & ſemen habeat marginatum, & radicem albam: *Elleborine* cognominatur à foliorum cum Ellebori albi potius ſimilitudine quam ab effectu. B. **Nieß-kruid / Heilig kerſt-kruid.** G. **Nieß-wurtz.** Gall. *Ellebore*. A. Snees-wort, Bears-foot, Chriſt-mas-flower, Hellebore.

ELMINTHES, & HELMINTHES, ſunt vermiculi parvi, in inteſtinis, præſertim recto, geniti, ab ἑλμινθιάομαι, lumbricos patior. B. **Maepen.** G. **Würmleins.** Gall. *Vermine*. A Little Worms.

ELODES & HELODES, eſt febris continuo affligens cum maximo ſudore, ita ut ægri ob humiditatem in paludibus degere videantur, & exinde penè exſolvantur. Fortè erit ſpecies *Sudoris Anglici*, ab ἕλος palus, & εἶδος forma. B. **Sweet-koorts.** G. **Das Schwitz Fieber.** Gall. *Fievre Suante*. A. The Sweating-feaver.

ELONGATIO, Gr. παρέκθρωσις, in genere eſt tanta extenſio, ut partes firmæ ſimul amittant accurtationis potentiam; ſed ſtrictiore ſenſu eſt luxationis imperfectæ ſpecies, quando ligamentum alicujus articuli tantum elongatur, ita ut os ex junctura non prorſus exeat. B. **Uitrekking / Verlenging.** G. **Verlengung.** Gall. *Alongement*.

ELUMBIS, vel *Elumbatus* vocatur, qui ex dolore lumborum imbecillis redditur.

ELUTRIATIO, vocatur effuſio liquoris ex uno vaſe in aliud, ut a ſedimento ſuo liberetur.

ELUXATIO, idem quod *Luxatio*.

ELYMOS, eſt Panicum, ab εἰλύω (fortè) involvo, quod

ejus semina involucris involvantur, vel ab ἕλη, à calore solari, quem amat.

Elythroides, vaginalis dicta, est tunica propriarum prima, darto nexa, virilemque testem vaginæ in modum includens, a peritonæo producta, sive capsula, qua includuntur vasa spermatica; singulo testiculo privatam vaginam concedit ab ἔλυτρον, vagina, involucrum, & εἶδος forma. B. Scheede-vlies. G. Hoden-sack / ein haut / deckende die hoden. Gall. *Tunique Vaginale*. A. The Vaginal coat of the cods.

Embaphium, sive acetabulum, aut vasculum, quo Medicamenta aut alimenta induntur, vel mensurantur. Item vas, in quod intingitur, ab ἐν, in, & βάπτω immergo, intingo. B. Een Bakxken. G. Ein geschirrlein.

Embasis, est balnei species, in quo quis aqua calida lavatur, ab ἐμβαίνω ingredior. B. Een Bad. G. Ein Bad. Gall. *Bain*. A. A Sort of an hot bath.

Embrocacio, idem quod *Embroche*.

Embrocha, idem quod *Embroche*.

Embroche, seu irrigatio, instillatio, stillicidium, fomentationis genus est, quando humor ex alto, pluviæ instar, in partem aliquam destillatur, quæ fit vel prolutione ex vasculo proboscide inclinata, vel destillatione, vel ex gutturnio. Adhibetur *Primo* super suturam coronalem, quia cranium ea parte tenuius est, in cerebri intemperiebus, siniturque humor per sagittalem suturam decurrere. *Secundo* ad principium spinalis medullæ in nervorum morbis, siniturque humor per totam spinam defluere. *Tertio* ad calefaciendum vel exsiccandum ventriculum, siniturque materia per totum abdomen excurrere, si intestina quoque imbecillia sint, hepati ceratum santalinum applicatur, quum ejus incensio metuatur. Embrocharum materia est aqua communis thermarum, decoctum ex herbis, lac, oleum, prout partis affectus & necessitas requirat: aliis est fomentationis species, quæ fit, quando calida manus parti affectæ imponitur; vel quando spongia, stupa convenienti liquore repleta, adhibetur, ab ἐμβρέχω intingo.

Embryon, est rudimentum fœtus in utero materno, qui suis membranis contentus, corpusculum in principio exiguum, figuræ ovalis, minime vero humani quid refert, nisi quod caput, fere totum constituens, parum possit internosci: ab ἐμβρύω pullulo. B. Een onvolwasse vrucht.

G. Un-

G. Unzeitige Frucht/ das Kind in Mutter leibe. Gall. *Embryon*; *Germe*. A. The rudiment of a child, or an embryo. Vocabulum hoc etiam seminibus plantarum applicatur.

EMBRYOTHLASTES, Chirurgis instrumentum est usuale, ad contundenda ossa in extrahendo fœtu accommodatum, ab ἔμβρυον fœtus imperfectus & θλάω contundo. B. Een instrument om een kind af te halen. G. Eine Häcklein/ damit die todte leibsfrucht außgezogen wird. Gall. *Un Crochet*. A. A Crochet.

EMBRYOTOMIA, est fœtus dissectio anatomica, ex ἔμβρυον fœtus rudimentum, & τέμνω seco. B. De ontleding van een onvolwasse Vrucht. G. Zerschneidung der unzeitige frucht.

EMBRYULCUS, uncus ferreus, fœtui extrahendo destinatus, ab ἔμβρυον fœtus imperfectus, & ἕλκω traho. Idem quod *Embryothlastes*.

EMETICUM sive VOMITORIUM, est Medicamentum, quod particulis suis irritativis Ventriculi fibras versus superiora contrahit, & quicquid Ventriculo contentum molestum est, vel materiam peccantem aliunde eo derivatam per os expellit. Conficitur ex decoctis, tincturis, infusionibus, &c. ideoque ut plurimum in liquida forma propinatur, licet in pilulis, pulveribus &c. etiam ægris porrigatur, ab ἐμέω vomo. B. Een braak-drank/ braak-middel. G. Spey-tranck. Gall. *Vomitif*, *emetique*. A. A Vomit or an Emetick Medicine.

EMETOLOGIA, est descriptio de vomitoriis, ab ἐμέω vomo, & λόγος sermo. B. Beschryving van de braak-middelen. G. Beschreibung der Spey-trancken. Gall. *Une description des vomitifs*. A. A Description of a vomit.

EMETOS, vide *Vomitus*, ab ἐμέω, vomo.

EMINENTIA, dicitur de omnibus partibus solidis, quæ supra aliam ita elevantur, ut manifeste ab ea distingui possint, quales eminentiæ in variis cerebri partibus conspiciuntur. B. Uitpuiling. G. Das Herausstehen.

EMISSARIUM, est canalis, per quem humor quicunque de corpore excernitur. B. Uitloopbuis. G. Herauslassend rohr.

EMMENAGOGA, sunt Medicamenta menses mulierum subsistentes, vel non satis fluentes cientia, ex ἐν in, μὴν, mensis, & ἄγω duco. Hoc est quod intra spatium unius mensis fit. B. Maandstond/ of Bloed verwekkende middelen. G. Artz

G. Artzneyen/ welche die Monat fluß/ oder zeit der weiberen zu wegen bringen.

Emmenia, idem quod *Catamenia* & *Menses*, ex ἐν in, & μὴν mensis.

Emmoton, est Medicamentum liquidum, quod penicillis vulnerariis vel linteo concerpto exceptum, pustulis aut ulcerum finibus injicitur, ab ἐν in, & μοτὸς linteum quod vulneribus inditur. Hippocrates autem videtur hoc vocabulo etiam uti, ad designandum ulcus, quod tali medicamento indiget. Hinc μοτόω, indo tale linamentum.

Emollientia, ab *Emollire*, seu Μαλακτικὰ, sunt, quæ calefaciendo, dissolvendo, dissipando & penetrando, partes solidas molles reddunt, & humorum acrimoniam leniunt; componuntur ex partibus aqueis & mucilaginosis, & ex regno vegetabili & animali depromuntur; à Μαλάσσω emollio. B. Verzagtende dingen. G. Erweichende Artzeneyen.

Empasma, est pulvis astringens, halitum ex ore fœtidum corrigens, vel qui nimium sudoris effluxum cohibet, idem quod *Catapasma*.

Empeiria, seu Empiria, vide *Empirica*, est experientia in arte Medica observationibus absque ratione innixa, præcipiens in morbis ejusdem generis applicare, quæ antea prodesse visa sunt, & abstinere ab iis, quæ noxia comperta sunt, ex ἐν in, & πεῖρα experientia. B. Ervaring. G. Erfahrung. Gall. *Empirisme*. A. Experience, practise.

Empetalon, idem quod *Eupetalon*.

Empetron, vide *Saxifraga*.

Empetrum, est frutex, qui habet caules ramosos, flexiles, lignosos, repentes, valde extensos, cortice fusco rubicundo instructos: folia sunt parva, oblonga, habitus Ericæ: flos mas, apetalus, staminibus constans: fructus alio loco plantæ natus baccæ similis est, fætus seminibus osseis & cartilagineis: radix lignosa, dura; Hæc planta crescit in montibus & locis saxosis, ab ἐν & πέτρος Saxum.

Emphractica, sunt, quæ poros obstruunt, ab ἐμφράττω obstruo. Idem quod *Emplattomena*.

Emphraxis, est obstructio in quacunque cavitate per viscosam, vel alterius indolis materiam facta, ita ut tota capacitas aboleatur, ab ἐμφράσσω obstruo. B. Verstopping. G. Verstopfung. Gall. *Obstruction*. A. A Stopping, or obstruction.

Emphysema, est tumor flatulentus, cuti concolor, pres-

pressioni digitorum cedens, sed ea sublata ilico iterum assurgens, ortus ab aëre hospitante in aliqua cavitate, ut in tympanitide, vel in cellulis panniculi adiposi ubicunque loci, vocatur etiam Gr. Ἐμπνευματώσις ab ἐμφυσάω inflo. B. Opblazinge. G. Das auffblasen/ Schwellen. Gall. *Enflure*, *Emphiseme*, *bour-Souflure*. A. A Puffing ub.

Emphyton Thermon, est calidum innatum, seu calor ex parentum semine primo in *fœtu seminatus*, qui postea, inchoata respiratione & fœtu per se subsistente, sensim perit. Calidum hoc cum Philosophi tum Medici *Spiritum insitum & nativum* nominant, & ex tribus constare partibus asserunt, videlicet ex *Humido primigenio*, *insito spiritu*, *& calore*. Unde *Fernelius* definit *calidum innatum*, quod sit *humidum primigenium*, *insito spiritu*, *& calore undique perfusum*. Verum isthæc Veterum nugamenta nihil ad nos pertinent: calidum enim illud, locum duntaxat habet in recens natis. Quodque inspirando & alimenta sumendo perennatur, ab ἐμφύω innascor, & θερμαίνω calefacio. B. De ingeboren warmte. G. Angeborene/ eingeplantze wärme. Gall. *Chaleur naturelle*, *innée*. A. The innate heat.

Empirica Medicina, vide *Empeiria*. Sed præter hanc secta olim fuit in Medicina, cujus Author fuit *Acron Agrigentinus*, juxta alios *Serapion*; qui neglectis rationibus, posthabitaque rerum investigatione & Anatome, solis experimentis nitebatur, & in incognitis morbis ad similes affectus & similia remedia confugiebat. Floruit hæc secta potissimum apud *Ægyptios*, apud quos teste *Herodoto*, singuli morbi singulos ferè Medicos habebant. Progressu autem temporis homines experientiæ rationem addere studebant, & ita paulatim ante *Hippocratem* apud *Cnidios*, *Rhodios & Coos* nova secta subnasci cœpit, quæ primo dicta fuit *Dogmatica* seu *Rationalis*, ab ἐμπειράω, tento. B. Proefkundige Medicyne. G. Probierte und bewährte artzney. Gall. *Medecine Empirique*. A. Quack Medicine.

Empirici, sunt Medici, qui in curandis morbis experimentis solummodo contenti sunt, neglecta ratione, Vide *Empirica Medicina*. Hoc nomine etiam circumforanei & medicastri denotantur. B. Quakzalvers / Landloopers. G. Ein Landfahrer. Gall. *Medecins empiriques*; *Charlatans*. A. Mountebanks, or Empericks.

Emplastica, idem quod *Emplattomena*.

Em-

poteſt, dicitur & *Ecpyema*, & *Ecpyeſis*, ab ἐν intus, & πύον pus. B. Een etter-borſt. G. Eyter-bruſt/eyterige materie im bruſt/ oder Bruſtgeſchwär. Gall. *Empyème*, *Apoſtume ſoit dans la Poitrine*, *ou dans le bas ventre*. A. An Impoſtume in the cavity of the breaſt.

EMPYREUMA, aduſtum quid ſignificat, quando aquæ recens deſtillatæ ingratum odorem & ſaporem habent, vel eſt craſſamentum illud viſcidum, quod in aquis deſtillatis ad fundum ſubſidet. Item olea aduſta, *Empyreuma olere dicimus*. Item reliquiæ alicujus febris poſt paroxyſmum, ab ἐμπυρόω accendo. B. Verbrandheid. G. Das anbrennen. Gall. *Empyreume*, *qui ſent le brulé*. A. Any Thing that taſts, as if it were burnt.

EMULGENTIA VASA, ſed melius *Renalia*, dicuntur venæ & arteriæ, quæ renes ſubeunt, utrinque orta ex trunco venæ cavæ & arteriæ magnæ, quorum numerus valde incertus eſt in variis corporibus, imo in renibus utriusque lateris in eodem homine. B. Nier-vaten. G. Nierenfäſſer. Gall. *Vaiſſeaux emulgens*. A. The emulgent veſſels of reins.

EMULSIO, ab EMULGERE, eſt Medicamentum potulentum, lactis colorem æmulans, ex ſeminum quorundam & aliorum, quæ intus alba ſunt, nec ingratum vel aromaticum ſaporem habent, expreſſo oleo cum affuſo commodo liquore valide agitando educto, compoſitum, cujus colaturæ ſyrupi, laudanum, &c. adjiciuntur. B. Een Amandelmelkje. G. Ein tranck wie milch. Gall. *Emulſion*, *lait d'Amandes*. A. Idem.

EMUNCTORIA, ſunt cavitates, in quibus aliquid excernitur, ut nares pituitam recipiunt: aures humorem flavum craſſiuſculum: alvus excrementa alvina: veſica urinam, &c. B. Ontfang-huizen. G. Höhlen/ darin ſich die feuchtigkeit ſammlen. Gall. *Emunctoires*. A. Emunctory veſſels.

EMUNDANS, Medicamentum eſt, quod externe applicatum, deterget & abluit ſimul per vehiculum aquoſum, quod externe ulceribus, vel vulneribus adhæret. B. Zuiverend middel. G. Sauberende Artzney.

ENÆMON, proprie ſignificat cruentum, & dicitur de ulcere recenti, quod ſanguinem ſtillat. Dioſcorides ſic etiam vocavit Medicamentum ſanguinem ſiſtens, vel quod adſtringendo, refrigerando & exſiccando meatus vaſorum apertorum claudit, ſanguinis fluiditatem, motumque ve-

hes-

hementiorem imminuit, vel sistit, ex ἐν in, & αἷμα sanguis. B. Een bloedstillend middel. G. Blut stillende Mittlen. Gall. *Remede qui etanche le sang*. A. A Medicine to stop bleeding.

Enæorema, sive Nubecula, aut Nubes, est crassamentum illud, quod urinæ innatat, vel in urinæ medio suspensum continetur, & ab hypostasi sive sedimento sola gravitate differt, ab ἐναιωρέω in sublime attollo. B. De wolken in de pis. G. Die Wölcklein / schwebende mitten in den Harn. Gall. *Petite nuée dans l'urine*. A. The contents that swim in the middle of the urine.

Enarthrosis, est articulatio, cum cavitas excipiens profunda admodum, & caput quod in eam inseritur, oblongum est, quali articulatione os non solum flecti, sed & ad omnem directionem potest circumduci. Atque hæc conspicitur in femore & acetabulo, quod Ischio vulgo tribuitur, ab ἐν in, & ἄρθρον artus. B. Inleeding. G. Gliederung. Gall. *Enarthrose*. A. An Inarticulation.

Encanthis, est caruncula lachrymalis, sive excrescentia spongiosa, glandulosa angulorum oculi internorum, ex ἐν in, & κανθὸς hirquus. B. Het Traan-kliertje. G. Augen kranckheit / wann man die augenglieder kaum kan aufthun. Morbosa ejusdem intumescentia idem nomen habet.

Encathisma, idem quod *Insessus*, ab ἐν in, κατὰ infra, & ἕζομαι sedeo.

Encauma, seu Inustio, non tantum maculam alicui parti inustam significat. Sed etiam oculi ulcus, post febrem sæpe excitatum, profundius hærens in nigro, quam in albo, unde & humores sensim emanant, & visus extinguitur, ab ἐγκαίω inuro. B. Inbranding. G. Einbrennung. Gall. *Ulcere sordide*. A. A Burning inward.

Encephalos, est, quodcunque cranii mœniis concluditur; ut cerebrum, cerebellum, medulla oblongata, corpus callosum, corpus striatum &c. ab ἐν in, & κεφαλὴ caput. B. Het herssen gestel. G. Das hirn. Gall. *Cerveau*, vel *Cervelle*. A. The brain.

Encharaxis, vide *Scarificatio*, à χαράσσω scarifico.

Encheiresis Anatomica, est prompta & expedita, circa res secandas, actio, qua *Anatomicus* summâ agilitate cadavera incidendò eorum partes demonstrat, ab ἐγχειρέω manum admoveo. B. Veerdigheid in de Ontleed-konst. G. Fertigkeit in die Leibszerlegung.

En-

Encheridæ, ſunt grumi, qui in Emplaſtris inter liquefaciendum inveniuntur.

Enchristum, eſt unguentum aut linimentum, quo pars affecta illinitur, ab ἐγχρίω inungo.

Enchusa, idem quod *Anchuſa.*

Enchymoma, eſt ſanguinis effuſio, qua partes externæ lividæ & nigræ conſpiciuntur, ut in ſcorbuto, & ſugillationibus oculorum, aliarumque partium. Dicitur etiam *Vibex.* B. Striemen / Blaauwigheid. G. Blaue Striemen. Gall. *Meurtriſſure.* A. An Affuſion or fluſhing of blood in any part. Item ſanguinis diffuſio, quando nimium ejus motus citatior fit, & totum corpus inde vehementer rubet, ut in ira, & gaudio effuſo, ab ἐγχέω infundo, & χυμὸς humor.

Enchyta, ſeu Infundibulum, eſt inſtrumentum, quo liquida in oculos, nares vel aures inſtillantur, ab ἐγχέω infundo. B. Een Trechter. G. Ein Trichter / oder Trachter Gall. *Un Entonnoir.* A. A Funell.

Enclysma, idem quod *Clyſter*, ab ἐν intus, & κλύω abluo.

Encope, eſt partis alicujus inciſio, ut in Gangræna, &c. ab ἐγκόπτω incido. B. Insnyding. G. Einſchneidung. Gall. *Inciſion.* A. A Cutting. Apud Galenum denotat ſolutam cranii continuitatem ab aliquo acuto occurrente & ſcindente.

Encranium, idem quod *Cerebellum*, ab ἐν in, & κρανίον calvaria.

Endeixis, eſt morborum indicatio, qua demonſtratur, quid ſit faciendum, ſumiturque a propria cujusque morbi natura: ex. gr. vulnus indicat deligationem. Alvi obſtructio indicat purgationem ſive ἄνω vel κάτω. Eſtque *Conſervatoria* vel *Curatoria*, ab ἐνδείκνυμι demonſtro. B. Inzigt / Intentie / Aanwys. G. Anzeigung Gall. *Indication, Intention.* A. Indication.

Endemius, ſive Morbus Vernaculus, & Communis, eſt, qui omni tempore plurimos in una regione invadit, à cauſa, loco vel regioni propria, & inquilina proveniens. Ut Scorbutus Hollandis, ab ἐν in, & δῆμος populus. B. Land-ziekte. G. Land-kranckheit / eine Seuche. Gall. *Maladie endemique.* A. A. Diſeaſe incident to one country.

Endemus, idem quod *Endemius.*

Endivia, seu Intubum. Hæc corrupta ab Intubo voce, in Hetruria passim *Endivia* appellatur. Dicitur etiam *Seris*, *Seriola*, & *Scariola*. Hujus folia teneriora hyemali maxime tempore acetaria suppeditant. B. Endivie. G. Endivien. Gall. *Endive ou Scariole*. A. Endive.

Enema, idem quod *Clyster*. Ibidis Ægyptiæ inventum, ab ἐνίημι immitto.

Energia, est agitatio vel operatio spirituum animalium, vel sanguinis, ab ἐνεργέω, operor. B. Werkinge. G. Wirckung / krafft. Gall. *Energie*, *Efficace*. A. Efficacy, Force.

Enervatio, est debilitas circa tendines & nervos. B. Swakheid / krachteloosheit. G. Krafftloß / Schwachheit. Gall. *Epuisement*, *Debilité*. A. A Weakening.

Engizoma, est calvæ ictus, in quo offensum os, ad interiorem cerebri membranam descendit, eamque premit. Item instrumentum, quo in ejusmodi affectibus utimur, ab ἐγγίζω appropinquo.

Engonios, est brachii, vel cruris flexura, ab ἐν in, & γωνία angulus.

Enixum Sal, per illud intelligunt sal quoddam, ex acido & alcali participans, dicitur quoque sal *neutrum*; quia nec alcali verè est, nec acidum; & hujusmodi sunt sal commune, fossile, nitrum, alumen, vitriolum &c. B. Zuur-zout. G. Saur-saltz. Gall. *Sel neutre*. A. Sowre-salt.

Ens, ab Esse, proprie est quæcunque res existens; quibusdam vero ita dicitur alicujus mixti pars essentialis.

Ensiformis Cartilago, Gr. ξιφοειδὴς, est infima ossis sterni pars, ensis instar mucronata, nonnunquam bifurcata, quod tamen, notante *Monroo*, in fœminis frequentius est, quam in viris. B. Hertendekzel / Zweertachtig krakebeen. G. Das hertzenblat / das Schwert gleiche Knorpel. Gall. *Le Cartilage Ensiforme ou Xiphoide*. A. The Sword-like cartilage.

Entalium, testaceum quoddam marinum est, fistulæ modo longum & concavum, album, foris striatum, intus læve, raro longitudinem digiti superans, ingreditur ung. Citrinum.

Enterenchyta, est instrumentum, quo Clysteres immittuntur: vocatur & *Siphon*, & *Syringa*. B. Clysteerspuit /

spuit / Spuinge. G. Eine Röhre / sprütze / klistier pfeiffe. Gall. *Siringues*. A. Clyster pipe.

ENTEROCELE, ſive Hernia inteſtinalis, eſt inteſtinorum præſertim Ilei, per proceſſus peritonæi dilatatos, ad inguina vel ſcrotum prolapſus, ab ἔντερον inteſtinum, & κήλη tumor. Nonnullis vocatur *Oſcheocele* vel *Hernia perfecta*, ut a *Bubonocele*, quæ inperfectior quaſi Hernia eſt, quoniam in inguine hæret, nec ad ſcrotum extenditur, diſtinguatur. B. Gebroken / gescheurt / darm-breuk. G. Ein Bruch der gedärme / darm-bruch. Gall. *Deſcente*, *Hernie*, *Rompure*. A. A Rupture when the bowells fall into the cods.

ENTEROEPIPLOCELE, eſt ſpecies herniæ, quando omentum & inteſtina ſimul in ſcrotum per dilatatum peritonæum, ejusque proceſſum devolvuntur & prolabuntur, ex ἔντερον inteſtinum, ἐπίπλοον omentum & κήλη tumor. B. Net en Darm-breuk. G. Netz und darm-bruch. Gall. *l'Entero-epiplocele ou deſcente des inteſtins & de l'Epiploon*. A. A Rupture when the Omentum and the inteſtines fall together into the cods.

ENTERO-HYDROCELE, eſt illa Hydroceles ſpecies, quæ cum hernia ſcrotali conjungitur, quam adeſſe colligimus, ſi inteſtinis repoſitis, nihilominus in latere affecto tumor aliquis, veſicæ aqua repletæ ad tactum ſimilis, circa teſticulum remanet.

ENTEROMPHALOS, eſt *Hernia umbilicalis*, cum inteſtina ob peritonæum hic facile dilatandum, in umbilico protuberant, quod mulierculis gravidis non raro contingit, & poſt partum non raro remanet, ex ἔντερον inteſtinum, & ὀμφαλός umbilicus. Idem quod *Exomphalos*. Si vero Omentum ſimul cum portione Inteſtini exit, vocatur *Enteroepiplomphalos*. B. Navel-breuk. G. Nabel-bruch. Gall. *Hernie du nombril*. A. A Navel rupture.

ENTERON, eſt fiſtula longa, membranacea, a Ventriculo incipiens, atque inde alimenta recipiens, Meſenterio, ne confundantur inteſtina, annexa, flexuris variis dotata, ut eo plura vaſa lactea admittant, eorumque anguſtia numero compenſetur: ſuntque numero ſex (niſi quis œſophagum, ventriculum, & veſicam, inteſtinis annumerari velit, perinde erit, ei non adverſabor, cum eandem habent tum ſubſtantiam tum ferè actionem) Duodenum, Jejunum, Ileum, Cæcum, cui adhæret appendicula vermi-

formis ad finem clausa, quæ a nonnullis pro Cœco habetur. Colon, & Rectum; superiora tria *tenuia*, in quibus Chylus diluitur & attenuatur, ut vasorum lacteorum orificia subire possit: inferiora *crassa*, vel potius *angusta & lata* appellantur, in quibus fæces alvinæ asservantur, ne continuo dejicere cogamur. Hoc versiculo complectuntur.

Sunt duodenum, jejunum, post ileon atque
Cœcum, quod colon sequitur, tenet ultima rectum.

Tunicas habent 4. *communem*, quæ a duplici membranâ mesenterii secedente & intestina adscendente oritur. *musculosam* ut quæ constat ex fibris albicantibus, se contrahere valentibus, quarum exteriores sunt longitudinales, quæ tamen tantum inveniuntur a parte mesenterio oppositâ; interiores orbiculares, quæ totum intestinum ambiunt, & inserviunt contrahendo tubo intestinali. *nerveam*, quæ quamplurimis gaudet vasis, & hoc peculiare habet, quod, si invertatur & flatu distendatur, tota in cellulosam mutari possit. *internam*, quæ etiam villosa dicitur, quia a parte intestinorum cavum spectante villos habet pendulos, in quorum extremis osculis patentibus hiant venæ meseraicæ & vasa lactea. Quintam addidit tunicam Ruischius, nimirum *cellulosam* inter tunicam communem & musculosam, sed hæc tantum observatur qua parte mesenterii membranæ a se invicem secedentes intestina adscendunt. Intestinorum *Magnitudo* seu *Longitudo* ut plurimum sexies plus minus superat longitudinem hominis, cujus sunt. Vocantur item intestina, ἐγκοίλια, ἔνδινα, χορδαὶ *Aureliano*, ἔντερα, ab ἐντὸς intus. B. De Darmen. G. Das Gedärm / das eingeweid. Gall. *Les Boyaux*, *les Entrailles*, *les Intestins*. A. The entrailles, gutts. Rectum intestinum B. De Regte-darm / Endel-darm G. Der Affter oder Mast-darm / Arß-darm. Gall. *l'Intestin rectum ou droit*. A. The strait, vel Arse-gut.

Enteroperistole, est intestinorum compressio, constrictio, strangulatio, vel incarceratio, sive quum intra abdominis cavitatem per partium vicinarum tumores constringuntur, sive qua extra abdomen prolapsa per excrementorum accumulationem, flatuumque accessionem tumentia comprimuntur, unde ingressu ipsis denegato vomitus excitatur, & excretio per alvum penitus prohibetur.

Entrichomata, dicuntur tarsi, sive extremi palpebrarum ambitus, unde excrescunt cilia.

Entyposis, est humeri acetabulum. Articulatio humeri item est cum brachio, diciturque ὀμογονόλη.

Enula Campana, vide *Helenium*.

Enypnion, est insomnium, ab ἐν in, & ὕπνος somnus. B. Een droom. G. Ein Traum. Gall. *Un Songe*. A. A Dreame.

Epacmastica, est febris continuo invalescens, ab ἐπακμάζω invalesco. B. Een groeyende of toeneemende koorts.

Epacme, idem quod *Anabasis*, ab ἐπακμάζω incresco.

Epagogium, est membri genitalis præputium, & ut *Gorræo* placet, malè affectum, quod nec reduci facile potest, ab ἐπάγω adduco. B. De Voorhuid. G. Die Vorhaut an den männlichen Glied Gall. *Le Prépuce*. A. The fore skin.

Epanadiplosis, seu Reduplicatio, vide *Anadiplosis*.

Epaphæresis, est phlebotomia iterata, ab ἐπαφαιρέω demo.

Epar, vide *Hepar*.

Eparmata, sunt tumores glandularum parotidum pone aures, ab ἐπαιρέω attollo, eo quod aures, hoc vitio, eriguntur.

Ephebæum, est locus ab Hypogastrio ad pudendum usque. Dicitur *Sumen*, *Pecten*, *Pubes*, *Aqualiculus* &c. ex ἐπὶ supra, & ἥβη pubes.

Ephelcis, est sanguinolentum illud, quod in Hæmoptysi expuitur. Item crusta ulceribus superinducta, ex ἐπὶ supra, & ἕλκος ulcus.

Ephelis, sive Lentigo, est macula roscida, ab insolatione ut plurimum excitata, per quam crassiores simul cum tenuioribus humoribus ad cutim trahuntur, tenuiores difflantur, crassiores subsistentes exsiccantur, & colorem mutant, hinc vere & æstate maximè increbescit, idque potissimum in iis, qui cutim rarissimam habent, verum circa hyemem rursus evanescit; figura est magnitudine morsus pulicaris: maculæ hæ non raro totam faciem defædant, ex ἐπὶ supra, & ἥλιος sol. B. Sproeten. G. Sommerflecken / Sonnenflecken. Gall. *Lentilles*. A. Freckles.

Ephemera sive Diaria, est febris continua, omnium levissima inter continuas, quæ ultra diem non extenditur, & plerumque a perspiratione, per susceptum frigus prohibita, ortum habet; si diem excedat, *Synochus* simplex appellatur, ex ἐπὶ supra, & ἡμέρα dies. B. Een Een-daagse koorts. G. Das Eintägige Fieber. Gall. *Fievre d'un jour*, *Fievre ephemere*. A. A Quotidian Feaver.

Ephemerum, est planta, quæ sic appellatur, quod eodem, quo assumptum est, die interimat, vel quod quo die nascatur, eodem intereat, ex ἐπὶ in, sub, & ἡμέρα dies. Sed est & alterum *Ephemerum* non *lethale*, sic dictum, quod flos illius confestim marcescat, nec longius uno alterove die commoretur, vulgo *Lilium Convallium*, quod in opacis & lucis nascatur, appellatur. Ephemerum venenosum, vocatur etiam Colchicum.

Ephialtes, idem quod *Incubus*.

Ephidrosis, est sudoris proventus, sive in superioribus corporis partibus, vel in toto corpore, sed pauca, ab ἐπὶ supra, & ἱδρὼς sudor.

Ephippium, sive Sella Equina, seu Turcica, est pars ossis sphenoidis, in cranio intus conspicua, excavata cum quatuor eminentiis sellæ in modum, cui glandula pituitaria insidet, ex ἐπὶ supra, & ἵππος equus. B. Het Saddel-been. G. Das Sattel-bein. Gall. *Cavité de l'os sphenoide, qui ressemble à une selle à piquer, & qu'on appelle la selle du Turc.* A. A Bone of the os sphenoide like to a sadle.

Epiala, sive Quercera, est febris continua, in qua calor & frigus simul percipiuntur eodem tempore, nam plurimæ febres incipiunt cum frigore, quod in calorem terminatur, sed hæc febris id speciale habet, quod simul & calor & frigus adsint, & cum invicem pugnare videantur, unde forte ab acrimoniæ frigidæ & calidæ permistione ortum habet, ab ἤπιον mite, & ἀλεάζω caleo. B. Een heet-koude koorts. G. Ein Fieber/ da hitz und frost zugleich ist.

Epialtes, idem quod *Incubus*.

Epicarpium, est Medicamentum externum, emplastri vel cataplasmatis instar, quod pulsibus seu carpis manuum, febribus intermittentibus depellendis, vel in convulsionibus applicatur, ex ἐπὶ super, & καρπὸς carpus. B. Pols-pleisters. G. Pulß-pflaster. Gall. *Epicarpes remedes, qu'on applique aux poulx.* A. A Wrist plaister.

Epicauma, est ulceratio crustosa oculorum cum nigredine obtingens, ex ἐπὶ supra, & καίω uro. Idem quod *Encauma*.

Epicerastica, sunt Medicamenta, quæ humores acres obtundunt & temperant, & incommodi sensationem, inde oriundam, mitigant, ex ἐπὶ supra, & κεράννυμι tempero.

Epi-

EPICHEIRESIS, idem quod *Encheiresis*, ab ἐγχειρέω manum adhibeo.

EPICOLICÆ REGIONES, sive LATERALES, *Laurentius* LUMBARES, & *Bartholinus*, ex *Aristotele*, λαγόνες nominat, quasi diceres *Libidinis partes*: sed à *Glissonio Epicolica* dicitur ea pars, quæ coli intestini partibus incumbit: Unde denominationem accepit.

EPICOPHOSIS, idem quod *Cophosis*.

EPICRANIUM, est tenue involucrum musculosum, quo caput tectum est. Aliis musculus *Occipitio-frontalis* dicitur.

EPICRASIS, evacuatio quædam est per vices instituta, vel etiam alterantium & evacuantium prudens conjunctio ab ἐπικεράννυμι attempero. B. **By verpozing.** G. **Bey abwechslung.** A. A Criticall evacuation of bad humours.

EPICRISIS, est morbi dijudicatio, ab ἐπικρίνω judico.

EPICRUSIS, est levibus ferulis, partium mollium, percussio, Japonensibus familiaris, ab ἐπικρούω percutio.

EPICYEMA, est superfœtatio, sive superimprægnatio, cum mulier jam imprœgnata alio post tempus imprægnatur fœtu; unde differt à gemellis, quod hi contemperanei sint, illi vero observati sunt aliquot mensium differentiam habuisse, nec quoque eodem tempore uterque ex utero prodit, sed distantia mensium aliquot interdum intercedit, hoc tamen rarissimè contingit, ab ἐπὶ super, & κύω gravida sum. B. **Een dubbelde verzwangeringe / overbevrugting.** G. **Eine Schwängerung uber eine empfangene leibsfrucht.** Gall. *Superfetation*. A. Idem.

EPIDEMIUS, est morbus communis, à causa communi invectus, non tamen patrius & familiaris, sed potius externus & adventitius, & vario tempore nunc in una, nunc in pluribus regionibus multos simul invadens: ut pestes, febres malignæ &c. Causa videtur hærere in aëre, victu, & dispositione corporis, quibus in certum statum redactis semina morbi adolescere posse videntur, & vim exercere in corpus animalis ita dispositi; dum vero causa tam communis est, seminium primum in aëre generatum & allatum fuisse verosimile est, ex ἐπὶ supra, & δῆμος populus. B. **Een Doorgaans in Zwang-gaande Ziekte.** G. **Eine Seuche / die gemeinlich an einem Orth regieret.** Gall. *Maladie Epidemique*. A. A Common disease.

EPIDERMIS, est membrana tenuis, sicca, utcunque alba,

pellucida, flexilis, in quavis parte satis homogenea, nec tamen in omnibus locis æque crassa, crassior in manibus, quam per reliquum corporis ambitum, crassissima vero in plantis pedum, totam cutim, cujus quasi pars est, arcte ambiens, reliquis corporis integumentis superincumbens, ob tenerrima sua vascula, & ligamentula subtilissima, minima vi facile solvenda, integre a subjacentibus separabilis, in plurimas lamellas divisibilis, vasis constans nullis, quæ ulla arte visibilia reddi queunt, nullo sensu prædita, tota squammosa, squammis adeo parvis, ut incredibile, ad succumbentium figuras se accommodans, in sulcos areasque exsculpta, quæ ad apices digitorum spirales, maxime spectabiles, in medio horum sulcorum tutò condita hærent vasa sudorifera, in utroque autem sulci latere parallela priori series papillarum nervearum: unde liquet vasa sudoris, vasa exhalantia, papillas tactus, hoc tenui, nec impediente sensum, nec increscente, munimento defendi. videatur *Cuticula*, ex ἐπὶ supra, & δέρμα cutis, hinc vi originis laminam supra cutem extensam significat. B. **Opperhuid.** G. **Das ausser zarte häutlein am leib.** Gall. *l'Epiderme ou la surpeau.* A. The scarf-skin.

Epidesis, seu Deligatio, est ligamenti injectio, ad cruoris fluxum sistendum, ex ἐπὶ super, & δέω vincio.

Epidesmus, est fasciarum superligatio, ab ἐπὶ super, & δεσμέω subligo. B. **Boven-zwagtel.** G. **Ein Band uber den andern.** Gall. *Bandage.*

Epididymis, sive Parastata, Latinè *Supergeminalis*, est vas tortuosum & variis flexibus velut varicosum corpus, quod testium dorso affixum est, idemque constituens. Majori suo globo testi annectitur, eo præcipue loco, ubi vasa spermatica se in testes insinuant; exterius gibba est, quodammodo teres, latior nonnihil quam crassa, & qua parte testem respicit, concava: constat ex uno vase seu ductu ex teste continuato, longitudinem quinque ulnarum facile excedenti, minori capite seu globo vasi deferenti conjungitur: semen ex testibus recipit, ulterius perficit, & ad vas deferens transmittit, ex ἐπὶ supra, & δίδυμος testiculus. B. **De opper-klootjes.** G. **Die oben den hoden liegende häutlein.** Gall. *Epididyme.* A. Idem.

Epigastrium, est anterior pars infimi ventris, quæ a costis spuriis ad pubem usque protenditur, cujus pars superior *Hypochondrium*; Media *Regio Umbilicalis*; Inferior vero

vero *Hypogastrium* vocatur, ex ἐπὶ super, & γαστὴρ venter. B. **Middel boven-buik.** G. **Der mittel bauch.** Gall. *l'Epigastre ou la region Epigastrique.* A. The upper part of the belly.

Epiginema, est id, quod morbis, velut symptoma supervenit. Item, ordo partium in generatione, qui per successum fit, à γίνομαι fio, nascor.

Epiginesis, idem quod *Epiginema.*

Epiglossum, est Laurus Alexandrina, sic dicitur, quod supra ejus folium, aliud foliolum instar linguæ habeat, ex ἐπι supra, & γλῶσσα lingua.

Epiglottis, sive Epiglottalis, est quinta laryngis cartilago, Lingulæ formâ, valde mobilis, nullibi, nisi sua basi, scutiformi cartilagini adhærens, concava quadantenus, qua parte Laryngem respicit, sed qua palatum & linguam, convexa; glottidis sive rimulæ operimentum, cum cibi & potus deglutiuntur, ne quid incidat in eam: vocatur item sublinguium. Græce χόνδρος *Poll.* ex ἐπι supra, γλῶσσα lingua, & τίθημι pono. B. **Strotlap/ het tongsken.** G. **Das Athem zünglein/ Zäpflein im hals.** Gall. *l'Epiglotte.* A. The Epiglottis.

Epigonatis, est mola seu patella, vel potius tuberculum illud acutum in genu, quod a Patella formatur, ex ἐπὶ supra, γόνυ genu, & τίθημι pono.

Epilepsia, sive Morbus Caducus, à casu, quia ægri derepente in terram prosternuntur: vel *Comitialis*, quoniam ægri sæpe publice, & in comitiis paroxysmo suo corripiuntur: vel *Herculeus*, quia difficulter curationem admittit. Item *Lunaticus* sive Σεληνιακὸς, quod ad lunæ cursum paroxysmus eveniat. *Lues Sontica*, *Deifica*, *Morbus sacer &c.* appellatur. Estque interpolata totius corporis convulsio, omnes actiones totius corporis lædens. Adsunt subitus prolapsus, si æger steterit, motus convulsivi totius ferè corporis, membra huc illuc projiciuntur, & præcipue pedes, quibus æger obvia quævis pulsat, oculi circumvolvuntur, abolitio sensus & memoriæ, stridor dentium, sæpe etiam capitis concussio, & ad terram allisio, spuma circa os, effluxus seminis, stercoris, urinæ, respiratio frequens & inæqualis, sonitus incongruus: quibus omnibus symptomatibus remittentibus, ægri tanquam sopore oppressi jacent; ad se redeuntes nihil horum sciunt, sed tantum de torpore, capitis quadam gravedine, & ar-

tuum laſſitudine conqueruntur: atque hæc phænomena nonnihil variant, juxta gradus: In univerſali omnia hæc ferè ſunt, non item in mitiori, vel in Epilepſia puerorum, quæ in dentitione, febri &c. evenit. Eſt porro vaga, vel certis temporibus rediens, hæreditaria, vel contingens, recens, vel inveterata, idiopathica, quæ in cranio originem habet, vel ſympathica a vitio quodam in ventriculo, aliisque partibus, quæ conſenſum cum cerebro habent, &c. ab ἐπιλαμβάνω invado, prehendo. B. De vallende ziekte / Sint Jans euvel / Maan-ziekte. G. Die Schwere noth / fallende oder böse kranckheit / böswehe / fallende seuche. Gall. *Epilepſie, mal caduc.* A. The failing ſickneſſ.

Epilepsia Intestinalis, nihil aliud eſt, quam convulſio, quæ à rebus inteſtina irritantibus oritur, quod infantibus ſæpe evenit.

Epilepsia Puerorum, vide in *Epilepſia.*

Epileptica, ſunt Medicamenta adverſus Epilepſiam.

Epilogismus, eſt Medicorum ſuffragium, ab ἐπιλογίζω, poſt deliberationem concludo.

Epimedium, Vindicta Romanis. Eſt planta, quæ habet folia hederacea, ampla, acuta, lata, viridia, ſatis dura, in margine dentata, terna juncta pediculis tenuibus, & rotundis: Intra hæc aſſurgit caulis pedem circiter altus, qui habet flores parvos, pulchros, coloris variegati, ſunt cruciformes, quatuor ſcilicet petalis tubulatis conſtantes; ex quorum calice ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum, ſeu ſiliquam unicapſularem, bivalvem & ſeminibus fœtam fere rotundis: radix in multos ramos diviſa, in inferiori parte fibroſa: creſcit in locis humidis, ut in pratis.

Epimelis, dicitur Meſpilus; ſic dicitur, quod juxta malos naſcatur, ex ἐπὶ ad, juxta, & μῆλον malus.

Epinyctides, ſunt puſtulæ humorem emanantes, noctu præſertim ſævientes & cruciantes, ſublivido colore vel ſubnigro vel albo; in ambitu illorum vehemens inflammatio eſt, & ſi aperiantur, ſanies effluit, & interius exulceratæ reperiuntur. ab ἐπὶ ſupra, νὺξ nox, & τίθημι pono. B. Nagt-gezwellen. G. Nacht-geschwulst / die nacht-blattern. Gall. *Enflures de nuit.* A. Night ſwellings.

Epiparoxysmus, eſt, quando ægri plures febrium exacerbationes, quam ſolent, patiuntur, quod in febribus inordinatis contingit, ab ἐπιπαροξύνω iterum exacerbo.

Epiphænomena, vel Epigenomena, ſunt ſigna, quæ

ab initio morborum non apparent, sed iis postea superveniunt, ab ἐπιφαίνω insuper appareo.

EPIPHORA, est impetus quidam, ut dicitur, humorum, sive sanguinis, sive alterius humoris inflammatorius, in totum corpus vel in aliquam partem. Per impetum, intelligenda potius est humorum quædam subsistentia, in qua alii humores, ab arteriis affluentes, morantesque, incalescunt & phlogosin constituunt. Est & inflammatio propriè oculorum, cum salsi & acris laticis fluxu, pruritu & dolore conjuncta: & latè dicitur de totius corporis inflammatione, ab ἐπιφέρω infero. B. Oog-ontsteking. G. Entzündung der augen. Gall. *Le flux de larmes chaudes, & acres, qui accompagne les grandes ophthalmies, ou en general toute defluxion d'humeurs en quelque partie que ce soit.* A. An Inflammation of the eyes.

EPIPHYSIS seu APPENDIX, ADNASCENTIA, ADDITAMENTUM, est os ossi adnatum, per contiguitatem simplicem & immediatam, quamvis non adeo plana superficie, sed nonnihil mutuo capitum sinuumque ingressu instar ginglymi, licet absque motu, ergo potius dicenda est illa articulatio epiphyseos cum osse, indentatio; epiphyses accrescunt duobus diversis locis, vel ossium extremitatibus, vel ipsorum lateribus, ut in femore, ubi duæ epiphyses sunt trochanteres dictæ: non tantum junguntur cum aliis ossibus per indentationem, sed etiam ope cartilaginis, quæ sensim indurescit, & in adultis nimia compressione ossescit ita, ut tota junctura disparcat in his, & tunc epiphyses degenerant in apophyses. Usus eorum varii ab Auctoribus recensentur, ut nempe in ossibus medullosis nimis facilem medullæ transsudationem impediant; motum articulorum amplitudine sua tutiorem reddant; cellulis suis ad levitatem ossium conferant; prominentiis suis circa tendines vim musculorum augeant; musculis locum insertionis ampliorem præbeant; & articulorum ligamentis firmiorem largiantur cohæsionem: inprimis fœtubus inserviunt, ut eorum ossa commodius elongari, & cuicunque injuriæ externæ melius cedere possent; ab ἐπιφύω accresco. B. Een aangewasse been. G. Anwachsung eines beins. Gall. *Epiphyse.* A. Idem.

EPIPLASMA, in genere idem quod *Cataplasma.* Sed in specie dicitur de farina triticea in hydrelæo cocta & vulneribus imposita.

EPI-

Epiplocele, est *Omenti Ramex*, sive *Hernia*, in qua Omentum in scrotum per processum peritonæi dilatatum, prolabitur. Rarus est affectus, neque facile cognoscitur; adesse tamen intelligitur, si tumor inæqualis, mollis, lubricus, retento spiritu non multum increscens, a peritonæi processibus ad scrotum protensus animadvertitur; quum tamen nullus auditur murmur, nec digito premente ulla durities vel inflatio, qualis in Enterocele, persentiscitur, ex ἐπίπλοον omentum, & κήλη tumor. B. Een netbreuk. G. Netz-bruch. Gall. *Epiplocele ou Hernie de la coëffe*. A. A Rupture when the omentum fals into the cods.

Epiplocomistæ, sunt homines obesi & ventre tumidi, quibus est pingue, & magnæ molis omentum, idque in fœminis *Conceptioni* impedimentum quandoque fuisse, scriptorum monumenta testantur; idcirco & omenti gestatores appellantur, ab ἐπίπλοον omentum, & κομίζω gero, fero. B. Dikke buik. G. Ein Dick bauch. Gall. *Ventru*. A. Fat or big-bellied.

Epiplomphalum, est Hernia umbilicalis, quando ab omento tumido dilatatum peritonæum ex abdomine in umbilico nimis protuberat, ab ἐπίπλοον omentum, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. Navel-breuk. G. Nabel bruch. Gall. *Hernie de nombril*. A. The Navel rupture.

Epiploon, Omentum, seu Reticulum, est operimentum membranaceum, situm in superiori abdominis parte, & sub peritonæo proxime intestinis superstratum, eorumque convolutionibus aliquomodo insinuatum; originem à ventriculi fundo, & Intestini Coli dorso ducit, quibus adhæret, nempe à peritonæi duplicatura; inferne est liberum: est autem membrana duplicata ubique, interne vacua, hinc figura est instar retis, seu aucupis marsupii; nec tamen instar retis perforata, sed incaute tractando facile laceratur, & foramina inde nata perperam pro naturalibus habentur: plurimis vasis sanguineis, ductibus, & folliculis adiposis abundat; usus est intestina & ventriculum, pinguedine sua instar pulvinaris fovere, & pinguedinem recipere, quæ calore, motu, attritu, perpetuo in loculis hisce oleosis mirifice attenuatur, acrior, volatilior, bili similis redditur, ita ut tandem ex sacculis his adunatis, inque ductus quosdam patentibus, collecta hæc materies oleosa, mutataque ita expellatur ex omento, & per binas venas Epiploicam dextram & sinistram deferatur ad hepar, unde

unde materiem bili in hepate suppeditat. ab ἐπιπλέκω supernavigo. B. Het Net. G. Das Netz des Eingeweids / Darmnetzlein. Gall. *l'Epiploon ou Coëffe qui couvre les intestins.* A. The Caule.

Epiporoma, callus dicitur, vel tophus in articulis enatus, & induratus, ab ἐπιπωρόω induro.

Episarcidium, vel Hyposarcidium, idem quod *Anasarca*, ex ἐπὶ insuper, & σάρξ caro.

Epischion, est os pubis, seu pecten. Os transversum & latum in imo ventre, quod pubi subjacet & intestina munit, ex ἐπὶ super & ἰσχίον os coxæ. B. Schaambeen. G. Das Scham bein. Gall. *l'Os Pubis.* A. The privy bone.

Episcopales Valvulæ, à figura sic dictæ, vocantur & *Mitrales & Sigmoides*, tales duæ in vena pulmonari reperiuntur, ne sanguis è corde veniens refluat. B. De Bisschops of miters gelykenende klapvliezen. G. Das Mützen gleiche häut ein im hertze. Gall. *Valvules mitrales.* A. The Mitral valves.

Episemasia, est ipsa morborum invasio; sive illud tempus, quo morbus primo notatur, & propriè *Significatio* dicitur, ab ἐπισημαίνω insuper significo.

Epision, est pubis regio sive *Aqualiculus.*

Epispastica, sunt quæ derivant liquidum in partem, cui applicantur, tantâ vi, ut vasa tenerrima, lymphatica, & sudori & materiæ perspirabili dicata, rumpant; liquor autem effusus ab epidermide illæsa, in vesiculas elevata, retinetur; hinc illa medicamenta, quæ id præstant, constare debent ex partibus tam acribus & tenuibus, ut per epidermidem illæsam transeuntes sese lateribus dictorum vasculorum infigant, atque aperiant; epidermidem vero intactam relinquunt, quia vasa, si adsunt, pauco adsunt numero, & vis vitæ ibi valde debilis. idem quod *Attrahentia*, ab ἐπισπάω attraho.

Episphæria, sunt gyri & anfractus exteriori substantiæ cerebri insigniti, uti vasa sanguifera, per cerebri substantiam distributa, ex ἐπὶ supra, & σφαῖρα globus.

Epistasis, vocatur omnis substantia, quæ superficiei urinæ innatat; opponitur autem *Hypostasi* sive sedimento.

Epistomia, sunt extrema vasorum oscula, ex ἐπὶ ad, & τόμα os. Chemicis sic dicuntur spiracula in furnis, quæ *Ventilia* & *Registra* quoque vocantur. B. Het Togt of Windgat. G. Luftloch.

Epistropheus, eſt colli vertebra ſecunda, ſic dicitur à vertendo: nam ex medio ejus corpore aſſurgit appendix inſtar dentis canini, circa quam caput cum prima vertebra vertitur. Olim prima eodem nomine veniebat, ab ἐπιτρέφω circumverto. B. De Draeyer. G. Die andere gelencke des halſes. Gall. *La ſeconde vertebre du col, qui à une eminence en maniere de Pivot ou de dent.* A. The ſecond joint or Vertebra of the Neck.

Epithema, eſt Medicamentum externum liquidum, quod partibus corporis nobilioribus, præſertim cordi & hepati, linteo ſtupave exceptum admovetur, ab ἐπιτίθημι impono. B. Een betting / ſtoving. G. Ein Warmes Tuch / damit man einem glied Wärme zufügt. Gall. *Fomentation.* A. A. Kind of fomentation uſed chiefly to the more noble parts.

Epithymbrum, Epithymbra, eſt muſci ſpecies Thymbræ adnaſcens, ex ἐπὶ ad, & θύμβρα Thymbra.

Epithymum, eſt muſci ſpecies, Thymo adnaſcens, foliis carens, & conſtans capillamentis tenuibus, coloris ſubrubentis, ſaporis ſubadſtringentis, quibus vires aperientes, & alvum leniter laxantes adſcribuntur, ex ἐπὶ ad, & θύμος Thymus.

Epomis, eſt ſuperior humeri pars, quæ & *Acromium* nominatur, ex ἐπὶ ſupra, & ὦμος humerus. Fallopius notat, Anatomicos de ſignificatione hujus vocis minime inter ſe eſſe concordes, eamque ſumi vel pro regione, quam muſculus Deltoides occupat; vel pro illa, quæ inter cervicem & humerum jacet; vel pro parte claviculæ ſcapulis conjuncta; vel pro ſummo ipſius brachii capite.

Epomphalum, eſt Emplaſtrum, vel aliud quid, quod extuberantiis umbilici applicatur, ex ἐπὶ ſupra, & ὀμφαλός umbilicus. B. Navel-pleiſter. G. Nabel-pflaſter. Gall. *Emplaſtre pour le nombril.* A. Navel-plaiſter.

Epsema, eſt decoctio muſti in defrutum, ab ἕψω coquo.

Epulis, eſt in gingivis excreſcentia, ad intimos molares contingens, plerumque ſcorbuti ſoboles, nonnunquam cum tam vehementi dolore conjuncta, ut oris apertio impediatur, ex ἐπὶ ſupra, & οὖλον gingiva. B. Waſtert Tandvlees. G. Auswachs des Zahnfleiſches. A. An Excreſcence of fleſh in the gums.

Epu-

Epulotica, idem quod *Cicatrizantia*, ab ἐπουλόω cicatricem infero.

Equisetum, est planta duplex, majus aquaticum, & Equisetum minus terrestre vel arvense longioribus setis: Prius habet caules sesquipedem vel duos pedes altos, rotundos, asperos, excavatos, plurimis tubis in se invicem inarticulatis instructos, quæ articulatio nodos format per intervalla: folia teretia, pyxidatim articulata, cava: flores sunt apetali, staminei, apice fungiformi donati, spicati, fructus in Equiseti speciebus, quæ floribus carent, sunt grana nigra aspera & fracta; radix est repentissima, nigricans: Hæc planta crescit in pratis & circa flumina. Altera Equiseti species ab hac tantum differt in eo, quod folia & asparagi sunt longiores, tenuiores, molliores; Gr. ἵππουρις, est Planta caudæ seu setæ equinæ æmula. B. Paardestaart. G. Roß-schwantz/ Pferd-schwantz/ Schaffteheu. Gall. *Prêle*, *Queue de Cheval*. A. Horse taile.

Eranthemum, seu Delphinium, Camomilla, sic dicitur, quod vere floreat, ἦρ enim est ver, & ἄνθος flos.

Erebinthus, est Cicer: sic dicitur quod semina in vasculo, quasi flatu distento, bina ferat ad instar testiculorum (quod tamen non de omni, sed de quodam ciceris genere verum est) vel quod maximè venerem excitat. Vide quoque vocem *Orobus*.

Erector, est nomen musculi, cujus actione partes quædam tenduntur. Tales sunt *Erectores penis* & *Clitoridis*, qui ab interiore parte tuberis Ossis Ischii oriundi spongiosis harum partium corporibus inseruntur.

Ergasterium, furni pars.

Erica, Est frutex, qui habet caules, vel virgulta numerosa, dura, lignosa, ramosa, pedem unum vel sesquipedem alta, coloris rubicundi, fusci, aut obscuri; folia exigua aliquantulum dura & aspera, semper virentia, Tamariscum referentia: flos monopetalus, campaniformis, nudus, sæpe urceolum referens: ovarium in fundo fit fructus subrotundus, quadrifariam hians, quadrilocularis, fœtus seminibus exiguis imo flore ut calice, tectus: radix lignosa est, se in terra extendens: hæc arbuscula crescit in sylvis, & sterili, squalido, palustri, & spongioso solo viget: deducitur a verbo Græco ἐρείκω frango, confringo, an, quia frangat, abradatque, idque scopis ex Erica colligatis, inque fasciculum redactis? an ab ἔρημος desertum, quod

quod in desertis & sterilibus locis proveniat? an corrupta vox à Myrica, quod eam aliquomodo referat? B. Heide. G. Heide. Gall. *Bruyere*. A. Heath or Ling.

Ericerum, Gr. Ἐρίκηρον, Collyrii species est, cujus aliquot differentias *Aëtius* enumerat. Denominationem à fructu ericis accepisse videtur.

Erigerum, seu Senecio, sic dici volunt, quod vere tam citò ejus flores in lanuginem vertantur: atque senescat, seu quasi vernus senex, ab ἦρ Ver, & γέρων senex, unde & quoque *Senecio* dicitur. Vide *Senecio*.

Erinus, est nomen variis plantis impositum; Latinis *Caprificum* sonat, sic vocantur quædam Campanulæ, Bazilici, & Ezulæ species, an ab ἔρις, quod cum ex arbore velut contendendum sit & luctandum, ut maturet fructus suos.

Eriophorus Bulbus, quasi diceres bulbus laniferus, idque propter lanuginem, quæ inter radicum laminas est, ex ἔριον lana, & φέρω fero.

Erodentia, sunt Medicamenta, quæ peregrinum tenax adhærens in ulceribus, & ipsa vasorum ramenta tenuissima semicorrupta resolvunt, & consumunt. B. Wegvretende middelen. G. Zernagende artzney.

Erosio, idem quod *Corrosio*.

Erotomania, vocatur illa delirii species, quæ ex amore nimio ortum habet; & in quibusdam casibus tam ferox erat, ut ægri illicitas libidines sectarentur.

Erpes, vide *Herpes*.

Erratica Febris, aliis *incerta* vel *vaga*, ita vocatur, quæ nullum statum tempus, nec ullum accessionis aut remissionis ordinem servat.

Errhinum, Barbaris *Nasale & Caputpurgium*, est Medicamentum, quod metæ forma naribus inditum; sine sternutatione, humores & præsertim viscidos evacuat. Estque liquidum, molle vel solidum. *Liquidum* fit vel ex succis herbarum errhinarum, & cephalicarum, ope vini, aut alterius liquoris, extractis, quibus aliquando spiritus vini admiscetur, *Vel* ex decocto simplicium idoneorum, additis nonnunquam succis, melle, oleo, vel succis excepto, & ad unguenti formam decocto. *Solidum*, vel forma pulveris datur, & hoc in sternutatoriis maximè locum habet, *vel* formâ turundæ & dicitur *Nasale*, paraturque ex pulveribus idoneis, mucilagine, cerâ, vel terebinthina ex-

exceptis, ab ἐν in, & ῥὶς nasus. B. Spitse niesproppe / of Nieswater. G. Eine Artzney / die das Niesen zu wege bringt. Gall. *Sternutatoire*. A. A Sternutatory.

Error loci, terminus est, quo Summus Boerhavius primus usus fuit. Nempe quoniam in corpore humano decrescens series vasorum est, & unumquodque humorem sibi proprium continet, sanguifera sanguinem, serifera serum, &c. fieri potest, ut aucto motu, & dilatatis vasorum lateralium orificiis, sanguis in vasa serifera, serum in lymphatica, lympha in subtiliora adhuc vascula ingrediatur, quod si fiat *Error loci* dicitur. Exemplum hujus rei præbet Opthalmia, in qua tunica adnata, naturaliter alba, rubro colore prædita conspicitur.

Eruca, Planta officinalis antiscorbutica est, cujus variæ dantur species, tum sativæ, tum sylvestres: sativa habet caules parum lanuginosos, duos circiter pedes altos; folia Sinapi albi minora, tenera, glabra, sine lanugine: flos cruciformis, quadrifidus, coloris subcærulei albi, punctis nigris notatus; flori succedit siliqua longa, divisa in duos loculos, continentes semina subrotunda, flava: radix alba, tenuis, lignosa: hæc planta crescit in pratis, sapor ejus singularis: sylvestris parum a præcedenti differt. dici volunt, quod ob acrem saporem linguam erodat: hæc enim, ubi degustaveris, os & linguam satis acriter vellicat. Græcis εὔζωμον, quoniam jura commendet, habeatque in eisdem peculiarem gratiam, ex εὖ bene, & ζωμὸς jus, esculentum. B. Raket. G. Raucken / Raucken-kraut / Weisser senff. Gall. *Roquette*. A. Rakett.

Eructatio, vide *Ructatio*.

Eruptio, sumitur vel pro evacuatione quadam, v. g. sanguinis, violenter facta; vel pro maculis sive pustulis cutaneis, quæ etiam *Efflorescentiæ* vel *Exanthemata* dicuntur.

Ervilla, & Ervum, est Leguminis minoris species, dicitur ab *Eruendo*, capitur enim & manu vellitur. Hinc fortè nostris. Erten / Erwten en Erweten. G. Erbsen.

Eryngium, & Eringium, est Cardui species: est planta, quæ habet caulem sesquipedem vel duos pedes altum, rotundum, striatum, medulla alba repletum, in summitate in multos ramos divisum: folia sunt ampla, profunde incisa, dura, spinosa, alternatim in caule disposita;

sta: in summitate caulis sunt capitula squammosa aculeata, unita foliis quam plurimis repentibus, oblongis, latis, villosis: flores ad umbelliferos referuntur: forma capitulorum cum Dipsaco convenit: radix est longa, digiti crassitie, & interdum pollicis, foris nigricans, intus alba, saporis subdulcis & grati; discissa & pressa succum dat croceum: hæc planta crescit in locis arenosis, in campis, maris littoribus. dicitur & *Iringus*, ab ἐρεύγειν, ab eructando putant, quod capræ, quæ morsu surculum Eryngii præciderint, vel deglutiverint, cunctum gregem pone sequentem, quasi stupore attonitum sistant, donec Eryngium ructu rejecerint, ast Eryngium non manducat capra. Sed ἠρύγγιον vel ἠρύγγιον aliis dicitur, ab ἐρῶ amo, & ἴγγεϭ, nempe ex ἐν pro ἐν & κρὸς, quod suis capitibus aspectu sit amabile, gaudet enim plurimis capitibus, hinc *Centumcapita* appellatur. Vel dicitur quod τῷ ἦρι sit ῥιγηλὸς, quod verno etiam tempore molestum sit suis spinis, quibus facile lædit. Vel quod radicem habeat longè lateque per agros serpentem, rusticis admodum molestam. B. Kruis-distel / Kruis-wortel / Endeloos. G. Sieben-kraut / Manns treu / Roden-distel / Brach-distel. Gall. *Panicault*, *Chardon Roland*, *Chardon à cent têtes*. A. Sea holly or eryngo.

Erysimum, Est planta, quæ habet caulem duos circiter pedes altum, rubicundum, villosum, ramos quosdam flexiles dimittentem: folia bina, sibi invicem opposita, Sinapi referentia, profunde incisa: flores sunt exigui, quadrifidi, flavi, cruciformes; flori succudit siliqua tenuis, rotunda, septo medio divisa in duo loculamenta, seminibusque fæta, ut plurimum exiguis & rotundis, saporis acris & fervidi: radix alba, lignosa, acris, digiti minimi crassitie: hæc planta crescit in locis desertis & inter olera recensetur, nomen accepit ἀπὸ τ̃ ἐρύειν, à multiplici foliorum sectione. Vel ἀπὸ τ̃ ἐρύειν, quod ob suam caliditatem maximâ trahendi vi præditum sit, quod inter fruges refertur; nomen invenit ab adverso, quasi ἐρύτιμον, quod minimè pretiosum & nobile est. Vocatur etiam *Irion* & *Rapistrum*. B. Wilde Raket. G. Wegsenff / Hederich. Gall. *Velar*; *Ravenou*. A. Hedgemustard.

Erysipelas, Ignis sancti Antonii, ignis sacer *Columell.* ignis *Sammonico*, ἐρυσίπελας *Poll.* πῦρ ἄγριον *Hippocrati.* Est tumor præter sanitatem in cute, aut quacunque parte carnea, vel membranosa excitatus, rubicundus, flavescens,

ſcens, latus, non altè aſcendens, nec pulſans, ſed cum dolore punctorio, plerumque invadens cum febre, niſi ex cauſa externa originem ducat, à ſanguine in vaſis Lymphaticis impreſſo & hærente productus: poteſt fieri in omni parte corporis; plerumque tamen pedes occupat, & omnium ſæpiſſime faciem, quoniam tenera eſt, & aëri expoſita. Aliquando elevatur in bullas, ac ſi cantharidum emplaſtris eſſent excitatæ, tuncque dicitur nobis B. De Belroos. In genere tamen dicitur de Roos/ St. Anthonis vuur/ ex ἔρυθρον πέλας propè, fermè, varias habet differentias, prout altius aſſurgit, vel depreſſius eſt, aut majori aut minori cum calore, ut Tumor *Eryſipelatodes*, *Phlegmonodes*, *Oedematodes*, *Scirrhodes &c.* G. Die Roſe/ daß Heylige feür/ St. Antonius-feür/ das Rothlauff/ die brennende Rauch/die Roſeſſe. Gall. *Eryſipelle*, *le feu de Saint Antoine*, *la Roſe*. Si occupaverit faciem, *la Roſe au viſage* dicitur. A. St. Antonies Fire.

Erysipelatodes, eſt tumor Eryſipelati ſimilis, ſive Eryſipelas ſpurium, ex ἐρυσίπελας inflammatio, & εἶδος forma. B. Roosagtig G. Roſeleckt.

Erythremata, ſunt rubores pulicares, in febribus peſtilentialibus frequentes, ab ἐρυθραίνω rubeſco. B. Vlekken als vlooybeten. G. Kleine Flecken.

Erythroides Membrana, eſt poſt *Elythroidem* ſecunda, *rubea* dicta, teſtem involvens, externè adhæret vaginali tunicæ, internè vero albugineæ. *Rubea* dicitur à colore, nam ἔρυθρον eſt rubrum, & εἶδος forma. B. Het roode bal-vlies. G. Das Rothe hoden häutlein

Eschara, Gr. ἐσχάρα, eſt cruſta ulceribus ſuperinducta, vel cauterio aut ruptorio excitata, ab ἔχω habeo, & ἔρα terra; quia ſe habet inſtar terræ damnatæ, vel ab ἐσχαρόω cruſtam induco. B. De Korſt. G. Grind/ Rüſe auff einer wunden/ Räude. Gall. *Eſchare*, *Crouſte d'ulcere*. A. An Eſcar.

Escharotica, idem quod *Cauſtica*, ab ἐσχαρόω cruſtam induco.

Esculus, eſt arbor glandifera, fortè ſic dicta, quod ejus glandes comedantur. Vide *Æſculus*.

Escura, idem quod *Eſchara*.

Esphlasis, eſt illa fracturæ cranii ſpecies, in qua cranium a vi externa violenter premente introrſum pulſum,

est. B. Verdrukking van het bekkeneel. G. Das nieder-drucken der Hirnschalen.

ESSENTIA, stricte dicta est illud, quod naturam alicujus rei constituit, eamque ab omni alia distinguit: sed in Chemia Essentiæ vocabulum significat accurate loquendo balsamicam rei partem (seu in qua vires potissimum resident) à crassiori separatam, quare cum exactissima rei separatio beneficio extractionis peragatur, fit ut pars illa balsamica à crassiore corpore extracta essentia κατ' ἐξοχὴν dicatur, alias à modo fiendi extractum, nonnunquam attribuitur Essentiæ vocabulum succis expressis ac spissatis. Verum præstaret hoc proprio suo nomine, quo minus confusio oriatur, nominare. Sunt & qui elæosacchara essentias vocant, sed abusivè. B. Wezentheit / het uit. G. Das wesen. Gall. *Essence*. A. Essence.

ESSENTIALE OLEUM est, quod per destillationem ex plantis extrahitur, quo epitheto distinguitur ab illo, quod coctione, expressione, vel alia quacunque methodo paratur.

ESSENTIALE SAL est, quod per crystallisationem ex succis vegetabilium educitur, plane distinctum ab eo, quod per incinerationem acquiritur.

ESSENTIA QUINTA, sive CLYSSUS, est Medicamentum, ex integris constituentium particulis energeticis sive activis constans, separatis ab inertibus. B. De vyfde wezentheit / de quinte essentie / het uit / of het kragtigste der Medicamenten. G. Die kräfftigeste artzneyen fug of zusammen fugung / quintessence. Gall. & A. Quint essence.

ESSERE, SORA & SARE, etiam nominant: sunt tubercula parva, ad rubrum vergentia, duriuscula, cum insigni pruritu subito universum corpus occupantia, non secus ac si ab apibus, vel vespis vel culicibus, homo demorsus, aut urticis percussus esset: Non ita tamen post longum tempus evanescunt, nulloque ichore vel alia humiditate affluente, cutis pristinam levitatem & colorem recuperat. Differt ab *Epinyctide*, quod in hoc affectu ichor manat, in Essere non item.

ESTHIOMENOS, est herpes exedens vel fera, cujus causa est, quod papulæ cutis humorem quendam acrem in se contineant, qui ob perspirationem inhibitam corrumpitur, & acrimonià suà non tantum cutim, sed etiam subjectas partes corrodit, ab ἐσθίω comedo, ἕρπω repo. B. Vuurworm.

worm. G. Ein Haar-wurm/ Haupt-grind. Gall. *Estiomene*; *herpes*. A. An Inflammation in the Skin, Sharp of bitting.

Esula seu Ezula, est Tithymali species, quæ distinguitur in majorem & minorem, hæc plures habet caules pedem altos, ramosos, folia gerentes angusta instar Pini, lacte turgentia: flos ut in Tithymalo majori, de quo sub titulo Tithymali: radix oblonga, Esula majori tenuior; foris fusca, intus ex flavo albescens, lacte acri turgida, dicitur & Pityusa. nomen diductum à πιτυύσσ videtur: duabus enim syllabis sublatis, remanet ὖσα, cujus diminutivum *Usula*, & vocali primâ mutatâ *Esula*. B. Kleine spurge. G. Wolffsmilch. Gall. *Petite Esule*. A. Little small Spurge.

Esurinum, dicitur de illis salibus, quæ corrodentem indolem habent; applicatur quoque ad talia, quæ stomachum vellicando famem excitant.

Ethmoides, Os Cribriforme, est ex octo ossibus capitis minimum, figuræ utcunque quadrilateræ, situm est ad partem inferiorem ossis Frontis immediate supra nasum internum, sex apophysibus donatum, & plurimis foraminibus pervium pro nervorum olfactoriorum transitu, hinc olfactui inserviens, quatenus ad augendam illius organi extensionem concurrit, ab ἠθμὸς cribrum, & εἶδ☉ forma. B. Het zeef-been. G. Das sieb gleiche bein. Gall. *l'Os Ethmoide*. A. The bone like à sieve.

Evacuatio, est quæcunque depletio contentorum ex quolibet cavo corporis, Gr. Κένωσις, est vel arte, vel per se. *Arte* si sanguis evacuetur, aut purgando, vomendo &c. vitiosi humores ex ventriculo & intestinis evacuentur. *Per se* ut in hæmorrhagia, menstruorum evacuatione, mictione, fæcum alvinarum evacuatione &c. B. Uitleyging. G. Außführung/ das Entledigen/ außlären. Gall. & A. Evacuation.

Evaporatio, idem quod *Diaphoresis*. Item fit, quando succi, lixivia, aliaque leni igne evaporando in spissiorem consistentiam rediguntur. B. Uitwaassеming / Uitdamping. G. Außdämpffung. Gall. *Evaporation*. A. Evaporation. Denotat etiam exhalationem vaporum, veluti qui ex aqua stagnante in aërem evehuntur.

Euchroa, est color & nitor bonus, ab εὖ benè, & χρόα color.

EUCHYLOS, eſt qui ſuccis bonis abundat. Ita alimenta, quæ bonum ſuccum præbent, dicuntur, eſſe boni ſucci, ex εὖ bene, & χυλὸς ſuccus. B. Goed-ſappig. G. Voll mit guten ſafft. Gall. *De bon ſuc.* A. Good nourishment.

EUCHYMIA, eſt optima ſuccorum temperies & conſtitutio, ab εὖ bene, & χυμὸς ſuccus. B. Een welgeſteltheit der Sappen. G. Gute beſchaffenheit des ſafft. Gall. *De bon ſuc.* A. Good nourishment.

EUCRASIA, eſt *Temperamentum bonum*, ſive illa corporis conditio, qua tum ſolida, tum fluida, pro ætate & ſexu, optime ſunt diſpoſita, & in ſe invicem agunt, ita ut ſanitas in cunctis obtineat: Εὔκρατος bene temperatus, ab εὖ bene & κεράννυμι miſceo. B. Een goede getemperttheit / welgematigheit. G. Gut Temperament / geſundtheit. Gall. *Un bon temperament.* A. A Good habit of body.

EUDIAPNEUSTOS, qui benè perſpirat & optimam habet *Diaphoreſin*, ex εὖ bene, διὰ per, & πνέω ſpiro. B. Die wel doorwaaſſemt. G. Einer der wol athem holet. Illi raro, nec longo tempore ægrotant, quia materia morbifica facile per tranſpirationem expellitur.

EUECTICA, idem quod Gymnaſtica, ſive Medicinæ pars, qua aptis exercitiis bonus habitus acquiritur, ab εὖ bene & ἕξις habitus.

EUELCES, laborans ex ulceribus, curatu facillimis, ab εὖ bene, & ἕλκος ulcus. Cujus oppoſitum eſt *Dyſelces.* Vide ſuo loco.

EUEXIA, eſt optima, & ſana habitudo, ab εὖ bene, & ἕξις habitus. Cui opponitur *Cachexia*, malus habitus.

EUFORBIUM, idem quod *Euphorbium.*

EUFRASIA, idem quod *Euphragia.*

EUGEOS, eſt uterus, ſic dicitur ob analogiam cum terra fertili, hoc nomine etiam *Hymen* appellatur, ab εὖ benè, & γαῖα ſeu γῆ terra.

EUODES, eſt odor excrementorum ſuavis, ab εὖ bene, & ὄζω olfacio. Cui opponitur *Dyſodes*, malè olens.

EUONYMOS, eſt arbuſcula, cujus lignum eſt durum, coloris flavi, albeſcentis; habetque folia oblonga, acuta, dentata, mollia; calicem monophyllum, quinquifidum, aut quadrifidum; florem roſaceum, tetrapetalum vel pentapetalum, ſtaminibus quatuor vel quinque fætum; Ovarium in fundo calicis inſtructum tuba bifida, unde fit fructus membranaceus, angulatus, in loculamenta quatuor di-

divisus, quorum singulum continet semen longum, solidum, crocei coloris externe, continens medullam albam, saporis amari & ingrati; hæc arbuscula habet odorem penetrantem, & crescit in locis incultis, ita dicitur quasi boni nominis per Antiphrasin; unde quædam Exemplaria habent *Anonymos*, vide *Anonymus*, ex εὖ bene, & ὄνομα nomen; vocatur etiam Fusanus. B. Papenhout. G. Spindel-baum. Gall. *Fusain*, *Bonnet de Prestre*. A. Spindel tree, or Prickwood.

Euosma, idem quod *Euodes*.

Eupathia, seu Euphoria, est affectio, quæ facile fertur, ex εὖ bene, & πάθος affectus, cui opponitur *Dyspathia*, vide suo loco.

Eupatorium, triplex potissimum recensetur, Græcorum sive veterum, de quo videatur *Agrimonia*; Mesuæ, de quo videatur *Ageratum*; & Cannabinum, quod etiam dicitur Avicennæ, vel Aquaticum, de quo hic agitur. Est planta ramosa, cujus caulis quatuor vel quinque pedes est altus, rectus, rotundus, lanuginosus, viridis purpureus, medulla alba repletus, & ubi dissecatur, odoris est aromatici & grati: folia sunt hinc inde per intervalla posita, oblonga, plurima simul juncta, acuta, in margine dentata, villosa, saporis amari: flos in umbellam congestus plurimis flosculis (ex quibus longa capillamenta plerumque surgunt) constat multifidis, embryoni insidentibus, & calice longo, tereti, ac squammoso comprehensis: Embryo autem abit in semen pappis instructum: radix est fibrosa, alba, amara, crescit in locis humidis aquosis. nomen volunt invenisse Regem Eupatorem, qui illam herbam primus invenit. Sed fortè sic dicitur, quod Hepatis morbis medeatur, unde *Hepatorium* quoque appellatur, & tum derivatur ab εὖ bene & ἧπαρ Hepar. B. Boelkens-kruid / Koninginnen-kruid. G. Wasser dost / Kunigund kraut / Hirtzgunsel / Alb kraut / Hirtzen klee / obermenig. Gall. *Eupatoire*. A. Eupatory, or Agrimony.

Eupepsia, cui opponitur *Dyspepsia* Est coctio ventriculi facilis, unde alimenta dicuntur *Eupepta*, quæ facile in ventriculo dissolvuntur, ex εὖ bene, & πέπτω coquo. B. Een goede koking. G. Gute verdauung. Gall. *Une bonne digestion*. A. A Good digestion.

Euphorbium, est gummi concretum acerrimum, ex

fauciata herba ejusdem nominis extractum; quæ est frutex hominis longitudinem superans, cujus cortex est durus, & spinosus: folia digitum longa, crassa, figura quadrangulari, in singulis angulis multas exiguas spinas habentia: flores pentapetali, coloris viridis subflavescentis, succedit fructus Pisi magnitudine triangularis, in tria loculamenta divisus, unico fæta semine oblongo. Nascitur in modum ac si singula folia repræsentarent aculeatos Cucumeres; totum enim folium spinis albis oblitum est, ita ut manibus prehendi absque læsura non possit: Plantam hanc hic Amstelodami viventem vidi. Gummi igitur ex incisis foliis emanans sole induratur, illud debet esse purum, aliquando & spinas aliasque festucas admixtas habet, flavescit aliquomodo, aliquando albescit. Admodum & naribus & linguæ acre est, & facile, nisi demulcentia & oleosa adhibeantur, harum partium inflammationem producit; vehementer alvum ducit, & serosos humores expurgat, sed ob summam acrimoniam intestina excoriat. Externe vix quidquam præstantius ad cariem ossis auferendam se invenisse, testatur Hildanus. Venit ex Lybia, Mauritania, Peru &c. nomen adinvenit primum Juba Lybiæ Rex in monte Atlante ultra Herculis columnas, appellavitque *Euphorbium* Medici sui nomine, & Fratris Musæ, à quo divus Augustus fuit conservatus. Facile quoque nomen diduci posset ab εὐφορέω, modo facile ferri tolerarique posset, est enim vehemens Catharticum. B. Gom van Euphorbium. G. Hitziger gummi. Gall. *Euphorbe.*

Euphoria, idem quod *Eupathia*, ab εὐφορέω facile tolero. B. Een makkelyk verdrag. G. Leichte erleidung

Euphragia, Euphrasia, vel Eufrasia, Est parva planta, quæ plures habet caules tenues, villosos, nigricantes: folia parva, oblonga, venosa, minutim incisa: flos monopetalus, anomalus, personatus, in duo labia distinctus, quorum superius surrectum, & multifariam sectum; inferius vero in tres partes dividitur, quæ singulæ quoque bifidæ sunt, coloris albi, multis punctis purpureis & flavis notatus: ex calice surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, quod abit in fructum seu testam, exiguam, oblongam, in duo loculamenta divisam, seminibusque fætam exiguis & albis: radix exigua, lignosa; crescit hæc planta in locis incultis circa vias, sic ejus nomen

men à Græcæ linguæ imperitis Pharmacopolis depravatum est, cum olim εὐφροσύνη dicta sit, quod nimirum oculos, quorum caliginem discutit, delectet, ex εὖ & εὐφρων lætus. Hinc quoque *Ophthalmica* vocatur. B. **Oogen-troost / klaar-oog.** G. **Augen-trost.** Gall. *Euphraise.* A. Eyebright.

EUPHROSYNE, idem quod *Euphragia.*

EUPNOEA, est respiratio probe constituta, sive respirandi facilitas, ab εὖ bene, & πνέω spiro. B. **Een makkelyke ademing.** G. **Leichte athem holen.** Gall. *Respiration facile.* A. An Easy breathing.

EUPORIA, est Medicamentorum præparandi facilitas, vel eorum operationis promptitudo, ex εὖ bene & πορέω gradior, hinc *Euporista medicamenta* vocantur, quæ promptos in curandis morbis effectus edunt. B. **Vaardige Medicyne.** G. **Bewährte artzney.** Gall. *Une Medecine éprouvée.*

EURHYTMUS, est pulsus in homine sano, Rhythmum seu ordinem benè servans, ex εὖ benè & ῥυθμὸς modulus. B. **Ordentelyke pols.** G. **Ordentlicher puls-schlag.** Gall. *Le Pouls regulier, egal.* A. An Orderly Pulse.

EUSARCOS, Gr. εὔσαρκος, bene carnosus, seu torosus, sive quadratus, ab εὖ bene, & σάρξ caro. B. **Wel in het vleeş.** G. **Voll mit fleisch.** Gall. *Charnu.* A. Fleshy.

EUSEMIA, est bonorum signorum præsentia, ab εὖ bene, & σῆμα signum. B. **Een goed teiken.** G. **Ein Gut zeichen.** Gall. *Un bon Signe.* A. A good sign.

EUSITIA, est bonus appetitus, ab εὖ bene, & σιτέω alo, nutrio, pasco, sagino. B. **Goede appetyt.** G. **Gut Appetit.** Gall. *Bon appetit.* A. A good appetite.

EUSPLANCHNOS, est is, qui optima & robusta habet viscera, ab εὖ bene, & σπλάγχνον viscus. B. **Die goede ingewanden heeft.** G. **Einer der gute eingeweid hat.**

EUSTOMACHUS, est bene constitutus stomachus: item cibus stomacho conveniens, ab εὖ bene, & στόμαχος sinistrum ventriculi orificium. Quod & pro toto ventriculo sæpe sumitur. B. **Een goede maag** G. **Ein Guter magen.** Gall. *Un bon Estomac.* A. A good stomack.

EUTHANASIA, est facilis & levis sine convulsionibus dolorificis mors, ex εὖ bene, & θάνατος mors. B. **Een gemakkelyke dood.** G. **Ein sanffter todt.**

EUTHYPOROS, est rectus incessus, ab εὐθὺς rectus, & πορίζω incedo.

Eutocos, seu Fæcunda, quæ benè gerit, & facile parturit, ab εὖ bene, & τόκος fætus, à τίκτω pario

Eutonos, qui firmus est, & debitum membrorum tenorem habet, ab εὖ bene, & τόνος tensio, à τείνω tendo.

Eutrophia, est optima nutritio, ab εὖ bene, τρέφω nutrio. B. Een goede voeding. G. Das gedeyen / Zunehmen. Gall. *Une bonne nutrition*. A. A good nourishment.

Exacerbatio, idem quod *Paroxysmus*.

Exæresis, sic vocatur Chirurgiæ pars, quæ extrahit peregrina è corpore nostro, quæ ei nocebant, sive intus in eo hæreant, ut calculi &c. sive extrinsecus immittuntur, ut globuli plumbei in vulneribus &c. ab ἐξ ex & αἱρέω, traho, demo. B. Uithalinge. G. Außziehung. Gall. & A. Extraction.

Exagium, est Veterum pondus scrupulos quatuor pendens.

Exaltatio, Gr. Μετεωρισμὸς seu Sublimatio, est operatio, qua res affectionibus mutata, ad altiorem substantiæ & virtutis dignitatem perducitur; vel est subtilisatio, res sensim dissolvendo, in puriorem & majorem virtutis suæ gradum transponens, & fit circulatione, ablutione, vel fermentatione. B. Opheffing / verhooging. G. Erhöhung / verbesserung. Gall. & A. Exaltation.

Examblosis, idem quod *Abortus*. Gr. Ἐξάμβλωσις & Ἐξάμβλωμα, ab ἐξ ex & ἄμβλωσις Abortus.

Exanastomosis, est osculorum, sive extremitatum vasorum apertio, ab ἐξ ex, ἀναστομόω aperio, relaxo. B. Opening der monden der vaten. G. öffenung der fässer.

Exanthema, est Efflorescentia, seu Efflorātio, quædam super cutem apparens instar earum macularum, quæ etiam in totius corporis cute apparent, estque symptomaticum vel criticum: à *Sennerto* dupliciter describitur; unum est quod colorem cutis saltem mutat, ut fit in febribus petechialibus, morbillis, maculis scorbuticis, hepaticis, lentigine &c. alterum in quo tubercula quædam in cute erumpunt, quæ papillarum nomine venire solent, ut variolæ, papulæ, pustulæ &c. ab ἐξανθέω effloresco. B. Uitbottende blaskke / uitslag / vuurigheid / Puiste. G. Blattern. Gall. *Exantheme*, *Efflorescence*. A. A Pheale or pash.

Exarthrema, idem quod *Luxatio*, & quidem totalis, quando totus articulus ex sede sua naturali excidit: ab

ἐξαρ-

ἐξαρθρέω, ex artubus sum dimotus. B. Ontlid. G. Verrenckung. Gall. & A. Luxation.

Exarticulatio, idem quod *Luxatio*.

Excathisma seu Semicupium, est balneum ex aqua calida.

Excidentia, sive Ecptosis, idem quod *Luxatio*.

Exceptio, est incorporatio aut permixtio pulverum siccorum cum humiditate quapiam: hoc pacto *Electuaria* conficiuntur, cum melle aut syrupo pulveres & pulpæ excipiuntur: & pulveres pilularum cum syrupo, melle, vino, aut succo.

Excipulum, idem quod *Recipiens*.

Excipulum Chymicum, vide *Receptaculum Chymicum*.

Excisio, sive Eccope, idem quod *Extirpatio*.

Excitantia, sunt talia medicamenta, quæ ingesta, applicata, vel cum aëre attracta, sua irritatione faciunt, ut motus & sensus nimis languentes vividiores fiant, vel deficientes revocentur.

Excoriatio, idem quod *Darsis*.

Excorticatio, est corticis exterioris denudatio, quod Pharmacopæis usitatum est circa radices, fructus, semina &c. B. Een ontbasting. G. Abschelung der rinde. Gall. *l'Ecorcement*. A. A peling away of the bark.

Excrementum, Gr. Διαχώρημα, Περίττωμα, notat omne quicquid ab alimentis post coctionem separatum, crassius, indissolutumque existens è corpore est secernendum, vel quicquid cum sanguine circumivit, & subtilius atque acrius est, quam ut corpus amplius nutriat, illive inserviat, per excretoria corporis eliminatur, ut sudor, aurium sordes, alvi & vesicæ excrementa &c. B. Uitdryzels / Drek. G. Unflat / Koth. Gall. *Excrement*, *l'Ordure du corps*. A. The Offall, the refuse of any thing or excrements.

Excrescentia, idem quod *Hypersarcosis*.

Excretio, Gr. Διαχώρησις, est actio excernendi. Vide *Excrementum*.

Excutia Ventriculi, instrumentum est, ab Heistero descriptum & delineatum, ex mollioribus setis, in fasciculum contortis, filoque ferreo flexili annexis, confectum; quod ad fauces ab ossiculis inhærentibus liberandas,

imo

imo ad ventriculum expurgandum, adhiberi posse nonnulli asserunt.

EXELCISMUS, est ossium à superficie in profunditatem deductio, ab ἐξέλκω extraho. B Indrukkinge des beens. G. Einfallen der beinen. Gall. *Compression de l'os.*

EXERCITATIO, est motus corporis humani vehemens & voluntarius, sanitatis tuendæ, vel habitus boni comparandi gratiâ factus. Gr. Ἄσκησις, Ἄσκημα, Γυμνάσιον. B. Oefening. G. Ubung. Gall. *Exercitation. Exercice.* A. Exercise.

EXERCITIUM, est motus, quo corpus sanitatis gratia exercetur & movetur, estque *triplex.* 1. Quod tantum ab aliis fit, ut in equitatione, navigatione, & curru. 2. Partim ab aliis & semetipsis, ut in gladiatoribus & luxatoribus. 3. A semetipsis tantum, ut in ambulatione & pila, omnium optimè quod fit pila parva, vulgo palettem. *Exercitium* seu finis illius iterum triplex est; vel ad calorem, vel ad sudorem, vel ad anhelitum, & hoc sufficit. B. Een Oefening. G. Ein übung. Gall. *Exercice.* A. Exercise.

EXHALATIO. Gr. Ἀναθυμίασις. Idem quod *Evaporatio.*

EXINANITIO. Gr. Κένωσις. Idem quod *Evacuatio.*

EXISCIOS, est quando os femoris luxatum est. Unde & illi, quibus nates rotundæ exstant & coxa eminet, dicuntur Ἐξίσχιοι, ab ἐξ ex, & ἰσχίον coxa. B. Mank / heup-ontwrigting. G. Verrenckung der hüfft. Gall. *Luxation de la hanche.* A. Luxation of the thigh bone.

EXOMPHALOS, est umbilici protuberantia, infantibus frequens, vel fœminis post partum, quæ facile fit, quoniam peritoneum eo in loco nullis musculis tegitur, ab ἐξ ex, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. Uitbulting des Navels. G. Das herauß wachsen des Nabels. Gall. *Protuberance du nombril.* A. Protuberance of the Navel.

EXOPTHALMIA, est oculi extra ordinarium situm protuberantia: sequitur aliquando Variolas, plerumque autem post ineptam Cataractæ depositionem, vel quemcunque humorum præternaturalium ad oculos defluxum, qui membranas ita distendunt, ut orbita oculum amplius retinere nequeat, ab ἐκ ex, & ὀφθαλμὸς oculus. B. Een uitpuilinge der Oogen. G. Das herauß wachsen der augen. Gall. *Protuberance des yeux.* A. A Protuberance of the eyes.

EXO-

Exostosis, est ossium extuberantia & excrescentia, seu ossium tubera, & eminentiæ inordinatæ à Lue venerea aut alias, ab ἐξ ex, & ὀστέον os. B. Uitwassing des beens / been-knobbels. G. Uberbein / auswaschen der beinen. Gall. *Exostose, excroissance de l'Os.* A. A Extuberance of the bones.

Exotica, opponuntur indigenis, & sunt talia remedia, quæ aliunde ex peregrinis regionibus transferuntur.

Expansio, dicitur tam de solidis, quam de fluidis: prior est partium fibram constituentium a se mutuo recessio, quæ facit majorem molem sive tumorem: altera dicitur etiam Rarefactio, estque humorum major moles sine augmento ponderis, quæ sequitur auctum calorem. B. Uitzetting. G. Außreckung.

Expectorantia, Medicamenta sunt, quæ valent morbosam materiam intra Pulmonum bronchia contentam per Laryngem expellere. B. Borst-middelen. G. Brust artzneyen.

Exploratorium, idem quod *Specillum.*

Explosio, erat juxta quorundam Medicorum hypothesin actio spirituum, qua nervi subito contrahuntur: Causa dicebatur, quando spiritibus animalibus particulæ heterogeneæ accrescunt, vel in confusionem aguntur. Sed est potius operatio quædam Chymica, qua res accensæ subito inflammantur, ut fit, si cum Nitro accendatur Antimonii pulvis. B. Outploffing. G. Das rauschen / Getöß. Gall. & A. *Explosion.*

Expressio ab Exprimere, est, quando amygdala, aliave semina pinguia post debitam contusionem, aut decocta, aut herbæ tusæ ob olea aut succum prælo exprimuntur.

Expulsio, idem quod *Expultrix vis.*

Expultrix Vis, sive facultas. Antiquis dicebatur illa actio seu facultas, qua excrementa excernebantur, sed non necesse est ad cæcas vires confugere, cum scimus ea omnia à spiritibus animalibus fieri, motu scilicet peristaltico.

Exsolutio, idem quod *Eclysis.*

Exspiratio, seu Ecpneumatosis, est aëris in Pulmone contenti per asperam arteriam, os & nares expulsio; cujus causa consistit in Thoracis dilatati collapsu, adeoque compressione Pulmonis; tum compressu musculorum abdo-

do-

dominalium in viscera, proin in diaphragma; & denique in vi propria contractili fibrarum musculosarum Pulmonem constituentium. B. Uitademing. G. Die Ausblasung. Gall. *Exspiration.* A. Idem.

Exstasis, est judicii & imaginationis depravatio, maniacis & melancholicis familiaris, qua diu cogitando circa unum objectum, mens quasi fixa stat absque judicio, ab ἐξ ex, & ἵστημι statuo. B. Een vertukking van zinnen. G. Erstaunung/ verzuckung. Gall. *Exstase.*

Exsuccatio, idem quod *Ecchymoma.*

Exsudatio, idem quod *Ephidrosis.*

Exsufflatio, idem quod *Ecphysesis.*

Exta, Gr. Σπλάγχνα, idem quod *Viscera.*

Extasis, idem quod *Exstasis.*

Extensio, idem quod *Anatasis.*

Extensores. Nomen hoc datum est variis musculis, qui partes quasdam extendunt, inprimis carpum, digitos & pollicem.

Extenuatio, est totius corporis macritudo, quæ vel subito fit ab evacuatione quadam sensibili, vel ex diuturniori morbo lentius contrahitur. Gr. Λεπτυσμὸς, & Λέπτυνσις. B. Vermagering. G. Magerheit / oder mager werden. Gall. *Extenuation*, *Maigreur.* A. Leanness.

Extergentia, idem quod *Abstergentia.*

Extinctio, dicitur de lapidibus, v. g. Crystallis, silicibus &c. toties candefactis, totiesque aqua extinctis, usque dum evaserint friabiles: ac interdum metalla ignita liquore aliquo extinguuntur, ut hic earum virium participet. Ferrum aqua, Aurumve vino extinctum, cujusmodi extinctiones crebrò in usum Medicum adhibentur. *Extinguere* etiam est, quando argentum vivum terebinthina, aliove liquido ita involvitur, ut nec micula ejus amplius conspici possit. B. Uitblussing. G. Ausloschung. Gall. *Extinction.* A. Quenching.

Extirpatio, est partis solidæ propter sphacelum, cancrum &c. abscissio. Præstat, duorum, trium, pluriumve digitorum spatio ab articulo, excisionem fieri, nisi mortificatio se extenderit ad brachii aut femoris superiora, hic enim articulum ipsum eligere cogimur. Certior est ablatio in parte sana, majori licet cum dolore. Gr. Ἀποκοπὴ, & Ἐκτομή. B. Extirpatie / afzettinge. G. Abschneidung / ausreutung Gall. *Extirpation.*

Ex-

EXTRACTIO, ab EXTRAHERE, eſt reſolutio, qua corporis mixti partes ſubtiliores à craſſioribus ope menſtrui ſolventis ſegregantur: Ex. gr. quando mediante ſpiritu vini vires ex quocunque Medicamento extrahuntur, tunc illud, quod poſt menſtrui evaporationem relinquitur, vocatur *Extractum*. B. Een uittrekkinge. G. Außziehung. Gall. *Extraction*. A. An Extractio. Gr. Ἐκχύλωσις, Ἐκχύλωμα. Chirurgicè quoque ſumitur pro extractione rei è corpore humano, e. g. dentis, calculi, polypi, globuli plumbei, &c.

EXTRACTUM, Gr. Ὀπὸς, unde *Opium* & Ἐκχύλωμα, eſt purum, ſincerum & efficax illud, quod à partibus minus efficacioribus, mediante liquore, ſegregatum & ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſatum eſt. Tale fit ex vegetabilibus, quorum vires in parte fixa hærent, Ex. gr. ex Abſinthio, aliisque amaris vel adſtringentibus. B. Een uittrekzel. G. Das außgezogen iſt. Gall. *Extrait*. A. An extract.

EXTRAVASATUM, dicitur de humore vel ſanguine, qui è vaſis effluxit, ſive adhuc hæreat intra partes corporis molliores, ſive penitus ex corpore effluxerit. Gall. *Extravaſé*.

EXTUBERATIO, idem quod *Apophyſis*.

EXULCERATIO, Gr. Ἕλκωμα, Ἕλκωσις, eſt ſolutio continui, à materia erodente originem trahens, in mollibus corporis partibus, cum imminuta magnitudine. Differt ab abſceſſu, quod abſceſſus producitur per ſe, prægreſſa tantum Inflammatione. Exulceratio item eſt magna, parva, lata, brevis, anguſta, recta, transverſa, ſinuoſa, æqualis, inæqualis, &c. B. Een verzweeringe. G. Verwundung/ verſehrung der haut. Gall. *Exulceration*, *Bleſſure*, *Entameure de la peau*. A. An Exulceration.

EXUMBILICATIO, eſt *Hernia Umbilicalis*, ſeu Umbilici procidentia. Idem quod *Exomphalos*.

EXUSTIO, eſt, quando quis ab igne læſus fuerit. Eſtque triplex, *prima* lædit cuticulam, & cum veſiculis aquoſis elevatur; *ſecunda* ipſam quoque cutim; *tertia* partes etiam cuti ſubjectas. Gr. Ἔγκαυσις. Illa *Exuſtio* ſæpe ſtudio & arte Chirurgica fit, ope cauteriorum candentium. B. Branding. G. Brand / brunſt / verbrennung. Gall. *Bruſlure*. A. A Burning.

EZULA, vide *Eſula*.

F. S.

F.

F. Significat in fine formularum *Fiat*.
F. L. A. Est Fiat Lege Artis.
F. S. A. Est fiat secundum Artem.

Faba, habet caules tres pedes circiter altos, quadratos, excavatos: folia sunt oblonga, obrotunda, crassa, pinnata, bina velut conjugata ad costam, quæ in mucronem abit, flores sunt leguminosi, oblongi, coloris aliquando albi, striis nigris instructi, aliquando purpurei, nigricantes: flori succedit siliqua longa, crassa, carnosa, unicapsularis, fæta seminibus reniformibus oblongis, elatis vel ovalibus, coloris varii, plerumque albi: radix longa, partim recta, & partim repens, fibrosa: Gr. Κύαμος, & Φάσηλος, à Faliscis hoc vocabulum Latinis una immutata litera, dicebant enim *Habam*, quam Latini *Fabam*, propter literarum cognominationem *F.* & *H.* B. Boonen. G. Bone. Gall. *Feve.*

Faba Sancti Ignatii, sunt fructus Nucis vomicæ legitimæ Serapionis Camelli, habentes carnem amaram, flavam, Avellanæ nucis magnitudine, variæ tamen formæ, utplurimum oblongæ, parvam nucem moschatam magnitudine æquantes: sunt hi nodosi, durissimi, corneæ substantiæ, coloris inter album & glaucum medii: Ex India Orientali affertur, estque celebre antifebrile in Tertiana, & a quibusdam etiam laudatur contra Epilepsiam, sed quoniam ex ejus usu præcordiorum anxietates sæpe secutæ sunt, hinc naturæ nostræ inimicam esse, & lenem recondere virulentiam, opinatur Hofmannus.

Fabaria, sic appellatur Telephii quædam species, idque à foliorum figura & crassitie à faba. Vide *Telephium.*

Facies, Vultus, Gr. Πρόσωπον. Anterior capitis pars non capillata, continens oculos, nasum, os, labia, mentum, genas, frontem &c. B. Het Aangezigt. G. Das Angesicht/ Antlitz. Gall. *La Face*, *le Visage*. A. The Face, the Visage. Anatomicis hæc vox aliquando denotat superficiem alicujus partis, sed tunc semper additur anterior, posterior, externa, interna &c.

Facies Hippocratica, dicitur, quando nares acutæ sunt, oculi concavi, id est intra sua antra recedentes, ita ut hæc minus quam decet impleta appareant; tempora collapsa,

lapsa, auriculæ frigidæ & contractæ, auriumque lobi inversi, quin cutis, circa frontem dura, tum circumtenta & arida, color totius faciei pallidus, lividus, plumbeus aut niger. Ita dicitur, quoniam Hippocrates eam inter lethalia morborum acutorum signa recensuit. B. **Een Hippocraats wezen.** G. **Bleiche farbe/ übel aussehen.** Gall. *La Face*, vel *le visage d'Hippocrate*; *l'air Ethique*. A. The Face, or Visage of Hippocrates.

Factitium, dicitur de omnibus illis, quæ arte præparantur; & opponitur illis, quæ a Natura producuntur, & *Nativa* vocantur.

Facultas, sive Δύναμις, aut *Vis*, est actio, quæ ab homine, vel solo corpore, vel corpore & mente, peragitur. Vid. Actio. B. **Magt/ kragt.** G. **Macht/ vermögen.** Gall. *Faculté*, *pouvoir*, *puissance*. A. Faculty, power.

Fæcula, vide *Fecula*.

Fæx, vel Fæces, sunt reliquiæ, quæ post fermentationem deponuntur. Subsidentia item est liquorum, spissitudinem habentium, ex tenuioribus se separantium, ex quorum specie habentur fæculæ. B. **Gist / moer / droesem / grond-sop / onzuiverheid.** G. **Trusen / hefen.** Gall. *Lie*, *Fondrille*. A. The Dreggs, lees or groundes. Vide Excrementa.

Fagitriticum, & Fagotriticum, idem quod *Fagopyrum*.

Fagopyrum, est frumenti species, sive planta, duos pedes vel duos cum dimidio, alta, quæ habet caulem rotundum, mollem, excavatum, rubicundum: folia in initio obrotunda, postea angulosa, Hederam referentia, sed minora: flos est apetalus, parvus, albus, in spicis vel racemis aut muscariis habet octo stamina, e calice quinquepartito surgentia: Ovarium in calicis fundo innascitur in placenta eleganter globulis in orbem positis ornata, est triquetrum tres emittens tubas, fit semen triquetrum, nigricans, farinosum, intus album: radix fibrosa annua: colitur in agris, & nullum solum quantumvis aridum, & macrum respuit, sic dicta à seminis figurâ, quod Faginam glandem, figura triquetra, & colore sordido, quodammodo refert, licet quantitate multo minus: est enim vox ex Latino nomine Fagus, & Gr. πυρὸς Triticum, Frumentum, composita: hinc loco πυρὸς dicitur *Fagotriticum*, vel appellatur *Fagopyrum*, φηγὸς enim arbor glandifera est.

B. Boeck-weit. G. Heydenkorn / Buchweitze. Gall. *Blé noir, ou sarracin*; *Dragée aux Pourceaux*. A. Buck-wheat.

Fagus, est arbor glandifera, magna, crassa, ramosa, cujus cortex mediocriter crassus, politus, coloris grisei cinerei: lignum est durum, album: folia Populi sunt minora, nigra, tenuia, mollia: flos mas, amentaceus, glomeratus, constans staminibus plurimis, e calice campaniformi surgentibus: fructus in eadem arbore a floribus separati nascuntur, callosi, acuminati, quadrifido apice dehiscentes, fœti binis seminibus trigonis, duris, politis, rubicundis, interne habentibus medullam albam, edulem, saporis dulcis cum aliqua adstrictione: hæc arbor crescit in pratis, & locis montanis, & magnam umbram facit. Gr. φηγὸς, ita dicta ἀπὸ τῦ φάγειν, à comedendo, quod ante inventas fruges (ut fabulantur Poëtæ) homines ejus arboris glandibus solebant victitare: dicitur etiam Græcis ὀξύη, ὀξύα, ὀξρύα, a foliorum forma, & forsan calicis & fructus sapore. B. Beuken-boom. G. Buch-baum / Buche. Gall. *Hestre, ou Fau, Fouteau, Fayant*. A. Beech.

Falx, est duræ meningis duplicatio, sinum *Falciformem* dictum continens, figurâ falcem referens, inferius sinui tertio annexam, hinc autem anteriora versus progressa, cristæ galli implantatur; hujus autem membranæ expansione, sub suturæ coronalis cursu posita cerebrum in dextrum & sinistrum hemisphærium dividitur, cui tamen utrimque, mediantibus vasis sanguineis, tenuibusque quibusdam carnosis vel fibrosis adnascentiis, adhæret. B. De Sikkel of zeissen. G. Ein Sichel. Gall. *La Faux*. A. a Sickle.

Fames, dicitur *Ordinaria*, sive *Sana*, quæ est alimentorum appetitus, quo animal à vellicatione nervi paris vagi, & intercostalis in ventriculo, ab humoris per arterias cœliacas, vel tunicam glandulosam huc delati, vel salivæ continuo deglutitæ acrimonia, tum attritu mutuo laterum ventriculi ad invicem excitatum, cibum sibi, ut ejus remedium, appetit: vel est præter ordinem, vel præter sanitatem, quæ est depravata, ut *Pica*, *Malacia*, *Canina*, *Bovina*, *Abolita* &c. Gr. λιμὸς, πεῖνα. B. Honger. G. Hunger. Gall. *Faim*, *Appetit*. A. a Famine, Hunger.

Fames Canina, vide *Cynodes Orexis*.

Farciminalis Tunica, idem quod *Allantoides*.

Farctura, vel Fartura, dicitur quando animalia exen-

exenterata, aut fructus excavati medicamentosis rebus, suas vires communicantibus, à Pharmacopæis replentur.

FARFARA, est Tussilago seu Ungula caballina, dicta Gr. Βήχιον, sic appellatur, quod ejus folia Populi albæ, seu Farfari foliis similia sint: hinc etiam *Populago* vocatur. Vide *Tussilago*.

FARFARUS, est Populus alba, an à farre, farinæ speciei? an à Sabinorum flumine *Farfarus* dictus?

FARINA, est pulvis seminum, leguminum, aliarumve plantarum partium molendo contritus, uti Farina Lini, Althææ, Iridis, Orobi, Hordei &c. quæ pro cibo adhibetur, vel usum in Medicina habet. Gr. Ἄλφιτον, Ἄλευρον. B. **Meel.** G. **Mähl.** Gall. *Farine*. A. Meal. Illa vero, ex quibus talis pulvis parari potest, Farinosa vocantur.

FASCIA, *Fascicula* Ciceroni, *Anadesmos* apud *Herodianum*, Τελαμὼν, Παραίρημα *Thucydidi*, Καμπάδιον *Suidæ*, Ἀνάδεσμος, Ἐπίδεσμος, Σπεῖρος, Ὀθόνιον, Τελαμὼν Συνδονίτης, *Polluci*. Est vinculum longum, & mediocriter latum, ad usus Chirurgicos idoneum: Fasciæ sunt glomeratæ, longæ & æqualiter latæ, in orbem convolutæ: aliæ scissæ, quæ uno quidem constant linteo, sed eo vel extremis vel mediis partibus scisso: aliæ assutæ, quæ ex fasciis & habenis, in varia capita desinentibus, constant. Aliæ sunt, quæ variis; aliæ, quæ certis saltem sedibus idoneæ sunt. Longitudine etiam differunt, quod aliæ sint longiores, aliæ breviores; ita & de latitudine se res habet. Materia, ex qua conficitur, est linteum purum, usu detritum, ne asperitate sua cutem lædat; & suturis liberatum, ne dolor inde excitetur. Inservit partibus repositis in sua sede firmandis, sanguinis profusionibus inhibendis, medicamentis circa partem læsam continendis, tumoribus reprimendis, noxiis humoribus expellendis. &c. B. **Een Wintzel / Zwagtel.** Ligatura si fuerit octodecim capitum, dicitur **de voortwyze Ligatuur.** G. **Eine Binden / windel.** Gall. *Bande, Doloire, le Mousse, le Renverse, le Rampant, Bandelette*. A. a Swadling-band.

FASCIA LATA & FASCIALIS MUSCULUS, vide *Membranosus Musculus*.

FASCIA LATA, est lumbricus intestinalis latus, ulnarum multarum longitudine, teres & albicans. B. **Wintzel-worm / Swagtel-worm.** G. **Ein Bindel-wurm.**

FASCIATIO, est quædam fasciarum, circa membrum cu-

curandum, circumductio & convolutio. B. **Een windinge.** G. **Das winckelen/ winden.** Gall. *Bandage*. A. a Winding or binding-up.

Fasciculus, vide *Manipulus*.

Fascinatio, a nonnullis auctoribus, inprimis inter Germanos, pro causa morborum, qui inusitatis Symptomatibus stipantur, haberi solet: sed ex Pathologia Medica merito exploditur, quoniam tales morbi rectius *Phantasiæ* adscribi possunt, quæ quam enormes generis nervosi affectus producere queat, ex observationibus Medicorum abunde constat. B. **Betovering.** G. **Bezauberung.**

Faselus, vide *Phaseolus*.

Fastidium Cibi, idem quod *Anorexia*.

Fauces & Frumen, vocantur illud oris spatium, quod lingua depressa videri potest, in quo via est ad pharyngem. B. **De Kachen/ Strot.** G. **Rachen/ schlund.**

Favus, vide in *Achor*, Gr. Κήριον.

Febrifugum, Gr. Ἀντιπυρετικὸν, Remedium adversus febris insultus. B. **Middelen tegen de Koorts.** G. **Artzney gegen das Fieber.** Gall. *Remede contre la Fiévre*. A. a Remedy against a Feaver.

Febris, Gr. Πυρετὸς, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id est ab igne, sic dicta, vi vocis calidam & quasi igneam corporis dispositionem innuit: est sanguinis velocitas aucta; adeoque motus cordis & arteriarum frequentior, ita ut inde functiones Naturales lædantur: his enim notis solis, nempe pulsu frequentiori, cognoscitur Febris; verum multa plerumque comitantur symptomata, in variis Febribus varia, uti sunt horripulatio, frigus, vomitus, tremor, calor, sudor &c. quæ in eadem Febre vario tempore quoque variant. Causa proxima est superstes vitalium organorum vita, quæ morbiferam quandam materiam resolvere, vel expellere conatur. Variæ licet dentur febrium species, ut Diaria, Intermittentes, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, & ejusdem sortis Remittentes, Erraticæ, Continuæ, symptomaticæ, &c. Unica tamen est febris, cujus species prætensæ gradibus ut magis, & minus ab invicem tantum differunt, quatenus in velociori pulsu earum Natura ponitur. B. **De Koorts.** G. **Das Fieber.** Gall. *La Fiévre*. A. An Ague, a Feaver. G. Febrem Erraticam vocant **Unbeständige Fieber.** Febris intermittens. B. **Gaande en komende Koorts.** G. **Kalte weche/ Fieber/ das da ablässet/ und eine Zeitlang inhält.** Gall. *Fié-*

Fiévre intermittente. A. Intermittent Feaver. Febris continua. B. Een gedurige Koorts. G. Ein stäts oder unauffhörendes Fieber. Gall. *Fiévre continue*, *Continuelle.* A. Continual Feaver. Febris quotidiana. B. Dagelyksse Koorts. G. Das tägliche Fieber. Gall. *Fiévre quotidiéne.* Tertiana Febris. B. De Anderendaagse Koorts. G. Das Dreytägliche Fieber. Gall. *Fiévre tierce.* Febris Quartana. B. Derdendaagse Koorts. G. Das Viertägliche Fieber. Gall. *Fiévre quarte.* A. a Tertian Feaver, or quartan ague. Ephemera. B. Eendaagse Koorts. G. Das tägliche Fieber. Gall. *Ephemere*, *Fiévre Journaliere.* A. The Ephemere Feaver. Febris maligna. B. Kwaadaardige Koorts. G. Das boßhafftige Fieber.

FEBRIS UNGARICA THERIODES, seu LUES PANNONIÆ, vulgo *Cerebri vermis.* Iste morbus à *Schenkio* descriptus. Erat morbus castrensis, circa tertiam vel quartam à meridie horam invadebat, ejusque ἐπισημασία cum levi rigore, qui frigus potius vel superficiarium horrorem, quam rigorem præ se ferret, observabatur. Post horulæ dodrantem æstus illum excepit, qui noctes & dies sequentes assiduè excruciatos detinuit. Conquerebantur de capitis dolore, imo & molestia erat circa ensiformem cartilaginem & durities, & si summis digitis illum locum attigisset, præ dolore ejulabant. Ab initio sitis adeo intensa, ut vel urnis non esset extinguibilis. Postridie vel ad summum tertio die deliria ingruebant, ita tamen, quod inter delirandum, dum sibimet non constarent, sermones tamen incompositos quisque de sua arte, quæstu, aut genere vitæ plerumque haberet. Exacerbationes circa vesperam: per noctem recrudescebat morbus; lingua torrida, labia fissa, quibusdam sputum sanguinis. Nonnulli diarrhæa laborabant, alii sanguinem coagulatum, alii loturæ carnis instar dejiciebant; quidam colici erant, vel lateralis dolor eos vexabat. Plurimis surditates oboriebantur, parotides frequentes. Erant qui paralysin passi, tuberculum, sed pessimum, in pedis dorso accipiebant, adeo ut nonnullis crure tenus pedes sint amputati. Vini potatores interiere. Papulæ sive puncturæ pulicum morsulis similes omnibus equidem fuerunt, latiores aliis, minores aliis, universum corpus quibusdam, majore tamen ex parte regionem thoracis & dorsum circa spinalem medullam occupantes, quamvis frequentes juxta scapulas & in brachiis apparent, coloris

ſaturi plerumque, niſi in morituris quibusdam in lividum & atrum tendebant. B. Ungerſe Peſt of peſtagtige koorts. G. Ungariſche Seuche oder peſtilentziſches Fieber. Gall. *Fievre peſtilentielle de Hongrie.* A. Peſtilence of Hungary.

FECULA & FÆCULA, Gr. Τρὺξ, Feculæ dicuntur eſſe pulveres, in certis vegetabilium expreſſionibus ſubſidentes, ut Fecula Bryoniæ, Aronis &c. Species eſt amyli. Hinc cum fæcibus nihil commune habent, niſi quod fundum petant, ſed non inutiles ſunt. B. Neerzakſel. G. Truſen / daß dicke und trube auff den grund. Gall. *La Lie.* A. The Lees.

FEGOPYRUM, idem quod *Fagopyrum.*

FEL, idem quod *Bilis.*

FEMEN, vide *Femur.*

FEMUR, FEMEN, Gr. Μηρὸς, eſt ſuperior pars pedis à natibus usque ad genu, à ferendo dicitur, eo quod animal ferat & ſuſtineat: unico oſſe, ſed maximo conſtat & longiſſimo totius corporis, oblongo, non tamen penitus recto, ſed oblique verſus genu deſcendente, cujus pars antica & externa magis gibba, interna & poſtica magis ſima. Caput habet in parte ſuperiori, & in eo foſſam pro ligamento rotundo dicto, quo acetabulo oſſis Coxæ jungitur; Collum oblique vergens, & duas apophyſes Trochanteres dictas: in parte autem inferiori duo capitula habet cum cavitate intermedia, quæ articulationi cum Tibia inſerviunt. *Femen* volunt Grammatici interiorem, carnoſioremque pulpam eſſe; *Femur* vero anteriorem & adverſo homini propiorem. B. Het dye-been. G. Die dicke am ſchenckel / die Hufft. Gall. *Le Femur, la Cuiſſe.* A. The Thigh. *Femen.* B. Het innerlyke deel der dye. G. Das inwendige am obern ſchenckel. Gall. *Le dedans de la Cuiſſe.* A. The inner part of the thigh.

FENESTRA, Gr. Θυρὶς, in concha auris duo habentur Foramina, ſtatim poſt tympanum occurrentia, unum dicitur *Ovale*, alterum vero *Rotundum.* Prius ducit ad veſtibulum, eique ſtapes inſiſtit; poſterius ad Cochleam, eſtque hoc per membranam clauſum. B. Een Venſter. G. Ein Fenſter. Gall. *Feneſtre.* A. A Window,

FERMENTATIO, definitur, quod ſit inteſtinus motus Vegetabilibus corporibus inductus, eadem ita mutans, ut deſtillationi ſubjecta primo prodant Spiritum inflammabilem, tenuem, volatilem, acrem, aquæ miſcibilem: vel pro-

prodant liquorem minus volatilem, acrem, non inflammabilem, acidum, aquæ pariter miscibilem, acetum dictum: ea fit vel *per se*, quæ sua sponte concitatur, ut in actionibus spontaneis; vel *arte*, quando rebus fermentandis aliquid additur, ut in pane, aliisque videre est. *Fermentatio* non fit tam subito uti effervescentiæ, sed lentè, quia acidum & alcali ab aliis oleosis particulis detinetur, ideoque lentè peragitur. B. **Gestinge / Rijsinge**. G. **Das Säuern / jäsen / geihren**. Gall. *Fermentation*. A. Idem.

FERRUM, est metallum, omnium minime ductile, igne non fixum, nam fumat, scintillas quasi a combustili materie spargit, pondere assiduo minuitur; diu ante fluxionem ignitum, sonorum, coloris candidi, specificæ gravitatis ad aquam, ut 7852 ad 1000. Solvitur facillime ab omni sale, rubescens cum iisdem, sales solventes facillime perdit, in scorias consumitur ferruginosas, facillime destruitur inter omnia metalla, hinc a viribus nostri corporis superari potest; sanguinis impetum ob gravitatem suam augere, & obstructa reserare posse videtur; magnetem trahit. B. **Yzer**. G. **Eisen**. Gall. *Fer*. A. Iron.

FERRUM EQUINUM, est planta parva, quæ habet plures caules exiguos, angulosos, tenues, repentes: folia Securidacæ, sed minora, pinnatim digesta, & per extremam oram latescentia, leviterque in circuli formam fissa: flores sunt leguminosi, flavi, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in siliquam compressam, articulis distinctam lunatis, ferrum equinum perforatum referentibus, in qualibet quasi articuli parte hærent semina ejusdem formæ: radix lignosa, exigua, alba, fibris circumcincta: hæc planta crescit in regionibus calidis, præsertim in locis desertis: est Leguminis minoris species, sic dicta, quod creditur, si equi eam calcent, ungulas ferreas decidere: sed hoc, experientiâ teste, verum non est, sed alii dictum volunt, quod ejus semen soleam equi ferream referat. B. **Paards-yzer**. G. **Das pferd-eisen**. Gall. *Fer à Cheval*.

FERULA, est planta, cujus caulis septem vel octo pedes altus, crassus, fungosus, medulla repletus, in summitate ramosus, circa autumnum durus & lignosus evadit: folia Fœniculi, sed latiora, viridia: flos est rosaceus, umbellatus, plurimis scilicet petalis constans in orbem positis & calici insidentibus: Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum peramplis, ovatis, planis & tenui-

ties/Draadjes. G. Fäserlein an wurtzlen. Gall. *Filets*, *Cheveux*, *Fibres*. A. Small sprouts like hairs.

FIBRÆ, dicuntur in corpore animali partes solidæ, tenuissimæ, oblongæ, non cavæ, simplicissimæ, habentes tantum unam dimensionem physicam in sua specie, lineæ mathematicæ instar, ex particulis elementaribus fluidorum per vasa circulantium sibi mutuo vi vitali appositis compositæ, atque ope glutinis aquosi vel oleosi interpositi cohærentes; ex quarum applicatu ad invicem, vel intertextu miro inter se, fiunt membranæ tenuissimæ, solidæ, simplicissimæ, quæ convolutæ formant vas minimum simplicissimum cavum. dicuntur à situ Rectæ, vel Obliquæ, vel Circulares. Gr. Ἰν Gen. ἰνὸς, Δοῦος. B. Vezelen. G. Fäserlein. Gall. *Fibres*, *filaments*. A. Sprouts, filets.

FIBRILLÆ, idem quod *Fibræ*.

FIBULA, Gr. Ἀγκτὴρ. Fit & fibularum apud Antiquos mentio. Si enim in carne, ut *Celsus* scribit, vulnus est, hiatque, neque in unum facile oræ attrahuntur, sutura quidem aliena est, imponendæ vero fibulæ sunt, Ἀγκτῆρας Græci nominant, quæ oras paulum tantum contrahant, quo minus lata postea cicatrix fiat. Et cum notissimus fuerit modus uniendi vulneris oras per fibulas, factum, ut fibularum nec materia nec forma satis ab Antiquis descripta sit. *Guido* factas fuisse fibulas scribit è ferreis quasi circulis aut semicirculis, ab utraque parte recurvis, quorum hami labris vulneris utrinque infixi sibi ad amussim respondebant, verum cum hoc modo infigere & infixos tenere ejusmodi hamos in carne sentiente & cute nihil aliud fuisset, quam tot aculeos pungentes cum intolerabili dolore ibi servare, non est credibile, Antiquos per fibulas tale instrumentum ferreum cuti infixum, summos dolores excitans, intelligere. Probabilior est *G. Fallopii* opinio, quæ docet esse suturam actualem cum acu, quæ hodie est frequentissima, qua ambo labia vulneris acu, filum duplicatum trahente, trajiciuntur, & super vulnus tribus involutionibus ambo fili capita colliguntur, & in nodum nectuntur. Sequentia scribit *Sanctorius*: de fibulis non est quod multa dicamus, cum earum usus fermè extinctus sit, & licet hæ ab Antiquis non describantur, non ob id tamen quomodo his uti possimus, tradere non desistunt, ut falso *Argenterius* arbitratur. Erat enim nota non tantum apud Medicos earum forma, sed & apud quosdam Veteres, quandoquidem in vul-

vulneribus fibulæ ex acia molli non nimis torta, ut & suturæ conficiebantur, ut *Corn. Celsus* conscripsit. Siquidem Chirurgi illi ab uno latere vulneris semicirculum quendam ex *acia*, quem vulgo *Asola*, hi vero fibulam nuncupabant; deinde utrumque acia alligabant, tum ut labia illa attracta ob vulneris latitudinem magnitudinemque fortius alligarentur, tum ut sanies liberius percolari posset. Quibusdam *Acia*, *Vinculum*, *Ligatura*, *Colligatio*, *Obligatio*, *Ligamentum*, Δεσμὸς &c. vocatur, qui plura desiderat, adeat incomparabilem *J. Rhodium*, de Acia dissertantem. B. Gespe. G. Eine Spange / hafften / häfftlein. Gall. *Boucle*, *Agraffe*. A. A Buckle vel Claspe.

Fibula, sive os tibiæ minus, *Celso Sura: Hippocratis & Galeni* temporibus usque ad *J. Pollucis* ætatem Περόνη nominabatur, à similitudine ferramentorum, quibus trabes in ædificiis combinantur; etiam *Hippocrati* aliquoties brachii radius. Fibula in modum tibiæ musculos conjungere videtur; est os posterius inter femur & tarsum, tibia tenuius, eique extrinsecus attensum, ut radius cubito. Parte superiore caput rotundum genu non attingit, sed infra subsistit: At parte inferiore, infra tibiam pergit, ideoque æquè longum os est atque tibia: in medio ab invicem dehiscunt tibia & fibula, ob musculos pedis ibi locatos, quo intervallo ligamentum tenue & latum, secundum longitudinem hæc ossa jungit. Committitur etiam tibiæ ligamento communi superius & inferius. Inferius caput in acutum tendens, appendicem habet, quæ crassescens, gignit processum, dictum *Malleolum externum*, protuberantem illum locum externum, excarnem ad pedem, interno humiliorem. Articulum cruris cum pede firmat, musculis insertionem præbet, sed motum Tibiæ sequitur, nullum peculiarem habens. B. Het Kuit-been. G. Wade-bein / die Röhre im untern schenckel. Gall. *Le Peroné*. A. The lesser and outer bone of the leg.

Ficus, Est arbor mediocris altitudinis, cujus caulis non rectus: cortex est politus, licet aliquantulum asper, coloris cinerei: lignum fungosum, intus medullosum, album: folia sunt magna, ampla, crassa, quinquefida, Vitis similia, sed majora: flosculi hermaphroditi, monopetali; longi, tubulorum forma, oriuntur cum ovariis, quæ sunt capsulæ testaceæ natæ in utriculis pulposis, positis intra tracheas: fructus pyriformis, figuræ rotundæ ac depressæ,

co-

coloris ex flavo fusci: intus copiosissimis granulis per pulpam infarctus, saporis dulcis, odoris debilis, non ingrati: fructus non maturus dicitur Grossulus, ubi crassior, sed nondum tamen maturus dicitur Grossus seu grossa, & ficus demum, ubi maturuit, siccatus, Carica seu ficus passa: Gr. Σῦκον & Σῦκη, hinc mutato σῦ in Fi, facile Ficus resultare videtur, fructusest satis notus; verum à similitudine ita dicuntur quoque excrescentiæ rotundæ, subduræ, circa anum aliasque partes, similitudinem ficuum habentes, ejusdem fere naturæ, & a simili causa ortum habentes, quam Polypi narium. Si thymi multum excrescant, ficus seu sycoses appellantur. Nominantur & *Mariscæ, Sycosis & Sycoma.* B. Vyg-wrat. G. Feigwartz. Gall. *Figue.* A. A Fig.

FIGENTIA, sunt, quæ volatilia domant, & acida concentrant. Vide *Fixatio.* B. Vast-makende dingen. G. Fustmachende dingen.

FILAGO, Est planta mollis lanuginosa, habens folia parva, oblonga, incana, mollia: flores sunt flosculosi, plurimis scilicet flosculis constantes, stellæ adinstar divisis, embryoni insidentibus; & calice squammoso, hæmisphærico, non lucido neque insigni quodam colore prædito; Embryo autem deinde abit in semen, pappis instructum: est Gnaphalii species, sic dicta fortè, quod ejus folia filis lanuginosis sint obducta. B. Roer-kruid. G. Ruhr-kraut. Gall. *Herbe à coton.* A. Cotton-weede.

FILAMENTUM, Botanicis significat fibrosam substantiam, quæ radiculis plantarum adhæret: Medicis materiam quandam concretam, quæ capillorum forma in urinis aliquando apparet.

FILICULA, est Trichomanes, vel Adianthum; hujus plantæ variæ sunt species, dim. à *Filix.* Vide quoque *Polypodium.*

FILIPENDULA, folia habet Pimpinellæ saxifragæ, sed angustiora, profundius incisa, plura ad unam costam quasi per paria conjugata, coloris viridis, obscuri, splendentis: ex his assurgunt plures caules pedem circiter alti, duri, striati, rotundi, rubicundi, versus superiora in alas divisi, in summitate habentes flores rosaceos, plurimis scilicet petalis in orbem positis constantes, ex quorum calice monophyllo, & multicuspido surgit pistillum, quod deinde abit in fructum fere globosum, cujus semina in capitulum dolii æmulum colliguntur: radices glandulosæ, olivares

aut

aut longiores, minusque ventricosæ, Asphodeli more, foris ex rubro nigricantes, intus albentes, acrimoniam quandam cum adstrictione, dulcedine, & levi amaritudine sapientes: dicitur à numerosis & rotundis in radice glandibus, quæ velut ex filo quodam pendere videntur. Gr. *Oenanthe*. Roode steen-breke / wilde gerwe. G. Rother stein-brech / Wilde garbe. Gall. *Filipendule*. A. Drop-wort.

Filius Ante Patrem, dicitur de specie quadam Lysimachii, cujus vaginulæ seminales ante flores conspiciuntur, item de Colchico, Croco, Pulsatilla, cæterisque plantis, cujus flores ante folia prodeunt.

Filix, Est planta, cujus variæ sunt species, inprimis mas & fæmina; Filix mas habet folia, ex radice erumpentia, magna, ampla, aspera, dura, friabilia, viridia, odoris fortis, & grati, longa, in alas extensa, habentia multa alia foliola, vel in margine incisa; nullos habent flores apparentes, sed in dorso habent pulvisculum fuscum, & rubicundum, qui pulvisculus sunt semina plantæ juxta sententiam Cæsalpini, qui observavit, quod ubi ejus folia in terram fuerunt delapsa, postea similis planta creverit: verum, Tournefortius de utriusque Filicis semine curiose annotavit; scilicet quod Filicis maris vulgaris fructus foliis innascuntur bino plerumque ordine, pinnulis affixi clavi ope, altera parte retusi; detracta vel corrugata membrana quadam convexa, quæ ferri equini formam habet, sese objicit oculis numerosa congeries vesicularum ferme ovatarum, annulo elastica vi donato munitarum, cujus contractione rumpuntur illæ, seminaque fundunt minutissima. Filicis fæminæ vero & aliarum specierum fructus seu vesiculæ ovatæ occurrunt in sinubus quibusdam, namque Autumno pinnularum margo plerumque producitur, incurvatur & complicatur: radix Filicis maris est carnosa, crassa, fibrosa & nigra: Hæc planta nullum caulem habet: crescit ubique in sylvis, & neglectis incultisque locis. est herba aliformis, creditur ex Græco derivari, quando πτιλὶς mutatur in Pilix, & sic in Filix, sed alii à πτερὶς ala conantur originem demonstrare. B. Varen. G. Farn kraut. Gall. *Fougére*. A. Ferne.

Filtratio, Chymica vox est, & species dicitur *Destillationis per descensum*, quia guttæ cadendo decidunt. Modus quo filtratio fit, est triplex. *Primus* est per pannum expansum, ut fit in syrupis clarificandis. *Alter* per

Ma-

Manicam Hippocratis, hoc eſt per ſaccum, ſuperius latum, ſed in coni punctum inferius terminans, pro vinis aromaticis colandis, ut in feſtis nuptialibus, & variis Medicationibus pro delicatulis uſui venit. *Tertius*, & Chymicis magis familiaris, eſt colatio per chartam emporeticam, hoc eſt, ſi papyrus fuerit quadratæ figuræ, duplicatur, & illa Duplicatura reduplicatur, ad angulos rectos, hoc eſt tota papyrus ſive charta quadruplicatur, poſt hæc iterum explicatur, inſtar cuculli Monachorum vel infundibuli & imponitur infundibulo, ſeu tritorio, deinde liquor clarificandus infunditur, & clarus guttatim decidit, relictis in filtro fæcibus. B. **Filtreringe / klenzing.** G. **Filtrierung.** Gall. & A. Filtration.

FILTRUM, eſt pannus laneus, vel charta bibula, per quam liquores percolantur ad clarificandum, ut fit per *manicam Hippocratis*. B. **Filtreer-tuig / doorzyg-tuig / lektuig.** G. **Ein Filß.** Gall. *Tamis*. A. A Strainer.

FIMBRIÆ, ſunt veſtium extremitates, à quibus & fimbriata folia dicuntur, quæ in ambitu in quaſdam fimbrias exeunt: Sunt & pendulæ extremitates tubarum uteri.

FISSURA, Gr. Ῥαγὴ, eſt oſſis quædam ſolutio continui, præſertim ſecundum longitudinem; quamvis & mollibus partibus quoque attribuatur, ut in fiſſuris labiorum, digitorum, manuum &c. B. **Een spleet.** G. **Ein Spalt.** Gall. *Fente*. A. A Cleft. Dicitur etiam de partibus naturaliter conſtitutis, ut Fiſſura Sphænoidalis, Fiſſura Cerebri.

FISTACIUM, idem quod *Piſtacium*.

FISTULA, Gr. Σύριγξ, ſumitur pro Canna oblonga & cavata, ideoque haberi poteſt pro ſiphunculo, quo liquor aliquis inteſtinis, auri, utero, vulneri &c. immittitur. Sic *Urethra*, fiſtula urinaria eſt. *Trachea*, fiſtula reſpiratoria. Item ſinus eſt anguſtus & longus, ſeu ulcus ſinuoſum, anguſtum, calloſum, ſæpe tam profundum, ut ad oſſa ipſa pertingat, & curatu difficillimum, quod plerumque ex abſceſſu ortum habet. Fiſtulæ à ſinuoſo ulcere, in eo differunt, quod fiſtulæ calloſæ & duræ ſint, non item ulcus. Aliquando *Fiſtula* pro *Fontanella* ſumitur, de qua ſuo loco. B. **Een pyp / ſpuyt / fiſtel / etter-hol.** G. **Fiſtel / Röhrwunden / fluß-loch / Röhr-oder hol geſchwäre.** Gall. *Une fiſtule*. A. Pippe.

FISTULA LACHRYMALIS, idem fere morbus, quam

Ægylops, ita dicitur a loco, vel parte affecta, per quam lacrymæ fluere solent: est morbus, cujus vitio lympha lacrymosa non per carunculam in nasum determinatur, sed per palpebras in genas cadit, qui fieri potest ex variis caussis; inprimis vero ex vitio palpebrarum, carunculæ lachrymalis, punctorum lachrymalium, vel facci lachrymalis, quæ partes varie affici possunt. B. Traan-fistel / oog-fistel. G. Fistel der aug-winckel / augen-fistel. Gall. *Fistule Lacrymale*. A. Fistle of the eye.

Fistula Pulmonis, idem quod *Aspera Arteria*.

Fistula Sacra, est spinæ pars forata, quam Gr. ἱερὰν σύριγγα vocant.

Fistula Urinaria, idem quod *Urethra*.

Fistularia, est Cristæ galli species, sic dicta, quia ejus caules cavi sunt, & successu temporis in fistulas seu calamos mutantur. Vide *Pedicularis*. Gr. Ἀλεκτορόλοφος. B. Ratelen / Haneka mmekens. G. Rodel / Läuß kraut. Gall. *Pediculaire des Prez*. A. Pipe Weed, the cock comb.

Fixa, sunt, quæ vel magna ignis tortura non exaltantur, vel elevantur, ut *Salia Fixa*. B. Vaste dingen. G. Feste Sachen.

Fixatio, est materiæ fugacis quædam, ne avolet, retinentia. Gr. Πῆξις, & Πηγίωσις. B. Vastmakinge. G. Figierung oder feste machen. Gall. & A. Fixation.

Flagella, dicuntur cymæ arborum & ipsarum summæ partes; quæ ad cujuscunque venti flatum moventur: unde etiam nomen traxerunt ab eo, quod flatibus petantur. *Flagella* etiam sunt vitium rami oblongiores & productiores, aliis tamen minores, ab ipsis brachiis sursum ascendentes: dicta flabella prius, à venti flatu scilicet.

Flamma & Flammula, fictitium quid est; putaverunt quidam cordi inesse flammam quandam, sed illud esse falsum, inspiciant qui corda perscrutantur: ad me quod attinet, nec in hominibus, nec in brutis vivis unquam vidi vel minimam scintillæ flammam, Gr. Βιολύχνιον dicitur, ac si esset vitæ lampas. Sed si bene velimus Philosophari, in eo vita consistit, ut circulatio sanguinis per omnes corporis partes debito modo perduret. B. Een vlam. G. Ein Flamm. Gall. *Flamme*. A. Flame.

Flammula, est Clematis species, dicta ob flammeum &

& igneum ſaporem, & vim erodendi cutim. Item *Ranunculus* eſt. Vide *Batrachium*.

FLATUS, ſunt exploſiones materiæ aëreæ agitatæ calore, vel fermentatione aut effervescentia aſſumtorum, quæ dum ex una parte Ventriculi aut Inteſtinorum in aliam propellitur, excitat *Bombos* & *Borborygmos*. B. Winden. G. Wind im leib / Blehungen. Gall. *Des Vents*. A. A Blowing wind.

FLEXORES, vocantur varii muſculi, ab officio flectendi quasdam partes ita dicti, inprimis carpum, digitos & pollicem.

FLORES CHYMICI, ſubtiliores corporis partes ſunt, per ſublimationem à partibus craſſioribus ſub formâ ſiccâ ſeparatæ. B. Bloem. G. Blumen. Gall. *Fleurs*. A. Chymick Flowers.

FLOS FEBRUARII, eſt *Leucoion Album*, ſive Hexaphyllon album bulboſum. Sic vocatur, quod Februarii menſe, & die Divo Valentino ſacro, ubi cœlum clementius fuerit, apparet. In Aprili, ubi appropinquare cœperit Majus, evaneſcit.

FLOS FRUMENTORUM, vide *Cyanus*.

FLUCTUATIO, terminus eſt, in Chirurgia familiaris, qui applicatur abſceſſibus, in quibus pus jam formatum eſt: ſi enim tunc leniter premantur digitis, puris motus, ſeu *fluctuatio*, manifeſte percipi poteſt.

FLUOR ALBUS, ſive FLUOR UTERINUS, eſt præternaturalis humoris pituitoſi & albi, vel varii coloris & odoris, prout temporis decurſu majorem minoremve acrimoniam acquirit, per muliebria excretio, orta a nimia vaſorum uterinorum laxitate & debilitate, nubiles, maritatas, vetulas, ſteriles, gravidas, vario tempore invadens. Gr. ῥοῦς γυναικεῖος. B. Witte bloemen / witte bloed. G. Weiſſe fluß. Gall. *Fleurs blanches*. A. The white fluxe.

FLUOR MULIEBRIS, vide *Fluor Albus*.

FLUOR UTERINUS, vide *Fluor Albus*.

FLUXIO, idem quod *Catarrhus* Chemicis notat metallorum, aliorumve corporum, per ignem in corpus fluidum mutatio.

FLUXUS ALVINUS, Idem quod *Diarrhœa*.

FLUXUS CHYLOSUS, Idem quod *Cœliaca paſſio*.

FLUXUS COLLIQUATIVUS, eſt Diarrhœæ ſpecies, in qua alvi excrementa quaſi adipe vel oleo perfuſa cernuntur.

FLUXUS

FLUXUS HEPATICUS, est Dysenteriæ species, cum excreta sint instar loturæ carnium; copiosus plerumque est & nocturnus, sed absque dolore, valde tamen vires demoliens, sæpe post Dysenteriam contingit: vel oritur a dissoluta & acri sanguinis constitutione, unde vasa intestinorum aperiuntur & eroduntur: Sic vocatur quia interdum sanguis coagulatus, splendens & niger, ac si essent hepatis frusta, adest. B. **Lever-vloed / Levers-doorloop.** G. **Leber fluss.** Gall. *Flux hepatique.* A. The fluxe of the liver.

FOCILE MAJUS, est ulna cubiti; vel tibia pedis. *Focile minus*, est cubiti radius, vel pedis fibula. B. **Groote en kleine elle pyp.** G. **Grosse und kleine ell pfeiff.**

FOCUS, Gr. Ἑστία dicitur esse locus in mesenterio, unde & febrium originem olim deducebant: vel etiam quæcunque pars corporis, in qua morbus principem suam sedem obtinet. B. **Een nest.** G. **Eine Feurstatt / der herd.** Gall. *Le Foyer.* A. An Hearth.

FODINA, est quidem *Fovea* seu *Cuniculus*, sed & mina quædam hujus vel illius mineræ. Item minor labyrinthus in aurium osse.

FOEMINA, Modiolus est; vide *Modiolus.*

FOENICULUM, Est planta officinalis, quæ habet caulem quinque vel sex pedes altum, rectum, cannulatum, coloris viridis fusci, medulla fungosa repletum, ramosum: odoris grati; folia in lacinias capillaceas divisa, coloris viridis obscuri, odoris grati, saporis dulcis aromatici: flos est rosaceus, umbellatus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, & calici insidentibus, qui abit in fructum ex duobus seminibus compositum oblongis, crassiusculis, hinc gibbis & striatis, inde vero planis: datur & altera species, quæ est Fæniculum dulce, majore & albo semine; radix oblonga, recta, digitum crassa, pallida, saporis subdulcis, & aromatici, quæ inter aperientia, carminantia & diuretica recensetur: Gr. Μάραθρον, sic appellari putant, quod quasi fœnum in hyemes arefactum ac marcidum reponatur. Alii tamen dictum putant, quod satum magno cum fœnore semen reddat. Marathron à marcescendo; quod ad condienda plurima, cum inaruerit commendatissimum sit, à μαίρω splendeo, quia oculorum splendorem & claritatem conservat, aut à μαραίνειν, marcere, quia facile mar-

marcet. B. Venkel. G. Fenchel. Gall. *Fenouil doux*, *Fenouil de Florence*. A. Fennell.

Foenum, est gramen arefactum, sic dictum, à fœnore, cum sine cura fœnus præbeat, in pabulum resectum. Vel à fœtu, quod herbæ eædem manentes quotannis novas pariant. Gr. χίρτος. B. Hooy. G. Heu. Gall. *Foin*. A. Haye, Hay.

Foenum Græcum, & Foenigræcum, est Trifolii & leguminis minoris species; habet caulem unicum, dimidium pedem altum, tenuem, excavatum, in ramos divisum; folia terna in uno pedunculo instar Trifolii gerentem, parva, aliquando oblonga, interdum magis ampla quam longa, aut semirotunda, dentata: flores ex foliorum alis erumpunt, leguminosi, exigui, albi: flori succedit siliqua plana, longa, acuta, corniformis, fœta plerumque seminibus rhomboidiformibus, ab angulo uno ad alterum linea cava notatis, flavis, saporis mucilaginosi, odoris & saporis ingrati: radix simplex, lignosa. Unde ita appelletur invenire nequeo: fortè quod in Græcia inter Fœnum plurimum reperiatur. Gr. Τῆλις, Κεραῖτις, Αἰγόκερως, Βούκερως: atque sic dicitur à cornuum figurâ siliquarum; vocatur *Ægoceros* à caprini cornu similitudine, quemadmodum à Bubuli *Buceros*. Nonnullis *Siliqua*; aliis *Silicia*; quibusdam *Silicula* appellatur. B. Grieks hooy / fenigriek. G. Bocks-horn / Siebenzeit. Gall. *Fenugrec*. A. Fene-Greek.

Foetor Oris, est putredo circa dentes & gingivas: aliquando oritur ex pulmonibus & sanguine phthisico, vel scorbutico, aliquando ex stomacho. Fœtor vero in genere oritur ab humoribus stagnantibus, effusis, corruptis, vel venenatis; ut & ab omni causa, quæ sales & olea nimium attenuat, & volatilia reddit, ut est inedia, calor, motus nimius, acrimonia nimia assumti. B. Stinkende adem / stank. G. Stinckende athem. Gall. *Halaine puante*, *puanteur*. A. A Stinking breath.

Foetus, Gr. Κύημα, est conceptus: quando fœmina concepit, ab initio dicitur *Embryon*, postea cum formam adeptus fuerit, propriè fœtus dici potest; & tunc in utero materno non tantum fovetur, sed nutritur etiam, donec illum statum adeptus sit, ut per partum exire queat. B. De vrugt. G. Die Frucht. Gall. *Le Fœtus*. A. The young.

Foliaceum Ornamentum, est fimbria in extremitate tubæ Fallopianæ, qua ovum ex ovario muliebri, quasi

tot digitis excip'tur, & per tubam in uterum defertur. B. Het loof-werk. G. Blat Zierd. Gall. *La Frange membraneuse, ou le Pavillon de la Trompe de Fallope.* A. Garnishing of the leafs.

FOLIATA TERRA, aliis *Arcanum Tartari*, vel *Tartarus regeneratus* est sal medium, ex acido aceti & sale alcalino ad accuratam saturationem usque compositum.

FOLIUM INDICUM, idem quod *Malabatrum*.

FOLLICULUS, est theca rei cujuslibet tenuis, quæ granum vel semen continet involutum. Anatomicis autem denotat vesiculam, extremis arteriarum & ductuum excretoriorum in glandulis interjectam, in qua secretiones fiunt. Tales in glandulis visceribusque statuit Malpighius; negavit vero Ruyschius, quem omnes fere recentiores Anatomici sequuntur.

FOLLICULUS FELLIS, est vesicula, quæ hepatis concavo annectitur, in qua bilis colligitur, quæ suo tempore per ductum choledochum, in intestinum duodenum exantlatur. Gr. κύστις χοληδόχος. vid. *Vesica fellis*. B. De Galblaas. G. Die Gall-blase. Gall. *Vessie du fiel*. A. The gall bladder.

FOMENTUM *Celso*, Fomentatio *Ulp*. Fotus *Plin*. est Medicati externi genus, quod corpori admotum ipsum fovet & calefacit. Θέρμασμα, estque duplex, & aridum & humidum, illud Πυρία, Πυρίασις *Diosc*. & Πυρίαμα: hoc Κατάντλημα *Diosc*. & Κατάντλησις dicitur, quod effuso humore adhibetur: Estque vapor, liquor aut decoctum variis partibus, beneficio lintei, filtri, spongiæ, vel vesicæ, fovendi causa applicandum. B. Stovinge / Verwarminge. G. Erwarmung / ein Warmes Tuch / damit man dem Leibe Wärme zufügt. Gall. *Fomentation*. A. A Cherishing or keeping warme.

FOMES, proprie est suscitabulum ignis: per metaphoram vero ita dicitur causa interna vel antecedens, per quam morbus fovetur & continuatur.

FONTALIS, idem quod *Potamogeiton*.

FONTANELLA, seu FONTICULUS, dicitur in fœtubus & recens natis, intra frontis os & duo sincipitis, apertura, quadrangularis, seu spatium, ab ossibus nondum perfectis relictum, & membrana firma clausum. B. De Fontanel des Hoofds. G. Fluß-loch des haubts. Gall. *Fontanelle*. Item ulcusculum arte Chirurgica, in sanis corporis partibus

bus excitatum, ut per id humores ſuperflui & corrupti evacuentur, morbi curentur, vel etiam anticipentur: Fontanellæ excitantur cauterio actuali vel potentiali, lanceola & forcipe, earumque curatio impeditur ope piſi, in cavitate poſiti: in Fonticulis excitandis notandum eſt, ſemper locum inter duos muſculos eligendum eſſe. B. Fontanellen / Etterdragten. G. Fontanelle / Eiterhol. Gall. *Une Fiſtule.* A. An Iſſue.

Fonticuli, idem quod *Fontanellæ.*

Foramen Ovale, dicitur apertura magna, media inter cordis ſinum venoſum dextrum ſiniſtrumque, quorum paries intergerrinus hoc foramine perforatus eſt: quo fit, ut ſanguis ex ſinu & aure dextra exire hoc foramine poſſit in ſinum ſiniſtrum, eique additam auriculam: e ſiniſtro autem ſinu aureque in dextrum ſinum & aurem facile penetrare nequit, impediente membrana quadam, valvulæ officium præbente. Membrana hæc ex majore parte ambitus foraminis e parte ſinus ſiniſtri orta, totique prætenta foramini in duo quaſi cornua abit, quæ ultra anteriorem foraminis partem procurrunt aliquantum ſimiliter a parte ſinus ſiniſtri, evaneſcuntque in eandem partem parietis intergerini ſinuum. Itaque tali hoc foramen obductum eſt membrana, ut per ſe nunquam valde pateat; ſi vero ſanguis ſinus ſiniſtri urgeat parietem intergerinum ſinuum, urgeat etiam membranam, explicet, tendat, obtendatque foramini exquiſite, ut nihil elabi poſſit: ſi contra urgeat ſanguis ſinus dextri, pellat membranam aliquantum in ſinum ſiniſtrum, ac ſic viam ſibi obliquam aperiat inter cornua ejus anterioremque foraminis partem, totum enim foramen aperiri nequit, quoniam e maxima parte ambitus ejus valvula naſcitur. Valvula tenuis eſt, ut explicari facile poſſet, repellique a ſanguine ſinus dextri: denſa ſimul eſt, & quaſi tendinea, ut ſat haberet roboris.

Foramen Ovale, quod etiam *Feneſtra ovalis* vocatur, eſt apertura a figura ovalis dicta, in parte poſteriori & ſuperna conchæ internæ e regione membranæ tympani poſita, habens ſitum ſtapedi parallelum, & configurationem ipſius baſi reſpondentem, foramen illud ſtapes replet ſua baſi, & membranulæ tenuiſſimæ tenerrimæ illud occludenti accreſcit, ſervata interim mobilitate requiſitâ. *Foramen rotundum*, quod & *feneſtra rotunda* dicitur, eſt altera apertura, quæ in tympani ſupernis partibus reperitur, ſcilicet in tym-

pani cavitatis parte posteriori, e regione tympani membranæ sita, paulo inferior quam fenestra ovalis, versusque occiput, priori minor & declivior, figuram incertam, nunc ovalem, nunc circularem habens, rotunda tamen vulgo dicta, sic sita in foco quasi elliptici hujus spatii centro membranæ tympani opposito, patet in scalam inferiorem cochleæ, clauditur membranula tenui, pellucida, tenera, tensa, elastica, tremula, infixa striæ excavatæ in medio meatu: cum vero nullo prædita sit musculo hæc membrana, variis gradibus tendi, adeoque variis diversis tremoribus distinctissime recipiendis aptari, hinc cum variis diversis sonis harmonice contremiscere, ut facit quidem membrana fenestræ ovalis, non potest: hujus ergo tremores non erunt adeo accurati & distincti, ac sunt illi, qui ope membranæ tympani & ossiculorum membranæ fenestræ ovalis inprimuntur; adeoque sonorum diversitas ope membranæ fenestræ rotundæ distincte exhiberi non potest, sed illa tantum confusum strepitum, aut simplicem bombum efficere videtur. Hinc forte læso vel obstructo meatu auditorio, læsa vel rupta tympani membrana, destructis ossiculis auditus &c. ope tubæ Eustachianæ, & membranæ foraminis rotundi, simplex adhuc bombi perceptio fieri potest. B. **Het ronde gat en het eyrwyze gat in den Trommel.** G. **Das runde loch / und eygleiche loch in der Trummel.** Gall. *La Fenêtre Ovale, la Fenêtre Ronde.*

Forceps, est instrumentum, quo partes demortuæ & corruptæ, item res, quæ corpori inesse non debent, apprehenduntur, abscinduntur, vel evelluntur. Forcipes sunt, figura varia, ut longæ, curvæ, dentatæ, rostratæ, semilunares, speculum oris, matris &c. quæ pro diversa figura diversum usum obtinent. Varia nomina Belgica sortiuntur, ut. B. **Trektangen / Pellicaanen / Kranebekken / Korentangen / Ravensbekken / Papegaysbekken / Mond en Moeders spiegels / enz.** G. **Ein Zang.** Gall. *Pincettes, Pellican &c.* A. A Pair of Nippers.

Forceps Deceptoria, est instrumentum incisorium, cujus acuta pars dum latet, ægroti, qui incisionem non admittunt, Chirurgica manu decipiuntur. B. **Bedriegtang** G. **Betriegliche zang.**

Forfex, est instrumentum evellendis dentibus aptum, vocatur item *Odontagra*, sive *Dentagra*, Ὀδονταγωγὸν Erasist. *Dentiducum*, *Dentarpagaga* Varroni. B. **Een Tandtrekker.**

trekker. G. Ein Zahn brecher Zange/ Pelican. Gall. *Davier Pellican.* A. Sheares. Item est bifidum secans chalybeum Instrumentum. B. Een Schaar. G. Ein Scheer. Gall. *Des Ciseaux.*

FORMATIO, est illa operatio Naturæ, qua fœtus conceptus sic nutritur, ut omnes ejus partes paulatim manifestatæ & perfectæ, plenam tandem formam, obeundis functionibus accommodam, acquirant.

FORMICA, non tantum insectum est, sed & verrucæ species, Gr. Μυρμηκία, id est *verruca formicaria*, tumens & callosa, colore nigricans, basi latâ & cute sessili, in excisione dolores adferens, morsiunculis formicæ simillimos, unde & ei nomen. *Wierus* testatur esse morbum ab Hispanis nobis communicatum, venenatum, malignum ac contumacem serpiginem; sumit initium à verendis, progrediturque ab iis per universum corpus cum doloribus & intolerabili pruritu, Teutonicè. G. Das Zitter mahl/ Flechten. B. Kruypende Mier. B. Eene Mier. G. Ein Ameiß. Gall. *Fourmi.* A. A Ant, emmete, pismire.

FORMICANS PULSUS, est pulsus inæqualis, motui formicarum similis, vel potius vermiculans imminutus, adeoque minorem vim cordis, & quantitatem sanguinis indicat. B. Een Mier gelyke pols. G. Ein Schwacher Puls.

FORMICATIO, vide in *Formica.* vel etiam est similis in quadam parte sensatio, acsi formicæ super eam decurrerent.

FORMIX, idem quod *Esthiomenos Herpes*, vel *Noli me tangere* aut *Lupus.*

FORMULA, Gr. Γραμματεῖον, est præscriptum, quod à Medicis præscribitur, quædam paranda medicamenta indicans Pharmacopæis in ægrorum emolumentum. Vulg. *Receptum.* B. Een recept / Doctors ordinantie / voorschrift. G. Ein Recept. Gall. *Formule.* A. A Form or receipt.

FORNAX, Gr. Καμινος, dicitur & *Furnus.* Vide *Furnus.*

FORNIX, seu *Testudo* est substantia cerebri callosa, nomen sortita, quod testudinis instar, sinus ventriculorum, ac molem deorsum inclinantis cerebri sustinere videtur. Estque tractus medullaris, ad angulum inclinationis duorum corporum striatorum bifida radice surgens, decurrens sub septo lucido inter illa corpora, & super rimam, quæ tertius ventriculus dicitur; sensim latior evadens, & se in-

ter thalamos nervorum opticorum insinuans, dividitur in bina quasi brachia, quæ crura ejus vel pedes Hippocampi vocantur, quorum exterior superficies alba est, interior magis cinericea, vel utcunque striata. Gr. Καμάριον ψαλλιδωδὲς *Galeno*. B. Het Welfsel des Breins. G. Ein Gewelb des Hirns. Gall. *Voute à trois piliers*. A. The Vault of the Brain.

Fossa Magna, est pudendi muliebris interior cavitas, sive *Rima magna*, quæ & ob figuram *Navicularis* dici potest. B. De Opening der Vrouwelykheid. G. öffnung der weibliche Scham Gall. *Le Sinus*. Cavitates amplæ in Ossibus, plus minusve profundæ, vocantur etiam *Foveæ*, vel *Fossæ*.

Fossilia, idem quod *Mineralia*.

Fotus, idem quod *Fomentum*.

Fovea, idem quod *Fossa magna*.

Fovea Cordis, idem quod *Anticardium*.

Fractura Ossis, est continui in osse solutio, quæ ab interno quidem vitio, veluti scorbuto, carie, & lue venerea inducitur, sed proprie ita dicitur, quum ab externo, & duro instrumento, vi partem frangente, efficitur, cujus differentiæ à forma, parte, & accidentibus desumuntur. Gr. κλάσις, κλάσμα, κάταγμα. B. Een Been-breuk. G. Ein Bein-bruch. Gall. *Fracture d'os*. A. A Breaking or rupture of a bone.

Frænulum, est ligamentum membranaceum sub linguæ anteriori parte aperto ore conspicuum, quod usque ad dentes anteriores exporrigitur; stabilitatem linguæ conciliians, ne hinc inde nimis facile moveri, vel retrorsum ire posset: hoc in recens natis quandoque totam linguam inferius occupat, eamque minus mobilem pro peragendis suis officiis reddit, unde divelli Chirurgi scalpello solet. B. De Span-ader / Tong-riem. G. Die Zung-riem. Gall. *Le Filet*, *Nerf sous la langue*. A. A The bridle of the tongue. Simile Frænulum etiam est in medio utriusque labii, quo nectitur gingivis inter anteriores dentes incisorios.

Frænulum, seu Frænum Penis, est membrana, qua præputium glandi alligatur, Gr. Κυνοδέσμιον. Alii *Canem* vocant. B. De band. G. Die riem. Gall. *Le Filet*, *le Nerf le Frain*. A. The ligament, or bridle of the foreskin.

Fra-

FRAGARIA, Est planta, quæ habet radices fibrosas, oblongas, coloris fusci aut nigricantis, repentes, ex quibus emergunt flagella per terram repentia, unde novæ radices & plantæ nascuntur, & caules tenues, longi, villosi, habentes folia terna ad centrum conjuncta, rugosa, nervosa, summo pediculo insidentia: flores sunt rosacei, plurimis petalis in orbem positis constantes, ex quorum calice multifido surgit pistillum, quod deinde abit in fructum fere globosum vel ovato acuminatum, cujus placentæ modo carnosæ, modo siccæ adhærescunt multa semina; odoris admodum fragrantis est, & saporis subdulcis, vinosi: Hæc planta crescit inprimis in montibus, & locis umbrosis & sylvis. à fragro, seu odorem gratum emitto, quem fraga emittunt. Gr. Κόμαρος sive fragariæ fructus. B. Aardbezien-kruid. G. Erdbeer-kraut. Gall. *Fraisier*. A. Strawberry bush

FRAGILITAS, est minor potentia cohærendi in partibus mollibus, elasticis & rigidis, relative ad ætatem & sexum, quam ut ferre possint eum impetum, quem corpus sine subsequente solutione ferre debet.

FRANGULA, seu Alnus nigra, est arbuscula, quæ plures habet caules novem vel decem pedes altos, pollicem crassos, rectos, in plures ramos divisos: ejus cortex externe niger, interne flavus & croceus: lignum album, & fragile, medullam ruffescentem continens: folia Alni vel Cerasi, sed rotundiora, & magis nigra: flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis inter divisuras calicis monophylli positis, constans: e calicis autem fundo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu baccam mollem, duobus plerumque seminibus fœtam planis & subrotundis: sic appellatur, quod ejus ramuli facile frangantur; dicitur etiam arbor fætida, a fætido tum colore, tum odore, tum sapore. B. Pylhout / Sporkenboom. G. Faulbaum. Gall. *Aulne noire*, *Bourgene*. A. Black Aldertree.

FRAXINELLA, Est planta, quæ habet caules, duos circiter pedes altos, rotundos, villosos, rubicundos, medulla repletos: folia Fraxini sunt, pinnata, sed minora: flores polypetali, anomali, horum petala ita disponuntur, ut flos quasi bilabiatus appareat, post florem apparent plurimæ vaginulæ, elasticæ, quæ cum impetu ejiciunt semina plana, magna, nigra, acuta, & splendentia: radix longa, alba, digiti minimi crassitie, odoris penetrantis, saporis

amari: hæc planta crescit in regionibus calidis: dicitur Fraxinella à similitudine foliorum, quam cum Fraxino arbore habent; ideoque diminutivum à fraxino esto: hujus radix in officinis vulgo Dictamnus albus vocatur, quia ejus odorem, saporem, & vires habet, & albus, quia radices albas habet, ad differentiam cretici; nihil cum veterum Dictamno commune habet. B. **Essen-kruid**. G. **Weisser dip-tam / Aschwurtz** Gall. *Dictam blanc*. A. White dittony.

Fraxinus arbor, est magna, crassa, recta, ramosa, cortice tecta polito, cinereo, viridescente: Lignum est durum, politum, album: folia sunt oblonga, bina, pinnatim nata ad communem costam, cujus apex definit in folium impar, saporis parum amari & acris: flos mas, apetalus, cujus stamina apice gemino plerumque donantur: ovarium oblongum, ovatum, compressum, instructum tuba bifida; in fœmina per maturitatem fit fructus planus, membranaceus, linguiformis, fætus semine medulloso similis figuræ; saporis acris & amari: hæc arbor crescit in locis humidis circa flumina & in sylvis. an à fragore siliquarum, quem ventis agitatæ edant? B. **Esschen-boom**. G. **Eschen-baum**. Gall. *Frêne*. A. The Ash-tree.

Fricatio, seu Frictio, Gr. τρίψις, ἀνατρίψις, *sicca* est vel *humida*. *Sicca* est, quando corpus vel membrum solis manibus, aut linteis pannisve laneis siccis, calidis, & fumo Succini similiumve imbutis fricatur, quæ & chirothecis peragi aliquando solebat, & vasa in superficie corporis alterne comprimendo & laxando, eorum actionem in humores auget, hinc idem fere facit quam motus animalis, ejusque defectum in homine debili supplere, & perspirationem valde adjuvare potest. Hanc ob causam dudum inter sanitatis præsidia numerata, illique magna vis in medendo attributa est. *Humida* fiebat vel aqua, vel oleo, vel ambobus simul admixtis. Varia habentur genera, ut *Mollis*, *Dura*, *Intermedia*, *Multa*, *Pauca*, &c. B. **Wryvinge**. G. **Das reiben / kratzen**. Gall. *Frottement*, *friction*. A. A Rubbing.

Frigus, nostri respectu nil est præter sensationem, quam ex imminuto corporis nostri calore percipimus. Hæc oritur in nobis, simulac causa, calorem in nobis excitans, cessat vel minuitur: hinc in illis, qui laxitate vasorum, humorumque lentore laborant, *Frigus* percipitur, quoniam attritus liquorum in se mutuo & in vasa, a quo calor pen-

pendet, minuitur: & in initio paroxysmi febrium intermittentium, in quibus cordis vires adhuc tam parvæ sunt, ut sanguinem ad extrema propellere nequeat, quoniam ejus contractio tunc velox quidem, sed simul debilis est, *Frigus* etiam observatur. B. **Koude.** G. **Kälte.** Gall. *Froid.* A. Cold.

FRITILLARIA, est planta, quæ habet caulem, pedem circiter altum, tenuem, rotundum, interne fungosum, coloris virido purpurei vel nigri: folia mediocriter longa, angusta, excavata: flos est liliaceus, campaniformis, hexapetalus, pendulus, nudus, plerumque tesselatus, sex staminibus fætus, ovarium complectens: Ovarium est instructum tuba bifida, triplici cavitate pergente usque ad cava Ovarii, fit fructus oblongus, ferens semina plana, gemina serie ordinata: radix duobus tuberibus carnosis constat, ex quorum medio caulis assurgit: hæc planta crescit in pratis, & colitur in hortis: dicitur, quod ejus flores maculis pingantur in modum fritilli. Vocatur & *Meleagris.* B. **Kievits-eyeren.** G. **Brettspiel-blum.** Gall. *Fritillaire, le Meleagris.* A. Fritillary.

FRONS, Gr. Μέτωπον, est superior faciei pars, terminata superciliis, temporibus, & crinibus capitis: quibusdam à ferendo dicitur, quia præ se fert animæ signa. B. **Het voorhooft / de stern.** G. **Die stirne.** Gall. *Le front.* A. The forehead, front.

FRONS, inter vegetabilia interdum pro ramo ponitur. Propriè tamen dicitur id, quod ipse ramus circumquaque producit, multa interdum folia habens, & nonnihil corticis, ac veluti cauliculi.

FRONTALE, est medicamentum externum, quod frequenter, ad capitis dolorem & fervorem, fronti applicatur. Constat ut plurimum ex herbis, floribus, seminibus, farinis, & aceto rosaceo madefactis. Gr. Προμετωπίδιον. B. **Voorhooft-middel.** G. **Stirn artzney.** Gall. *Frontal.* A. A Frontlet.

FRONTIS Os, anteriorem calvariæ partem occupans, superius, qua syncipiti jungitur, subrotundum apparet; inferius supremam orbitæ oculi partem constituit. B. **Voorhoofdsbeen.** G. **Stirnbein.** Gall. *l'Os Coronal.*

FRUCTUS, sunt grandiores illi ac succulenti, edules, dulces vel subacidi plantarum fœtus, & seminum receptacula, ut poma, pyra, pruna &c. vel, quod carne & se-

mine compactum est. Frequenter tamen pro eo, quod involucro perinde quasi carne, & semine coactum est, accipi solet. B. Vruchten. G. Fruchten. Gall. *Fruicts*. A. Fruit.

FRUMENTUM, dicitur à fruendo, quod maximo cum fructu ejus usus est. Estque quod geniculato culmo, & arundinaceis constat foliis, semenque panificio & pultibus aptum, in spicis aut jubis producit. B. Koorn. G. Korn. Gall. *Bled*.

FRUTEX, est planta inter herbas & arbores media perennis, & gemmipara, ad arboris magnitudinem non assurgens; ad ligneam tamen indolem proximè accedens, vel quod à radice caudice multiplici, ramosumque sese attollit, ut Rubus. B. Heester. G. Eine Staude/ Gesträuch. Gall. *Arbrisseau*. A. Shrub. Vide *Thamnos*.

FUCUS, Est plantæ genus, quæ crescit in aquis, primo multos caules tenues, angustos & compressos germinat, qui sese postea extendunt in parvos ramos, habentes folia ampla, oblonga, Quercum referentia, sed minora, substantia sua tenaci, membranosa, flexili, plerumque polita, aliquantulum lanuginosa, caulibus suis adhærentia: adsunt tubercula vacua, aut bulbulæ aut vesiculæ cum seminibus, oblongæ, vel obrotundæ, aliquando majores, interdum minores: hæc planta est plerumque humilis, aliquando tamen ad duorum pedum altitudinem crescit, recens capta est coloris flavi viridescentis, sed siccata fit coloris nigri, nunquam flores habet, ab illis vesiculis supradictis supra aquam sustinetur. Gr. Φῦκος, est herba marina, an à φύω cresco, ut quidam volunt? est quædam species in Candiæ maritimis locis, quibus lintea, lana &c. purpureo colore inficiuntur: atque eo etiam fœminæ sibi fucum seu cosmeticum parant. Vide in *Alga* Hofmanni.

FULIGO, idem quod *Aporrhæa*.

FULMINATIO, idem quod *Detonatio*.

FUMARIA, Est planta, quæ habet plures caules ad altitudinem pedis vel sesquipedis crescentes, quadratos, excavatos, coloris partim purpurei, partim albescentis: folia minutim incisa, caulibus longis & angulosis adhærentia, lobata umbelliferarum instar: flores sunt polypetali, anomali, papilionaceis æmuli, ex duobus tantum petalis constantes, quasi bilabiati, labio superiori in caudam abeunte cum inferiori ad pediculum conjuncto: hæc inter labia

velut

velut in palato, cujus os a ligula occupatur, piſtillum poſitum eſt vagina obvolutum, quod deinde abit in fructum membranaceum nunc longiorem, nunc breviorem, fætum ſemine parvo, rotundo, ex nigro virideſcente, ſaporis amari & ingrati: radix mediocriter craſſa, fibroſa, alba: Tota planta habet ſaporem amarum & ingratum, creſcit in pratis. ſive Fumus Terræ, Gr. Καπνὸς & Κάπνιος, ſic dicta, quod ejus ſuccus oculis inditus, veluti fumus lachrymas moveat, oculoſque mordicet: vel quia cum primo ſe ſuper terram diffundit, quaſi fumus apparet. B. **Duive-kervel / Aard-rook / Grijſe-com.** G. **Dauben-kropff / Dauben-körbel / Erd-rauch / Katzen-körbel.** Gall. *Fumeterre*, *Pied de geline*. A. Fumitory.

Fumigatio Chymica, eſt corroſio metalli per fumum vel vaporem. B. **Rookinge.** G. **Räucherung.** Gall. & A. Fumigation.

Fumus Terræ, idem quod *Fumaria*.

Functio, idem quod *Actio*.

Funda Galeni, eſt faſcia, in quatuor partes diviſa, in affectionibus maxillæ inferioris, aliiſque capitis noxis, ad medicamenta & ſplenia illis adplicata continenda utilis. B. **Slinger-band / een vierhoofdige Windel / Slinger-zwagtel.** G. **Eine Vierhäuptige Windel.** Gall. *Fronde*, *Bandeléte à quatre Chefs*. A. A Swathe conſiſting of four parts.

Fundus, vocatur pars amplior & rotunda receptaculorum, quæ in cervicem oblongam & anguſtiorem deſinunt; taliſque reperitur in veſica fellea & urinaria, & utero.

Fungus, Eſt plantæ genus nullos flores, folia, nec ſemina apparentia habens, utriculis & aëriis faſciculis pedunculus conſtat, qui pedunculus eſt brevis, craſſus, fungoſus, inſtructus capitulo carnoſo, craſſo, ſpongioſo, obrotundo, aut compreſſo, aut acuto, foliaceo, ſæpe plurimas fiſtulas inferius habet in formam organi pneumatici diſpoſitas; falſo creduntur nullum habere ſemen, nam inter lamellas habent uteros, qui infinita ſemina continent. Sed variæ ſunt fungi ſpecies; quidam dici volunt à funere, quod ſuo veneno veſcentes ad funus ducat: ſub forma excreſcentiæ arboribus, fruticibuſve quibuſdam adnaſcuntur vel immediate è terra prodeunt, ſub varia forma & figura, de quo conſulendi Botanici. B. **Paddeſtoelen / Duivels-brood / Kampernoeljen / Padde-brood.** G. **Ein Schwamm / Erd-**

Erd-Schwamm & Pfifferling. Gall. *Champignon ou Potiron.* A. Toad-ſtoole, or Mushrom.

Fungus, eſt caro mollis & ſpongioſa, quæ vulneribus vel ulceribus ſuperincreſcit; a nimia humorum affluxu, vel quandoque Chirurgi imperitia ortum habens; obſervatur etiam in vulneribus capitis, in quibus dura mater perforata eſt. B. Baſtert of weeligvleis. G. Schwammgewächs/ Glied-ſchwamm. Gall. *Excreſcence ſpongieuſe, chair baveuſe.* A. A Spungy Tumour.

Fungus articulorum, *Heiſtero* dicitur talis in membrorum articulis tumor, qui absque omni ferme calore ac dolore pallet, digitisque prementibus facile quidem propter mollitiem cedit, ſed remoto digito confeſtim ſe rurſus expandit, nec foveas impreſſas retinet.

Funiculus Umbilicalis, ſive Intestinulum, Laqueus, ſeu ductus umbilicalis, eſt pars, funiculi modo contorta, oblonga, vaſculoſa, craſſitie pollicis, longitudine quatuor quaſi ſpithamarum, in fœtibus ab umbilico in placentam uterinam usque porrecta; continet arterias duas, venam unam, & urachum, qui in brutis extenditur usque in Allantoidem. B. De Navel-ſtreng. G. Der ſchnur von der Nabel/ Nabel-riem. Gall. *Le Cordon ombilical, ou du Nombril.* A. The Navel-ſtring.

Funis Arborum, eſt Smilax levis, quia ſeſe circum arbores volvat.

Furcale Os, idem quod *Furcula.*

Furcella, idem quod *Furcula.*

Furcula Superior, dicitur os ſterni ſuperius, alii etiam jugulum vocant; ita etiam claviculæ os appellatur.

Furfuratio, Gr. Πιτυρίασις, Latinis etiam *Porrigo*; affectus eſt, cum ſcalpentibus furfuribus ſimilia ex capitis cute decidunt, & quidem plerumque cute ea, quæ ſub capillis eſt, item etiam è barba & ſuperciliis. B. Zemelagtigheid/ Schilfer op het Hoofd. G. Der Hauptgrind/ die Schwinden. Gall. *Teigne.* A. Scurf or daridraff.

Furnus, eſt locus, in quo ignis ad materiam Chymicè tractandam, dextrè & convenienter accommodatur: eſtque apertus vel tectus, rotundus, quadratus &c. De furnis conſule authores. B. Een Oven. G. Ein Ofen/ Brenn-ofen. Gall. *Fourneau.* A. A Furnace.

Furor, idem quod *Mania.*

Furor Uterinus, eſt in fœminis, imo & in virginibus

bus Salacitas & Satyriasis quædam, sed cum delirio, ita ut non modo Venerem & Viros appetant, sed prostituunt sese primum sermone obscæno, eoque delectantur, deinde ipsæ eum instituunt, tum absque pudore se denudant, & sine discrimine etiam obvios quosque invadunt, & sollicitant. Cum primum hic morbus incipit, fœminæ tristiores sunt & taciturnæ, oculos jactant lascivos; rubet, modo pallet facies præcipuè narratione rerum obscænarum, rubor elucet cum pulsu & respiratione mutatis, adhæc vix pedibus consistunt tripudio deditæ. Inconstanter plerumque amant hunc vel illum, quo conspecto, aut de quo cogitantes ilico perturbantur. Deinceps rixantur, mœrent, rident, garriunt, cantant, dubia loquuntur, demum delirant, & pudorem decoquunt, ita ut nonnunquam in lecto nudæ decumbant, ut per plateas vagabundæ quærant, quibuscum sese commisceant, quos non bene excipere solent. Ab hoc morbo hodie immune non est fermè sequioris sexus genus, maximè autem meretrices. *Causa* videtur consistere in succo seminali, qui ad summum maturitatis gradum evectus virgines in furorem agit; exemplum illud in brutis animalibus quotannis occurrit, ut in felibus, tauris, damis & cervis. Est quidem & alius affectus huic cognatus, quem *Uteri* vel *Matricis Fervorem* Antiqui appellarunt, quando nimirum universa substantia, & totum ejus corpus incalescit, cum dolore & lumborum gravitate, *horripilatione*, fastidio & urinæ ac excrementorum alvi suppressione; & fœmina coitum vehementer appetit, sed ob dolorem venere uti pertimescit. Gr. Ὑστερομανία. B. Razende moer / Kitsigheid / Manziekte. G. Wütende geilheit / wütende mutter kranckheit. Gall. *Fureur de la Matrice*, *Rage d'Amour*. A. Fury of the Womb, or Womb-fury.

Furunculus, sive Dothien, est tuberculum acutum, ad tactum duriusculum, ovi columbini magnitudine cum inflammatione, & dolore; maximeque ubi jam in pus vergit. Qui ubi apertus est, & exiit pus, subter apparet pars carnis in pus versa, corrupta, subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiamsi nulla curatio adhibeatur: maturescit enim per se, atque erumpit, sed molestus est, quoniam uno sanato, sæpe alius novus succrescit. Sed dolor efficit, ut potior Medicina fiat, quæ maturius libe-

ret.

ret. B. Bloed-zweer / bloed-vin / fpk / hertebuile. G. Blut-geschwär. Gall. *Furoncle ou Clou.* A. A Boil.

Fusio, eſt liquatio cujuſcunque materiæ fuſilis per calorem ignis ſæpe vehementiſſimi, ut fit in liquandis metallis & mineralibus; huic operi non raro follis adhibetur. B. Smeltinge. G. Ein Guß / Schmelzung. Gall. *Fuſion.* A. A Melting.

Fusterna, eſt ſuperior pars Abietis, dicitur, quia nodoſi ſolent eſſe fuſtes & baculi crebris nodis ut plurimum aſperi, inferior pars vocatur è contra *Sapinea.*

G.

G. Græcum Γ Medicis Uncia eſt.

Gagates, eſt Aſphaltum eousque vi naturæ perfectum, ut evadat nigrum, durum, terrenum, ſciſſile, politum, graveolens, reſplendens: propter duritiem vocatur *Lapis Gagates*, vel *Thracius Nicandri.*

Gala, idem quod *Lac.*

Galactophora, medicamenta ſunt, quæ lactis copiam uberrimam faciunt, & ad mammarias glandulas determinant. B. Melkmakende middelen. G. Milchmachende artzneyen. Gr. γαλακτοποιητικὰ. à γάλα & ποιέω.

Galactophori Ductus, propriè ſunt *Vaſa Lactea*, ſive quæ chylum verſus cor ex inteſtinis per meſenterium & ductum thoracicum ducunt. Item dicuntur Ductus lactiferi, chylum (ut quidam Neotericorum finxerunt) ab inteſtinis recta via ad glandulas mammarias ducentes: Rectius tamen hoc nomen arteriis imponitur, ex eo quod una cum cruore chylum mammis advehunt, in quibus lac, ad infantis uſum ſequeſtratur. Sic quoque vocantur tubuli, ex glandulis mammariis lac in papillas ducentes, qui proprie ſunt vaſa mammarum excretoria, ſatis ampla, ſed prope papillam anguſtata, ne lac continuo exiret, ſed ſervaretur, donec ab infante ſuctionis ope proliciatur, ex γάλα lac, & φέρω porto, duco. B. Melk-buizen. G. Milch-gefäſſe. Gall. *Les Conduits Laiteux.* A. The Milk-veſſels.

Galactopoietica Facultas, Gr. Δύναμις γαλακτοποιητικὴ, nihil aliud eſt quam aptitudo ad ſequeſtrandum lac: de lactis ſequeſtratione vide in *Lac.*

Galanga, radix eſt aromatica, colore ſaturo rubra; duplex eſt *Major & Minor*, ſed minor majori melior eſt: nondum authores conveniunt de hac planta; quidam utramque ſpeciem ad Iridum genus referre volunt ob radicis præſertim convenientiam, alii vero majorem tantum Iridibus accenſendam eſſe cenſent, minorem vero frutici, folia myrtum æmulantia gerenti annumerandam, credunt. Majoris radix craſſior; intus alba, ex Java & Malabar adducitur: minoris vero tenuior, nodoſa intus & extra rubeſcens, ſapore acris inſtar piperis, odore ſuavis; hæc vero ex China adfertur & hujus major uſus eſt in Med. Ex India & China nobis adferuntur: ita vocatur a voce Arabica Galingia. B. **Galiga.** G. **Galgan.** Gall. *Galanga.* A. Galangal.

Galbanetum, eſt compoſitio Galbanum recipiens.

Galbanum, eſt gummi, ſuccus, aut lachryma Ferulæ Syriacæ, quam *Metopium* vocant (quo nomine aliis gummi idem venit) intensè flavum vel albidum, inflammabile, totum tamen non deflagrans; ſaporem habens inſtar Gummi Ammoniaci, ſed acriorem magisque penetrantem; odore gravi Opopanacem referens, colore Tacamahacam. Optimum cenſetur cartilaginoſum (alii granulatum volunt, ſed rariſſime ob mollitiem in granis invenitur) flavum, ſincerum, pingue, non lignoſum, quod in ſe retineat nonnihil ex ſuis ſeminibus, & ipſis ferulæ ſarmentis, gravis & ingrati odoris, nec nimis humidum, nec nimis aridum, cum accenditur flammam nutriens. Inter ſelectiora antihyſterica recenſetur, & in ſuppreſſione menſium pilularum forma frequenter exhibetur. Dicitur & *Chalbanum.*

Galea, eſt dolor capitis, ſic à loci ſimilitudine dictus, quod totum caput in modum Galeæ comprehendat.

Galea, pertinet quoque ad vaſa Chymica, eſt enim vas, cui retorta imponitur, ex terra aut alia materia confectum, ne retorta, niſi mediatè, ab igne tangatur. B. **Een klapmuts.** G. **Beſſelhaub / ein Helm.** Gall. *Le Chapiteau.* A. Cap.

Galea, etiam dicitur, quando caput fœtus in lucem prodeuntis cum parte membranæ Amneos circumveſtitur, cum Galea vulgo, **een helm /** dicitur prodiiſſe. Sed ſi infans ex ſexu fæminino fuerit, *Vitta* dicitur, de quibus ob-

obstetrices plurimas fabulas nugantur. G. Helm. Gall. Né Coiffé.

Galega, Est planta, quæ plures habet caules tres pedes altos, striatos, excavatos, ramosos: folia pinnata, bina conjugata, affixa costæ, in impar folium terminata, saporis leguminosi: flores sunt in spicam congesti, leguminosi, coloris albi, aut violacei albescentis: flori succedit siliqua teres & quasi cylindracea, fæta seminibus oblongis, & veluti reniformibus: radix exigua, alba, perennis: Hæc planta crescit in locis humidis, circa flumina. dicunt esse vocem corruptam à Polygala, à Fracastorio vocatur herba Gallica, an inde nomen habeat, lectoribus judicandum relinquo. B. Geitenkruid. G. Geiß kraut / Geiß kraut. A. Goates rue.

Galenica medicamenta, vocantur 1. cuncta simplicia cujuscunque regni, & 2. omnia composita, quæ simpliciori tantum præparatione, v. g. coctione, infusione indigent. Operosiora vero præparata Spagyrica vel Chemica medicamenta dicuntur.

Galenica Medicina, est quæ nititur fundamentis *Galeni*, ideoque *Galenici* sunt, qui artis suæ fundamenta è *Galeno*, & philosophis petita, ratione probata, & experientia confirmata amplectuntur, & hoc duplici κριτηρίῳ verum à falso distinguunt. Nituntur præcipuè quatuor elementis Peripateticis, hinc illorum temperamenta, humores &c. B. Galenische Medicine. G. Galenische Artzney. Gall. *Medicine Galenique*. A. The Physick of Galen.

Galiancones, sunt, qui ob capitis humeri in alam prolapsum brachium justo brevius & gracilius habent, partes vero circa cubitum tumentiores mustelæque cubito præditi sunt, ideoque *Mustelanei* vocantur, à γαλῆ mustela, & ἀγκὼν cubitus. B. Kortarmig. G. Krumbein / Kurtz von armen. Gall. *Qui ont les bras courts*. A. Shortness of the Arm.

Galiopsis, vel Gallopsis, est species Urticæ mortuæ, vel Lamii, quæ habet multos caules quadratos; folia ejus Marrubium referunt; flos est pulcher, coloris flavi, & multis punctis coloris croci notatus: flori succedunt semina oblonga, in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit, contenta; hæc capsula in quinque partes divisa, infundibulum refert: Hæc planta crescit circa ripas & in montibus. à γαλῆς ὄψει, facie & rictu mustelæ, vel est no-

Nomen ex Græco & Latino compositum, quod ejus flores prorsus Galeæ aspectum referant. Hujus sunt variæ species. B. Doove netelen. G. Todt-nessel / Taub-nessel. Gall. *Ortie morte*. A. Dead Nettle.

Galla, est tuberculum quoddam rotundum, foliis quercinis accrescens instar spurii fructus. Magnitudinem fere habet nucis Moschatæ, parvisque eminentiis est ornata, & foramine pertusa. Muscarum quædam species est, quæ ova sua intra folia recondunt, & una cum folio crescunt: ex ovis deinde fiunt vermiculi, qui interiorem folii partem rodunt, & inde nascitur quasi folii scirrhus, qui intumescens *Gallam* repræsentat. Si latè sumatur, tubercula quoque denotaret, quæ in foliis Salicis, Cynosbati, Hederæ terrestris, Viticis &c. conspiciuntur, quæ & eodem modo producuntur, Gr. Κηκὶς dicta, fortè à κηκὶς id est, fuligine, quod Gallarum, pannis nigro colore tingendis, magnus usus sit. B. Galnoten. G. Eychapffell / Gallapffel. Gall. *Nois de Galle*. A. A Oak-apple.

Gallicus Morbus, vide *Lues venerea*.

Gallinaginis Caput, vide *Caput Gallinaginis*.

Gallium, seu Galium, est Molluginis species, dicitur ἀπὸ γάλα πηγνύειν ἀντὶ πιτύας αὐτὸ, quod coaguli vice lac coagulet ac cogat. B. Wal-stroo. G. Weger-kraut / Wald-stroh / Unser-frauwen Bett-stroh / Weg-stroh / Leb-kraut. Gall. *Petit Muguet ou Caille lait*. A. Ladies Bedstrow.

Galreda, seu Gelatina, succus est inspissatus, viscosus, instar mucilaginis, quæ ex vegetabilibus paratur, in aqua solubilis, lucidus, fitque plerumque ex coctis partibus animalium cartilaginosis, v. g. ex pedibus vituli. B. Gelei / Lym / Lil. G. Sultz / Galrey. Gall. *Gelée*. A. Jelly.

Ganglion, est tumor in partibus tendinosis & nervosis, à casu, ictu, vel alias excitatus, renitens, in latera pressus non divertitur, nec in orbem circumagitur, oriundus ab extravasata Lympha ex vasculis ruptis, intra vaginam tendinis hærente. Vocatur etiam corpusculum oblongum, olivare, durum, capsula veluti tectum, in qua moveri potest pressione digitorum, carnei utcunque coloris, substantia nervosa nodi instar, multis in locis corporis quibusdam nervis veluti circumnatum, ubi multi nervosi surculi coëunt; formatur ex concursu duorum

vel plurium nervorum cum suis membranis, nervisque firmandis inservit, ne in plures ramos divisi debiles nimis evadant. B. Een zenuw-knoop / peeś-knoop. G. Ein Uberbein / Spanader-knopff. Gall. *Ganglion ou noeud de Nerf.* A. A Tendinous knot, or tumor.

GANGRÆNA, dicitur & *Ignis Persicus*, est mollis alicujus partis cadaverosa corruptela, ab abolito vitalis humoris influxu per arterias, & effluxu per venas, cum fœtoris, nigredinis & mortificationis initio conjuncta, inflammationem, contusionem, congelationem, & erosionem per remedia caustica consequens, à γράω comedo. B. Heet vuur. G. Kalte brand / Faul-Fleisch / das wilde Fleisch. Gall. & A. The Gangrene.

GARGARION, vide *Cion*, à γαργαρίζω os colluo.

GARGARISMA, est Medicamentum liquidum, fauces & adjacentes partes, gargarizando, sine deglutitione colluens. Estque *vel* decoctum, in quo syrupi convenientes solvuntur; *vel* aquæ destillatæ, quibus syrupi admixti, quandoque & spiritus minerales adduntur. Sed recentiores Medici, omnes syrupos imo & acidos spiritus ex Medicina exturbant. Dicitur & *Gargarismus*, *Collutio oris*. Διάκλυσμα, à γαργαρίζω os colluo. B. Een Gorgel-drank / Gorgel-water / keel-spoeling. G. Gurgel-wasser. Gall. *Gargarisme*. A. A Gargarisme.

GARGARISMUS, Idem quod *Gargarisma*.

GARUM, dicitur liquamen ex piscibus sale conditis, aut maceratis paratum, ita vocatum a garo pisce.

GARYOPHYLLATA, Vide *Caryophyllata*.

GARYOPHYLLI, Idem quod *Caryophylli*.

GAS, *Helmontii* loquendi terminus est, & denotat spiritum non coagulabilem: vel spiritus est vitæ nostræ lumen & Balsamus præservans à corruptione. *Gas pingue sulphureum*, quod enecat homines, præsertim in cryptis subterraneis: *Gas Silvestre*; *Gas Ventosum*, quod aër. *Gas Siccum*, est sublimatum: *Gas* cerevisiæ, est exhalans spiritus è doliis vel lacubus, quando fermentatur. *Gas Salium* est aqua, item uvæ. Derivatur fortè à Belgico idiomate. B. Gist / vel Gest / aut Geest. G. Geist / der nicht zusammen rinnet.

GASTER, Gr. Γαστὴρ, *Venter*. Interdum totum abdomen denotat; non raro pro ventriculo tantum sumitur. Nonnunquam etiam pro utero habetur.

GASTRICUS SUCCUS, est pellucidus, tenuis, spumosus, leniter salsus succus, qui continuo ex acinis ventriculi glandulosis, vel potius ex extremitatibus arteriolarum, quæ ad omne punctum superficiei ventriculi internæ desinunt, in ejus cavitatem, pro cibo solvendo, miscendo, & diluendo, stillat. B. Maag-Sap / Maag-gest. G. Magen-safft Gall. *Suc de l'Estomac*. A. The Juyce of te stomach.

GASTROCNEMIUM, est sura, sive pars tibiæ posterior, unde ejus musculi à tumore ventricoso, *Gastrocnemii* dicti sunt. Sic tibia dicitur *Anticnemium*, à γαστὴρ venter, & κνήμη tibia. B. De Kuit. G. Die Waden. Gall. *Le Gras de la jambe*. A. The Calf.

GASTROCNEMII MUSCULI, sic vocantur duo, orti à posteriori condylo externo ossis Femoris duobus principiis, quæ deinde aliquo intervallo conjuncta, simul ventrem carnosum magnum constituunt, abeuntque circa mediam cruris partem in fortem & satis latum tendinem, quem confundunt cum aliis, qui Achillis dicitur, & inseritur calcaneo. B. Kuitspieren. G. Der Waden mauß. Gall. *Muscles Gastrocnemiens ou les Grands jumeaux*. A. The muscles of the Calf.

GASTROEPIPLOICA, est vena & arteria, quæ ad ventriculum & omentum porriguntur, ex γαστὴρ venter & ἐπίπλοον omentum. B. Net en Maag-vaten. G. Die Netze und Magen-gefässe. Gall. *Vaisseaux Gastro-Epiploiques*. A. The vessels of the cawl and the ventricle.

GASTRORHAPHIA, est connexio sive sutura in vulneribus abdominis adhibenda; ex γαστὴρ venter, & ῥαφὴ sutura. B. Buiks hegting. G. Der bauch naat. Gall. *Gastroraphie ou suture des playes du ventre*. A. Suture of the belly.

GASTROTOMIA, est sectio abdominis & uteri, uti in cæsarea sectione, ex γαστὴρ venter, & τέμνω seco. B. Buiksnyding. G. Bauchschneidung. Gall. *Gastrotomie ou section du ventre*. A. Cutting of the belly.

GATTARIA, idem quod *Cattaria*.

GAUDIUM, est lætitia ex judicio boni acquisiti, vel acquirendi; vel oblectatio orta a quadam perceptione. Gr. Χαρὰ, Εὐφροσύνη. B. Blydschap. F. Freude. Gall. & A. *Joye*.

GELASINI, idem quod *Dentes Incisores*. Ita dicti a γελάω *rideo*, quoniam in *risu* conspiciuntur.

GELATINA, idem quod *Galreda*.

GEMMA, in vite idem est, quod *oculus*, quia veluti ocellus quidam conspicuus, aut Gemma quædam excellens conspici possit, cum primum è vite prodit, aut sarmento. Hæc incunte vere sese ostendit, & ab ea primum flos, deinde fructus prodit tam in ipsis vitibus, quam arboribus: surculi est compendium, in quo futuri senii partes latitant, iisdem, quibus rami componuntur, integratur partibus, originem suam debet nodo, qui tractu temporis in gemmam transit. B. Een Botte / een Gewas. G. Ein Käbaug / Ver-kopff Gall. *Un Bourgeon*, *Bouton*. A. a Joung Bud.

GEMMÆ, dicuntur lapides pretiosi & haud inepte vocari possent lapides pellucidi; harum indoles vitro proxima omni fere dote; sed illud exsuperant duritie, soliditate, simplicitate, difficillima fusilitate ad ignem; videnturque sale & terra, perfectissimis, tenuissimis, intime commistis, conflari: ut cinis salsus igne fusus vitrum dat. Gemma vero perspicua, absque admistu ullius coloris, quam proxime vitrum imitatur. B. Edelgesteente. G. Edelgestein. Gall. *Pierre pretieuse*. A. A Gemm.

GEMMÆ SAL, salis communis species est, in fodinis lapidum frangitur, specieque Crystallorum splendens eruitur, unde Gemmeum, à gemmis ob colorem nuncupatur, dicitur alias *Sal Fossile* & hujus purior pars Sal Gemmæ. In variis Germaniæ locis reperitur. B. Steen-zout. G. Stein-saltz. Gall. *Sel Gemme*. A. Sal Gem.

GEMURSA, est morbi species inter pedis digitos, quæ ita olim Antiquis dicebatur.

GENA, MALA, Gr. Μῆλον, Φαρειά, Κύκλοι Hippocrati: est faciei pars à naso ad aures. Item, mentum & maxilla, quæ est superior vel inferior. B. Wange / koon / appel van de wange. G. Die wange. Gall. *La Joue*. A. The cheeke.

GENERATIO, est actio corporea, qua Vir junctus Mulieri, illi communicat aliquid corporei, ex quo postea nascitur, & prodit corpus humanum; Illud autem quod vir communicat est semen, quod fit fœcundum; si à fœmina prolifera acceptum, ejus ope aptum est transire in corpus humanum: Illud igitur semen à Viro ejectum in utero mu-

lie-

liebri, ingressum Tubas Fallopianas, ovulo ex materno ovario abrupto communicatum, causa est, cur nascatur postea Fætus. Prior actio, quæ Viro soli competit, aliquando stricto sensu *Generatio* dicitur, ut distinguatur a *Conceptione*, quæ Mulieri propria est. B. **Voort-teeling.** G. **Das Zeugen / gebären.** Gall. *Generation.* A. Ingendring, generation.

Geniculata, est planta amœni aspectus; sic dicta ob plurimos nodos, quasi genua.

Geniculi, sive Genicula, sunt nodi, qui, in herbis, aut leguminibus, aut etiam suffruticibus apparent. Sic Geniculatæ radices nominantur, quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant, rotundæ & leviter capitulatæ. Gr. Γόνυον. B. **Knoop.** G. **Ein knötgen / kraut stengel.** Gall. *Noeuds, qui se trouvent aux tiges ou aux racines des herbes, & aux tuyaux de bled.* A. The Knot.

Genioglossum, sive Mesoglossum, est par musculorum ab interna parte menti carnoso principio ortum, dilatatum progrediens radici linguæ inseritur, atque etiam ultra excurrit fere per totam ejus longitudinem & linguam versus anteriora trahit, à γένυς mentum, & γλῶσσα lingua. B. **Der kinne Tong-spieren.** G. **Der Kinne Zung mauß.** Gall. & A. Genio-glosse.

Geniohyoides, sunt musculi à menti interna & humiliore sede sub Genioglossis orti, ad basin ossis hyoidis extensi terminantur: ex γένυς mentum, ὑψιλὸν os hyoides, & εἶδος forma. B. **Der kinne Tongbeens-spieren.** G. **Der Kinne Zungbeins mauß.** Gall. *Les Genio-Hyodiens.* A. Geniohyoide.

Genista, Genesta, vel Genestra, est frutex, qui crescit ad altitudinem sex vel septem pedum, cujus rami Juncum referunt, rotundi, virides: folia sunt oblonga, acuta, alterno, aut verticillato ordine dispositæ: flores papilionacei, leguminosi, flavi, visui grati, saporis dulcis: his succedunt siliquæ planæ in duas partes dehiscentes, fætæ seminibus reniformibus, compressis, rubicundis, splendentibus, saporis ex dulci amaricantis nauseosi & ingrati, dum annosa sunt farinacei; crescit in regionibus calidis, ut in Gallia, & Hispania; variæ dantur Genistæ species. dici putant, quod genu modo flexilis ad nexus sit: vel ut aliis placet, quia genubus medeatur dolentibus; dicitur etiam Spartium Græce σπαρτίον à σπείρω semino

mino, quia sponte seminatur. B. Brem. G. Genst/ Ginster/ Pfingst-kraut. Gall. *Genêt d'Espagne*. A. Broom.

GENISTELLA, est quasi minor Genista, ideoque ejus diminutivum. Gall. *Spargelle*.

GENITURA, idem quod *Semen Virile*.

GENSING, est herbæ Sinicæ *Gensing* dictæ radix digitum longa, tenuior minimo digito, forma Rapæ siccatæ, bifida, in extremitatibus filamentosa, flavescens, saporis subdulcis ex amaro: est pretiosissima, & a Sinensibus pro Panacea habetur; vocatur quoque *Nisin*, *Ninsin*, vel *Nisi*, quæ vox hominis nativitatem significare dicitur, ad quam corpus humanum confortando, & a multis miseriis defendendo, contribuere apta est.

GENTIANA, est planta, quæ habet plures caules rectos, firmos, duos vel tres pedes altos: folia Hellebori albi, vel Plantaginis, nervosa, polita, coloris ex viridi pallescentis, quædam immediate ex radice erumpunt, alia ex nodis caulium, bina conjugata: flos est monopetalus, campaniformis, vel patens vel tubulatus, & multifidus; pistillum fit fructus membranaceus ovato acuminatus, bivalvis unicapsularis, ubi insunt semina marginata & rotunda, coloris rubicundi: radix est crassa, longa, foris fusca, intus ex flavo rufescens, saporis intense amari, odoris nullius, laxioris substantiæ, & ex susceptis humoribus facile intumescens, hinc fistulis, ad dilatanda eorum orificia, turundæ specie aliquando a Chirurgis intruditur: interne ad febres intermittentes admodum laudatur. Crescit hæc planta præsertim in montibus. primum inventa videtur à Gentio Illyriorum, seu Slavoniæ Rege, à quo etiam cognomentum habuit. B. Malbergeer. G. Gentian/ creutz-wurtz/ Bitter-wurtz. Gall. *Gentiane*. A. Gentian, Fell-worte.

GENTIANELLA, est minor quasi Gentiana, ideoque ejus diminutivum.

GENU, est articulatio femoris cum osse tibiæ & suræ, superius tegitur osse *Patellâ*, vel *Molâ*, aut *Rotulâ* dicto. Gr. Γόνυ. B. De Knye. G. Das Knie. Gall. *Le Genouil*. A. The Knee.

GENUS, Botanicis est classis quædam plantarum, quæ in communi quodam charactere conveniunt, quod illas ab omnibus aliis distinguit.

GERANIUM, est planta, quæ habet plures caules pedem vel sesquipedem altos, nodosos, villosos, rubicundos, ra-

ramoſos: folia quædam ex radice erumpunt, alia ex ramorum & caulium nodis, pediculis longis & rubicundis adhærentia, villoſa, diviſa, vel inſtar Matricariæ laciniata, odoris pumicis, ſaporis adſtringentis: flos roſaceus, purpureus, pentapetalus, horum petala in orbem diſponuntur, ex hujus calice villoſo ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum roſtratum quinque ſtriis per longitudinem inciſum, quibus totidem adhæreſcunt capſulæ, in longam caudam deſinentes, per maturitatem a baſi ad apicem extrorſum ſe reſolventes, & ſemine fœtæ ut plurimum oblongo: radix exigua, coloris ſubflavi. Creſcit hæc planta in locis umbroſis, petroſis, deſertis: Latinis Roſtrum Gruinum, à ſimilitudine ſeminis roſtriformis. Γέρανος enim grus eſt; in ejus quippe vertice faſtigia conſurgunt inſtantia, capitulis gruum cum roſtellis ſimilia, in quibus ſemen concluditur: dicitur etiam hæc planta veteribus Rupertiana, vel Ruberta, ob rubrum plantæ colorem & poſtea improprie Rupertiana & Robertiana, vocata fuit. B. **Opevaarts bek / Robbregts-kruid.** G. **Sicht-kraut / Storchenſnabel / Gottes Gnad / Roth-lauffs-kraut.** Gall. *Bec de Grue*, *Bec de Cycogne*, *Herbe Robert*. A. Cransbill, Herb Robert.

GERMEN, proprie tribuitur ſeminibus plantarum, eſtque vegetationis principium, & minimum alterius plantæ ejusdem ſpeciei rudimentum: dicitur tamen etiam de parte ſeminis animalis prolifica, ex qua totum deinde animal excitatur.

GEROCOMIA, eſt pars Hygieinæ, quæ ſenum vivendi rationem præſcribit, ex γέρων ſenex, & κομέω curam gero.

GERSA, ferè idem ac Fæcula; denotat alicujus radicis, ut Serpentariæ, Ari &c. pollen.

GESTATIO, dicitur illud tempus, quo fœtus in utero materno moratur. B. **De Dragt.** G. **Das Tragen / Tragt.** Gall. *Groſſeſſe*. A. Bearing.

GIBBUS, lato ſenſu eſt convexus, extuberans, & opponitur ſimo ſeu cavo; ſtricte autem dicitur de eo, cui ſuo loco dimotæ ſpinæ vertebræ prominent. Gr. κυφὸς. B. **Gebogchelt.** G. **Ein hoger / Buckel** Gall. *Boſſu*, *ou qui porte une Boſſe*. A. A Bunch of the back.

GILLA & GRILLUS, eſt ſal Vitrioli emeticum. Quidam ſumunt pro Vitriolo, ſponte ſua in liquorem ſoluto,

alii pro Sale armoniaco liquato. *Gilla* est vox Arabica, significans *Sal.*

GINGIBRACHIUM, est scorbutus, non tantum gingivas invadens, sed & brachia, comp. ex gingiva & brachium.

GINGIDIUM, est herba quædam Syriaca, Pastinacæ sylvestri non absimilis, amarior tamen, quæ quoque alibi succrescit: cujus Etymologia adhuc me latet.

GINGIPEDIUM, est scorbuti symptoma gingivas non tantum depascens, verum & ipsos pedes. Derivatur à gingiva & pes.

GINGIVA, Gr. Οὖλον, & Ἔνουλον, est caro dura variis lamellis sibi impositis conflata, quæ omnes sunt mera vasculorum sanguineorum reticula, quibus nonnullæ glandulæ interjacent; dentes instar valli cingens, iisque plurima vasa communicat; & in edentulis nonnihil etiam ad ciborum contritionem facit; quâ vel exesâ, relaxatâ vel nimis exsiccatâ, dentes vacillant vel excidunt. B. Het Tant-vleesch. G. Das Zahn fleisch. Gall. *La Gengive.* A. The gumms. In edentulis, uti infantibus & senibus, dicuntur. B. Gagels & Kevels.

GINGLYMUS, seu CARDINOFORMIS, est conjunctio ossium cum motu manifesto, qua unius ossis caput, in sinum alterius reconditur, vicissimque hujus caput in illius cavitatem excipitur, à γιγγλυμόω per ginglymum jungo. B. t' Zamen invoeging. G. Zusammen fügung. Gall. *Ginglyme, ou articulation en forme de Charnieres ou de Gonds.* A. A Joyning together.

GLABELLA, vocatur spatium inter supercilia intermedium, ita dictum, quoniam plerumque *glabrum*, id est pilis destitutum est.

GLACIALIS HUMOR, vide *Humor Oculi.*

GLADIOLUS, Est planta Iridi bulbosæ satis similis; habetque folia longa, angusta, acuta, dura, fortia, striata, gladium figura referentia, caulem undique ambientia, & quasi in vagina includentia: caulis duos vel tres pedes altus est, rotundus, aliquantulum nodosus, coloris ad purpureum accedentis; calix bifolius, binis foliolis vaginalibus ovarium & ei compositum tubum floris sustinet: flos monopetalus, liliaceus, in exortu infundibuliformis, supra vero ampliatus, & in sex magna segmenta fissus, quorum tria superiora, majora, latiora, plus erecta, tria in-

fe-

feriora, longiora, angustiora, deorsum quasi pendula, ita ut flos quasi bilabiatus appareat, habens tria stamina enata ex pariete interno tubi floris, & insidens apici ovarii: ovarium fit fructus oblongus, trilocularis, fœtus seminibus rubicundis, subrotundis, caliptra involutis, habetque tubam ortam ex centro apicis ovarii, & instructam tribus cimbis cavis pro apiculis suis: radix carnosa, tuberosa, gemina, altera, alteri incumbens: hæc planta crescit in pratis. Gr. ξίφιον à ξίφος gladius: est planta, cujus folia gladium minorem referunt. B. Zwaardenkruid. G. Schwertel Gall. *Glais*, *Glayeul*. A. Swordgrass.

Glandula, est corpusculum parvum, ad sensum laxum, utcunque fungosum, diversæ figuræ, ad globosam tamen ut plurimum accedentis, constans duabus membranulis, infinitas arterias, venas, nervos, Lymphatica habentibus; hæ membranæ formant intus aliquod cavum, in quo terminantur quam plurima vascula, & suum succum effundunt, miscent; ex hoc cavo hic succus per lymphatica fertur in alias glandulas, denique in cisternam chyli, vel per emissarium, quod in nonnullis unicus ductus est, in aliis plures exigui tubuli, in commune cavum deponitur: dividuntur omnes glandulæ in *Conglobatas* & *Conglomeratas*, quas vide suo loco. Est etiam morbi species, quæ glandula dicitur, ut sunt strumæ, scrophulæ, Bronchocele &c. Derivatur a *Glande*, quæ vox frugem quercinam denotat, quoniam Glandis figuram referre videntur. Gr. Ἀδὴν. B. Klier. G. Schlier/ Truse/ Drusen. Gall. *Glande*. A. Glandule.

Glandula Guidonis, est tumor glandi similis, mollis, solus, mobilis, sine radicibus, & à circumjectis partibus separatus: maximè in emunctoriis & juncturis proveniens. *Avicennæ* glandula videtur esse *Ganglion*.

Glandula Pinealis, vide *Conarium*.

Glandula Pituitaria, est corpusculum in sella equina ossis sphenoidis consitum, reti mirabili investitum, & ita reconditum, ut ab incumbente cerebri mole comprimi nequeat, sed libera sibi relinquatur; superius ab infundibulo & fortè ex reti mirabili humorem serosum suscipit, quem in venas jugulares, vel vasa lymphatica amandat. B. Slym-klier. G. Schleim-drusen. Gall. *Glande Pituitaire*. A. The snivel glandule.

GLANDULÆ SEBACEÆ, sunt parvi folliculi subcutanei, oleosum humorem pro inungenda cute continentes.

GLANDULOSUM CORPUS, idem quod *Prostata*.

GLANS, Idem quod *Balanus & Suppositorium*: vel etiam denotat extremam penis virilis partem.

GLANS UNGUENTARIA, vide *Balanus Myrepsica*.

GLASTEA BILIS, vide *Bilis*.

GLASTUM, Gr. Ἰσάτις, est nomen incertæ originis, quamvis nonnulli à gelu deducere conentur: quia fortè exinde vitrum fit, quod ignis ope in glaciem quasi congelascit; fortè à nostro idiomate *Glas*, vel Anglorum *Glasse* denominari videtur. *Glastum* in veteri Gallorum linguâ olim dicebatur, nunc *Guadum*. Hujus maximus proventus habetur in Umbria circa Noceram, ubi oppidum est Guadum ita appellatum. B. **Weede/ Wouw/ Pastel.** G. **Weide/ Pastel.** Gall. *Pastel*. A. Idem.

GLAUCEDO, Idem quod *Glaucoma*.

GLAUCIUM, Est planta, quæ habet folia, ex radice erumpentia, longa, ampla, carnosa, crassa, villosa, Verbasci similia, profunde incisa, dentata, & quasi crispata, repentia, hyeme semper viridia, caulibus crassis adhærentia: Caulis secundo tantum anno erumpit, fortis, durus, nodosus, non villosus, in multos ramos divisus, ex nodis suis folia minora & minus incisa, quam inferius, germinans: calix bifolius & caducus: flores rosacei, tetrapetali, coloris lutei: floris pistillum abit in siliquam oblongam, exiguam & asperam, bicapsularem, quæ habet valvas, septo medio adhærescentes, fætam seminibus ut plurimum subrotundis, & nigris; radix longa, digitum crassa, nigricans; tota planta habet succum luteum, odoris ingrati, saporis amari: crescit in locis maritimis: occurrunt & hujus species fructu unicapsulari quidem sed quadrifariam dehiscente: derivant à γλαυκὸς, cæsius, vel glaucus, sed quare, me latet; illud nomen variis imponitur plantis, an non forte quia folia hujus plantæ colorem viridem marinum habent: vocatur etiam Papaver corniculatum, quia est species papaveris siliquas habens instar cornu. Gall. *Pavot cornu*.

GLAUCOMA, est oculi vitium, sive transmutatio crystallini humoris in glaucum, qui tamen color progressu temporis obscurior fieri observatur, à γλαυκὸς cæsius. B.

Graauw-

Graauw-oogig. G. Graublau. Gall. *Glaucome*. A. Gray of colour.

Glaucosis, Idem quod *Glaucoma*.

Glaux, eſt parva planta, quæ habet caules tenues, humiles, repentes; folia ſunt Herniariæ æmula, & oppoſita, minuta, & ſucculenta: flos exiguus, monopetalus, campaniformis, coſta adnaſcens ad formam alæ: huic deinde ſuccedit fructus ſeu capſula membranoſa, ut plurimum globoſa, apice dehiſcens, ac ſeminibus fæta exiguis rubicundis, placentæ affixis; radix fibroſa: hæc planta creſcit circa loca maritima. eſt herba lactifera, derivari videtur à γάλα lac: hinc & γλάξ & γάλαξ, & contrahendo γλαύξ. B. Witte klaver. G. Schelkraut. Gall. *Herbe aux lait*.

Glene, Idem quod *Pupilla*. Item cavitas oſſis, quæ aliud os in ſinum ſuum recipit.

Glenoides, ſunt duæ cavitates, in inferiore parte vertebræ primæ colli, ex γλήνη pupilla, & εἶδος forma.

Globularia, eſt planta, quæ habet caulem pedem circiter altum, rotundum, ſtriatum, rubicundum, folia ad Bellidis formâ ſatis proximum accedunt, ſed ſunt magis dura, nervoſa, ſaporis amari: flores floſculoſi, plurimis ſcilicet floſculis conſtantes unilabiatis, multiſciſſis, & calice proprio comprehenſis; e quorum fundo ſurgit piſtillum, floſculi parti inferiori ad inſtar clavi infixum, quod deinde abit in ſemen, in capſula, quæ floſculi calix fuit, reconditum: capſulæ autem illæ inſident placentæ, quæ meditullium occupat calicis communis: radix eſt lignoſa, dura, foris rubra, intus alba, fibroſa: eſt Scabioſæ ſpecies floribus cæruleis, ſic vocata a florum glomerulis globisve. Gall. *Globulaire*.

Globulus Nasi, eſt naſi inferior pars cartilaginea & mobilis. B. Het Spits der Neus. G. Das runde ſpitzlein an der Naſe. Gall. *Le bout du Nez*.

Globulus, ſeu Nodus, etiam ſignificat tumorem rotundum & mobilem, & parum dolentem in labiorum parte glanduloſa. B. Een Steen-knoop.

Glossocomium, eſt inſtrumentum Chirurgicum, fractis membris accommodatum, à figura arculæ mercatorum dictum, quod olim à tergo gerebatur, ex γλῶσσα vinculi genus, & κομίζω curam gero, porto. B. Bus / lee-

ſchroef /

schroef/ banh van Hippocrates. G. Ein Glossecom/ Schemel von Hippocrates. Gall. *Glossocome*. A. Glossocome.

Glossopetra, est lapis ut plurimum triangularis, è basi crassiore & scabra in conum acutum & planum desinens, reliquo toto corpore lævis, & quasi corneus, sæpe minutis quibusdam dentibus ad latera crenatus, coloris cæsii, albi, lutei, rosei, cærulei, in variis mineris Angliæ, Lunenburgiæ, Melitæ reperiundus, diversæ magnitudinis; creditur quod sit Lingua serpentum petrefacta ob morsum *Pauli Apostoli*; alii tempore diluvii multas animalium partes, sic & has terra submersas, tempore petrefactas opinantur. B. Serpents-tongen. G. Natter zunglein. Gall. *Langue de Serpent*.

Glottis, est Laryngis rimula, quæ ab Epiglottide tegitur, per quam aër transit in asperam arteriam, quæ per musculos Arytenoideos constricta vel dilatata, præcipuum vocis modulandæ instrumentum est, à γλῶσσα lingua.

Gluma, est folliculus grani, quod in spica continetur, vel grani theca.

Glutæi, sunt musculi sex, quibus nates moventur, femora extenduntur, abducuntur, summoque cum robore firmantur; in utroque latere tres, locati in cavitate ossis Ilii, quorum maximus exterius situs est, minimus inferior est, concursu suarum fibrarum quasi unum faciunt cum triplici cauda, quæ terminatur in & circa trochanterem majorem, à γλουτὸς nates. B. De Bil-spieren. G. Der Arsmaus. Gall. *Muscles de la Fesse*, *ou Fessiers*. A. The Buttocks Muscles.

Gluten, Gr. κόλλα, est humor *Avicennæ* secundarius dictus; & dicitur, cum roridus ille humor partibus unitur & agglutinatur. Erant quatuor, *Humor innominatus*, *Ros*, *Gluten*, & *Cambium*, verum illa nomina nunc temporis evanuerunt. Liquor glutinosus reperitur inter juncturas, qui & *Synovia* dicitur. *Gluten* etiam hodie vocatur humor tenax, concretus, vitali motu non solubilis, parti alicui firmæ adhærens, post corporis ardorem & nimium motum vitalem natus. B. Lym-sap. G. Leim/ pappen. Gall. *Colle*, *Glu*. A. Glue, Paste, Lime.

Glutia, sunt prominentiæ duæ cerebri, nates dictæ: à γλουτὸς nates. B. De Herssen bakjes. G. Hirnbäcklein.

Glutos, est natis, clunis. Item Trochanter sive rotator ossis femoris major, forte quia natium musculi ei in-

inferuntur. B. De Bil. G. Der Arsch/ Arsbacke. Gall. *Les Fesses*. A. Buttock.

GLYCYPICRUM, est DULCAMARA, ex γλυκὺ dulce & πικρὸν amarum.

GLYCYRRHIZA, Est planta, quæ plures caules dimittit tres vel quatuor pedes altos: folia sunt oblonga, viscosa, viridia, splendentia; in alas disposita instar Fraxini vel Acaciæ, bina conjugata ad costam in folium impar desinentem, saporis acerbi, subacidi: flores sunt leguminosi, purpurei: flori succedit siliqua unicapsularis, brevis, compressa, fœta seminibus reniformibus: radix oblonga, sarmentosa, in multos ramos repentes divisa, digiti crassitie, externe coloris grisei aut rubicundi, interne flavi, saporis subacris mellei dulcissimi, si vero diu masticetur, utcunque amaricantis, tenuis odoris mellei: hæc planta crescit in regionibus calidis, præsertim in silvis, & in locis arenosis, optima ex insulis Canariensibus adfertur, quæ pugni crassitiem adæquat. est dulcis radix, ex γλυκὺ dulce & ῥίζα radix. Nomen tum apud Græcos, tum etiam Latinos à dulcedine, qua radix ejus prædita est, invenisse notius est, quam dici debeat. *Scythica* etiam nominatur *radix*, quod in Scythia circa Mæotim paludem plurimum proveniat. Sunt etiam qui ἄδιψον vocitant, quod sitim retenta in ore arceat. Officinis *Liquiritia* dicitur, fortè quia salivam liquidam servat. B. Zoet-hout/ Kalissi-hout/ quia Caleto huc adfertur. G. Süß-holtz/ Süß-Wurtz. Gall. *Regliffe*. A. Liquorish.

GNAPHALIUM, est planta, quæ habet plures caules ad altitudinem circiter pedis, satis crassos, lanugine alba obductos, habentes folia multa, oblonga, versus extrema obrotunda, divulsa apparent flocculi lanuginosi: flores in summitate caulium nascuntur, superius stellæ ad instar divisi, calice squammoso & villoso comprehenduntur, flori succedunt parvi fructus albi, semen recurvum continentes, & speciem pilei acuti, seminis caput obtegentis, habentes: radix lignosa, oblonga, crassa, nigra, aliquantulum fibrosa, odoris aromatici, stæchadis æmula, & saporis subsalsi. Dicitur & κναφάλιον, à κνάπτω, seu γνάπτω carmino. Vocatur etiam *Centunculus*, quod centonibus cum tomento maxima sit cognatio: hinc *Centuncularis Herba* & *Cotonaria* à colore & mollitie. B. Rood melizoen-kruid. G. Ruhrkraut/ wiesenwollen. Gall. *Pied de Chat*.

GNI-

GNIDIA GRANA, sunt Thymelææ vel Laureolæ baccæ rotundæ, pisi magnitudine, rubræ, sub tenui pellicula includentes nucleum Cannabis semini similem, medulla candida plenum, saporis acerrimi & urentissimi: estque purgans vehementissimum.

GOMPHIASIS, vel potius *Agomphiasis*, est morbus dentium, præsertim molarium, quando nempe vacillant: Gomphosi enim loculis ossium utriusque maxillæ inseruntur, à γομφόω clavum impingo. B. Losssigheid der tanden. G. Das Wackelen der Zähnen. Gall. *Relachement de dents.* A. Wagging of the teeths.

GOMPHOMA, idem quod *Gomphosis.*

GOMPHOS, est, quando oculi pupilla, pelliculas uveæ excedens clavum refert. Item ossium conjunctio clavorum instar, à γομφόω clavum impingo.

GOMPHOSIS, sive conclavatio est, quando os ossi infigitur instar clavi, uti dentes maxillæ, à γομφόω clavum impingo. B. Invoeging / inschieting. G. Zusammenfügung. Gall. *Gomphose; articulation immobile, qui se fait en maniere de Clou, ou de Cheville.* A. A Joyning one into another.

GONAGRA, est Arthritis genua occupans, ex γόνυ genu & ἀγρέω venor. B. Knie-jicht of euvel. G. Knie-übel / Knie-zipperlein. Gall. *Goute au genouil.* A. The goute in the knee.

GONGRONA, Gr. Γογγρώνη, est omnis tumor nervosis partibus adveniens, cum duritie & rotunditate. Sic & in specie *Bronchocele* nominatur.

GONGYLE seu STRONGYLE, dicitur Rapæ radix, ob formam rotundam. Στρογγύλος enim, seu γογγύλος est rotundus.

GONORRHOEA, in genere est involuntarius liquoris seminalis, inprimis somni tempore, absque voluptate effluxus: in specie autem sic dicitur fluor involuntarius liquidi purulenti & sordidi ex membri virilis urethra, cum dolore & ardore Urinæ, penis tentigine, ortus ab impuro coïtu, quem paucos post dies plerumque consequitur: primo glans humore quodam albicante, sensim copiosiori & acriori inquinatur; dein fluidum, quod exit, sæpe crassescit, flavescit, viridescit, & tum dicitur Virulenta Gonorrhæa, ex γόνη genitura, & ῥέω fluo. B. Zaad-loop / een druippert. G. Samenfluss / das fliessen des samens. Gall. *Chaude-pisse,*

pisse, *Gonorrhée*. A. Effusion of seed, Lusitan Scantamento.

Gonorrhæa Chordata, est, quando una cum gonorrhæa, urethra arcus instar tenditur, & ad inferiora cum dolore flectitur. B. Spanning in de schagt. G. Spannung des schwantz. Gall. *Gonorrhée Cordée*. A. Extending of the yard.

Gossipium, seu Gossypium, Gr. Ξύλον & Γοσσίπιον. Ægyptii vocant *Gotne Msegiar*, an ab Ægypto *Gotne*, *Gottipium* & deinde Gossipium dicta hæc planta sit? B. Boomwol / Katoen. G. Baum-woll / Bomesin. Gall. *Cotton*. A. Cotton-tree. Bombace.

Gracilis Musculus, seu *Rectus inferior*, est Tibiæ musculus, oritur ex commissura ossis pubis, in tibiæ partem internam tendinosus inseritur, circa epiphysin superiorem. B. De smalle scheen-spier. G. Der dünne schienbeins mauß. Gall. *Muscle grele*. A. The small Muscle of the shin.

Gradus, olim dicebatur de calore, frigore, siccitate & humiditate Medicamentorum; constituebant enim quatuor gradus, pro numero Elementorum Peripateticorum; illi gradus adhuc sua extrema habebant, ut in initio, vel fine tertii aut quarti gradus. Chymici alios constituunt gradus, nempe circa calorem & regimen ignis, inter destillandum, digerendum &c. Sunt & qui alios tradiderunt, sed nugamenta sunt. Gr. Τάξις. B. Een Graad. G. Ein Grad. Gall. *Degrez*. A. Degree.

Gramen, dicitur à gradiendo, quod geniculatis internodiis mirifice serpat, vel à gignendi fœcunditate, quod crebro ab iis novas spargat radices. Gr. Πόα & Ἄγρωστις, quia in ἀγρῷ nascitur. B. Gras. G. Grass. Gall. *Herbe*. A. Grass.

Gramen Caninum, pertinet ad plantas flore apetalo, cujus pistillum abit in semen subrotundum, vel oblongum parum, admodum farinaceum, calice obvolutum: radix tenuis admodum, longa, geniculata, alba, saporis subdulcis cum aliquali in recessu acrimonia, odoris nullius. Caninum vocatur, quod a canibus quæsita sedulo, ubi ægrotant, inde vomant & curentur. B. Hont-gras. G. Hund-grass. Gall. *Dent de Chien*.

Gramma, idem quod *Scrupulus*.

Grana Paradisi, vide *Cardamomum*.

GRANATUM, dicitur fortè ab Hispaniæ regione Granata, quod in ea copiosè proveniat, vel ex eo, quia plurima intus grana contineat, ergo à Granis ei nomen impositum. Vocatur etiam *Malus Punica*, ejusque cortex *Malicorium* dicitur, qui ad nos adfertur siccus, colorem habens externe fuscum, interne flavescentem, & saporem valde austerum, hinc ob virtutem adstringentem ad sistendas cujuscunque generis fluxiones adhibetur. B. **Granaat-appel.** G. **Granat-apffel** Gall. *Grenade.* A. Pome Granate.

GRANATUS, est gemma pellucida, ex flavedine rubens, ignis instar, miniique nativi vel factitii colorem ferè referens. Sunt diversa genera gemmarum, quæ colorem ignis æmulantur, adeoque sub carbunculis (quæ nomine à carbonibus sumpto gemmas illas in genere vocant) comprehenduntur, uti *Granatus*, *Hyacynthus*, *Rubinus* &c. hinc sunt qui Granatum faciunt Rubinum obscuriore colore, expositus enim luci aut soli, carbonis imaginem ostendit dilucidius, quam ipsemet Rubinus. Sunt Granati alii (vel aliæ) orientales, alii occidentales. Orientales, ut meliores ita & pretiosiores, proinde provinciam officinalem solis Occidentalibus linquunt. Hi sunt tunc Hispani, tum Bohemici, tum Silesiaci, è quibus Bohemici reliquos antecellunt. B. **Granaat.** G. **Granat.** Gall. *Grenat.* A. Granate.

GRANDINOSUM Os, idem quod *Cuboides.*

GRANDO, vide *Chalasa.*

GRANULATIO, est Metallum ad ignem fusum, seu liquatum, in frigidam per scopas, vel aliud vas perforatum, pedetentim effundere, in qua tunc fit granorum adinstar, videlicet cum in finem, ut ad solvendum sit aptius; estque nihil aliud, quam metalli alicujus fusi in grana reductio.

GRANUM, Gr. Σιτάριον, minimum pondus est, quo utimur. Ejus loco sumuntur aliquando grana piperis albi, viginti scrupulum constituunt. In nativis semina sonat minutiora, sive rotunda ea sint, sive alius alicujus figuræ, uti hordei, tritici, piperis &c. B. **Een Grein.** G. **Ein Korn/ ein Gran im Gewicht.** Gall. *Un grain*, *graine.* A. A Graine.

GRAPHOIDES, est processus styliformis, circa cranii basin ad posteriora vergens, ex γραφὶς stylus, & εἶδος forma.

ma. *Graphoides* etiam dicitur musculus *Digastricus* dictus: Vide suo loco. Gall. *l'Apophyse stiloide*.

Gratia Dei, Emplastri quædam species est, ex cerâ, resina, sevo, terebinthinâ, mastiche, olibano & aliquando ærugine. Sic fortè nominatur ob præstantissimas vires. B. Gods gunste / groenwasch. G. Grün wachs. Gall. *Le Beaume verd*. A. Green wax.

Gratiola, & Gratia Dei, species est Digitalis, vel planta, quæ habet plures caules unum circiter pedem altos: folia sunt oblonga, angusta, instar fere Hyssopi, in margine striata, sibi invicem opposita juxta caulium longitudinem: flos est monopetalus, anomalus, tubulatus, utrinque patens, & quasi bilabiatus, ex cujus calice surgit pistillum, posticæ floris parti, adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum seu testam e rotundo acuminatam, bifariam dehiscentem, in duo loculamenta divisam, & semininibus fætam ut plurimum exiguis: fortè sic vocatur, quod qui ejus plantæ succum sumunt, (vomitum enim concitat) sese quasi morti exponant. B. Gods-genade. G. Wild Aurin. Gall. *Gratiole*, *herbe à pauvre homme*. A. Hedge Hyssop.

Gravativus dolor, est, qui oritur a causa, pondere vel mole molesta, qua plurium partium vicinarum cohæsio ad primum tantum minoris cohæsionis gradum imminuitur.

Gravedo, idem quod *Coryza*.

Grillus, vide *Gilla*.

Grossi, appellantur Fici, quæ non maturescunt, privatim tamen in bifera fico eas intelligunt, quæ per messes maturantur. Hos grossulos Græci vocant ὀλύνθους.

Grossularia, est frutex quinque vel sex pedes altus, valde ramosus, undique spinas fortes, & acutas habens: cortex est purpureus: lignum est pallidum: folia parva, obrotunda, aliquantum incisa, viridia, villosa, saporis acidiusculi; flores rosacei, pulchri, parvi, quinque petalis in orbem positis constantes, in incisuris calicis monophylli & pelviformis nascentibus: hujus autem posterior pars abit deinde in baccam vel fructum rotundum, carnosum, hirsutum, striatum, ante maturitatem viridem, succum acidum & austerum continentem, post maturitatem subflavum, saporis dulcis & vinosi, seminibus fætum exiguis: dicitur & *Uva Crispa*, Uva spina, nomen hoc habet ab intortis &

veluti crispis foliis, & acinis sive baccis, quas producit, & videtur diminutivum à Grossus, ficus immatura, quia inter sese similitudinem quandam habent. B. Stekelbesien / kruis-doorns of kroesbesien. G. Kreußelbeer / Johannis-beer. Gall. *Groselier ou groseilles*. A. Goos berrie.

Grossus, ficus immatura, Gr. ὄλυνθος, putant derivari à voce crassus; mutatâ enim priori syllabâ, mutatur in *Grossus*.

Grumus, est rei liquidæ in unam massam concretæ, & coagulatæ frustum; vulgo dicitur de sanguine, in quadam cavitate vel vase concreto, ut præbeat molem mollem, tenacem, vi vitæ non separabilem, & tunc *Thrombus* quoque dicitur. Grumosa dicitur radix, quæ multis constat tuberculis vel nodis sibi invicem adhærescentibus, quæ varias sortiuntur formas & magnitudines, ut in Chelidonio minori, Ranunculo hortensi, aliisque plantis observare est.

Grus, instrumentum Chirurgicum est, sive forceps, à figura rostri gruis sic dicta. B. Een krane-bek. G. Ein Kranichs schnabel. Gall. *Bec de grue*. A. A Cranes bill.

Gryphus, species est forcipis apud Chirurgos. B. Een Gierenbek. G. Ein Greiff-schnabel. Gall. *Bec de griffon*. A. The gryppel bill.

Guajacum, sive *Lignum Sanctum*, arbor est exotica, in America crescens, procera fere instar Juglandis, & satis ramosa, quæ ex India occidentali ad nos transportatur. Sunt & variæ species. Lignum est ponderosum, in aqua subsidens, solidum, resinosum, nigricans, variegatum venulis; acris saporis: cortex est extus cinereus, intus pallidus, vel subrubescens, non admodum densus, sed valde durus. Lignum, cortex & resina in usu sunt, & laudantur ad juvandam Arthritidem, & in ulceribus mali moris, sed præsertim in lue venerea: sudorem enim prolicit. B. Pokhout. G. Frantzosen-holtz / heilig-holtz. Gall. *Gaujac, Bois saint*. A. Holly-wood, Pock-wood.

Gula, idem quod *Pharynx*.

Gumma Gallicum, est ossis quædam exesio seu erosio, gummi consistentiam habens, in lue venerea aliisque morbis.

Gummi, liquor est concretus, ex arboribus aut herbis destillans, in aqua solubilis, non inflammabilis, alioquin est *resina*. B. Gom. G. Gummi. Gall. *Gomme*. A. Gum.

Gum-

Gurgulio, idem quod *Cion*.

Gustus, est sensus, quo ex motu nervi gustatorii linguæ & palato inserti, anima sapores percipit: distinguit non tantum sapidum ab insipido, sed etiam varias saporis ideas in nobis excitat, quæ diversis nominibus a nobis significantur. B. De smaak. G. Der geschmack. Gall. *Le goust*. A. The sense of Tasting.

Gutta Gamandra, idem quod *Gutta Gamba*, gummi est, quod ante annos quinquaginta primum cœpit ex China adferri, sed etiam ex Siamo venit. Est succus concretus sive gummi (ut mihi retulerunt) alicujus arboris excelsæ, sed cujus propriè tamen sit, ignoramus: Adfertur nobis ex India orientali: Purgat ἄνω καὶ κάτω. Græcis & Arabibus incognitum fuit. Color est instar Mali ferè auriaci, ex rubro flavescens, sed si lingua madida contrectetur, flavescit. Sæpe in cannis ad nos vehitur. Sapor ferè insipidus, qui postea acrimoniam relinquit. Vocatur & *Gutta Gamandra*, *Gummi Gotta*; *Gutta Gemau*, *Gutta gauma*, vel *Gemu*, *Gummi Peruvianum* sive *de Peru*, *de Jemu*, *de Gamandra*; aliis *Succus Cambici* vel *Cambrici*. Gall. *Gomme gutte ou Gutte gomme*.

Guttalis Cartilago, idem quod *Arytænoides*.

Gutta Rosacea, est rubedo maculosa, seu potius rubor cum tuberculis, quibus malæ, nasus & facies defædantur, ac si guttis roseis conspersa essent: sumunt ista tubercula interdum incrementum, unde facies inæqualis & horrida evadit, & nasus valde augetur. B. Rooze-drup / wynpuisten. G. Wein-blattern / Roth-tropf / ein roth finnich und Kupfferig angesicht / voller rothen blattern. Gall. *Pustule de Vin*: A. A Redness of the face with pimples.

Gutta Serena, idem quod *Amaurosis*.

Guttur, idem quod *Larynx*.

Gutturis Os, idem quod *Hyoides Os*.

Gutturniformis Cartilago, idem quod *Arytænoides*.

Gymnastica seu Euectica Medicina, est pars Medicinæ, quæ tractat de conservanda sanitate, sive ὑγιεινῆς, ubi agitur de exercitiis modicis, à γυμνάζω exerceo.

Gynæcia, Gr. Γυναικεῖα, in genere affectus mulierum denotat, sed strictius apud Hippocratem sumitur pro mulierum menstruis; Item pro lochiis habentur puerperii tem-

pore. Dicuntur & Ἐμμηνία & Καταμήνια, five *Menstrua*, à γυναικίζω fæminam ago. Vide *Menstrua*.

GYNÆCOMASTUM, est mammarum, vel proprie pinguedinis, quæ iis subjicitur, nimium incrementum, ex γυνὴ mulier, & μαστὸς mamma, à μαστεύω quæro, quia infantes lactis gratiâ mammas quærunt.

GYNÆCOMYSTAX, est Barbula pilosa in superiore pudendi muliebris parte; ex hac quidam de temperamento uteri & testiculorum judicium ferunt, ex γύναιξ fæmina, & μύσταξ barba.

GYPSUM, est lapis albi coloris, qui tritus, coctusque, cum aqua mistus statim concrescit in albam lapideam substantiam, hinc in hæmorragiis validis est summi usus: effoditur in magna copia in Galliis, paratur tamen ex aliis lapidibus, uti ex *Alabastro*, *spaa*, *glacie mariæ &c.* B. **Plepster.** G. **Gibs. Sparkalck.** Gall. *Du Plastre.*

H.

HABENA, Gr. Τελαμὼν, est vinculi Chirurgici species, quo vulnerum labia contrahuntur & suturæ vices sustinet. B. **Een bind-tuig / teugel-tuig.** G. **Zaum-zeug / Band der Wundarzen.** Gall. *Bride.* A. A Bridle.

HABITUS, idem quod *Hexis.*

HÆMALOPS, oculus est cruentus, ex casu, aut alias excitatus, ex αἷμα sanguis, & ὤψ oculus. B. **Een bloedig oog.** G. **Ein Blutig aug.** Gall. *l'Oeil Sanguinolent.* A. Bloudy eye.

HÆMATITES, est lapidis quædam species obscurè rubescens. Fractus, instar ligni petrefacti fibras oblongas habet, & in modum acuum acutas. Reperitur nonnunquam inter ferri fodinas, rubricamque æmulatur, ex Bohemia prope Uratislaviam adfertur; aliquando ex ostracite nascitur, uti propè Ascalingium, sive Hildesium contingit, ad ferri indolem accedit; durus est & æqualis, absque sordibus, aut venis intermediis, habetque Cinnabari similem colorem, sed saturatiorem, si optimus fuerit; Loci natalis ratione, Hispanicus præstat. Pro sanguine sistendo, intus assumptus, Medicis in usu est: imo manu detentus, donec incalescat, in eosdem usus valde celebratur. B. **Bloed-steen.** G. **Der Blutstein.** Gall. *Pierre sanguine*; *Pierre He-*

Hematite, Feret d'Espagne. A. Blood-ſtone. Arab. Scedenigi.

Hæmatodes, eſt Geranii ſpecies, cujus radices rubicundi ſunt coloris, ex αἷμα ſanguis & εἶδος forma. B. **Bloed-wortel / berg-ogevaar / bloed-kruid.** G. **Blut-wurtz.**

Hæmatosis, ſive Sanguificatio, eſt aſſumtorum maſticatorum, in Ventriculo & Inteſtinis concoctorum, per lactea, & ductum Thoracicum vaſis ſanguineis infuſorum in colorem rubrum, ſanguineamque naturam mutatio: quæ fit motu ſanguinis circulantis, & contractione ac compreſſione vaſorum, quæ maxima in Corde & Pulmone, unde chyli partes in ſe invicem compreſſæ, ita ut ſex in unam abeant, colorem rubrum induunt; ab αἱματόω ſanguifico. B. **Bloed-making.** G. **Das Blut-machen.** Gall. *Sanguification.* A. Bloudmaking, Sanguification.

Hæmoderum, eſt Geniſta tinctoria, à cute nempe tanquam cruore infecta, ex αἷμα ſanguis, & δέρας pellis.

Hæmodia, vulgo dentium dolorificus torpor ſeu ſtupor: ea eſt in dentibus, aut potius membranis, dentes inveſtientibus, imo multis modis in cavernulis dentium interius inter ſe implexis ſeu nervorum per ſubſtantiam dentium diſperſorum ramulis, qui vellicantur, corrugantur & dolore afficiuntur. Stupor iſte ſæpe evenit, poſt acida ingeſta aut vomitu ejecta, ab αἱμωδιάω obſtupeſco, ex αἷμα ſanguis & ὀδὼν dens. Antiqui fortè ſanguinem eſſe in cauſâ affirmarunt. Quidam per *Hæmodiam* omnem dentium dolorem intelligunt. B. **Boomigheid** vel **eggerigheid der tanden.** G. **Herbe / oder unempfindlichkeit der zähnen.** Gall. *Agacement de dents.* A. Edgeneſſe of the teeths.

Hæmophobus, eſt æger, qui ſanguinis miſſionem timet; vel Medicus, qui eam vix præſcribere audet, ex αἷμα ſanguis, & φοβέω timeo.

Hæmoptoica, ſunt quæ ſanguinis ſpuitioni medentur, ab αἷμα ſanguis, & πτύω ſpuo.

Hæmoptysis, in genere quidem eſt ſanguinis per os, proprie tamen ſpumoſi & floridi per ſputa è pulmonibus rejectio, cum tuſſi frequenti, dolore pectoris ut plurimum gravativo, & reſpiratione difficili: fit hæc ruptura vaſorum ſanguineorum Pulmonalium, vel Bronchialis arteriæ, vel quod glandulæ Tracheæ per dilatata emiſſaria loco liquidi tenuioris ſanguinem tranſmittant, ex αἷμα ſanguis,

& πτύω spuo. B. Bloed-spuwen. G. Das Blutspeyen. Gall. *Crachement de sang*. A. Spitting of blood.

Hæmorrhagia, in genere significat omnem sanguinis effluxum, sive extra corpus, sive in quandam ejus cavitatem, uti ex pudendo muliebri, dentibus, vulneribus, oculis &c. verum in specie de narium stillicidio sanguineo dicitur, quod iterum distinguitur in Spontaneum, Symptomaticum & Criticum, & vel guttis paucis, vel rivuli instar prodit, ex αἷμα sanguis, & ῥήγνυμι rumpo. B. Bloeding / Neus-bloeding. G. Das Nasen bluten / Blut-fluß. Gall. *Hemorrhagie*, *Perte de sang*, *Flux de sang*. A. A Fluxe of bloud.

Hæmorrhois, dicitur sanguinis profluvium ex venis, quæ sunt in ano; sed non raro denotantur hoc vocabulo *Hæmorrhoides Cœcæ*, sive tumores aut varices in ano absque sanguinis effluxu, quæ quoniam præ tumore insigniter dolent, *furentes* appellantur; nam si effundatur, *Hæmorrhoides Apertæ* dicuntur. *Internæ*, si in ano lateant, appellantur, & *Externæ*, si exterius conspiciantur: sæpe non sanguinem, sed & pus effundunt: nonnunquam sunt periodicæ, eandemque rationem habent quam menses; vel morbis inflammatoriis superveniunt, eosque judicant, & tunc vocantur *Criticæ*, ex αἷμα sanguis, ῥέω fluo, & εἶδος forma. Illud malum. B. vocatur Speenen / Aanbeyen / Vaamen. G. Feigwartzen. Gall. *Hemorrhoides*. A. Piles or Hemorrhoides in the Foundament. Item *Hæmorrhoidis Vena*, est ramus venæ portæ, per maximam Mesocoli partem dispersus, & ad extremum intestinum Colon totumque rectum & anum porrectus, vehens sanguinem in hepatis portam. B. Speen-ader / gulde-ader / quia Veteres putavere, ejus apertionem esse salutarem, ad evacuandum lienem. G. Die Goldader / mast-korner / Ruck-ader / die spän / der blutfluß unter sich. Gall. *La veine hemorroidale*. A. Hemorrhoides vel Piles.

Hæmostaticum, est illud quod sanguinem sistit, ex αἷμα sanguis, & ἵστημι sisto. B. Bloedstempsel. G. Blutstillende artzney. Gall. *Remede qui étanche le Sang*. A. A Bloud stopping remedy.

Hagiospermum, dicitur semen Santonici, idque ob vires eximias. Ex ἅγιον sanctum & σπέρμα semen.

Halicacabum, sunt fructus alkekengi.

Halimus, idem quod *Halymus*.

Halo, eſt area rubra utrique papillæ in mammis circumfuſa. *Halos* quoque dicitur. Gr. Ἅλων. B. **Kring om den tepel**. G. **Der Ring um das Bruſtwärtzlein**. Gall. *l'Areole*.

Halymus, potius ſcribendum *Halimus*, eſt Portulaca marina, ſic dicta, quod in æſtuariis juxta maritima loca creſcat; ideoque etiam ſalſi eſt ſaporis, & nomen ſortitur ab ἅλς ſal. Eſt & alia ejusdem nominis planta ſitim & famem extinguens, & tunc derivatur ab α priv. & λιμὸς fames.

Halmycis, eſt Braſſicæ marinæ ſylveſtris ſpecies; ſic à ſalſo ſapore vocatur, derivatur ab ἅλς ſal, mare, unde ἁλμυρὸς ſalſus.

Halyphæos, eſt arbor glandifera, ſic ob corticem craſſum vocatur, ex ἅλης vel ἁλὴς craſſus, denſus, & φλοιὸς cortex. Alii arborem illam quaſi ſalſicorticem vocarunt, ſumendo pro ἁλὴς illud ἅλς mare, ſal, ſed minus rectè.

Hama, cum Medicamenti doſis unica vice propinatur.

Hamma, idem quod *Amma*.

Hamus & Hamulus, Gr. Ἄγκιστρον, eſt Inſtrumentum Chirurgicum pro fœtu demortuo aut mola extrahenda accommodatum. Interdum & faſciæ nomen eſt. Nonnunquam etiam partium, quæ ſimilem figuram habent, ut in proceſſu pterygoideo oſſis ſphænoïdis. B. **Een Haak**. G. **Ein Angel / Häken**. Gall. *Crochet*, *Hameſſon*, *Croc*. A. An Hooke, a crooke, a caltrope.

Hamus, B. **Angel-band**. G. **Angel-band**. vide *Cuſpis*.

Handal, Handel, vid. *Albandal* & *Colocynthis*.

Harmala, Eſt planta, quæ plures habet caules pedem altos, virides, nigricantes, ramoſos arbuſculam referentes: folia alterna, oblonga, inciſa, craſſa, carnoſa, viridia, ſaporis viſcoſi & amari: flores in ſummitate ramorum creſcentes, roſacei; poſt florem ſequitur fructus ſubrotundus, tricapſularis, ſemina inæqualia, anguloſa, coloris obſcuri: radix longa, digiti minimi craſſitie, coloris ſubflavi pallidi: tota planta habet odorem penetrantem & ingratum: eſt nomen veniens ab Arabica voce *Harmel*: ſed vulgo appellatur Ruta ſylveſtris. B. **Wilde Wynruit**. G. **Hermelrauten**. A. Wild Rue.

Harmonia, eſt in genere convenientia ſive membrorum ſive qualitatum, ſive alicujus medicaminis mixturæ; ſed in ſpecie eſt oſſium per ſimplicem lineam conjunctio,

 ut

ut in offibus nafi, & palati confpicere licet, ubi exterius modo linea apparet, quamvis in ipfa conjunctione multæ fint inæqualitates, ab ἄρω congruo, adapto. B. **Over-eenkomst**. G. **Ubereinstimmung / Gleichformigkeit**. Gall. *Harmonie.* A. Harmonie.

Harundo, idem quod *Arundo.*

Haustus, five Potio, eft liquida medicamenti interni forma, in unicam dofin, quæ non debet major effe quam duæ, vel ad fummum tres unciæ, ex variis ingredientibus cum idoneo liquore, decoctione, infufione, aut diffolutione, ad purgandum, alterandum, vel fudandum &c. compofita. B. **Een Draukjen / Dronk**. G. **Ein Tranck / Träncklein / Trunck**. Gall. *Breuvage*, *Potion.* A. Potion.

Hebenum, idem quod *Ebenum.*

Hebiscus, idem quod *Hibifcus.*

Hecatontaphyllum, fic vocatur Rofa foliis pleniffima, quafi diceres *Centumfolia*; ex ἑκατὸν centum, & φύλλον folium.

Hectica, eft febris continua, lenta, ut vix obfervetur ab ægris, nifi quod calor paulo major, fed mordax & ficcus adfit; quæque fingulis diebus exacerbatur; fed non nifi aliquot a paftu horis, ciboque concocto iterum remittere videtur, ex ipfo corporis, ut dicitur, habitu orta, & longo tempore introducta, quæ adeo radices egit, ut vel ægerrimè expelli poffit, cui plerumque adeft pulfus parvus, debilis, & frequens; ulcus pulmonum, macies & tuffis, ab ἕξις habitus, quia in habitu corporis adeo fixa eft, ut omnes partes tententur & emacientur. B. **Uitterende en uitdroogende Koorts**. G. **Die schwindsucht / veraltet Fieber.** Gall. *Fiévre ethique.* A. An Hectick or pying Confumption.

Hedera, eft arbufcula, quæ habet cerros parafiticos radicantes in quodcunque fuftentaculum: cortex ejus eft rugofus, cinereus; lignum ejus eft durum, album: folia ejus funt magna, ampla, angulofa, dura, rigida, polita, femper virentia, fplendentia, faporis adftringentis & acris: flos rofaceus, plerumque hexapetalus: ovarium in fundo floris fit bacca globofa, fæta feminibus ab una parte gibbis, ab altera planis. Gr. Κισσὸς & Ἕλιξ, fic dicta, quod vetuftis parietibus adhæreat, vel potius quia edita petat, & alte divagetur: vel quia id, cui adhæferit, edat atque corrumpat. Athenienfes Bacchum appellarunt *Citton*, quo nomine

mine rigens hedera, quæ ſine adminiculo ſtat, ſola omnium generum ob id vocata eſt *Ciſſos*: è diverſo nunquam niſi repens humi Chamæciſſus. Sic *Dionyſia*, hoc eſt, *Bacchica*, nominata eſt à Baccho, qui primus ex Indis in Græciam Hederam aſportavit: vel quod in tutela ejus fuerit: nam ut ille juvenis ſemper, ita hæc viret. Nec ſecus omnia, ſicut ille mentes hominum, alligat, κισσὸς, forte à κίω ſcindo, quia alias arbores *ſcindit* & perdit. B. Klimop / Veil. G. Epheu / Eppich. Gall. *Liere*. A. Ivy, Ivie.

Hedera Terrestris, eſt ſpecies Calaminthæ, quæ habet caules parvos, ſemipedem circiter altos, humiles, repentes, tenues, quadratos, nodoſos, interdum rubicundos: folia rotunda, dentata in margine, villoſa, parum aſpera, pedunculis longis adhærentia, per intervalla ſibi invicem oppoſita: flores ex foliorum alis naſcuntur, ſuperius labiati, coloris cærulei: flori ſuccedunt quatuor ſemina oblonga ſibi invicem conjuncta, & in capſula, quæ flori tanquam calyx inſerviit, incluſa: radix tenuis, alba, tota planta habet odorem ſatis penetrantem, & ſaporem amarum: creſcit in locis umbroſis. Inter vulneraria primarium locum obtinet, & nonnullis Panacea pectoris audit. & Corona Terræ, Gr. *Chamæciſſus* & γῆς ςέφανος. ſic dicta quod nunquam non repat humi, foliis Hederæ ſimilibus. *Corona terræ*, quod ramulos ſuos per terram ſpargens, folioſo veluti ſerto eandem coronare videatur. B. Onderhave / Aardveil / Honds-draf. G. Gunderman / Erd-epheu / Erdenkrentzlein / Gundelreben / Gundelrab. Gall. *Lierre terreſtre*, *Lierre Trainant*. A. Ground-Ivy.

Hedera, vide *Eccope*.

Hedychroum, eſt Medicamentum jucundi coloris, ab ἡδὺ jucundum, & χρόα color. Datur etiam hoc nomen Trochiſcis quibusdam, qui ex multis aromatis conſtant, quos Andromachus inveniſſe dicitur, & qui Theriacam, ejus nomine celebratam, ingrediuntur.

Hedyosmos, vide *Mentha*, ex ἡδὺ ſuave & ὀσμὴ odor.

Hedypnois, Eſt planta Rhagadiolo ſimilis, quia calix idem eſt, ſed fert fructum meloni-formem, qui diſſilit in duas ſeminum ſpecies, quæ ſibi invicem ſunt conjunctæ, ſemina exteriora plus ſunt exſpanſa, quam interiora. vocatur Cichorei ſpecies: vel quod in cibo ſumptum ſuaviorem & jucundiorem faciat animam, id eſt, ſuavem anhelitum præſtet, vel, ut alii malunt, quod jucun-

dum conciliet somnum, ex ἡδὺς suavis, & πνέω spiro, unde πνοὴ spiritus.

Hedysarum, est planta, quæ habet caules tres pedes altos, satis crassos, repentes; folia satis referunt Glycyrrhizæ sed breviora, magis ampla, sine lanugine, nisi in margine, conjugata, in extremum impar desinentia, terna vel plura; flores in spicam vel capitulum congesti, ex alis foliorum erumpentes, leguminosi, coloris rubicundi: flori succedit siliqua aspera, undulata, composita ex multis quasi siliculis sibi mutuo ut plurimum adnatis, continens semina in singulis articulis, ut plurimum reniformia: hæc planta crescit in montibus, habetque odorem satis gratum, ob suaveolentiam ita dicta, odorem enim emittit Fœnugræco, Lupino ac Meliloto non dissimilem; ex ἡδὺ suave, & ἀρύω haurio: sed alii ab Aron diducunt. B. Byletjeskruid. G. Heilkraut. A. Honey-suckles.

Hedysma, in genere est condimentum quodcunque, sed strictiori significatione est illud, quod suavem gratumque Medicamentis odorem conciliat, ab ἡδὺς suavis, jucundus. B. Een lieffelyke reuk. G. Ein lieblicher geruch. Gall. *Odeur agreable*. A. Pleasing sent.

Hegemonicæ, sunt actiones principales in corpore humano, ut sunt actiones animales & vitales, ab ἡγέομαι. imperium habeo.

Helcoma, idem quod *Exulceratio*, dicitur & *Helcysma* & *Helcosis*.

Helcos, idem quod *Ulcus*.

Helctica, eadem sunt quam *Epispastica*.

Helctica, ab ἕλκω traho, vide *Attrahentia*.

Helcydria, sunt ulcuscula quædam parva, densa & rubra in capitis cute apparentia, papillis mamillarum similia, a quibus ichor defluit, ab ἑλκόω ulcero.

Helcyster, est uncus ferreus, qui inservit educendo fœtum mortuum ex utero.

Heleagnus, putatur esse Myrtus Brabantica, *Gagel* dicta, an ab ἕλος palus, & ἁγνὸς castus? nascitur enim in locis paludosis.

Helenium, Est planta, quæ habet folia, ex radice erumpentia, magna, longiora & ampliora Verbasci, repentia, acuta, mollia, striata in margine, superius coloris viridis pallescentis, inferius albescentia, pedunculis brevibus adhærentia: ex his producuntur unus vel plures caules qua-

quatuor vel quinque pedes alti, recti, rubicundi, lanuginosi, intus cavi, ramos quosdam dimittentes folia sine pedunculis habentes: flores in summitate caulium & ramorum nascuntur, majori, ampli, orbiculares, radiati, flavi, parum odoriferi: embryonibus in semina papposa abeuntibus & thalamo affixis insidentes, & calice squammoso comprehensi: radix oblonga, crassa, foris fusca, intus pallida, pinguis, saporis acris amaricantis; odoris fragrantis, hanc patrem stomachi vocarunt, quia stomachum calefacit, ejusque coctionem juvat, hinc morbos ex debili ventriculo ortos optime curat. vulgo *Elenium*, *Enula Campana* & *Inula*, ex lachrymis Helenæ natum scribunt; hinc quæ in Rhodo nascitur ab Helena nomen hoc sumpsit, nam ad eandem nascitur quercum, ex quâ se Helena strangulavit. Alii ab *Helenâ insulâ*, ubi longè optimum luxuriat. Hinc quoque descendit nomen *Enula*, & *Inula*, additur vulgo *Campana*, an ex Campania huc allata sit, credendum forte. Hujus plantæ radix in usu est, estque celebre stomachicum ob blandam amaritiem. B. **Alant-wortel / Galant-wortel**. G. **Alant-wurtz**. Gall. *Aunee*, *Enule Campane*; *Herbe d'Elaune*. A. Elecampain.

HELIANTHE, & HELIANTHEMUM, vel HELIANTHON, HELIANTHOS: Est planta, quæ habet caules exiguos, tenues, rotundos, villosos, repentes: folia oblonga, angusta, pedunculis brevibus adhærentia; juxta caules sibi invicem opposita, villosa, parum latiora Hyssopi, in fine obtusa, inferius viridia, saporis glutinosi: flos rosaceus, ex cujus calice triphyllo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum satis magnum, fere rotundum, qui per maturitatem in tres partes dehiscit, funditque semina subrotunda, tenuia, capillamentis seu placentæ affixa: radix lignosa, alba: hæc planta crescit in silvis & montibus, vocatur hæc planta etiam Chamæcistus, illud nomen imponitur diversis floribus solis cursum aspicientibus, ex ἥλιος sol, & ἄνθος flos, sed in genere. B. **Heyden-Ysoop**. G. **Heiden-Ysop**. Gall. *Heliantheme*, *Herbe d'Or*, *Hyssope des Garignes*. A. Dwarf sunflower.

HELICE, est Salicis species ab urbe Ἑλίκη nomen forte habuit.

HELIOCHRYSUM, est nomen, quo varii flores lutei vocantur, ex ἥλιος sol, & χρυσός, aurum, quia flores non tantum aurei, sed & splendentes esse debent.

HE-

Helioscopios Tithymalus, est Tithymalus solsequius, sic dictus, quod ejus corona semper solem aspiciat, ex ἥλιος sol, & σκέπτομαι aspicio. B. Sonne-wende / Kroontjes-kruid / Sonne-volgende / Wolfs-melk. G. Sonnenwirbel / wolffs milch / Milch-kraut. Gall. *Reveille matin suivant le soleil*. A. Wertgrasse, wertworte.

Heliosis, est insolatio sive apricatio, ab ἥλιος sol.

Heliotropium, duæ dantur hujus plantæ species, Heliotropium majus flore albo, est planta, quæ habet caulem pedem circiter altum, lanuginosum, albescentem, medullosum, ramosum: folia Ocimi, oblonga, subrotunda, nervosa, albescentia, villosa: flos monopetalus, infundibuliformis, stellæ in modum corrugatus, & in decem partes alternatim inæquales ad oram incisus, ex calice surgit pistillum, infimæ floris parti adinstar clavi infixum, & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem semina, hinc angulata, inde gibba, quæ coloris cinericei: radix lignosa, fibrosa. hoc nomine appellantur omnes plantæ, sese soli obvertentes, ab ἥλιος sol, & τρέπω verto. B. Sonnewende / Sonne-bloem. G. Sonnenwende-wirbel oder-blum. Gall. *Heliotrope*, *Herbe aux verruës*, *Tournesol*. A. Turnsole.

Helix, est Hedera vel Convolvulus, sic dicitur, quia arboribus &c. circumvolvitur, ab εἰλέω circumvolvo.

Helix, seu Capreolus, est exterior auris crepido, seu Eminentiarum extima, quæ limbus est spiralis, a concha exsurgens, intortus, sensim magis complanatus, angustatus, minus intortus, auriculæ ambitum, aliquando tantum ejus partem, præcipue versus superiorem sedem, contorti aggeris in modum circumambiens; sic ob tortuosum flexum nuncupata, interior *Scapha* dicitur Ἕλιξ *Rufo*, κοχλία *Poll.* at *Scapha* seu Ἀνθέλιξ *Rufo*, Σκάφος *Polluci*; ab εἰλέω involvo. B. De oor-rand. G. Der Ohr kreiss. Gall. *Le bord de l'Oreille*. A. The ring, or brim of the ear.

Helleborine, Planta est, quæ habet unum vel plures caules sesquipedem altos, rotundos, sine ramis, pulvisculum farinaceum habentes: folia Veratri albi affinia, sed minora, sine caulibus, nervosa, saporis amari: flos est polypetalus, anomalus, sex petalis dissimilibus constans, quorum quinque in orbem posita sunt, inferius vero imbricatum: calix autem deinde abit in fructum seu

utri-

utriculum tribus fenestris pervium, quibus adhærescunt valvæ seminibus fætæ minutissimis, ad instar scobis: radix fibrosa: hæc planta crescit in montibus, vid. Elleborine. B. Wild nieskruid. G. Wilde nieswurtz. Gall. *Elleborine.*

Helleborus, vide *Elleborus.*

Hellecebra, vide *Illecebra.*

Helminthagoga, sunt Medicamenta vermes intestinales occidentia & expellentia, ab ἕλμινθις vermis, & ἄγω duco. Idem quod *Helminthica.* B. Worm-middelen. G. Würm tödtende-artzeney. Gall. *Mort aux Vers.* A. Worm-seed.

Helminthes, vide *Elminthes.*

Helminthica, sunt Medicamenta vermes necantia, vide *Lumbrici.* B. Worm-middelen. G. Würm-treibende-artzney. Gall. *Mort aux vers.* A. A Vermifuge.

Helodes, vide *Elodes.*

Helos, sive Clavus, pedis est tuberculum rotundum, album, callosum, clavorum caput referens, & pedis cuti præduræ radicibus infixum, ortum ab inæquali cutis pressione; ab ἑλόω clavum figo. Gr. Ἧλος. *Lat.* Clavus. B. Lyk-dooren / exteroog. G. Egerstenaug / ägteraug / ein hüner aug / liddorn. Gall. *Un cor ou cal au pied.* A. A Corn.

Helosis, est inversio palpebræ reflexa, & in utroque oculi musculo convulsio, ab εἰλύω volvo, verto. B. Omkrulling des oog-schcels. G. Das umkehren der augglidern. Gall. *Renversement des Paupieres.* A. Turning contrary wise of the Eylids.

Helxine, est herba sic dicta, quod prætereuntium vestes attrahat; sic dicitur *Parietaria*, à semine aspero, ab ἕλκω traho. Vocatur quoque *Urceolus*, *Muralium* & *Muralis*, quia muris & parietibus accrescit. *Perdicium* vero, quod eâ perdices præcipuè vescantur. Vide *Parietaria.*

Helxine Cissampelos, sive Convolvulus, Volubilis, & Vitealis, dicitur *Cissampelos*, quod in vineis potissimum nascatur & folio Hederaceo. *Convolvulus* vero, quod crebra revolutione vicinos frutices & herbas implicet, ex κισσὸς hedera, & ἄμπελος vitis minor, est planta, quæ habet folia multo minora, quam Convolvuli majoris, minus pinnata, magis tamen rugosa cum floribus ex albo purpurascentibus, aut etiam albis, turgentia lacte. B. Zwarte Winde. G. Schwartz-winde. Gall. *Liseron.*

Hemeralops & Hemeralopia, est affectus oculorum,

rum, ubi æger de die magna luce bene videt, decrescente lumine vix aliquid, oritur a nervo optico minus sentiente, vel quando fibræ orbiculares tunicæ uveæ ita sunt constrictæ, ut pupilla nimis arcta sit: ex ἡμέρα dies, & ὤψ oculus. B. **By dag-ziende.** G. **Bey tag sehend.** Gall. *Aveuglement de jour.*

Hemerocallis, est Lilii species, sic dicta, quod die sereno bonum aspectum præbeat; noctu vero in sese quasi collabitur contrahiturque, ex ἡμέρα dies, & καλὴ pulchra, vel κάλλος pulchritudo.

Hemiceraunius, Gr. ἡμικεραύνιος, fasciæ nomen olim fuit, dorsi & pectoris deligationi inserviens, ex ἡμι semi, & κεραυνὸς fulmen, forte quia fascia fuit scissa, uti & fulmen se scindit.

Hemicrania, est capitis dolor alterutram cerebri partem obsidens, ita ut secundum suturarum longitudinem extendatur, & plerumque per intervalla repetens, ex ἡμὶ semis, & κρανίον calvaria. B. **Scheele hooft-pyn.** G. **Hauptweh auf einer seiten des Haupts / Hirnschalenwehe.** Gall. *Migraine.* A. The halfe head-ache, or Megrim.

Hemidrachmon, sive Semidrachma, est pondus dimidiæ drachmæ. B. **Een half vierendeel-loots.** G. **Ein halb quintlein.** Gall. *Demi drachme.* A. Halfe a dram.

Hemiecton, quasi semisextam mensuram significat, dimidiati sextarii quatuor Chænices capientem, estque pars duodecima Medimni Attici. Videtur quoque sellam significare pro suffitu immittendo mulieri. Imo & ollam significare potest, quatuor Chænices capientem, cui velut sellæ insidere debet mulier ad capiendum suffitum diductis cruribus.

Hemina, Romana vox ex Græco quidem ἥμισυ, quod dimidia sextarii pars sit, derivata, Gr. Κοτύλη nominatur: capit uncias decem mensurales.

Hemiobolion, est duodecima pars drachmæ; drachma enim continet sex obolos.

Hemiolium, seu *Sesquiuncia*, *Sescuncia*, Drachmarum duodecim pondus est.

Hemionitis, est Asplenii species, dicta videtur, non quod hanc muli vorent, nec quod steriles reddat comedentes, sed quod ipsa sterilis instar muli sit, ex ἡμὶ semi, & ὄνος asinus.

Hemionium, nomen huic non impositum à figura, nec à potestate similive affectu, quam cum Hemiotide habet,

bet, sed quod exhibitum cum muli liene, ungula ac pelle, steriles reddat mulieres, uti sunt muli, mulæque: vel nomen illud accepit, quod muli hac herba delectentur, ex ἡμὶ semis, & ὄνος asinus, quia semi asini fiunt.

HEMIPAGIA, ex ἡμὶ semi & πάγιος concretus, fixus, quia dolor est fixus, idem quod *Hemicrania*.

HEMIPLEGIA, est paralysis unius lateris infra caput, quæ vel prægressum insultum apoplecticum sequitur, vel absque eo incipit cum refrigeratione lateris passuri, proveniens ab obstructione in alterutra medullæ spinalis parte, vel à plaga exterius immissa; unde nullus spirituum animalium fluxioni aditus patescit, ex ἡμὶ semi; & πλήσσω percutio. B. Lammigheid aan eene zyde / half beroertheit. G. Der halber schlag. Gall. *Paralisie d'un Costé*. A. A Palsy of one side.

HEMIPLEXIA, ex ἡμὶ semi, & πλήσσω percutio, idem quod *Hemiplegia*.

HEMITRITÆUS, sive FEBRIS SEMITERTIANA, est febris composita ex quotidiana & Tertiana, altera Intermittente, alterâ continuâ. Hanc ex tertiana producta oriri, licet & per se sæpe invadat, notat Forestus, qui eam quoque in majorem, mediam, & minorem divisit; ex ἡμὶ semi, & τριταῖος tertius. B. Halve anderendaagse koorts.

HEMIUNCION, denotat dimidiam unciæ partem.

HEMYXESTON, idem quod *Hemina*.

HENOPHYLLUM, est unifolium, ex ἓν unum & φύλλον folium. B. Een-blad. G. Ein-blatt. A. One blade. Gr. Μονόφυλλον.

HEPAR, JECUR, Ἥπαρ, *Nicand.* est organum sive viscus in imo ventre, sub diaphragmatis latere dextro situm, ejus crassities & magnitudo in homine insignis est, ut ad umbilicum usque interdum extendatur; membrana cingitur tenui, à peritonæo orta; connectitur per tria ligamenta valida. 1. Abdomini per venam umbilicalem, in adultis exsiccatam, & in ligamentum mutatam, quod *rotundum* dicitur. 2. Superius diaphragmati, per ligamentum latum membranosum & tenue, à parte dextra. 3. Superius etiam diaphragmati à sinistra per ligamentum teres & validissimum; hac ratione ita firmatur, ut multa tamen supersit mobilitas, & a septo transverso varie agitari & deprimi possit: dividitur in partem simam, cui vesicula fellis,

lis, & ductus hepaticus adhærescit. Color ejus rubicundus est. Hepatis substantia ex plurimis membranis & acinis sive glandulis constat. Quod ex frequentibus lotionibus compertum habeo. (Ruyschius tamen hoc viscus vasculosum esse affirmat.) In eo sanguis ex cunctis visceribus abdominalibus affertur, qui in sinu magno, antequam Vena portarum fuit quinquefariam divisa, miscetur, colligiturque, ex quo per totum hepar translato partes biliosæ ab acinis glandulosis, vel minimis vasculis secretoriis, segregantur, & per ductum hepaticum, & vesiculam felleam ad intestinum duodenum amandantur. In homine lobi nulli sunt; ast in brutis plures in partes dividitur, quos lobos, pinnas, Jecinoris fibras & ἥπατα vocant, ab ἠπιάω operor: credebant enim Antiqui in eo sanguinem elaborari & confici, cum tamen sanguinis recrementa biliosa ibi separantur; unde ἦχ sanguis, aut ver, quia viscus temperamentum est, quidam ab ἠπανία inopia, alii ab ἤπιον benigne, mite. B. **Lever.** G. **Die Leber.** Gall. *Le Foye*. A. The liver.

Hepar Uterinum, idem quod *Placenta Uteri*.

Hepatica, medicamenta sunt, quæ olim specificè contra hepatis morbos applicabantur. Sed quia specifica talia non dantur, illa vox apud veriores Medicos planè evanuit. B. **Middelen tegens de Lever-ziekten.** G. **Artzney wider die Leber-sucht.** Gall. *Remedes Hepatiques*. A. Remedy against the disease of the liver.

Hepatica, eo nomine & insigniuntur variæ plantæ, quibus Medici Hepatis malis medentur. B. **Lever-kruid.** G. **Leber-kraut.** Gall. *Hepatique*. A. Liver-wort.

Hepatica arteria, ex arteriæ Cœliacæ ramo dextro oritur, eodemque, quo Vena portarum, loco, hepar intrat, & per totum ejus corpus ramos dispergit, qui tunicas vasorum perreptant. B. **Leverslagader.** G. **Leber pulsader.**

Hepatica Vena, idem quod *Basilica*.

Hepatici, vocantur, qui morbo hepatis quocunque laborant, inprimis si nulla adsit inflammatio, veluti in obstructione cum vel sine duritie, in qua hepar secretionis officio rite fungi non potest.

Hepaticus Fluxus, malè ita nominatus, quia Hepar non est in causa, sed vasa ad intestina excurrentia, aperta, & sanguinem fundentia. Vide *Fluxus Hepaticus*.

B. Le-

B. Lever-vloed. G. Leber-fluß. Gall. *Flux Hepatique.* A. The fluxe of the liver.

HEPATITIS, est Inflammatio in Hepate, sedem suam habens vel in finibus venæ Portarum, vel arteriæ hepaticæ; orta à quibuscunque causis, sanguinem incrassantibus, & moventibus, vel vasa hæc comprimentibus; plerumque Icterum secum comitem habens, ut & dolorem, qui digito comprimente intenditur, eoque acutior est, si causa morbi membranam investientem obsidet; & tumorem in hypochondrio dextro, cum febre continua &c. B. Een ontsteking in de Lever. G. Entzündung der Leber. Gall. *Inflammation du foye.*

HEPATORIUM, idem quod *Eupatorium.*

HEPIALA, idem quod *Epiala.*

HEPTAPHYLLUM, seu Septifolium, estque *Tormentilla*, sic vocatur, quod ferè semper septem folia ubique caulem ambiunt, ab ἑπτὰ septem, & φύλλον folium. B. Zevenblad. G. Birck-wurtz/ Tormentill. Gall. *Tormentille.* A. Tormentil.

HEPTAPLEURON, est Plantago major, septenis costis gaudens, ex ἑπτὰ septem, & πλευρὸν costa. Vide *Plantago.*

HERACLEOTICUM, nempe *Origanum*, dictum ab Heraclea Ponti.

HERACLEUS MORBUS, idem quod *Epilepsia.*

HERACLEA, illud nomen diversis inditur herbis; ab Hercule procul dubio accepit, sed qua de causa nescio.

HERBA, est planta frutice minor, cujus caulis singulis annis perit, novo deinde renascente, vel a radice foliato, vel nudo, floribus & semine donato. In praxi tamen, pro foliis solis ut plurimum usurpatur. Gr. Βοτάνη, & Πόα. B. Kruid. G. Ein Kraut. Gall. *Herbe.* A. Idem.

HERBA BENEDICTA, vide *Caryophyllata.*

HERBARIUS, est, vel qui plantas in usum Medicum colligit & vendit, vel qui rei herbariæ peritus est, & tunc idem est, quam Botanicus.

HERBA SACRA, vide *Peristeron.*

HERBA STELLÆ, vide *Coronopus.*

HERCULEUS MORBUS, idem quod *Epilepsia*

HEREDITARII MORBI, dicuntur quos & parentes habuerunt, & cum genitura jam filios invaserunt, ut sunt *Podagra*, *Phthisis*, *Nephritis*, &c. quorum causa inpri-

mis in vitiosa partium solidarum dispositione latere putatur. B. Erf-ziekten. G. Erb-kranckheit / angeborne gebrechlichkeit. Gall. *Maladie Hereditaire*. A. An Hereditary Sicknesse.

Hermaphroditus, est homo utriusque sexus, id est, vir & fæmina simul. Verum muliebribus instrumentis duntaxat utuntur, rarissimè viri sunt; conformatio illæc & abusus inde contingit, quod plus justo Clitoris propendeat, ex Ἑρμῆς *Mercurius*, sic dictus ab interpretando, & Ἀφροδίτη *Venus*. B. Een Man-Vrouw. G. Mann und weib zugleich. Gall. *Hermaphrodite*. A. Idem.

Hermetica Medicina, quam *Ægyptii* falso à *Mercurio* deducunt. Hæc morborum causas ad Sal, Sulphur & Mercurium refert, & generosissima remedia, non modo ex vegetabilibus & animalibus, verum etiam ex mineralibus præparat. B. Hermetische Medicyne. G. Hermetische artzney. Gall. *Medecine Hermetique*. A. Medicine of Hermes.

Hermetice Sigillare, scribitur sæpe duabus literis H. & S. est quando vitra ita ferruminantur, ut ne gry quidem possit exhalare, & fit sive vitri ipsius colliquatione, sive alterius indolis luto.

Hermodactylus, Est planta, quæ habet folia triquetra vel quadrangula: radix bulbosa vel tuberosa ex appositis tuberculis composita, est rotunda, avellanæ magnitudine, compressa, externe coloris rubicundi, interne valde albi, substantia levis, fungosa, non fibrosa, valde fragilis, hinc facile in pulverem farinaceum reducitur, dum recens est, saporis acerrimi, dum annosa, subdulcis farinacei, paululum viscosi, vel lenti, odoris nullius: cujus sit plantæ radix, non audeo dicere, dicunt esse Colchici speciem, quod vix credibile est, cum omnes ejusmodi bulbi ad interius usque corculum tunicas habent, quæ in Hermodactylis non reperiuntur: Neque Iridis tuberosæ folio angulosо, flos enim Hermodactyli omnino ab ea differt, & refert volitantem vespertilionem, unde horticulis dicitur vespertilio. B. Vleermuys. G. Fledermauß. solidiorem esse radicem crediderim, uti est Aristolochia rotunda, quæ etiam tota in farinam facile tunditur, uti & Hermodactyli, figuram repræsentat corculi, intus alba est, adfertur ad nos ex Syria; saporem habet insipidum, & leniter purgat, unde nomen habeat nescio, nisi ab Ἑρμῆς *Mercurius*, & δάκτυλος *Dactylus*, Palmæ fructus vel potius Mercurii digitus, quia radix

radix phalanges digitorum quodammodo refert. B. Hermodactuls. Gall. *Hermodacte*. A. Wild Saffron.

HERNIA, RAMEX, Gr. κήλη, in genere est partis mollis ex naturali sede extra solitos limites recessus, ut pars illa tamen solitis integumentis maneat obvelata: vulgo autem ita dicitur intestinorum, omenti &c. in inguina, & scrotum prolapsus, ob peritonæi lamellam interiorem relaxatam, utpote quæ ad processus vaginalis ortum in abdomine simplex, qualis annulum pro vasorum spermaticorum exitu tegit, facilius vi externæ cedit, unde hanc lamellam Intestina vi illata impellunt per annulum in tunicam vaginalem, sicque ea hærent in proprio sacculo, & tumorem, ubicunque hæserint, excitant. Item quando umbilicus protuberat. *Incarcerata* dicitur, quando prolapsæ partes, a quacunque causa extensæ, in cavitatem abdominis reduci nequeunt. Impropriè dicitur uteri prolapsus; *Bronchocele*; *Varices vasorum spermaticorum*, item distensiones à flatibus, humoribus aquosis, vel tumoribus &c. B. Een breuk/ gescheurtheid. G. Ein Bruch / Zerreissung. Gall. *Hernie*, *Rupture*, *Hargne*, *Rompeure*, *Descente*. A. A Rupture, a cleft, a bursting.

HERNIA CARNOSA, idem quod *Sarcocele*.

HERNIA GUTTALIS, idem quod *Bronchocele*.

HERNIARIA, Est planta exigua, humilis, quæ habet plures caules vel ramos nodosos, qui repunt & circulariter se ubique extendunt per terram, sibi mutuo adhærentes & intermiscentes: folia sunt exigua, Serpillum referentia, coloris viridis subflavescentis, saporis acris: flos apetalus, quinque staminibus vel pluribus instructus, ex calice multifido, quadrifido plerumque vel quinquifido, stellatim expanso, surgentibus: fructus in floris fundo ortus fit capsula rotunda, membranacea, striata, divisa in octo loculamenta, in singulis horum semen unum parvum, acuminatum, ovatum; radix fibrosa, parvá: hæc planta crescit in locis arenosis. Herba Turca & Polygonum Minus, sic appellatur, quod dicitur herniis ea mederi. B. Duizentknoopn / Duizent-grein. G. Harnkraut / Bruchkraut / Tausend korner. Gall. *Turquette*, *Herniole*, *Renovée*, *Corniole*. A. Rupture wort, Burst-wort, Knotgrass.

HERNIA SCROTALIS, est, quando usque in scrotum Intestina deciderunt.

HERNIA VENERIS, idem quod *Testiculi Venerei*, est

 quando

quando Testes, inflammatorio tumore ad vesiculas seminales orto, admodum dolent, & tument a materia seminali intus contenta, nec effluere potente. B. Venus-kloot/ Sand-kloot. G. Venus Hoden/ Sand-hoden. Vid. Testiculus.

Hernia Uteri, rara est, & maxima ex parte tunicæ internæ vaginæ relaxatio & prolapsus. Vide in *Procidentia Uteri.* B. Lyfmoeders-breuk. G. Mutter bruch. Gall. *Hernie de la matrice.* A. A Falling of the womb.

Herpes, sive Inflammatio serpiginosa, *Zona* Scribonio, *Serpens* Lucretio, Ἕρπης Dioscoridi, Ἑρπηδὼν Nicandro, ζωστὴρ Plinio, Ἑρπυστικὸν ἕλκος Polluci: quæ duplex est, *Miliaris* seu *Pustularis.* Gr. Κεγχρίας. Celso *Ignis Sacer*, Avicennæ *Formica Corrosiva.* B. Hair-worm. Quæ cum prurigine, cutim solummodo occupat. G. Zittermahl/ die böse spitzige räude/ haarwurm. Gall. *Galle, Gratelle, seu volage, les dartes.* A. A Ringworm, A Hairworm. Altera, *Exedens*, sive Ἕρπης ἐσθιόμενος, quæ non tantum cutim, sed & musculos subjectos obsidet. Utrique proprium est amplius progredi, & in circulum quasi serpendo latius occupare spatium. Causa est, quando glandulæ cutaneæ nimis ubertim particulis salsis suffunduntur, quæ ab aliis viscidis continentur, ne effluant, prurituin & ulcuscula miliaria excitant, quæ aliquando, si materia peccans abundaverit, crustam excitant & subjectas partes exedunt, ab ἕρπω serpo, quia continuo serpit. B. Dauworm/ de Wolf. G. Der Wolff/ ein um sich fressend Geschwär. Gall. *Gratelles Rongeante.* A. Deweworm.

Hesperis, est Leucoïi species, quæ habet caules, duos circiter pedes altós, rotundos, villosos, medulla repletos: folia alternatim juxta caules disposita, Erucam referentia, sed minus incisa, in margine dentata, acuta, villosa, coloris viridis nigricantis, saporis aliquantulum acris: flores quadrifidi, cruciformes, coloris aliquando albi, aliquandó purpurei, vel varii, odoris suavis & grati: post florem sequitur siliqua oblonga, tenuis, cylindrica, angulosa, teres, bivalvis, cui plures inhærent foveolæ, in quibus reconduntur utrimque semina plerumque rotunda, vel cylindrica, rubicunda, acria: radix parva, alba, lignosa: hæc planta crescit in hortis. Sic dicitur quod vespertino tempore & noctu melius oleat quam interdiu, ab ἕσπερος vesper.

vesper. B. Bloem van Damast. G. Blum von Damast. Gall. *Juliane, ou Juliene, Violettes des Dames*. A. Dame-Violets.

HETEROCRANIA, sive HEMICRANIA, est dolor alterutram capitis partem obsidens, ab ἕτερον alterum, & κρανίον calva. B. Hooft-pyn / die een van beide zyde des hoofts bezet. G. Hauptwehe an einer seiten des Haupts. Gall. *Migraine*. A. The half head-ache.

HETEROGENEUM, seu ANOMEOMERES, in genere dicitur, quando massæ diversi generis & nominis sibi invicem permiscentur, in specie est quando improportionatum quid sanguini & spiritibus, ut in febribus, vertigine, morbus convulsivis, & apoplexia accrescit, ex ἕτερον alterum, & γένος sexus, genus. B. Meerdaantig / veelaantig. G. Ungleich / Manigfaltig. Gall. *Heterogene*. A. Idem.

HETERORHYTHMUS, est ætas alia, quam anni ferunt: Ex Gr. si juvenis senilem, & senex juvenilem ætatem degunt: Illa differentia etiam de pulsibus dicitur, cum in morbis diversus modulus pulsandi tenetur, ab ἕτερος alter, & ῥυθμὸς modulus.

HEXAGIUM, pendet quatuor scrupulos, Latinis *Sextula* est, alii drachmam unam cum dimidia esse dicunt.

HEXIS, est habitus seu habitudo corporis, ab ἔχω habeo. B. Gestaltheit des Lighaams. G. Die Gestalt des Leibes. Gall. *Disposition du Corps*. A. An Habitude of body.

HIBISCUS, vide *Ibiscus*.

HIDROA, SUDAMINA, PAPULÆ SUDORALES & SUDOSÆ, sunt quædam tubercula lata & humida, pruriginosa, granis milii similia, interdum sine pruritu, quæ cutim ἑλκώδως exasperant; fiunt hæc, quando sudor ob cutis densitatem erumpere impeditur, adeo ut materia, ibi retenta, & tenuiori parte puris per vasa lymphatica revecta vel evaporata, cutis in tumorem elevetur. Affectus hic familiaris est pueris & juvenibus, præsertim temperamento calidioribus, qui æstatis tempore nimis moventur & exercentur, in collo, scapulis, pectore, brachiis & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum accidens. Arab. *Asef & Albasef*. Lat. *Sudamina*. Gr. Ἐκζέματα, ab ὕδωρ aqua, vel ἱδρόω sudo. B. Sweet-puisjes. G. Schweißblätter / hitz Blätterlein. Gall. *Vessie de sueur*. A. Sweating pushe.

HIDROCRITICA, sunt judicia, quæ à sudore desumuntur, ab ἱδρὼς sudor, & κρίνω judico. B. Oordeel uit het sweeten. G. Urtheilen auß das schwitzen. Gall. *Jugement qu'on*

forme de la maladie en consequence de la sueur. A. A Jugdment taken from sweating.

Hidronosus, est febris, in qua plurimus sudor prodit; quæ ab *Anglis Sudor Anglicus* nominatur, ex ἱδρὼς sudor, & νόσος morbus. Idem quod *Hydropyretos* vel *Sudor Anglicus*. B. Sweet-koorts. G. Schweißfieber. Gall. *Fievre suante*. A. The Sweating Feaver.

Hidropyretos, idem quod *Sudor Anglicus*, ex ἱδρὼς sudor, & πυρετὸς febris.

Hidros, idem quod *Sudor*, ab ἱδρόω sudo.

Hidrotica seu Sudorifera, sunt medicamenta ejusdem fere naturæ quam Diaphoretica, nisi quod fortiora sunt; sanguinem humoresque omnes validius per totum corpus movent, eos incidunt, & attenuant; simulque imminuant resistentiam in vasis exhalantibus circa cutim, atque ita ipsa partim in sudorem erumpunt & partim in halitum convertunt liquida circulantia, & quæcumque obvia sunt, secum deferunt, & in ambitum corporis propellunt, ubi illa in sensibilem sudoris liquorem collecta erumpunt, ab ἱδρὼς sudor. B. Sweet-middelen. G. Schweißerweckende artzneyen. Gall. *Remede Sudorifique, ou diaphoretique*. A. A Remedy producing sweat.

Hierabotane, vide *Peristeron*.

Hieracium, Est planta, quæ habet plures caules sesquipedem vel duos pedes altos, fortes, angulosos, coloris viridis fusci, cavos, in plures ramos divisos, & foliolis quibusdam instructos: folia inprimis ex radice erumpant, repentia, longa instar Taraxaci, in fine obtusa, incisa, viridia, superne tenera, villosa, inferne densiore lanugine canescentia, maculis pulchris interdum notata, sapore amaro & nitroso: flores sunt semiflosculosi, plurimis scilicet semiflosculis constantes, Embryoni insidentibus, & calice majore, ampliore, & squammosiore quam in Lactuca comprehensis, calix per maturitatem non in conum, ut in Soncho, crescit, sed explicatur. Embryo autem abit deinde in semen teneriusculum, non fuscum, pappis instructum, in capitulum collectum: radix longa, crassa, carnosa, simplex, alba, succum lacteum amarum gerens, nomen accepit ab accipitre. Gr. ἱέραξ quia creditur illam hujus succo oculos restituere, scalpendo enim illud, succoque oculos tingendo, obscuritatem cum sensere, discutiunt. *Sonchites* etiam appellatur, quod Soncho non admodum

dum diffimilis fit, maximè quod ad ejus circumferentiam & extremam partem, in qua caules & flores funt, attinet. Propter lacteum fuccum, *Lactuca fylvatica* vocatur, appellatur etiam *Accipitrina*. B. Havikx kruid. G. Habicht-kraut. Gall. *Cichoree jaulne*; *herbe de l'Eprevier*. A. Hawke weed.

Hiera Picra, eft Electuarium ex aloë, ligno aloës, radicibus azari, fpica indica, croco, mafliche & melle paratum, ex ἱερὰ fancta, propter vires laudabiles, & πικρὰ amara. B. Heilig bitter. G. Heilig bitter. A. The holy bitter.

Hieroglyphicæ notæ, funt plicæ rugæque in manibus, ex quibus vana curiofitas multum prædicere conatur, ex ἱερὸν fanctum, & γλύφω fculpo. B. Hand-kyk-konft. G. Wahrfagen auß den Händen. Gall. *Chiromantie*. A. Chiromancy.

Hippocampus, non tantum pifciculus marinus eft; fed & proceffus ventriculorum cerebri fuperiorum five anteriorum, qui exterius tenerrima lamina medullari teguntur, intus corticales funt. ex ἵππος equus, & κάμπτω inflecto, quia illud animalculum inflexum eft.

Hippocratica Facies, vide *Facies Hippocratica*.

Hippocratis Manica, vide *Manica Hippocratis*.

Hippoglossum, vide *Hypogloffum*.

Hippolapathum, eft Rhabarbarum monachorum feu Lapathum magnum, ita ob magnitudinem appellatum videtur, ex ἵππος equus & Lapathum. B. Groote of Water-patig. G. Gurkel lende mengel-wurß/ Streit-wurß/ Roßlattich/ Munchen rhabarbaren. Gall. *Rhabarbe des Moines*, *Rapontic des montagnes*. A. Patience, vel Monks-Rubarb.

Hippophaes, five Rhamnus Catharticus oleæ folio; vox ἀπὸ τῆ ἵππου, quod vis ejus purgatrix tam valida fit, ut ipfis equis alvum fubducat. B. Purgeer-doorn. G. Purgier-dorn. Gall. *Nerprum*, *ou Bourg-Epine*. A. Purging-Thorn.

Hipposelinum, *Olus atrum* vocatur: fic à magnitudine dictum, ab ἵππος equus, & *Selinum*: fiquidem Græci magnis & amplis rebus *Hippo* præponere folent, adeo ut *Hippofelinum* Latinis nihil nifi grande Apium fit. *Olus* autem *Atrum* vel pullum à foliis, vel feminibus, quæ atro colore nitent, appellatum effe videtur. B. Groote

 eppe/

rone / peterseli van Alexandrien. G. Roßpeterseli / Groß Eppich. Gall. *Maceron.* A. The Herb Alexanders.

Hippuris, Lat. Equisetum seu cauda equina, eamque referens: ex ἵππος equus, & οὐρὰ cauda, dicitur etiam *Salix* seu *Herba equinalis*, ut & *Asprella*. B. Paardestaart. G. Schafft heu / Roß-schwantz / Katzen wadel. Gall. *Queue de Cheval*, *Queue de Chat*, *Aprelle*. A. Horsetail.

Hippus, est oculorum affectus, in quo oculi tremuli continuo agitantur & subinde nictitant, ut in equitatione fit, ab ἵππος equus. B. Bevende oogen. G. Bebende augen. Gall. *Maladie des yeux*, *par laquelle ils se meuvent continuellement de coté & d'autre*, *& ne peuvent demeurer dans une même situation*; *instabilité des yeux*. A. Quaking or trembling of the eyes.

Hirci Barba, Gr. Τραγοπώγων, planta nomen sibi adscivit, quod è calicis summo, floribus evanescentibus, papposa prodeat cæsaries, seu comosa lanugo, cui cum hirci barba nonnulla similitudo. B. Bokxbaard / Josephs-bloemen / Morgenstar. G. Bocks-bart. Gall. *Barbe de Bouc*. A. Goats Beard.

Hirculus, est Nardi species, sicque dicitur, quod Hircum redoleat.

Hircus, Hirci vel Hirqui, oculorum anguli, κανθοὶ, eorum qui ad nasum sunt, ἐγκανθίδες & πηγαὶ dicuntur, quód inde lachrymæ manant: Atqui ad tempora, παρωπίαι *Poll. Nicandr.* B. Oog-winkels / oog-hoekjes. Vide *Canthus*. G. Die Aug-winckel. Gall. *Les Angles de l'Oeil*. A. The Corner of the eye. *Alæ* etiam sub axillis *Hirci* appellantur. B. Het Oxel hair. G. Das Achselhaar. Gall. *Le poil dessous l'aisselle*. A. The wing hairs. Item Auris eminentia. Vide *Tragus*.

Hirquus, idem quod *Canthus*.

Hirudo, sive Sanguisuga, insectum est palustre, apodum, oblongum, quod ubi corpori applicatur, cutem pungendo perrumpit, & ad exugendum sanguinem cæcarum hæmorroïdum nonnunquam à quibusdam adhibetur, & in omnibus morbis, quos hæmorrhoïdum fluxus solvit, præ aliis sanguinem mittendi methodis prodest. B. Bloed-zuiger. Gr. Βδέλλα. G. Ein Egel / Blut-sauger. Gall. *Une Sangsue*. A. A Bloud Sucker.

Hirundinaria, est *Asclepias* seu *Vincetoxicum*, sic vocant à fructu, seu potius à siliquis, quas producit, quæ de-

dehiſcentes plumoſum oſtendunt ſemen, atque hirundinis figuram referunt. B. **Swaluwe wortel.** G. **Schwalbenwurtzel.** Gall. *Domte-venin.* A. Swallow-wort.

HIRUNDINARIA, vide *Centum morbia.*

HIRUNDO, piſcem & avem quidem denotat, ſed apud Medicos eſt cavum illud in flexura brachii, ſunt & qui volunt pudendum muliebre ita vocari.

HISPANICUM OLUS, eſt Spinachia, fortaſſe quod ex Hiſpania primum duxerit originem, & deinde ad cæteras tandem nationes tranſlata ſit. B. **Spinagie.** G. **Spinet.** Gall. *Eſpinars.* A. Spynache.

HISPIDULA, eſt planta officinalis, Piloſellæ ſpecies. B. **Katte-Voet.** G. **Katzen-Fuß.** Gall. *Pied de chat.* A. Cats-foot, a kind of ſmall mous-ear.

HISTOS, Gr. Ἱςὸς eſt inſtrumentum chirurgicum ligneum, in cujus ſummo aliud lignum transverſum imponitur, ex quo trochlea dependet, ad ſcalæ demiſſionem.

HOLCE, Gr. Ὁλκὴ, idem quod *Drachma.*

HOLIPPÆ, ſunt placentulæ ex infuſione Medicamentali farinaque triticeâ, addito inſuper ſaccharo, ſubactæ.

HOLOSTEUM, ſeu HOLOSTIUM, eſt herba ſic per antiphraſin dicta, quaſi minimè oſſea, ſed potius tenera & mollis, ac omni prorſus duritie carens, ex ὅλον totum & ὀςέον os. B. **Spaanſche Weegbree.** G. **Spaniſche Wegerich.** A. Spaniſch Plantain.

HOMÆOMERES, vide *Similares Partes*, ex ὅμοιον ſimile, & μέρος pars.

HOMOGENEÆ PARTICULÆ, ſunt, quæ puræ, integræ & immixtæ, ſibique per omnia ſimiles ſunt, ex ὁμὸν ſimile, & γένος genus. B. **Eenaartige deeltjes.** G. **Gleiche/ gleichformige theile.** Gall. *Homogene.* A. Idem.

HOMOPLATA, *Scapula*, *Spatula*, *Scoptula aperta* Celſo. Gr. Πλάται, Ὠμοπλάται, Ἐπινώτιοι, ſive os, quod humeri latitudinem conſtituat, triangulare, latum, & tenue præſertim in medio, ſed in proceſſibus craſſum, utrimque unum, incumbens ſuperioribus coſtis parte poſtica inſtar ſcuti; proceſſus ſunt tres, *Acromium*, ſive humeri mucro; *Coracoides*, ſive *Anchoralis*, & αὐχὴν ſive *Cervix*, quæ cavitatem glenoideam habet, in qua caput oſſis humeri excipitur. Uſus ad coſtarum robur, ad humeri & clavicularum articulationem, & ad muſculorum implantationem, ab ὦμος humerus, & πλατὺς latus. B. **Het ſchouder-**

derblat. G. Das schulterblat. Gall. *l'Os de l'Epaule*. A. The Shoulderblade.

Homotonos, est morbus eundem ordinem servans, vel est febris continua, æquali dramate suos actus, scenasque peragens, ex ὁμὸς æquale, & τείνω teneo.

Hoplochrisma, est armorum, ut gladii, cultri, pugionis, &c. deligatio, qua creditur vulnera consolidari, quod tamen ridiculum, ex ὅπλα arma, & χρίω ungo. B. Wapen-verbinding. G. Waaffen verbindung.

Hoplomochlion, est nomen instrumenti Chirurgici universalis, toti corpori humano adaptandi & applicandi.

Hora, est Hippocrati determinatum anni tempus, quod liquet ex Aph. 1. sect. 3. αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν: Id est, mutationes temporum pariunt morbos ipsis anni temporibus &c. unde ὧρος annus, & ὡραῖος tempestivus.

Horæa, & Ὀπώρα, sunt fructus tempestivi, seu æstivi, in morbis, a calore æstivo ortum habentibus, valde utiles, molles, & pulposi, ut poma, pyra, pruna &c. ab ὥρα tempus. B. Allerly Ooft / vrugten / ooft. G. Allerley obst. Gall. *Fruits d'Eté*. A. Summer fruits.

Horarii Fructus, idem quod *Horæa*.

Hordeatum, est Medicamentum liquidum internum, ex hordeo ad crepaturam cocto & tuso liquoribus convenientibus affusis & colatis, præparatum, quibus amygdalæ, sem. papaveris albi, sem. quatuor. frig. maj. &c. non raro accedunt. B. Een Gerste melk. G. Gersten milch / Gerstenwasser. Gall. *Orgeade*, *Lait d'Orge*. A. Barley milke.

Hordeolum seu Crithe, vel Hordeum, est tuberculum in summo palpebrarum, magnitudine hordei enascens, cujus altera species grando, tuberculum durum, mobile, pellucidum & rotundum, quæ vero tubercula majora hic eveniunt, ad Nodos, Meliceridés, Steatomata & Cancros referuntur: omnes id habent, quod pondere suo, aliisque modis motui palpebrarum remoram injiciunt. Gr. κριθὴ, & πορθίω. B. Een strontjen / scheetjen op het oog / een Strye. G. Gersten gleiche geschwär an den aug glie-dern / Werren. Gall. *l'Orgeolet ou Orgueil*. A. A Swelling in the eyebrows like a Barley corn.

Hordeum, seu Ordeum, est frumenti species, quæ habet caulem Secali minorem: folia latiora, spica crassior, calix, glumæ, aristæ, flos, ut in Tritico & Secali; Aristæ

ſtæ vero aſperæ: ſemen tumidius utriusque apice acutiore, glumæ tam arcte adhærenti unitum, ut non niſi triturando ſeparetur. Veteribus uſitatiſſimum erat ad parandam ptiſanam, cujus uſus in febribus, omnibusque morbis acutis valde celebratur. Gr. Κριθὴ, dicitur ab horrore, quod ejus Ariſta mordacior ſit quam Tritici, vel ab oriendi celeritate, quod ante cætera frumenta pullulet, vel ab antiquo adjectivo, *Hordus*, quod ſignificabat *Gravidum*. Vide *Crithe*. B. **Gerſt** G. **Gerſten**. Gall. *Orge*. A Barly, Barley.

Horminum, ſeu Orminum, Eſt planta Salviam referens: Caules pedem circiter alti, rubicundi, quadrati, lanuginoſi, ramoſi: folia Salviæ, ſed minus ſicca, nitidiora, valde lanuginoſa, ſibi invicem oppoſita, non valde odora, ſaporis amari, in ſummitate ramorum ſunt multa folia conjuncta coloris violæ, flos monopetalus labiatus, cujus labium ſuperius parvum & galeatum falcatum eſt, inferius vero in tres partes diviſum, media cochlearis inſtar excavata: Ex calice ſurgit piſtillum, floris parti poſteriori inſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui abeunt in totidem ſemina, in capſula, quæ floris calix fuit, recondita: radix fibroſa, lignoſa; eſt Sclareæ ſpecies, & omnes hujus ſpecies Horminum vocaverunt, verum quibus galea falcata eſt, hæ Sclareæ dicuntur, Horminum vero habet galeam breviorem, & magis apertam. dicitur ἀπὸ τῦ ὁρμᾷν, quod impetu cæco agat, & cieat in Venerem. B. **Scharley**. G. **Scharlach-kraut**. Gall. *Orvalle*. Vide *Sclarea*.

Horrifica Febris, vide *Phricodes*.

Horror, Gr. Φρίκη & Φρίκιον à Φρίττω, eſt levis convulſionis ſpecies, in exterioribus corporis partibus contingens, minor quam *Tremor*, dum quaſi corpus frigore invadit, & ſubinde tantum obſervatur, ſed Tremor aliquo ſucceſſivo tempore adeſt: ſymptoma in febrium initio plerumque; item cum aere frigido afficimur; vel adſimus rei horrendæ enarrationi. B. **Een houde yzing**. G. **Zittern oder ſchauderen**. Gall. *Friſſon*. A. Dread, Terrour.

Humectantia, ſunt medicamina, quæ particulas ſuas humidas corporis noſtri poris poſſunt inſinuare. Item ſunt omnia fluida. Gr. Ὑγραίνοντα vel Ὑγραντικά. B. **Bevogtigende middelen**. G. **Befeuchtende Artzneyen**. Gall. *Remedes humectans*.

Humerus, illa pars corporis eſt, quæ apparet in ea articu-

ticu-

ticulatione, qua superior humeri pars, quæ *Epomis & Superhumeralis* dicitur, ad collum vergit, & à posteriori parte ossi scapulæ adhæret, ab inferiori autem ei ossi, quod, dum totum brachium attollitur, manifestum fit & *Ala* nuncupatur. Alias *Humerus* quoque dicitur de parte prima brachii, quæ unico osse constat, quæ aliis *Brachium* per excellentiam appellatur, illius os appellatur *os Humeri*, *os Brachii*, & *os Adjutorium*. Gr. ὦμος. B. **Schouder.** G. **Schulter / Achsel.** Gall. *l'Espaule*. A. Shoulder.

HUMIDITAS, morbosa est, si tanta humidi copia partibus solidis sit intermista, ut earum actio enervetur.

HUMIDUM PRIMOGENEUM, est liquidum, ex quo omnia in generatione fiunt, & rectè dicitur succus nervosus, qui prius ante omnia in generatione conspicitur. B. **Het eerste vogt.** G. **Die erste feuchtigkeit.** Gall. *l'Humide ou l'humeur radicale*. A. The first liquor.

HUMILIS MUSCULUS, est is, qui oculum deprimit, sic dictus, quia oculum deorsum versus malas trahit. B. **De nederige spier.** G. **Der niedertruckende augen mauß.** Gall. *Le Muscle Humble, Abaisseur*. A. The depressing muscle.

HUMILUS, idem quod *Lupulus*.

HUMORES, nostri corporis in genere quidem inter se & cum omnibus aliis conveniunt, sed proprias quasdam dotes habent, unde multiplex eorum differentia: suntque vel crudi ex ingestis cibis potubusque, vel naturales, sive inquilini, de quibus sequenti articulo.

HUMORES SANGUINEI, à Veteribus in *Sanguine* constituuntur quatuor, nempe *Biliosus*, *Pituitosus*, *Melancholicus & Sanguineus* propriè dictus, idque secundum quatuor Elementa Peripatetica; verum illa opinio, inventa circulatione sanguinis, prorsus concidit. Tamen vitio ipsius sanguinis à crasi desciscentis, inveniuntur, sed sanguinis partem integralem non constituunt: Sanguis enim est humor unicus; secus si esset, tartarus in vino, & fæx in cerevisia, forent partes vinum & cerevisiam constituentes. In sanguine venis emisso tres duntaxat diversæ corporum species ad oculum comparent; in superficie enim sanguinis coagulati crustam fibrosam, se per totam massam diffundentem, videbis; deinde, particulas quasdam rubras inter fibras conspicies, quæ circa fundum propter fibrarum paucitatem nigrescunt, ultimo massa hæc in sero suo expresso natat. Verum si quis accuratius procedere velit, sanguinem

nem destillet & arte Chymica dissolvat, quinque corpora tantum pura inveniet: Spiritum nempe, Sulphur sive Oleum, Aquam, Salem & Terram. Sanguis & Chylus omnia totius corporis vasa majora perluunt, & exinde pro varia partium constitutione, speciales oriuntur succi; uti ex cerebro, Succus Cerebralis seu Nervosus: ex Hepate, Fel; ex renibus, Urina; ex mammis, Lac. &c. B. Humeuren / vogten. G. Die Feuchtigkeit. Gall. *Humeurs.* A. The Humours.

Humores Oculares, sunt tres. 1. *Aqueus*, qui reliquis tenuior, aqua tamen vulgari minùs limpidus, anterius intra corneam & uveam tunicam continetur, & procul dubio a minutissimis arteriolis perpetuo emittitur, iterumque a venulis resorbetur, quoniam læso oculo effluens sensim recolligitur. B. Waterig oog-vogt. G. Die Wässerige feuchtigkeit der Augen. Gall. *l'Humeur Aqueuse.* A. The Watery humour. 2. *Crystallinus*, sive *Glacialis* humor, is in tunica uvea in medio, concluditur & cæteros soliditate superat. B. Krystalline vogt. G. Die Krystalline feuchtigkeit. Gall. *Humeur crystalline, ou le Crystallin.* A. Crystalline, vel, Icy Humour. 3. *Vitreus*, reliquis duobus copiosior, posteriorem oculi cavitatem occupat: proprie constat ex membrana tenuissima, purissimum & pellucidissimum humorem in cellulis quibusdam continente. B. Glasagtig vogt / d'Oogen-vogten. G. Die Gläserne feuchtigkeit / oder feuchte der Augen. Gall. *l'Humeur vitrée, en general, les Humeurs de l'Oeil.* A. Glassy Humour, The Humours of the eye.

Humor in Secundinis, est succus nutritius, qui ex uteri vasculis undique per Chorion & Amnion penetrat usque in cavum amnii, estque fœtui alimentum per os degluttiendum; verum reperitur & tertia membrana *Alantois* dicta, quæ per urachum fœtus pervium urinam in suo cavo recipit, a sola vesica fœtus non capiendam. B. Het Water in de Nageboorte. G. Das wasser im nachgeburt. Gall. *l'Eau ou l'humeur sereuse, qu'on trouve dans l'arriere faix.* A. Water in the secundine.

Hungarica febris, inprimis notari meretur, quod præter generalia febrium continuarum & contagiosarum symptomata, intolerabilis cephalalgia cum dolore & tumore circa orificium ventriculi ægros torquet.

Hyacinthus, duplex est, Orientalis radice bulbosa, In-

Indicus radice tuberosa: prior habet caulem semipedem circiter altum, rotundum, politum, erectum, nudum, in spica florigerum, Caryophylli aromatici figura, folia longa, angusta, viridia, splendentia, Porri minora: flos est liliaceus, monopetalus, nudus, tubulatus. in sex segmenta, extrorsum flexa, divisus, caryophylli aromatici figura, arcte complectens ovarium, coloris plerumque cærulei, aliquando albi, aliquando purpurei vel carnosi, odoris grati: flori succedit fructus subrotundus, fere trigonus, divisus in tria loculamenta, semina subrotunda, vel plana & nigra continentia: radix bulbosa, alba: tota planta habet succum viscosum, crescit in pratis juxta vias, cognoscitur ex radice bulbosa, quæ unica modo excipitur, quæ dicitur Hyacinthus tuberosa, Gallis *tuberense*; plures dantur Hyacinthi, qui & habent florem diversissimum, sed tamen omnes Hyacinthi dicuntur, sic Hyacinthus veterum habet florem Caryophylli, hinc Gallis vocatur *Gerofle*, hinc illud nomen plurimis inditur floribus. Fabulæ dicunt nomen à puero Hyacintho accepisse. Porro narrant ex sanguine Ajacis provenisse, qui ad Trojam occisus est; idcirco autem huic flori inscriptum esse, αἶ, αἶ, initium nominis Ajacis, eaque causa, eum florem scriptum Hyacinthum vocat Poëta, cum canit ὁ γραπτὰ ὑάκινθος, literas enim habet inscriptas lugubres, videlicet αἶ, αἶ, quæ testes sunt eorum, quæ de Ajace fabulantur, cujus ex sanguine, natum Hyacinthum canunt. Sed fortè quia μετὰ τὸ ὕειν κονῇ ἄνθος, florem emittit, ubi terra vernis imbribus permaduit. B. Hyacinth/ Nagelbloem. G. Mertzen-blummen. Gall. *Jacinte*. A. Hare bells. Ladies flower.

Hyacynthus, est Gemma pellucida, ex flavedine rubens, ignisque flammas imitans. Sunt alii (vel aliæ) Orientales, alii Europæi. Hi inveniuntur ad Iseram fluvium, in confinibus Silesiæ & Bohemiæ, suntque Orientalibus ignobiliores. Quoad colorem, referunt alii colorem Minii nativi, alii sanguinis admodum biliosi, & hi sunt præstantissimi: alii rubedine Croci admodum flavescunt; alii exactè ostendunt Succini colorem, & hi viliores: alii albi, pellucidi, succini colorem referunt, & hi omnium vilissimi habentur. Dicitur virtutem cardiacam habere, hinc electuarium quoddam confortans, quod inde *de Hyacyntho* vocatur, ingreditur. B. Hiacint. G. Ein Hyacinth. Gall. *Hyacinthe*. A. Jacinct, Hyacinth.

HYA-

HYALOIDES, est humor oculi vitreus intra tunicam retinam & Crystallinum contentus, undique tenuissima & pellucidissima membrana tectus, quæ propterea etiam *Hyaloides* dicitur, ex ὕαλος vitrum, & εἶδος forma. B. **Glasachtige vogt.** G. **Die Gläserne feuchtigkeit der Augen.** Gall. *l'Humeur vitrée.* A. Vitreous humour.

HYBONA, est omnium vertebrarum incurvatio, ab ὑβάζω incurvo. Idem quod *Cyphosis.*

HYDARTHROS, est ichoris species, qui fluit ex articulorum vulneribus vel ulceribus. B. **Lee-water.** G. **Rauh blut / dünner weisser eyter.**

HYDATIDES, & HYDROÆ, sive AQUULÆ, sunt vesiculæ aquosæ in *Hepate*, *Liene*, *aut quodam alio viscere*, duplici ut plurimum tunica præditæ, variæ magnitudinis, figuræ orbicularis, hydropicis familiares. Item circa palpebras pinguedinis incrementum, ab ὕδωρ aqua. B. **Waterblaasjes / Waterpuist.** G. **Wasser bläterlein / Wasser blase.** Gall. *Hydatides*, *Vessies aquenses.* A. Watery bladders.

HYDATODES VINUM, est Vinum aqua dilutum, ex ὕδωρ aqua, εἶδος forma. B. **Gewaterde wyn.** G. **Mit wasser vermischter wein.**

HYDATOIDES, est humor oculi aqueus, qui intra tunicam corneam & uveam comprehenditur, ab ὕδωρ aqua, & εἶδος forma. B. **Waterige vogt der Oogen.** G. **Die Wässerige feuchtigkeit der Augen.** Gall. *l'Humeur aqueuse.* A. The watery humour of the eye.

HYDERODES AFFECTUS, idem quod *Hydrops.*

HYDEROS, idem quod *Hydrops.*

HYDRAGOGA, sunt Medicamenta, quæ attenuando fluida, & valide Intestina atque ventriculum stimulando, aquosos humores expurgant, ex ὕδωρ aqua, & ἄγω duco. B. **Water afdryvende dingen.** G. **Wasser treibende Artzneyen.** Gall. *Hydragoge.* A. Idem.

HYDRAGOGIA, vide *Venæ lymphaticæ*, ex ὕδωρ aqua, & ἀγωγὴ ductus.

HYDRARGYROS, est Argentum vivum, sive *Mercurius*, ex ὕδωρ aqua & ἄργυρος argentum. B. **Quikzilver.** G. **Queckfilber.** Gall. *Vif argent*, *ou Mercure.* A. Quicke silver.

HYDRARGYROSIS, est Inunctio Mercurialis, pro excitanda salivatione in lue venereâ aut aliis morbis. Ex ὕδωρ aqua & ἄργυρον argentum.

Hydrelæum, est mixtura ex aqua & oleo, ex ὕδωρ aqua, & ἔλαιον oleum. B. Een mengsel van olie en water. G. Vermischung von öl mit wasser.

Hydrenterocele, est intestinorum una cum aqua in scrotum prolapsus, ex ὕδωρ aqua, ἔντερον intestinum, & κήλη tumor. Vide *Hydrocele* & *Enterocele*.

Hydroa, sunt quædam tubercula lata & humida, pruriginosa, granis milii similia, interdum sine pruritu, quæ cutim ἑλκώδως exasperant; fiunt hæc, cum aliquando sudor acris per sudorem ex cute expellitur; sed quia à cutis densitate impeditur, materia viscida & acris in ea retinetur, & in tumorem elevatur. Affectus hic admodum junioribus atque juvenibus familiaris est, præsertim temperamento calidioribus, æstatis tempore sese nimium exercentibus, nempe in collo, scapulis, pectore, brachiis & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum. Arab. *Asef* & *Albasef*. Lat. Sudamina. Gr. Ἐκζέματα, deriv. ab ὕδωρ aqua, vel ἱδρόω sudo.

Hydrocardia, est liquor in pericardio, ex vasculis lymphaticis perpetuo stillans, & continuo absorbtus a vasculis Absorbentibus, adeo ut cor aquæ innatet, ex ὕδωρ aqua, & καρδία cor. Vide *Aqua Pericardii*.

Hydrocele, est scroti tumor aliquando in alterutro latere, sæpe vero in utroque, quo ad pugni vel longe majorem amplitudinem increscit, ab humore aquoso excitatus, in ejus membrana cellulosa collecto; vel in tunica Testium vaginali; vel si in ascitico simul fuerit Enterocele, in sacculo peritonæi relaxatio ab aqua simul ingressa cum Intestino, fiet Hydrocele; vel est species Anasarcæ, in qua serosa colluvies, ut ubique, sic etiam in hoc loco obtinet, ab ὕδωρ aqua, & κήλη tumor. B. Water-kloot / Water-breuk. G. Wasser-bruch / oder im Hodensack versamlet. Gall. *Hernie Aqueuse*, *Hydrocele*. A. Watery rupture.

Hydrocephalum, est capitis ex humore aquoso intumescentia, in Infantibus tantum observabilis, oriunda à colluvie inter integumenta externa hærente; vel inter integumenta & cranium; & hoc vocatur *externum*. *Internum* vero hæret inter cranium & cerebri membranas, inter membranas ipsas, earumque duplicaturas, tum in ventriculis cerebri, ab impedito humorum per venas reditu ortum habens, quod tamen mors subito non subsequitur, ab ὕδωρ aqua, & κεφαλὴ caput. B. Een Water-hooft. G. Die Wasser-

Wasser-sucht des Haupts. Gall. *Hydrocephale*. A. Watery tumor of the head.

HYDROCRITHE, est aqua hordei, ex ὕδωρ aqua, & κριθὴ hordeum, à κρίνω secerno, quod ejus grana à se invicem distent & secernantur. B. Gerste-water. G. Gersten-wasser. Gall. *l'Eau d'Orge*. A. Barley Water.

HYDRODES FEBRIS, idem quod *Typhodes* vel *Elodes*.

HYDROLÆUM, idem quod *Hydrelæum*.

HYDROLAPATHUM, idem quod *Hippolapathum*, ex ὕδωρ aqua & *Lapathum*.

HYDROMEL, est *Mulsum*, sive potus ex aqua & melle, fermentando paratus, saporis vinosi, ab ὕδωρ aqua, & μέλι mel. B. Meede / Honing-Water. G. Meth. Gall. *Hydromel*, *Eau Miéllée*. A. Mead.

HYDROMPHALUM, sive HERNIA AQUOSA, est protuberantia umbilici, ex humoribus aquosis in abdomine contentis, ex ὕδωρ aqua, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. Een Waternavel. G. Wässerige Nabel bruch. Gall. *Hydromphale*. A. Watery rupture of the Navel.

HYDRONOSOS, idem quod *Sudor Anglicus*.

HYDROPEGE, est aqua fontana, ex ὕδωρ aqua, & πηγὴ fons, quia πηδᾷ ἐκ γῆς, quia aqua è terra salit.

HYDROPHOBIA, sive AQUÆ METUS, est affectus, incipiens cum vagis per corpus totum doloribus, insolita tristitia & morositate, subsultibus tendinum, æstu interno; subsequente dein somno inquieto & interrupto, vel vigiliis continuis, furore, liquidorum & splendidorum fuga, dum tamen satis facile bolum siccum deglutire possunt, aliquando delirio, febri, aliisque symptomatibus, summo cum vitæ discrimine invadens, ortus & propagatus ex morsu canis rabidi, eique analogo contagio, ex ὕδωρ aqua, & φοβέω timeo. Vocatur etiam *Rabies canina* vel Cynolyssa a κυνὸς canis & λύσσα *rabies*. B. Water-vrees / Dolheyd. G. Wasser-furcht. A. The Fear of Water.

HYDROPHTHALMIA, est, quando oculus in stupendam excrescit molem, & magna ex parte extra orbitam prominet, quod fit, quando humor aqueus continuo adfertur, sed quacunque de causa iterum non resorbetur, ex ὕδωρ aqua & ὀφθαλμὸς oculus. B. Water-oog. G. Die Wasser-sucht im Auge. Gall. *Hydropthalmie*. A. Idem.

HYDROPTHALMION, est illa pars oculis subjacens, quæ in Cachecticis & Hydropicis intumescere solet. B.

Zwolligheid onder de oogen. G. Das auffschwellen unter den Augen. Gall. *Enflure sous les jeux.* A. A Swelling under the eyes

HYDROPICA, sunt medicamenta hydropicis humores aquosos educentia. B. Water afdryvende Dingen. G. Wasser treibende artzney. Gall. *Remedes, qui poussent ou chassent les Eaux.* A. Water-educing Medicines.

HYDROPIPER, est Herba aquatica, Persicariæ non absimilis, sed linguam, piperis instar, urens, ex ὕδωρ aqua, & piper, quasi *Piper aquatile*; Gr. Ὑδροπέπερι, à loco & sapore nomen habet. B. Water-peper. G. Wasser pfeffer / Mundyen-kraut Gall. *Persicaire, plante aquatique, qui a un gout de poivre.* A. Water-peper, Arsesmart, Carsmirthe.

HYDROPS, est aquosi humoris in panniculo adiposo, vel membrana cellulosa corporis, vel in quadam cavitate alia stagnatio, faciens tumorem pallidum aut pellucidum, frigidum, non dolentem, gravem, estque *Generalis* ut Anasarca, Leucophlegmatia, & Ascites, quibus malè adjungunt Tympanitem; vel *Particularis*, ut Hydrocephalon, hydrops pectoris, peritonei, testium, uteri, ovarii, manus, pedis &c. de quibus specialiter suo loco, ex ὕδωρ aqua, & ὄπτομαι video. B. Water-zucht / het water. G. Die Wasser-sucht / das zwischen fell und fleisch gesamlete wasser. Gall. *Hydropisie.* A. Dropsie.

HYDROPS ad MATULAM, idem quod *Diabetes.*

HYDROPYRETOS, idem quod *Sudor Anglicus.*

HYDROSACCHARUM, est syrupus ex aqua & saccharo coctus, ex ὕδωρ aqua, & σάκχαρ saccharum: vel aqua saccharata. B. Syroop van Water. G. Wassersyrup. Gall. *Sirop fait avec de l'eau.* A. A Syrup made of Water and Sugar.

HYDROSELINUM, est Apium, seu Selinum palustre, ex ὕδωρ aqua, & Selinum. B. Water-eppe. G. Wasser-eppich / Frosch-eppich / Wasser-merck. Gall. *Berle*; *Ache d'eau.* A. Water-parsley.

HYGIEA, *Sanitas*, est dispositio partium humani corporis, actionibus rectè perficiendis apta, sive est ea conditio corporis, qua homo actiones omnes homini proprias exercere valet commode, jucunde, & cum aliqua constantia per aliquod tempus, a libero, facili, & æquabili humorum circuitu pendens, ab ὑγιαίνω bene valeo. B.

Ge-

Gezondheid. G. Die Gesundheid. Gall. *Santé.* A. Health, Sanity.

HYGIEINA, est pars Medicinæ, quæ sanitatem conservandi modum per quædam remedia, eorumque usum, tradit, & rerum non naturalium efficaciam in corpus humanum docet. Estque *Diateretica*, vel *Prophylactica*: ab aliquibus in tres partes divisa fuit; in προφυλακτικὴν, morbos futuros & imminentes avertentem: συντηρητικὴν, quæ præsentem sanitatem tuetur; & ἀναληπτικὴν, à quâ valetudinarii reficiuntur, ab ὑγιαίνω, bene valeo. B. Bewaringe der gezontheid. G. Bewahrung der gesundheit.

HYGROCIRSOCELE, est ramex varicosus, quem aliæ humiditates comitantur, quando circa Venas Testium oriuntur varices, & simul humor copiosus in scroto colligitur. Ex ὑγρὸς humidus, κιρσὸς varix & κήλη tumor. B. Aderbreuk met water. G. Ein Wässerig Aderbruch. Gall. *Hernie humorale.* A. A Watery varice.

HYGROCOLLYRIUM, est medicamentum liquidum, oculis sanandis destinatum, ex ὑγρὸν humidum, & κολλύριον, medicamentum oculare. B. Oog-water. G. Augen wasser. Gall. *Collyre liquide.* A. An Eye water, or medicine for the eye.

HYGROPHOBIA, idem quod *Hydrophobia.*

HYLE, vel *Sylva*, proprie significat materiam, & comprehendit ea omnia, quibus medicamenti, vel etiam alimenti titulo, in ægris sanisve utimur: hinc quod Græcis est Hyle Ἰατρικὴ, Latinis *Materia Medica* dicitur.

HYMEN, propriè membrana est; sumitur etiam pro membrana virginea, orificio vaginæ circumnata, ejusque orificium pro magna parte occludente; volunt *Alii* quod sit quasi membrana, quæ oritur ex corrugatione inferioris partis vaginæ, quæ in prægnantibus, incrassante utero, evanescit, ab ὑμεναίω, matrimonio jungo. B. Maagdenvlies. G. Jungfrau häutlein/ oder jungfraus zeichen. Gall. *l'Hymen, ou le Cercle membraneux, qu'on prétend marquer la Virginité, ou le Pucelâge.* A. Virginity, maiden head, properly a certain membrane which denotes it.

HYOIDES, sive LAMBDOIDES, est os, ad basin linguæ consistens, constans ex basi & duobus cornibus, à figura Υ vel Λ appellatum, & εἶδος forma. B. Tong-been. G. Das Zungenbeinlein. Gall. *l'Os hyoide.* A. The bone at the root of the tounge.

Hyoscyamus, Est planta, quæ plures habet caules sesquipedem altos, crassos, ramosos, valde lanuginosos: folia sunt magna, ampla, incisa, mollia, lanuginosa, albescentia, alternatim & sine ordine caulibus adhærentia: flores monopetali, infundibuliformes, expansi, & multifidi: vasculum seminale constat testa rotunda, cui natura operculum imposuit, quod per maturitatem dissilit, & cum testa in duas cellulas est divisa, hæ continent semina plurima, parva, rotunda, & nigra: radix est aspera, longa, crassa, interne coloris albi, externe fusci: Tota planta habet odorem ingratum, & crescit juxta vias & in pratis. corrupte *Jusquiamus*, Latinè sonat, quasi *faba suilla, aprinave*, quod, ut in Historiâ Ælianus tradit, pastu hujus herbæ convellantur sues aprive, præsenti mortis periculo, nisi copiosâ aquâ statim se foris & intus proluerint, adeuntque aquas, non ut proluant se tantum, verum etiam ut cancros venentur: iis enim nactis protinus sanitati restituuntur, ex ὗς porcus, & κύαμος faba. *Apollinarem* vero Latini, ab Apolline Medicinæ inventore dixerunt: potius derivarem à Græco ἀπόλλυμι perdo, deleterea enim est planta, quæ tamen propter vim anodynam pro usu externo laudatur. B. Bilsen-kruid. G. Bilsen-kraut/ Bilsamen / Bilsen/ Doll kraut/ Schlaff-kraut/ Säu-bone/ Rinds-wurtz/ Ziegeuner-kraut/ Teuffels-augen. Gall. *Jusquiame, Hannebanne, de l'Endormi, la Mort aux poules.* A. Henbane, Henebane, Henequalt.

Hyothyroides, sunt musculi duo laryngis, ab osse hyoidis in cartilaginem scutiformem deducti, rimulæque astrictioni destinati, ex littera Υ, θυρεὸς scutum, & εἶδος forma. B. De schiltachtige krakebeens spieren. G. Der schilt gleiche knorpels mauß. Gall. *Les muscles Thyro-Hyoidiens, ou Hyo-Thyroïdiens.* A. The shieldlike muscles.

Hypaleiptron, est instrumentum illitorium, sive specillum illinitioni inserviens, vulgo *Spatha*, & *Specillum*, seu *Illinitorium*, ab Ὑπαλείφω sublino, inde Ὑπάλειμμα Sublinitio, Inunctio.

Hypecoon, Est planta, quæ plures habet caules pedem altos, in summitate in multos ramos divisos: folia tenera Fumariæ instar divisa: flos est exiguus, cruciformis, quatuor scilicet petalis constans, plerumque trifidis, subito evanescens, coloris lutei, pedunculo adhærens: floris pistillum abit in longum cornu articulatum, quod constat

dua-

duabus valvulis per maturitatem dehiscentibus, quæ semina fundunt reniformia, & nigricantia: ovarium perfecte refert arietum cornu: radix longa, aliquando simplex, aliquando divisa, fibrosa, & rubicunda: hæc planta crescit in regionibus calidis, est planta siliquosa. alii Alceam vesicariam vocant, quidam Cuminum Sylvestre corniculatum; nonnulli speciem Papaveris corniculati, an ab ὑπακούω obedio, quod inter frumenta crescat, iisque obediat.

Hypercatharsis, est *Superpurgatio*, sive purgatio post datum medicamentum major, quam quæ requirebatur, quæ fit, quando fibræ nerveæ primarum viarum nimis irritatæ, in motus non facile sedandos adiguntur, ab ὑπὲρ supra modum & καθαίρω purgo. B. Overmatige buik-zuiveringe. G. Eine all zu starcke purgation. Gall. Superpurgation. A. Idem.

Hypercrisis, est excretio critica dicta, supra modum facta, ex ὑπὲρ super, & κρίνω secerno.

Hyperephidrosis, est nimia sudatio, ex ὑπὲρ super, & ἐφιδρόω insudo.

Hypericum, Est planta, quæ habet caules sesquipedem altos, rotundos, firmos, duros, lignosos, non flexiles, rubicundos, ramosos: folia sunt oblonga, nervosa, Centaurium minus referentia, gemina ex gemmulis caulium semper nascentia, obversa soli innumeris fere poris acu quasi trajectis aciem tum nostram, tum solis radios transmittunt: dicunt quidam non esse pervia illa folia, sed poros illos microscopio examinatos esse vesiculas lentis forma, pellucidas, & liquore limpido, parum oleoso plenas, folia sunt saporis insipidi: flores rosacei, pentapetali, in summitate caulium crescentes, coloris flavi; post florem sequitur capsula, in tres conos assurgens, instar grani hordei crassa, oblonga, succum rubicundum continens, in tria loculamenta divisa, fæta seminibus exiguis, oblongis, ex fusco nigricantibus, saporis subamari, & resinosi, odoris picei; radix dura, lignosa, in multos ramos divisa, coloris subflavi: hæc planta crescit in sylvis & locis incultis, quibusdam dicitur, quod tota planta sit pulchra & perquam hilaris facie, & venusta, fortasse ex ὑπὲρ supra, & εἰκὼν imago, forma, Vocatur *Perforata*, vide suo loco. B. Sint Jans-kruid. G. Sant Johanns-kraut. Gall. *Mille-pertuis*. A. S. Johns-wort.

Hyperoon, sunt duo foramina, in superiore palati

 parte,

parte, quæ pituitosos humores à naribus excipiunt, & facta excretione per os rejiciunt, ex ὑπὲρ super, & ὦον pars superior.

Hypersarcosis, seu Ecsarcoma, est excrescentia carnosa in quavis corporis parte, ex ὑπὲρ super, & σὰρξ caro. B. Spongieus vleis / dat uitwast. G. Schwammicht Fleisch. Gall. *Excroissance.* A. Spongie Flesh. *Barbette* hac voce utitur ad denotandam ossis corruptionem, cum humiditate conjunctam, eamque Belgis appellari dicit, Beenzuiger.

Hypnotica, sunt medicamenta, quæ spiritus figendo, nervos cerebri claudendo & angustando, soporem inducunt, vel potius, quæ omnem vim stimulantem obtundendo, dolorem tollunt, & somnum conciliant, quomodo id præstant, nondum liquido patet, ab ὕπνος somnus. B. Slaap-middel. G. Schlaff-artzneyen. Gall. *Hipnotique.* A. A Medicine causing sleep.

Hypocatharsis, est levis quædam purgatio, cui opponitur *Hypercatharsis.* B. Een zachte purgatie. G. Eine gelinde purgation. Gall. *Hypocatharse.* A. Idem.

Hypocaustum, est locus sudori provocando appropriatus, ope ignis sub pavimento positi; vel in quo medicamenta liquidiuscula siccantur, ut tabellæ, conditurae &c. vel quæ facile liquescunt, sicca conserventur, ex ὑπὸ sub, & καίω uro. B. Een Stoof. G. Eine Stube. Gall. *Une Etuve.* A. Stove.

Hypochæris, putant esse Sonchum lævem, fortasse dicitur, quod minus aspera quam reliqua sunt Cichoracea, χοῖρος enim asperum, spinosum dici Botanicis videtur, ex ὑπὲρ super, & χοῖρος porcus & asper, quia porci setis asperis obducti sunt.

Hypochondriaca Affectio, vide *Hypochondriacus Affectus.*

Hypochondriaca Medicamenta, sunt, quæ in morbis Hypochondriacis usurpantur.

Hypochondriacus Affectus, seu Affectio Hypochondriaca, Vulgo est morbus hic in Viris, qui in Fæminis *Hysterica passio* audit, quoniam familiaris est illis, qui valde sensili & facile mobili Systemate nerveo gaudent. Est autem melancholia aliquousque progressa, cum viscerum abdominalium aliquali obstructione a sanguine crassiori,

ri, verum qui diverſis ſimul laborat acrimoniis, unde dolor, tenſio hypochondriorum, triſtitia, ſolitudinis amor, anxietas, frequens ſputatio, alvus dura, & convulſiones in variis corporis partibus &c. ex ὑπὸ ſub, & χόνδρος cartilago. B. Miltzucht / buiks-zyde-pyn / boven-zyde buiks-gezwel. G. Miltz wehe / miltz ſucht. Gall. *Maladie hypochondriaque*, *mal de rate*, *hypochondrie*. A. Diſeaſe of the milt, a Hypocondriack diſeaſe.

Hypochondrium, ſive Subcartilagineum, eſt ſuperior & lateralis pars abdominis, ſub cartilaginibus thoracis; latius vero ſumpta voce interiores etiam partes, veluti hepar, ventriculus, lien &c. ſub hac regione comprehenduntur, ex ὑπὸ ſub & χόνδρος cartilago. B. Boven-buik / het week aan de zyden des Buiks. G. Das Weiche der ſeiten. Gall. *Les Hypochondres*. A. The lateral parts of the abdomen.

Hypochyma, idem quod *Cataracta*, ab ὑποχέω ſuffundo.

Hypochysis, idem quod *Cataracta*.

Hypocistis Succus, Germen ſeu plantula eſt, e radice Ciſti fruticoſi dum floreſcit, ſeu viſcum ex quercu proſiliens: dicitur & *Limodorum*, aliis *Robithron*. Ex hac itaque plantula, cum floribus ſucculenta ſit, exprimitur ſuccus, qui in ſole exſiccatus Glycyrrhizæ ſucco non abſimilis evadit, ſed ſaporis acidi & auſteri eſt, atque ad nos, ſed raro, aſportatur, ex ὑπὸ ſub, & Ciſtus. Gall. *Hypociſte*.

Hypoclepticum Vitrum, eſt infundibulum vitreum turbinata figurâ, ſeu Tritorium, ſeparandis oleis ab aquis deſtinatum, ex ὑπὸ ſub, & κλέπτω furor: nam aqua ſuffuratur quaſi ab oleo. B. Schei-tregter. G. Ein Scheid trichter. Gall. *Entonnoir de verre*. A. A Glaſſ tunnel or funnel.

Hypoderis, & Hypodermis, eſt cuticula, quæ obtegit clitoridem inſtar præputii.

Hypodesis, ſive Subligatio, eſt faſcia, quæ ante injectas plagulas applicatur. B. Onder-band / Onder-zwagtel. G. Under-band. Gall. *Soubande*. A. Underſwathe.

Hypodesmus, idem quod *Hypodeſis*.

Hypogastrica Sectio, nomen eſt apparatus alti, ad extrahendum veſicæ calculum a quibusdam laudati.

Hypogastrica vasa, ſunt arteriæ & venæ, quæ ex

Iliacis oriundæ ramos per inteſtinum rectum parteſque vicinas ſpargunt, quæ dum ſanguine turgent & prominent, *Hæmorrhoides* dicuntur.

Hypogastrium, eſt exterior abdominis pars inter Hypochondrium & umbilici regionem, ex ὑπὸ ſub, & γαστὴρ venter. B. Onder-buik. G. Der Unter-bauch. Gall. *La Region Hypogaſtrique*. A. The Under part of belly.

Hypoglossis, ſive Ranula, & Batrachion, eſt inflammatio vel abſceſſus ſub lingua, ex ὑπὸ ſub, & γλῶσσα lingua. B. Een kikvorsch gezwel. G. Ein Geschwür auff der Zungen. Gall. *Le Batracos, ou Ranuncule, ou Grenouillette*. A. Ranula. Item medicamentum laryngis aſperitatem demens. Vid. Batrachus.

Hypoglossum, dicitur Laurus Alexandrina ſeu *Bis Lingua*, aliis *Hippogloſſum*, ſic dicitur quod ſub folio aliud majus, linguæ figuram exprimens, habeat, ex ὑπὸ ſub, & γλῶσσα lingua. B. Tongen-blad. G. Zapflein-kraut/ Zungen bladt. Gall. *Laurier Alexandrin*. A. Horſe tongue, Double tongue.

Hypoglottides Pilulæ, ſunt, quæ ſub lingua, ad tuſſim demulcendam, collocantur, ex ὑπὸ ſub, & γλῶττα lingua.

Hypopedium, idem quod *Supplantale*.

Hypophaulum, eſt diæta vulgaris inter exquiſitam & ſimplicem media, ex ὑπὸ ſub, & φαῦλος vile, humile. B. Een gemeene Levens regel. G. Eine gemeine ordnung im eſſen und trincken.

Hypopheon, eſt *Hypecoon*, an ab ὑποφαίνω ſubluceo, ſuboſtendo, quod ob humilitatem inter ſegetes ſeſe vix oſtendat.

Hypophoræ, & Σύριγγα, ſunt profunda & fiſtuloſa ulcera in ulceribus aut ſinubus dehiſcentia, ab ὑποφέρομαι laboro, decido. B. Fiſtuleuſe ulceratien. G. Hole geſchwären/ Fiſteln/ Röhrwunden. Gall. *Ulcéres profonds, ou Fiſtuleux*. A. Fiſtulous ulcers.

Hypophysis, idem quod *Cataracta*.

Hypophthalmia, eſt dolor oculi ſub tunica cornea, ex ὑπὸ ſub, ὀφθαλμὸς oculus, & ἄλγος dolor.

Hypopion, dicitur ſugillatio, ſive ſanguinis effuſio ſub cute oculi, qui affectus non confundi debet cum Hypopyo, de quo ſtatim.

Hypopyon, eſt puris ſub oculi tunica cornea collectio; ſæpe

ſæpe tam parva, acſi tantum macula eſſet; aliquando tamen tam copioſa, ut oculus inde plus minusve protuberet: easdem cauſas habet, quam oculi phlegmone, & frequenter etiam oritur ex laceratione tunicæ choroideæ in operatione Cataractæ. Ὑποφθαλμία *Rufo*, ex ὑπὸ ſub, & πύον pus. B. **Een Etter-oog.** G. **Ein Eyter-aug.** Gall. *l'Oeil purulent.* A. Collection of Matter under the cornea.

Hyposarca, idem quod *Anaſarca.*

Hyposarcidium, idem quod *Anaſarca.*

Hypospadiæ, ſunt, qui jam inde à generatione, urinæ iter inferius ſub glandis vinculo habent, ab ὑποσπάω ſubtraho.

Hyposphagma, eſt ſanguinis ſuffuſio ab ictu in oculum, ex ὑπὸ ſub, & σφάζω ſanguinem effundo. B. **Blaauw-oog.** G. **Ein Blau-aug / Blutige ſtriemen im augen vom ſchlagen.** Gall. *Oeil meurtri.* A. Blew eye.

Hypospathismus, eſt inciſio tribus diviſionibus facta, ſupra frontem ad pericranium usque; nec tamen tribus illis lineis vel ſectionibus frontem incidiſſe ſatis eſt, ſed ſubjicienda etiam eſt ſpatha, unde & ſectioni huic inditum nomen fuit, & per ſubditas partes transmittenda, totumque id ſpatium usque ad pericranium excoriandum, ex ὑπὸ ſub, & ſpatha.

Hypostasis Urinæ, eſt illud craſſum generale contentum, quod in urina verſus fundum deſcendit, in eaque ſubſidet, ab ὑφίστημι ſubſideo. B. **Grontſop / Zetſel.** G. **Das dicke im harn / ſo ſich am Grund ſetzt.** Gall. *Hypoſtaſe.* A. Idem.

Hypothenar, eſt ſpatium à digito, qui dicitur Index, usque ad digitum minimum. Item unus ex muſculis pollicem adducentibus, ex ὑπὸ ſub & θέναρ vola. B. **Onder-palm / Onderpalm-ſpier.** G. **Der unter mauß des daumes.**

Hypothesis, eſt rei ſuppoſitio, ab ὑποτίθημι ſuppono. B. **Onderſtelling / eene voor vaſt ſtelling.** G. **Eine Grund-ſatz / oder inhalt.** Gall. *Suppoſition*, *Hypotheſe.* A. Suppoſition.

Hypozoma, eſt membrana interſepiens, ut Mediaſtinum in thorace, ab ὑποζώννυμι ſuccingo.

Hypsiloides, idem quod *Hyoides.*

Hyssopus, Eſt planta, quæ plures habet caules pedem unum vel ſeſquipedem altos, duros, nodoſos, ramoſos, a parte ſuperiore usque ad inferiorem folia anguſta & ob-

longa habentes, Saturejæ parum latiora: flos monopetalus, labiatus, cujus labium superius surrectum est, subrotundum, bifidum; inferius vero in tres partes divisum, media cochlearis instar excavata, bicuspide, & quodammodo alata: ex calice surgit pistillum posticæ floris parti adinstar clavi infixum, ac quatuor veluti stipatum embryonibus, qui abeunt in totidem semina oblonga in capsula, quæ floris calix fuit, recondita: radix digitum crassa, dura, lignosa: tota planta habet odorem penetrantem, gratum, & aromaticum, uti & saporem paulo acrem: & ad incidendam expurgandamque pulmonum pituitam efficax habetur. dicitur quasi ὑόμβρον τὸ ἐστι χεόμβρον ἐπὶ τῶν ὤπα, quod super oculos effundatur, ἀπὸ τοῦ ὕω, ὕσω, quod significat perfundo, & ὤψ facies, aspectus, vultus. Hanc nominis si sequamur derivationem, Hysopos scribemus per simplex S. Malunt alii Hyssopum dictam quasi ὑόμβρον ἐπὶ τῆς ὀπῆς quod vocem raucam, pulmonesque unice juvet, alii deducunt a voce Hebraïca Ezob, quæ significat plantam boni odoris, vel sacram, vel destinatam ad repurganda loca sacra, ut in Psalmis dicitur, *repurga me Hyssopo*, sed quænam planta Hyssopus veterum fuit, ignoratur, id certum videtur, quod planta valde humilis esse debuit, cum dicitur, quod Salomon a Cedro ad Hyssopum plantas descripserit; quidquid sit, hæc vox jam huic herbæ tribuitur. B. Hysop / ysop. G. Isop. Gall. *Hyssope.* A. Hyssop.

Hystera, idem quod *Uterus.*

Hysteralgia, est uteri dolor, ab inflammatione vel aliunde excitatus, ab ὑστέρα uterus, & ἀλγέω doleo. B. Moeder-pyn. G. Mutter-pein. Gall. *Douleur de la matrice.* A. Pain of the Womb.

Hysterica Passio, dicitur & *Suffocatio hypochondriaca*, *uterina*, *uteri ascensus* &c. est motus convulsivus, qui in ventre incipiens, sensim sursum repit, in quo respiratio valde læsa & imminuta est, cum sensu ac si fauces nodo stringerentur, vel bolus ab inferioribus in eas insurgeret, hisce accedit Anxietas, & quasi animi deliquium, sæpe cum lapsu corporis in terram, absque tamen convulsivis motibus artuum, nisi Epilepsia quoque adfuerit. Jam viri perinde ac fæminæ hoc morbo, sed hæ frequenter, illi rarissimè laborant: hæ de murmure ventris, de globo ascendente & in latere subsistente, aut in fauces evolante conqueruntur. Porro Paroxysmus gravior est vel levior, non-

nonnunquam habet periodos ſuas; cum ſolvitur paroxyſmus, laſſitudo, pallor aut æſtus in facie cum rubore genarum, capitis, artuumque dolor, languor virium, cordis palpitatio, pigritia, ructus, ſuſpiria, anhelatio, ciborum faſtidium, nauſea &c. accidere ſolent. In paroxyſmo ſæpe vociferantur, aut, ranarum inſtar coaxant vel rident, vel lachrymantur. Denique paroxyſmum antecedunt Oſcitatio, Pandiculatio, Imbecillitas, Triſtitia, Terror, Ira, Amor, Odor rerum ſuavium, à quibus momento citius ſæpe excitatur hoc malum, uti à fætidis lenitur. Dulcia etiam ore recepta movent hanc paſſionem, ſed in iis, quæ obnoxiæ ſunt ei: At in Paroxyſmo etiam exteriora pallent, & frigent rubentibus genis, ita ut fuerint, quæ per dies aliquot, quaſi mortuæ, non habentes pulſum, non reſpirantes, non loquentes, non ſentientes, jacuerint. Aliæ fuerunt ſepultæ, & in ſepulchris excitatæ tandem in latus, vel aliam partem verſas fuiſſe compertum eſt; verum quæ ſic mortuæ videntur, genas tamen rubentes habere ſolent, ſed, ut diximus, rubor imprimis conſpicuus eſt, cum paroxyſmus finiri incipit, & ſuſpiria audiri, quibus plerumque terminatur: Tum vero per aliquot dies ſæpe remanet ſenſus ille conſtrictionis in faucibus, quæ aliquando difficilem deglutitionem una inducit, quæ autem per intervalla, & frequenter laborant, genas tumidas, rubras lividasque cum varicibus habent. Gr. Ὑστερικὴ πνὶξ. B. Opſtyginge van de Moeder / de moer / ſlikking der Lyf-moeder. G. Auffſteigen der Mutter / mutter kranckheit. Gall. *Vapeurs, Suffocation de la Matrice, affection hyſterique.* A. The ſuffocation vel the riſing of the Mother.

Hysterica, ſunt Medicamenta, uteri morbis adverſa, ab ὑστέρα uterus. B. Kruiden tegen de Moer. G. Mutter-kräuter / Artzney wieder die Mutter kranckheit. Gall. *Remede pour la Matrice.* A. Medicines againſt the diſeaſes of the womb.

Hysterocele, eſt uteri prolapſus, qui tamen rariſſimè fieri ſolet, ex ὑστέρα uterus, & κήλη tumor. B. Baarmoeders Uitzinking. G. Das herauſsfallen der Mutter. Gall. *Deſcente de la Matrice.*

Hysteromania, eſt nimia Veneris in fœminis appetentia, quæ plerumque ab acri humore, ad has partes confluente, excitatur.

Hysterotomia, vocatur etiam ſectio uteri anatomica,

ca, ex ὑτέρα uterus, & τέμνω feco. B. Een konstige ontleding van de Moeder. G. Zerlegung/ oder Zerschneidung der Mutter.

HYSTEROTOMIA, HYSTEROTOMOTOCIA, five SECTIO CÆSAREA, eft operatio Chirurgica, qua fœtus, qui per naturalem viam ex utero materno exire, nec ulla arte educi poteft, vivus vel mortuus, e ventre matris vivæ vel mortuæ, ad utrumque vel alterutrum fervandum, & ab imminenti mortis periculo liberandum, prudenter eximitur, quæ hoc modo peragitur; fub umbilico ad latera lineæ albæ fectio femilunaris inftituitur, cavitate fua lineam albam refpiciens, deinde fecundum fibrarum ductum, poft fectionem extracto fœtu, uteri vulnus à fe ipfo contrahitur, ita, ut fanguis vix majori copia, quam in ordinario partu, effluat, verum fi mater mortua fuerit, locum tibi aptiffimum eligito, ab ὑτέρα uterus, τέμνω feco, & τίκτω pario. B. Keyzerlyke snee / Moeder snee. G. Keyser-schnitt / Mutter-schnitt. Gall. *Section, ou Operation Cesariene, ou de la Matrice.* A. The imperial cutting or Cesarian birth.

I.

JACEA, Eft planta, quæ habet caulem ftriatum, fractu difficilem, lanuginofum: prima, quæ prodeunt folia, funt laciniata, præ virore nigricantia, lanugine cana refperfa, fed quæ caulibus adhærent, funt anguſta, firma, aliquantum dura, faporis non omnino ingrati, fubdulcis cum adftrictione: flores flofculofi, plurimis fcilicet flofculis conftantes multifidis, embryoni infidentibus, & calice fquammofo non aculeato comprehenfis: Embryo autem abit dein in femen fufcum pappis inftructum: radix fatis craffa, lignofa, faporis adftringentis & infipidi: juxta fepimenta agrorum, locis herbofis, negligentius cultis, reperitur, eft nomen diverfis plantis impofitum, fortè vox erit Italica, qui *Jaceam* & *Jacceam* appellant: minus confonum videtur oriri ab ἰάομαι medeor. G. Flockenblum. Gall. *Jacée.*

JACOBÆA, feu Herba S. Jacobi, fic vocatur, quod fit D. Jacobo dicata. Eft planta, quæ habet unum pluresve caules tres vel quatuor pedes altos, rotundos, rectos, duros, ftriatos, interdum fine lanugine, aliquando parum lanu-

lanuginosos, interdum rubros, vel coloris purpurascentis, ramosos, multa folia habentes sine ordine, vel alternatim disposita, oblonga, profunde incisa, coloris viridis obscuri, saporis aliquantulum adstringentis: flos radiatus, cujus discus ex plurimis scilicet flosculis, corona vero ex semiflosculis componitur, embryoni insidentibus, & calice tubiformi ac multiformi comprehensis: Embryones autem deinde abeunt in semina pappis instructa, thalamoque instructa: radix fibrosa, alba, terræ valde infixa & adhærens. B. S. Jacobs-kruid. G. S. Jacobs blum/ S. Jacobs kraut. Gall. *Jacobée, herbe ou Fleur de S. Jaques.* A. Ragwort.

Jalappa, radix est crassa, oblonga, rotunda, resinosa, pinguis & carnea, sapore acuto, incidente, nauseoso, odore nullo, scissa in taleolos ad nos ex Indiis Occidentalibus adfertur, exterius subnigricans, interius ruffescens, cum circulis, si bona sit, nigris seu resinosis: radix integra longa est, & ab infima parte obtusa: Planta habet caulem quatuor vel quinque pedes altum: folia Hederæ satis similia, sed minus crassa: flos monopetalus, infundibuliformis, plerumque leviter incisus, qui gemino calice donatur, altero a quo involvi, altero vero cui insidere solet, is autem deinde abit in fructum subrotundum semine fætum ejusdem formæ: est Convolvulus Mexicanus; vel mirabilis Peruviana dicitur, Majoribus fuit incognita. Vocatur etiam *Gialappa*, *Chelopa*, *Celopa*, *Jelapium*, vel *Gelapo.* Item *Mechoacanna nigra.* vocatur etiam *Mirabilis Peruviana* propter admirabilem florum in eadem stirpe varietatem, hinc Gallis dicitur *Merveille du Perou, ou Belle de nuit.* B. Nagtschoon. G. Nacht-schön. quia vesperi se aperit flos. A. Jalap. Purgans est validissimum, quod inprimis serosos humores evacuat, hinc in hydrope magnas vires habet. Venit ex India ad nos in taleolis.

Janitor, idem quod *Pylorus.*

Japonica Terra, vide *Catechu.* Gall. *Cachou, Terre de Japon.*

Jasminus, Est arbuscula, quæ habet multos ramos valde longos, tenues, nodosos, debiles, flexiles, virides, valde extensos, medulla alba fungosa repletos: folia sunt oblonga, acuta, bina costæ adhærentia in folium impar desinenti; unaquaque costa utplurimum septem foliis est instructa, aliquando quinque, pulchri viridis coloris: flos

ex

ex oblongo tubo in quinque lacinias totidem folia imitantes est expansus, coloris albi, odoris suavis, & valde grati, huic flori succedit plerumque bacca obrotunda, viridis, mollis, semina habens obrotunda & compressa: radix fibrosa. *Gelseminum* Italis, Arab. *Jesemin*, *Sambach*, vel *Zambach*. Jasininum, quasi violaceum, à violis, quas ἴα vocant. vel a Græca voce ἰασμὴ, quæ significat odorem medicinalem, quia hujus plantæ flos suavem odorem fundens in Medicina optimas habet vires; vel a voce Hebraica Samin, quæ Thus notat, quia hic flos in locis optimum relinquit odorem. B. Jasmyn / Jesemin. G. Viol reben / Jasmin-blumen. Gall. *Jasmin*. A. Jasmine, Shrub-trefoil, Jesemin.

JASPIS, est Lapis pretiosus, varii coloris, cærulei, viridis, gramatias, therebinthifusi, purpurei, crystallini, cadmiæ, qui creditur hæmorragias sistere amuleti instar appensus.

IATROCHYMICUS, est Medicus, qui Operationibus & Medicationibus Chymicis operam dat, ex ἰατρὸς Medicus & χυμικὸς Chymicus. B. Een Chymiste geneeßheeer. G. Ein Chymischer artz. Gall. *Medecin Chimiste*. A. A Chymical Physician.

IBERIS, est Nasturtii species, sic vocata, quod in Iberia luxuriosè succrescat. Vocatur etiam Καρδαμαντικὴ & Ἀγριοκάρδαμον, item *Lepidium*, *Hiberis*, *Nasturtium Agreste*, *Cardamantice* & *Agriocardamon*, Græcis appellata, quod radici odor insit Nasturtii: vel quod ejus folia partim Nasturtio aquatico, quod à Dioscoride *Sisymbrium* vocatur, partim etiam hortensi, quod *Cardamon* Græcis nominatur, similia sint; vel quod gustu Nasturtium referant. B. Peper-kruid. G. Bisem-kraut.

IBIGA, est Chamæpytis, idem quod *Abiga*, vide *Iva*.

IBISCUS, & HIBISCUS, est Althæa, nomen videtur fictum ex Malva & Viscum, quasi diceres Malvæ viscum, unde barbaris Pharmacopolis *Malvaviscum*, hinc forte descendit *Ibiscus* & *Hibiscus*, velut aliis placet *Ebiscus*, alii derivant ab ἴβις quod sit magna ejus vis, vide *Althæa*.

ICHOR, sæpe significat serum sanguinis, aliquando est humor acris oleosus & aquosus, ex ulceribus manans. B. Waterig bloet. G. Das Wasserechtig geblüt. Gall. *Serosité*, *Sanie*. A. Watery-bloud.

ICHO-

ICHOROIDES, est humiditas saniem referens, ex Ἰχὼρ sanies, & εἶδος forma. B. Water-bloedig. G. Wasser-blütig. Gall. *Sanieux.* A. Watery-bloud.

ICHTYOCOLLA, est gluten alicujus piscis, qui dicitur esse sine ossibus, vocatur *Huso*, unde. B. Huisen-blas/ sive Vischlym. G. Husen-blasen / Fischleim. Piscis magnus est, longitudine viginti quatuor pedum, pondere nonnunquam ad libras quadringentas accedens. In Danubio maximè ex Ponto venit. Gluten illud album est, ex illius corio, intestinis, ventriculo, pinnis & cauda confectum, & in spiras, quæ inodoræ sunt, & saporem glutinosum habent, coactum. Adhibetur inprimis ad vina clarificanda; dum enim in iis dissolvitur, secum rapit ad fundum partes crassiores, vina turbida reddentes. In Medicina rarius usurpatur, nisi quod decoctis & clysteribus contra diarrhœam & dysenteriam nonnunquam addatur. Arab. *Alcanna.* Gall. *Colle de Poisson.* A. Fisghlew, Ising-glass. Vocatur etiam *Alzanaban* vel *Alchanach*, sive *Alzanach.*

ICTERICA, sunt Medicamenta adversus Icterum.

ICTERUS, est morbus, in quo album oculi non tantum flavo colore tingitur, sed etiam tota cutis in flavedinem mutatur, ab obstructione ductus choledochi, vel glandularum hepaticarum, jecoris inflammatione, vel adiposæ, calculosæve materiæ, huc ex omento motæ, vel in vesicula fellis &c. hærentis, obstructione, aut scirrho, unde in sanguine bilis retinetur, ἀπὸ τῆ ἰκτίδος, id est *Viverræ*, quæ est ex genere mustelarum, quo venatores utuntur, cujus oculi ejusmodi colore tincti cernuntur. Sive ab Ictero ave, ejus coloris, quam Latini Galbulum vocant, quæ si spectetur, (inquit *Plinius*, Lib. XXX. cap. II.) sanari id malum, tradunt, & avem mori. Latinis *Regius Morbus* nominatur, quoniam, ut nonnullis placet, vita soluta curis sanari debet; malim ego ab auro, metallorum rege, denominationem statuere, sicut & *Aurigo*, ab auri colore: nominatur & *fellis suffusio*. *Celso* ita dictus, quod in aulis Regum molliter curetur, (ut *Sammonicus* ait) ludis, lasciviaque, per quæ mens exhilaretur. *Arcuatus* & *Arquatus morbus Celso*, à colore arcus cælestis æmulo. Veteres etiam mentionem faciunt de *Ictero nigro*, quem a Liene derivant, qui tamen communis vel flavi Icteri major tantum gradus esse videtur. B. De Geluw / Geelzucht/

De

de Geele. G. Die Gallen oder gelbsucht. Gall. *La Jaunisse.* B. The Jaundice.

ICTERUS ALBUS, idem quod *Chlorosis.*

IDÆA, vide *Victorialis.*

IDEA MORBI, est proprietas & essentia morbi, ab εἴδω video. B. Eigenschap der ziekte. G. Eigenschafft der kranckheit. Gall. *La Proprieté, ou l'Essence, ou la nature de la Maladie.* A. The Propriety and Essence of a Disease.

IDIOPATHIA, est morbus primarius, qui ab alio morbo non dependet, nec originem ducit, ab ἴδιος proprius, & πάθος affectus. B. Eigen-lydig. G. Eigenleidenliche Kranckheit. Gall. *Maladie qui provient du Temperament.* A. Idiopathie.

IDIOSYNCRASIS, est propria cuivis corpori constitutio, ut lædatur a quibusdam, quæ reliqui homines facile ferunt, ex ἴδιος proprius, σὺν cum, & κρᾶσις temperamentum. B. Eigen Gematigheit. G. Inwendige beschaffenheit. Gall. *Idiosyncrasie.* A. Idem.

JECORARIA VENA, idem quod *Basilica.*

JECUR, idem quod *Hepar.*

JECUR UTERINUM, vide *Placenta Uteri.*

JEJUNUM INTESTINUM, est secundum intestinorum tenuium, situm in regione umbilicali; incipiens ubi Duodenum definit, & finem habens, ubi valvulæ, sive rugæ, quas multas habet, obliterantur: sic appellatur, quia frequenter vacuum est; in eo papillæ glandulosæ chylum absorbent, venisque lacteis tradunt, vocatur à Varrone *Hilla.* Gr. Νῆστις. B. De Nuchtere / Ydele darm. G. Das läre gedärm. Gall *l'Intestin jejunum.* A. The empty gut, hungry gut.

JESEMINUM, idem quod *Jasminus.*

IGNIS ACTUALIS, est, qui primo contactu adurit, ut sunt ignis ipse & cauteria ferrea, sic *Actuali* igne calcinantur animalium partes, ut ossa, cornua &c. ad albedinem; seu ad particularum oleosarum & salinarum exhalationem: quod alias *Combustio* dicitur, sicque Saturnus in *Minium*, limatura ferri in *Crocum Astringentem*, ut nimirum flamma undiquaque materiam lambat, calcinatur, quod & *Reverberare* dicitur. Si autem corpori viventi applicetur, solida inde destruuntur, & humores concrescunt. B. Dadelyk vuur. G. Abbrennende Feur. Gall. *Le feu actuel.* A. Real, or actual fire.

IGNIS

IGNIS CIRCULATORIUS, eſt tepor, vel talis caloris gradus, quem digiti facile ferunt.

IGNIS PERSICUS, idem quod *Gangræna*, ſumitur etiam pro *Carbunculo*, ſeu *Anthrace*.

IGNIS POTENTIALIS, eſt Medicamentum, quod, poſtquam aliquandiu parti ſuperimpoſitum fuerit, vires ſuas exerit, eundemque effectum ac ignis actualis præſtat: Ut ruptorium cæteraque exedentia: ſic potentiali igne ſolvuntur metalla, lapides, &c. ope ſpiritus acidi nitri, vitrioli, &c. B. **Vermogelyk vuur / een gatbrandent Medicament.** G. **Gelind Feur.** Gall. *Le feu potentiel.* A. Potential fire.

IGNIS REVERBERII, *Rotæ*, eſt quando in fornace vivâ flamma in modum rotæ vas deſtillatorium ambit, eſtque maximus ignis gradus, dum undique a parietibus fornacis determinantibus reflexus in vas medium agit. B. **Reverbereer vuur / wederom ſtuitend vuur.** G. **Reverberier feur / ſehr ſtarck feur.** Gall. *Feu de Reverbere.* A. Reverbering fire.

IGNIS SACER, idem quod *Eryſipelas*: quidam tamen pro *Herpete* ſumunt.

IGNIS SILVESTRIS, idem quod *Phlyctæna*.

IGNIS SUPPRESSIONIS, eſt, quando retorta in arenâ collocata ſit, & infra & ſupra arenam, ignis fortiſſimus, adhibeatur, uti fit in Cinnabari Antimonii &c. conficienda.

IGNITIO, eſt calcinatio per ignem facta. B. **Kalkmaking.** G. **Kalckbrennung.** Gall. *Calcination de chaux.* A. Calcination by fire. Frequentius tamen nihil aliud denotat quam candefactio, qualis in metallis, v. g. Ferro, ante fuſionem obtinet.

ILE, eſt cavitas à thorace ad coxæ oſſa; in animalibus omnibus, homine & ove excepto, inteſtina omnia *Ile* appellari annotat *Plinius*, ab εἰλέω circumvolvo. B. **Ingewands hol.** G. **Die Höle der gedärme.** Gall. *Cavité pour les boyaux*. A. Cavity for the guth.

ILEUM MORBUS, vide *Iliaca paſſio*.

ILEX, Eſt arbor glandifera, Quercui ſatis ſimilis, Pomi vel Pyri magnitudine, ejus cortex eſt fuſcus, lignum eſt durum & compactum; rami lanugine alba repleti: folia ſunt oblonga, in margine inciſa, ſuperius ſemper virentia, inferius albeſcentia & lanuginoſa, ſaporis adſtringentis; flos amentaceus, conſtans multis ſtaminibus ortis ex calice infundibuliformi: fructus Quercus: hæc arbor

crescit in sylvis, præsertim in regionibus calidis: quidam derivare volunt a voce Hebraica Elon, quercus, quia species est quercus. Gr. πρῖνος, quia arbor serrâ propter duritiem sit secanda, à πρίω vel πρίζω serra seco. B. Scharlaken-besien-boom / Karmosyn-boom. G. Scharlach-beerbaum / Steineiche. Gall. *Yeuse*, *Eouse*, *Chêne vert*. A. The Scarlet oak.

Ilia, partes dicuntur laterales inanes & molles ipsius abdominis, inter costas breves & pubem: *Celso* Λαγῶν, Κενεῶν, Λαπάρη. B. De Zyden des onder buiks / het week van de buik. G. Die weiche gegen dem bauch / die sich im athmen auf und nider lässet. Gall. *Les Flancs*. A. The Flank. Aliis sunt loca illa, quæ ossi Ileo vicina sunt, initium sumentia à partibus mollibus, seque ad inguina extendentia.

Iliaca Passio, sive Dolor Iliacus, Miserere Mei, Volvulus, Tormentum, & Chordapsus, est dolor in intestino Ileo cum pertinaci alvi suppressione & horrendo vomitu, quo primum humores, deinde alvi fæces fætentes excernuntur, cum insigni anxietate, & periculo mortis tanto, ut rarissimè ægri evadant. Solet hæc passio Herniæ non restitutæ sæpe supervenire. Gr. εἰλεός, quasi *versus* seu *circumvolutus*, vel χόρδαψος a χορδεύω, *implico* vel *irretio*. B. De kronkel / darmkrinkel / darmbraken / ontfermt u myner / lank-euvel. G. Darm-gicht / grimmen / das miserere mei. Gall. *Le Miserere*, *ou Passion Iliaque*. A. The Iliack paine in the guts.

Iliaca Vasa, est bifurcatio illa truncorum descendentium arteriæ magnæ, & venæ cavæ, in abdomine intra pelvis regionem. B. Scheidinge der vaten des onderbuiks. G. Die blut gefässe im unter bauch. Gall. *Vaisseaux Iliaques*. A. The Iliack Vessels.

Iliacus Musculus, est unus ex iis, qui femur flectunt, inseritur tendine, qui Psoas musculi tendini connascitur, oritur à tota cavitate interna ossis Ilii tenui carnosoque initio. B. Darmbeens spier. G. Der Darmbeins mauß. Gall. *Muscle Iliaque*. A. The Iliack muscle.

Ilingus, vide *Scotomia*, ab εἰλιγγιάω circumvolvo.

Ilium, est intestinum tertium tenuium: oritur ubi Jejunum desinit, sed frequentioribus gyris decurrit inprimis per hypogastricam regionem, & finem ad Cæcum assequitur. Longitudine unam & viginti palmas æquat, ab εἰλέω circum-

cum-

Circumvolvo. B. De omgebogen darm. G. Der lange darm. Gall. *Le long boyau, intestin Ileum.* A. The winding, or turning gut. Iliack gut.

Ilium Os, est pars ossis Innominati: sic dicitur, quod intestinum Ilium continet. Circumferentia ejus circularis est, pars superior latissima, exterius convexa, utrimque connectitur ossi sacro. Superior pars spina, interior costa, & exterior dorsum appellatur. Amplius est mulieribus, propter partum, quam viris. B. Darmbeen/ Heupbeen. G. Das Darm oder Hüftbein. Gall. *l'Os des Iles.* A. The Iliak bone.

Illecebra, *Hellecebra, Sempervivum minus acre,* per antiphrasin sic videtur appellari, quod minimè propter acrimoniam illiciat. B. Muur-peper. G. Maur pfeffer. Gall. *Pain d'Oiseau.* A. Stone-krup, Stone-hore, Wall-pepper.

Illinctus, vide *Eclegma.*

Imaginatio, vide *Phantasia.*

Imbecillitas, est illa conditio corporis humani, qua ejus musculi laxi, ob sanguinis vel spirituum animalium deficientium influxum imminutum in illorum fibras carneas nervosasque, ossa annexa non satis pro voluntate animæ movere possunt, vel cito defatigantur; est hæc imbecillitas generalis; Verum particularis est, quando quæcunque pars solida cohærens ex variis particulis sibi appositis composita, eas tam parva cohæsione annexas habet, ut minimæ vi ab actionibus in sanitate agendis requisitæ vel nimis cedant, vel in unione dissolvantur. B. Swakheid. G. Schwachheit. Gall. *Foiblesse, Debilité.* A. Weakness, Feebleness.

Immersio, est, quando metalla, vel mineralia rei alicui corrodenti immerguntur, ut tandem in calcem redigantur. Item lotionis species est, quando simplicia aquæ immerguntur, ut corticem duriorem vel inutilem, aut qualitatem nocivam deponant. Sic calx, cerussa, tutia igne candida &c. aquæ injiciuntur, ut à nimiâ acrimoniâ liberentur. Estque sicca, vel humida. B. Indompelinge. G. Das eintuncken. Gall. *Immersion.* A. Ducking, Dipping.

Immersus Musculus, idem quod *Infrascapularis.*

Immutantia, Medicamenta sunt, quæ ipsas figuras particularum singularum, fluidum constituentium, vel in flui-

do natantium, & figuris acutis lædentium, non per appositionem, sed propriæ superficiei immutationem, ita in natura sua mutare valent, ut inertes vel obtusiores fiant.

IMPASTATIO, est quando materia ad pastam excipienda cum excipiente quodam commiscetur & pinsatur, ut fiat instar massæ.

IMPATIENS HERBA, sive NOLI ME TANGERE, sive BALSAMINA LUTEA, sic appellatur, quod non patitur attingi, quin ejus seminales folliculi crepaturam patiantur, hinc tangi nolit. Eadem crepatura observatur circa folliculos Balsaminæ fœminæ, & Cucumeris asinini. B. **Kruidje roert my niet.** G. **Spring kraut.** Gall. *Espece de Balsamine.* A. Leaping Mercury.

IMPERATORIA, seu OSTRUTIUM, Est planta, quæ habet folia magna, lobata, impari extremum claudente, dura, rigida, in tres partes divisa, dentata, quænam leviter, alia profunde incisa, ex his nascuntur caules, duos circiter pedes alti, in alas divisi, & in summitate gerentes flores quinque folia habentes, & in umbellas crescentes: calix florum abit in duo semina plana, fere ovata, leviter striata & marginata, involucrum plerumque deponentia, excandida & plana: radix oblonga, geniculata, crassa, extrinsecus fusca, intus albicans cum folliculis, liquore flavo plenis, saporis acris, paulo amari, totum os calefacientis: fortè ab imperando dicitur, quod cæteris plantis imperat, vel propter vim penetrantem, qua plurimis morbis medetur, hinc fortasse *Magistrantia* quoque appellatur, vel ut C. Hofmanno placet, Magisastrantia, id est Astrantia validior. B. **Meester-wortel.** G. **Meister-wurtz / Magistrantz / Ostritz.** Gall. *Imperatoire, ou Austruche, Benjoin François.* A. Master-wort.

IMPERFECTA CRISIS, vide *Crisis.*

IMPERIALIS CORONA, est planta bulbosa, cujus flores coronæ in modum caulis summum cingunt. B. **Keizers-kroon.** G. **Käisers-kron.** Gall. *Couronne Imperiale.* A. The Imperial Crown.

IMPETIGO CELSI, idem quod *Lepra Græcorum*, quatuor species proponit *Celsus.* Minime mala est, *inquit*, quæ similitudine scabiem repræsentat, nam & rubet & durior est, & exulcerata & roditur. Distat autem ea, quia magis exulcerata est, & varis similes pustulas habet: videnturque esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito

ISto tempore squammulæ solvuntur, certioribusque hoc temporibus revertitur. Alterum genus pejus est, & simile papulæ ferè, sed asperius, rubicundiusque, figuras varias habens. Squammulæ ex summa cute decidunt, rosio major est, celerius & latius procedit, certioribusque etiam, quam prior, temporibus & fit, & desinit, *Rubra* nominatur. Tertia, etiamnum deterior est: nam & crassior est & durior, & magis tumet, in summa cute finditur, & vehementius rodit. Ipsa quoque squammosa, sed nigra est, proceditque, & latet & tardat: minus vero errat in temporibus, quibus aut oritur, aut desinit, neque ex toto tollitur, *Nigræ* cognomen est. Quartum genus est, quod curationem omnino non recipit, distans colore: nam subalbidum est, & recenti cicatrici simile, squammulasque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulæ similes: quibus demptis, nonnunquam profluit sanguis. Alioqui vero humor ejus albidus est, cutis dura atque fissa est, proceditque latius. Hæc vero omnia maximè genera oriuntur in pedibus & manibus, atque ungues quoque infestant. Idem Impetigo quibusdam sonat ac Lichen. B. Ring-worm / vuurige Schurftheid. G. Zittermahl / böse flechende Raud. Lusit. *Empige*. Gall. *Tigne*. A. Ring-worm or Fetter. Vide *Lepra Græcorum*.

Impetigo *Plinii*, idem quod *Lichen Græcorum*. Gall. *Dartre*.

Impotentia, in genere quemcunque defectum virium significat; plerumque autem Medicis ita dicitur inhabilitas virilis ad inprægnandam fœminam. B. Onmacht. G. Ohnmächtigkeit.

Imprægnatio, est species imbibitionis, quando res aliis rebus implentur; verbi gratia, si tartarus viribus emeticis ab antimonio imprægnatur: vel quando sal alcali ab acido liquore saturatur. B. Bevogtiging G. Das befeuchten. sed *Imprægnatio* propriè sumitur, pro conceptu post coïtum. B. Beswangering. G. Das schwängern.

Inappetentia, est, quando cibus propter fermentum in ventriculo diminutum, vel tardiorem chyli consumptionem, vel motum respirationis debilem &c. non appetitur. B. Slappe etens-lust. G. Eckel zu essen. Gall. *Degout*. A. Loathing.

Inauratio, est, quando Pilulæ auro foliato obducuntur. Cum nempe Pilulæ in capsula clauduntur, & una

una cum foliis auri circumagitantur. B. Vergulding. G. Das Vergulden. Gall. *Dorer*. A. To gild Pils.

Incarnantia, & Incarnativa, sunt Medicamenta carnem generantia. Idem quod *Sarcotica*.

Inceratio, est mistio humoris cum re sicca, per combibitionem lentam ad consistentiam ceræ remollitæ. Gr. Ἐγκήρωσις.

Incidentia, idem quod *Attenuantia*.

Incineratio, est ignitio, qua corpora vegetabilium & animalium in cineres igne violentiore rediguntur, nonnulla etiam in sole ope vitri ustorii ad albedinem calcinantur, sive incinerantur, ut Antimonium, Vitriolum, &c. B. Aschmaking. G. Zu Aschen machung. Gall. *Incineration*. A. Idem.

Incisio, fit vario modo, recta, crucialis, triangularis &c. Vide *Encope*.

Incisores Dentes, idem quod *Primores dentes*.

Incisorii, idem quod *Primores*.

Incisorium, est scalpellum Chirurgicum, quo aliquid præscinditur; nempe si vulnera sint dilatanda &c. B. Een Snymes / Incisi-mes. G. Ein Schneidmesser. Gall. *Bistouri*. A. Cuting knife.

Inclinatio, ab *Inclinare*, est, quando liquor tenuis à crassa subsidentia sensim effunditur; ut succi per subsidentiam clari, aut aqua post edulcorationes: Vel si ad humores corporis humani applicetur, nisum eorum versus certam quandam partem denotat.

Incontinentia, Medicis significat talem in quibusdam organis defectum, ut talia, quæ non nisi volentes excernimus, retinere nequeant.

Incorporatio, est commistio, qua statim humida cum siccis in unum corpus per formam massæ contemperantur, itaque hic non fit lenta nutritio, sed tantum humoris statim additur, quantum ad corporis misti consistentiam requiritur, ut fiat veluti pasta, unde & *Impastatio* nominari potest, in nonnullis *Subactio*. Incorporatæ autem res in calore digestorio relinquuntur, ut mutua actione, & passione crasin communem nanciscantur. B. Upsmakinge / Inlyving. G. Das Zusammen backen / vermischung das Einverleiben. Gall. *Incorporation*. A. Idem.

Incrassantia, sive Ecpuctica, sunt Medicamenta, quæ crassis ramosisque partibus prædita, se succis tenuiori-

nuioribus & liquidioribus nectendo, per vasa corporis fluentibus, consistentiam crassiorem & stabiliorem ipsis conciliant. B. Dikmakende Medicamenten. G. Dickmachende artzneyen.

INCUBUS, INCUBO, & ASTHMA NOCTURNUM, Gr. Ἐφιάλτης ab Ἐφιάλλομαι insilio, familiare est infantibus & Melancholicis malum, qui hoc affectu correpti in insomniis, cum supini decumbunt, falsò sibi imaginantur aliquem ventri aut pectori incumbere, ita ut compressi spirare, loqui vel clamare se non posse putent, quæ omnia corpore erecto vel in latus converso brevi quidem evanescunt; postquam vero expergiscantur, anxii sunt, turbati, facie rubentes & calentes, & palpitationibus obnoxii. Porro in suspiria, in vigilias, & miras sæpe imaginationes de diabolo, de hostibus, de spiritu, ad coitum sollicitante, & cæteris incidunt: re autem bene perpensa, apparet hoc malum leve esse, & quæ in somno contingunt, suffocationem Hypochondriacam æmulari, dum plerumque a spasmo musculorum abdominalium originem trahit: his enim rigidis respiratio non nisi laboriose & cum sensu ponderis incumbentis fieri potest, dicitur & *Suppressio nocturna*. B. Nacht-merry / Mare / Nacht-drukking. G. Der Alp / Mare / Das Nachtmänlein / Schrettelein. Gall. *Cochemare*; *Incube*. A. The Night-mare.

INCURVATIO, idem quod *Cyrtoma*.

INCUS, est unum ex officulis in aure interna contentis. Molarem dentem refert & malleum instar incudis recipit: dividitur in tres partes, nempe in corpus, & in duo crura, quæ ab auctoribus etiam vocantur, rami, apophyses, processus: pars anterior & superior corporis lati, crassi, solidi, plani, mobilis, committitur parti posteriori & laterali capituli mallei, binis tuberculis unoque intermedio cavo præditi, suis duabus cavitatibus cum protuberantia intermedia, articulatione ginglimi, firmata interventu parvorum accretorum nectentiumque ligamentulorum: corpus hoc fere totum in eodem sulco, in parte superiori, anteriori, media, tympani excavato, unà cum mallei capite collocatur; processuum unus, scilicet brevior, latior, crassior, ad ostium sinus mastoidei, ibidem in parte superiori tympani ope ligamenti suspensorii tenuis & brevis versus posteriora libere suspenditur, & firmatur, servata interim mobilitate, & puncto connexionis pro hypomochlio

inserviente; alter vero processus longior, tenuior, ad finem introrsum incurvus, sic rostrum quasi formans, extremum apicem, ut examinanti accurate constat, paulo convexum habens, parallelo sed altiori situ cum mallei manubrio membranæ tympani applicato perpendiculariter deorsum in tympani cavum descendens, ad inferiora excurrit, interim tympani membranam non tangit, sed ab eadem, notabili intermedio relicto interstitio, satis remotus, parte suâ extremâ, convexâ, incurvatâ, introrsum versus posteriora spectat, cui denique docente primo *Fr. de le Boe Silvio* accrescit latere suo anteriori parumper concavo, ossiculum orbiculare exiguum admodum, dimidiatum gradum Milii vix æquans, hinc omnium auditus ossiculorum minimum, ossiculi stapedis ligamento innexum, hinc minime observabile, a *Fontano* squammosum, a *Lindano* cochleare, vulgo orbiculare, & quartum ossiculum *Silvii* appellatum, ab inventore: si situs spectatur, re verâ est in ordine tertium, cæterum vix ullam habet crassitiem, figuram ovalem, depressam, latus posterius paulò convexum; a *Perrault* perperam pro distracto apophysios longioris incudis convexo apice habitum; hujusque ossiculi ope articulatur incus cum stapede. B. **Het Aambeelt-been.** G. **Das Amboß/ Ohren beinlein.** Gall. *l'Enclume.* A. Anvile.

Index, *Indicator, Salutaris & Demonstratorius digitus.* G. sæpe dicitur Λειχανὸς à lingendo, est digitus pollici proximus, sic dictus, quia hoc digito aliquid demonstratur, ideoque Δεικτικὸς à Δείκνυμι Gr. appellatus. Olim de diebus futuram crisin pronuntiantibus velut indicantibus dicebatur Δάκτυλος. B. **De Wys-vinger / voorste vinger.** G. **Der Zeigfinger.** Gall. *Lee second Doigt, le Doigt Indice.* A. The Fore-finger.

Indicans, nihil aliud est, quam quoddam in corpore secundum, aut contra sanitatem observatum & designatum, cujus gratiâ aliquid fieri dicitur, quod ei conferre debeat. B. **Het aanwyzende van het gene 'er moet gedaan worden.** G. **Anzeigung.** Gall. *Indication.* A. Idem.

Indicantes Dies, sunt, qui crisin certis diebus futuram indicant; qui propterea indicantes & contemplabiles dicuntur, & sunt cujusque septenarii medii quaterni, ut dies quartus, undecimus, decimus septimus, vigesimus quartus. Sed illa enumeratio apud nostrates non tanti usus est, dum vel medicamentis morbus a suo naturali

cursu

cursu deflectitur, & clymatum varietas magna est ab iis, quæ in Græcia: a nonnullis, quamvis temere, jam ex facultate medica explosa. B. Aanwyss-dagen. G. Tagen/ die was anzeigen. Gall. *Jours indicants*. A. Days indicant.

Indicatio, Gr. Ἔνδειξις. B. Inzicht. G. Anzeigung. Gall. *Indication.* id est, quod demonstrat quid in morbis sit faciendum: estque quadruplex; *Præservatoria*. B. Verhoedende. G. Verwahrende. quæ sanitatem à morbis præservat. *Curativa* B. Geneezende. G. Heilende. quæ morbum jam inductum expellit. *Vitalis*. B. Versterkende. G. Stärckend. quæ vires & victus rationem respicit. *Et Palliativa*. B. Verzagtende G. Lindernende. quæ Symptomata mitigat, quando nimis vehementia sunt, ut ad finem usque morbi tolerari queant. Scopi, à quibus indicationes sumuntur, trito hoc disticho comprehendi solent:

Ars, Ætas, Regio, Complexio, Virtus,
Mos, & Symptoma, Repletio, Tempus & Usus.

Indicator, est unus ex musculis, digitum indicem extendentibus. Qui ortus a facie exteriori & media Radii, implantatur secundo articulo digiti. B. De Gebieder. G. Aufspanner. Gall *Le Muscle extenseur propre de l'Index.*

Indicatum, est illud ipsum juvans, sive id, quod indicanti congruit, aut consequens agendum, sanitatis restaurandæ gratia.

Indices Dies, vide *Critici Dies.*

Indignatorius Musculus, est musculus oculum abducens, unus ex quatuor rectis, oculo insertus ad latus circa parvum angulum. B. De verontwaardigende spier. G. Der abführende augen mauß. Gall. *Muscle Abducteur ou Droit externe*. A. The discontent brawn.

Indurantia, vide *Sclerotica*

Indusium, idem quod *Amnios*.

Inedia, est abstinentia à cibis, vel totalis, vel partialis, sic ut minus solito comedamus. B. Onthoudinge van spyze. G. Mangel an nahrung/ oder an speiß und tranck/ hunger. Gall. *Abstinence de manger*, *Diete*. A. Abstaining from meat.

Inertia, vocatur talis fibrarum nostri corporis status, in quo tensæ vix aut non ad requisitum in sanitate tonum redeunt.

INFANS, vocabulum hoc latam quidem habet significationem; in Medicina vero plerumque sumitur de recens natis usque ad illud tempus, donec incipiant sermone uti. B. Kind. G. Klein kind.

INFIMUS VENTER, vide *Abdomen.*

INFLAMMATIO, vide *Phlegmone.*

INFLATIO, est partis alicujus à flatibus distensio, quæ vestigium digiti prementis non retinet Gr. Ἐμφύσημα & Ἐμπνευμάτωσις. B. Opblazinge. G. Auffblähung. Gall. *Enflure*, *Boursoûflure*. A. A Puffing upp.

INFRASCAPULARIS MUSCULUS, sive SUBSCAPULARIS & IMMERSUS dicitur, à scapulæ inferiore latere, carnosus latusque defertur, atque in ligamento tertio humeri finem suum assequitur, sed tendine cæteris latiore. B. Onderschouderblads spier. G. Der unterschulterbeins mauß. Gall. *Muscle sous-scapulaire.*

INFRASPINATUS MUSCULUS, sive SUPRASCAPULARIS SECUNDUS, sub spina scapulæ ex tota superficie externa profectus, cum suprascapulari secundo carnosus & crassus, brevi latoque tendine in humeri ligamentum, quod numero quartum constituunt, excurrit. B. Ondergraat-spier / Bovenschouderblads spier. G. Der Oberschulterbeins mauß. Gall. *Muscle sous-Epineux.* A. Idem.

INFUNDIBULUM, seu ENCHYTA, vulgo *Tritorium*, est vas transmittens in summitate latum, quod paulatim in fistulam cuspidatam definit: ex metallo fabricatur vel ex vitro. Gr. Χοανή. B. Een Tregter / Tremelle. G. Ein Trichter. Gall. *Un Entonnoir.* A. A Tunnel, Funnel.

INFUNDIBULUM CEREBRI, Πύελος, Ληνὸς *Herophilo.* Idem quod *Choana.*

INFUNDIBULUM RENUM, est pelvis, qua ex renibus, ad ureteres & vesicam urina transit. B. Bekken. G. Nieren becke. Gall. *Bassin.* A. Basin.

INFUSIO, est extractio virium ex ipsis Medicamentis, per liquorem convenientem facta, cum vel absque igne, quæ si purgans fuerit, unica vice absorberi potest, cui propriè nomen competit. Sumitur etiam pro cunctis medicamentis, quæ per certum tempus infunduntur, quæque foris applicantur. Gr. Ἀποβρεγμα. Dicitur & *Maceratio* vel *Dilutum.* B. Een afweeksel. G. Das Einweichen / ein Tranck. Gall. *Infusion.* A. Idem.

INFUSUM, idem quod *Infusio.*

IN-

Ingesta, in genere vocantur, quæ in corpus ingeruntur, in specie vero alimenta, tam solida quam fluida.

Ingredientia, dicuntur varia simplicia, quæ unicum compositum constituunt.

Inguen, Gr. Βουβών, dicitur ille locus à flexu femoris ad utrumque latus pudendorum. B. De liessen / hcuven / ergentisse. G. Das Untertheil des leibes / wo die Hodendrusen seyn / der Schmerbauch / die schaam am leib. Gall. *l'Aine*. A. The groine.

Inguinalis, vide *Aster*.

Injectio, in genere notat liquidi medicamenti ope siphonis in vulnus, vel ulcus, vel aperturam quamcunque, infusionem. Anatomicis ita dicitur repletio vasorum cum cera, aliave materia, ut eorum ramificationes subtiliores visui pateant. B. Een Inspupting. G. Einspritzung. Gall. *Injection*.

Injectio Intestinalis, idem quod *Clyster*.

Inium, est initium medullæ oblongatæ, quod juxta aliquos est sensorium commune, quasi sensationes sive species ab organis externis exceptæ, ibi per nervos deferantur, ab ἲς fibra, eo quod fibræ nervosæ ibi loci tanquam in camera, & loco communi terminantur. B. Het begin van het lange merg. G. Der anfang des Marcks im Ruckgrad. Gall. *Le Commencement de la Mouelle allongée* A. The beginning of the oblongate marrouw.

Innominata Glandula Oculi, vide *Caruncula Oculi*.

Innominata Ossicula, vide *Cuneiformia*.

Innominata Tunica Oculi, est tendinum à musculis, oculos moventibus, subtilis quædam expansio, ad corneæ membranæ circumferentiam usque producta, vide *Adnata Tunica*. B. De ongenoemde oog-rok. G. Das ungenennete augen häutlein. Gall. *Tunique tendineuse, ou Albuginée de l'Oeil*. A. Tunicle Innominate of the eye.

Innominatum Os, aliis *Os Coxæ*, vel *Ilium*, ad latera ossis sacri est, constans ex tribus ossibus, *Ilio*, osse *Pubis* & *Ischio*, quæ interventu cartilaginis junguntur quasi in medio insignis illius cavitatis, quæ *Acetabulum* dicitur, & ad pubertatem usque ibidem distincta videri possunt, postea vero concrescunt, & in unum os abeunt. In mulieribus tenuiora sunt, & magis a se invicem distant, quam in viris, ut cavitatem pelvis, quam simul cum osse sacro

facro componunt, majorem efficiant, pro commodiori fœtus geſtatione. B. **Het ongenoemde been.** G. **Das ungenennte Bein.** Gall. *l'Os innominé.* A. The innominate bone.

INNOMINATUS HUMOR, ſive inſitus, eſt humor, ſecundarius à Veteribus dictus, ex quo corpus nutriri putabant. Erant enim iſti humores nutritii quatuor: *Innominatus*, *Ros*, *Gluten*, *Cambium*. B. **De ongenoemde vocht.** G. **Die Ungenennte feuchte.** Gall. *Humeur innominée.* A. The Innominate liquor.

INOCULATIO VARIOLARUM, vide, *Variolæ*.

INOSCULATIO vide ANASTOMOSIS.

INQUIETUDO, eſt ea conditio corporis humani, qua ſeſe hinc inde movent ægri de latere in latus, brachia attollentes, pedes & femora ad nates trahentes, modo in ventrem, modo ſupini decumbentes, jam ſedentes in lecto, jam ſurgentes, ob teneritudinem, inflammationis initium, dolorem in muſculis lumborum, cervicis, & artuum orta. Hæc vero Inquietudo evenit vel initio febrium, vel etiam toto tempore, quo febris urget; eſt quoque ordinarium in ea febre ſymptoma, quam malignam, ſive peſtem vocant. Dolores etiam graves ad ſe trahunt Inquietudinem: imprimis vero Cardialgia, Colica & Nephritis. Porro cum delirio ſæpe eſt inquietudo, ſed nusquam magis, quam ubi Mors in propatulo eſt, atque ægri ſenſim moriuntur, viribus adhucdum aliquando ſuperſtitibus. Gr. Ταραχή. B. **Woelentheid.** G. **Unruh.** Gall. *Inquietude.* A. Unquietnes.

INSANIA ſive AMENTIA, eſt imaginationis & judicii depravatio, ſumitur etiam pro *Mania*, vide ſuo loco. Gr. Παραφροσύνη. B. **Gekheid/ Dolheid/ Onzinnigheid.** G. **Unſinnigkeit/ dollheit/ taubſucht.** Gall. *Folie*, *Phrenesie*.

INSECTA, vocantur animalcula parva, ſanguine carentia, ideo notanda, quia corpori noſtro viventi ſæpe infeſta ſunt.

INSERTIO, in Anatomicis denotat Tendinis Muſculi loco alicui infixionem, in quo finem habet. B. **Inplanting.** G. **Das hineinthun.** Gall. *Inſertion.*

INSESSUS, ſeu ENCATHISMA, eſt balneum ventri, inferioribusque partibus dicatum, cui æger ad umbilicum usque inſidet. Habentque tales inſeſſus uſus varios, qui nonnunquam ad dolorem ſedandum, interdum ad emolliendum, vel flatus diſcutiendos, & non raro ad menſes

cien-

ciendos, parantur. Vide *Balanæum*. B. Een Bad / daar men in zit. G. Ein Bad / da man in sitzt bis an den Nabel. Gall. *Bain*. A. A Bath.

INSOLATIO, est, quando res fermentandæ, aut macerandæ solis calori exponuntur: vel quando quis detecto capite in sole æstivo moratur, estque illa, quæ recensetur inter causas Phrenitidis.

INSOMNIUM, est sensuum internorum & interdum musculorum voluntariorum agitatio in dormientibus cum, vel sine reminiscentia. B. Droom. G. Traum. Gall. *Songe*. A. Dream.

INSPIRATIO, Gr. Εἰσπνοή, & Ἐμπιδαμάτωσις, est inductio aëris in pulmonem per os, nares, & asperam arteriam: quæ fit ob dilatationem Thoracis per musculos intercostales, costas sursum in medio arcus sui trahentes, dein per diaphragma in abdomen impulsum, & ex convexo planius redditum, unde Thorace capaciore facto, Aër sua gravitate ingressus Pulmonem, illum implet, undique extendit, vesiculas explicat, sphæricas reddit, & sanguinis circulationem per vasa pulmonalia liberam facit certis temporibus, &c. B. Inademing. G. Das athem ziehen / athem holen Gall. *Inspiration*. A. Idem.

INSPISSATIO, est, quando liquida materia evaporando in massam tractabilem & consistentem redigitur. Gr. Πύκνωσις. B. Verdikkinge. G. Dickmachen. Gall. *Epaississement*. A. Idem.

INSTINCTUS, est principium motus intrinsecum, animalibus proprium, cujus virtute motus quidam certi & determinati in eorum corporibus perficiuntur, ita ut animæ rationalis vim quodammodo æmulari videatur.

INSTRUMENTUM, in genere significat rem omnem, certæ operationi vel usui dicatam. In Physiologia idem denotat quam *Organum*. In Diætetica, Pharmacia, Chemia, Chirurgia sunt omnia illa, quæ ad artem coquinariam, omnesque actiones, his artibus perficiendas, pertinent. B. Werktuig. G. Werckzeug.

INSUCCATIO, est quando Aloë &c. in succo violarum, rosarum &c. inspissatur.

INSULTUS, est primum paroxysmi tempus, quo morbus in ægrum subito quasi insilit. B. Het aanval der ziekte. G. Der Anfall der Kranckheit.

INTEGUMENTUM ab Anatomicis vocatur quodcunque externum alicujus partis operimentum est; sic corporis

ris integumenta universalia sunt cuticula, Nervorum papilliforme reticulum, cutis, panniculus adiposus. Particularia sunt, uti membrana quævis, quæ musculum investit &c.

INTELLECTUS, Gr. Νȣ̃ς & Σύνεσις, est ipsa mens humana, vel in illa aliquis habitus, quo omnia objecta, circa quæ se exercet, percipit. B. **Begrip / verstant.** G. **Der Verstand.** Gall. *Entendement*. A. The understanding.

INTEMPERIES seu DYSCRASIA, & ACRASIA, est morbus, qui in qualitatum corporis inconvenientia consistit, eaque vel Manifesta est vel Simplex, vel Composita; Simplex est quando una qualitas peccat; ut intemperies calida, aspera, rara, dura, acida, salsa &c. Composita est, ubi plures qualitates in vitio sunt: ut intemperies calida & salsa, frigida & acida &c. Intemperies occulta est, quæ oritur à qualitatibus venenatis; ut ex aëre, animalibus venenatis &c. ex aëre provenit, quando nempe nitrum aëreum, ab aquis stagnantibus putridis, diurnis siccitatibus, terræ motibus &c. contagiosum evadit; unde febres malignæ, pestilentiales & pestes ipsæ nascuntur: Sublatis quippe vaporibus, id quod reliquum est (propter elementum sulphureum & salinum) fœtorem contrahit, unde & aër ejusque nitrum à temperie & κράσει optima desciscit & degenerat: idque similiter ex terris siccis fieri censeo: particulis enim aqueis in altum evectis accrescunt sulphureæ & tandem salinæ particulæ, quæ nitrum aëreum ita aculeatum reddunt, instar veneni Arsenicalis, Mercurii sublimati, aut aquæ stygiæ, quæ inspirata sanguinis massam coagulant, erodunt, spiritusque avolare faciunt: unde anginæ, pleuritides, bubones &c. producuntur. B. **Ongematigheit ongetempertheit.** G. **Unmässigkeit / ein böser zustand.** Gall. *Intemperie*. A. Unseasonablenes, Untemperantnes.

INTENTIO, idem quod *Indicatio*.

INTERCALARES DIES, sive intercidentes, & ab aliis provocatorii dicti, sunt, in quibus vel ob vehementiam paroxysmi, vel ob causam externam, corpus & succi irritantur ad intempestivam expulsionem præstandam: Tales sunt dies tertius, quintus, nonus, decimus tertius, decimus nonus. Sed illa enumeratio apud saniores Medicos evanuit. B. **Tussen beyden komende dagen.** G. **Zwisschen einkommende tagen.**

IN-

INTERCIDENTES DIES, idem quod *Intercalares*.

INTERCISUS PULSUS, quibusdam vocatur, in quo arteriæ dilatatio, interjecta levi morula, ita interrumpitur, ut pro unica contractione, duæ distinctæ dilatationes observentur.

INTERCOLUMNE, idem quod *Diapegma*.

INTERCOSTALES MUSCULI, in utroque latere viginti duo sunt, undecim externi & totidem interni: Omnes costis intertexuntur, earumque marginibus tam crebra insertione annectuntur, ut vix punctum assignaveris, in quo earum fibræ originem vel finem non habent. Fibras habent obliquas, & invicem instar X sese intersecantes. Externi oriuntur à superiorum costarum inferioribus partibus, & obliquè versus posteriora descendentes inseruntur in inferiorum partes superiores. Interni è contra. B. Tusschen-ribbige spieren. G. Die mäuslein zwischen den rippen. Gall. *Muscles Intercostaux*.

INTERCOSTALIS NERVUS, ita dictus, quia juxta costarum radices incedens, in singulis earum interstitiis a medulla spinali ramum accipit, est nervus pari vago à medulla spinali accessorius, qui & in abdomine per omnia viscera spargitur, & cum carotide interna cerebrum ingreditur, conjunctusque cum pari tertio & quinto oculos petit. hinc ipso in cervice læso, visus animali perit, uti demonstravit *Petit in l'Hist. de l'Acad. Roy. An.* 1727. B. De tusschenribbige zenuw. G. Die Spannadern zwischen den Rippen. Gall. *Nerf Intercostal*. A. The Intercostal nerve.

INTERCURRENS, vocatur Febris continuæ quædam species, quæ certis annis variat, & modo diversa est a febribus isto anno grassantibus, sive fuerit mitis vel sæva, unde inter febres istius anni stationarias modo huc & illuc intercurrit. Epitheton hoc datur etiam pulsui, in quo inter duos regulares tertius quidam ictus percipitur.

INTERCUS, vide *Anasarca*.

INTERFÆMINEUM, idem quod *Perinæum*.

INTERMISSIO FEBRIUM, vide *Apyrexia*.

INTERMITTENS FEBRIS, dicitur, quando per unum vel plures dies febris plane intermittit, quæ postea redit; eaque tunc est *Quotidiana*, *Tertiana*, *Quartana*, quibus nonnulli *Quintanam* addunt. B. Afgaande Koorts. G. Fieber / das

ablässet / und eine zeitlang inhält. Gall. *Fievre Intermitiente.* A. An Intermittent Feaver.

INTERMITTENS MORBUS, est, qui quibusdam temporis periodis affligit & remittit. B. **Tusschenlating / gaande en wederkomende ziekte** G. **Ein zeitlang ablassende kranckheit.** Gall. *Maladie Intermittente.* A. An Intermittent disease.

INTERMITTENS PULSUS, vocatur, qui post aliquot vibrationes interea deficere observatur.

INTERNODIUM, est digitorum ossium mutua colligatio; articulatio & ordine successio. B. **De tusschenknoppingen.** G. **Das bißlein / so zwischen zweyen gelencken ist / die gelencken zwische den knöpfen.** Gall. *l'Espace qu'on trouve dans les jointures des doigts.* A. Internodation.

INTERNODIUM, inter Vegetabilia est, quod inter artus vel genicula medium intercedit. B. **De plaats tusschen twee knoopen.** G. **Der Halm zwischen zweyen gleichen.** Gall. *l'Espace entre deux nœuds dans les cannes, dans le Tuyau de Blé &c.*

INTERNUNCII DIES, vide *Critici Dies.*

INTEROSSEI MUSCULI, sive ABDUCTORES, sunt sex in spatiis metacarpi, tres exteriores & tres interiores, qui cum vermicularibus coëuntes, per latera exteriora & interiora digitorum incedunt, tendinesque suos ad tria internodia extendunt, extensioni aliquantulum inserviunt. Externi palmæ incumbunt, interni volæ inter metacarpi ossa. Ita in pede decem habentur *Abductores interossei*, à pedis ossibus nati, & spatia Metatarsi replentes. Externi vel interni sunt, illi tendine lato ad primum digitorum internodium per latera assurgunt; hi ad secundum internodium: nonus vero ad pollicis, ad minimi digiti adductionem decimus inservit. B. **Tusschen-beenige spieren.** G. **Die Mäußlein zwischen den beinen.** Gall. *Muscles Interosseux.* A. Brawn's between the bones.

INTERPASSATIO, dicitur de sacculis seu fomentis siccis, idemque est quod *Intersuere*, ne materia inclusa conglomeretur, cujus rei gratiâ quoque Gossypio pulveres suscipi solent. B. **Tusschen-naeijing.** G. **Einnehung.**

INTERSCAPULARIA, sunt cavitates inter scapulam & vertebras.

INTERSCAPULIUM, est processus scapulæ in gibba scapulæ parte, qui vulgo dicitur Spina.

INTERSPINALES & INTERTRANSVERSARII, sunt parvi musculi, a Cl. Albino descripti, a processibus spinosis & transversis unius vertebræ ad easdem apophyses alterius decurrentes, easque partes ad se invicem adducentes.

INTERTRIGO, vel ATTRITUS, Gr. Ἐκτριμμα, est partium ano vicinarum, seu partium inter femora sitarum, excoriatio, vel pelliculæ abrasio à motu vehementiori, præcipuè equitatione orta. Frequenter id evenit infantibus, inprimis obesioribus, ut cuticula in coxis à vera cute separetur & quasi abradatur, atque dolor eo loci excitetur, qui infantes insomnes atque inquietos reddit. Gr. Δάρσις à Δέρω excorio. B. Ontvelling / Smertsel / blik aars. G. Abgeschabene haut / Reitwolff / fehl am hindern von reiten oder gehen. Gall. *Ecorchure*. A. A Galling in the Skin.

INTERVALLUM, vel est tempus, quod inter paroxysmos cujusdam morbi; vel inter duas arteriarum pulsationes intercedit.

INTESTINA, vide *Enteron*.

INTROSUSCEPTIO, vocatur præternaturalis ingressus unius portionis Intestinorum in alteram proximam, a morbosa causa ampliorem factam, ita ut in ea abscondatur & firmiter retineatur..

INTUBUS & INTUBUM, est Endivia, Gr. Σέρις. *Intubum* Latini vocarunt à cavo tubæ specie caule, vocatur etiam *Seris* & *Seriola*. Vide *Endivia*.

INTUMESCENTIA; idem quod *Tumor*.

INVERTENTIA, Medicamenta sunt, quæ aciem stimuli infringunt, ita ut abeat in aliam naturam, figuramque; sic acerrimum acidum invertit acerrimum alcali in naturam mixtam, non acrem.

INULA CAMPANA, vide *Helenium*.

INVOLUCRUM CORDIS, vide *Pericardium*.

JONTHUS, sive VARUS, vocatur etiam Ἀκμὴ, quoniam hujusmodi tubercula potissimum in ætatis vigore oriuntur. Estque tuberculum parvum, durum, & callosum, in faciei cute excitatum, absque notabili dolore aut pruritu, cito interdum abiens, aliquando exiguo pure maturescens, quo expresso exsiccatur, alio tamen subinde prodeunte; ab ἴονθος fimus, quia faciem deturpat & fœdat. Alii ab ἄνθος flos, eo quod circa ætatis vigorem efflorescit, deducunt. B. Een werte / vleît. G. Beins Blüt-

 lein /

lein / schwartze flecken im Angesicht. Gall. *Bouton*, *le Tac*. A. A Spot.

Jovis Barba, Sedum majus appellatur, quod scil. nonnullis locis plebis animos jampridem invaserit opinio, non feriri fulmine domum, in cujus tegulis vireat: hinc nostris B. Donder-baard / quoniam Jupiter Rex fulminum est. G. Hauß wurtz. Vide *Barba Jovis*.

Jovis Flos, vocatur Crocus, propter splendorem, fulgoremque.

Ipecacuanha, Brasiliënsium, est radix officinalis longa, tenuis, flexuosa, nodosa, multis exiguis porulis aspera, extus rufa, intus pallida, saporis amari, nauseosi: est validum purgans & adstringens, vel potius emeticum mitissimum & tutissimum; & in dysenteria probatum specificum & famosum, uti & in reliquis hæmorragiis: non adeo certe specificum in illis casibus, quin summa cum cautela & prius bene cognita causa mali exhiberi debeat: vocatur quoque Hipocacuanha. Gall. *Mine d'or*, *Becouguille*. *Lusit*. *Cypo de Cameras*. A. Brasilian Root.

Irio seu Irion; Gr. Ἐρύσιμον, Viri docti *Trionum* legendum esse censent. Latini ab irruendo derivant, quod igneâ vi & fervido sapore irruat in gustum: nonnulli à voce *Iris* deducunt, quia summitates in modum iris incurvantur. B. Herik / wilde Mostaart. G. Weg-senff / Hederich / wilder-senff. Gall. *Tortille*, *Tortelle*, *Velar*. A. Hedge-mustard, Bank-kresses.

Iris, duplex est Nostras, & Illyrica; prior habet folia pedem unum vel sesquipedem longa, duos digitos lata, rigida, striata, acuta: intra hæc oritur caulis duos circiter pedes altus, rectus, rotundus, pulvisculo farinaceo obductus, in tres vel quatuor ramos divisus: flos liliaceus monopetalus, ad exortum veluti infundibuliformis, & in sex partes ampliatus, quarum tres partes sursum, tres vero deorsum spectant: pistillum e fundo floris surgit, tribus petalis instructum fornicatis, & partibus florum deorsum inflexis, ita incumbentibus, ut palati cujusdam speciem præ se ferant. Ovarium ex fine pedunculi natum fit fructus oblongus, trigonus, fætus seminibus obrotundis: radix oblonga, crassa, flexilis, carnosa, repens, tuberosa, digitum crassa, paululum compressa, externe coloris rubicundi, flavescentis aut grisei, interne albi, saporis amaricantis, acris, subpinguis, odoris fragrantis & vio-

violacei: crescit hæc planta in pratis & arvis: Iris Florentina parum ab hac differt; habet enim hæc folia angustiora, & flores albos, sed viribus valde differt Iris nostras ab Illyrica. Planta ab arcus cælestis similitudine, qua florum folia incurvantur, nomen sortitur, quam flores ejus repræsentant. In quibusdam codicibus habetur ἱερὶς, & vertitur ideo *Consecratrix*, quod in sacrificiis, purificationibusque suis Antiquitas Iride sit usa. Aliis οὐρανία cælestis; quod cælestis arcus specie & modo floreat. Aliis θαυμαστὸς admirabilis, eadem ratione qua à Poëtis ille cælestis arcus Thaumantias dicitur, genus, originemque illi ex admiratione novæ rei, rudi adhuc sæculo, ut primus Plato indicavit, assignantibus Antiquis. B. **Lisch.** G. **Gilgen / violwurtz / Himmel-schwertel.** Gall. *Iris*, *Glayeul*, *Flambe*, *Fleur de lis.* A. Flower de Luce.

Iris, in oculo vocatur circulus ille varie coloratus; in medio perforatus, qui anterius in oculo, ubi cornea pellucida est, conspicitur? Est hæc autem productio piæ matris, nervum opticum involventis, quæ expansa pro capacitate bulbi oculi, anterius ubi cornea pellucida est, ab illa introrsum reflectitur, & ob arterias, venas, vasa lymphatica, in cavum corneæ hiantia, tam emittentia quam absorbentia, infinitosque nervos suos, quasi radiis totidem centrum petit, quæ in limbum orbicularem musculosum pariter desinunt, quibus utrisque amplitudo & figura pupillæ definitur, dum se contrahunt vel relaxant. Vocatur pariter *Uvea*. B. **De regenboog / het kroontjen.** *Iris*, est etiam circulus niger, qui pupillam ambit. B. **De Boog.** G. **Das Krönlein umb den augapffel.** Gall. *l'Iris.* A. The bowe of the eye with divers colours.

Irritabilitas, vocatur mira illa proprietas, quæ cordi aliisque musculis inest, qua absque nervorum concursu motum suum per notabile adhuc tempus continuare possunt.

Isatis, est planta, quæ habet caules tres pedes altos, minoris digiti crassitie, rotundos, rigidos, politos, rubicundos, in summitate in multos ramos divisos, habentes multa folia, sine ordine disposita, oblonga, lata, ad Cynoglossum accedentia, polita, succulentissima: flores sunt exigui, quadrifidi, flavi, in crucem dispositi, pedunculis exiguis adhærentes: post florem sequitur siliqua compressa, oblonga, linguam exprimens, coloris nigricantis,

quæ intus recondit duo ſemina plerumque oblonga: radix longa, alba, lignoſa, in inferiori parte minor, quam in ſuperiori, ſaporis amari & adſtringentis: hæc planta magna cura colitur in regionibus calidis, quâ lintea, lana, &c. cæruleo colore ſufficiuntur, fortè ab ἰσάζω æquo, complano, quod vim habeat tumores æquandi; quidam *Glaſtum* olim fuiſſe putant, nunc *Guadum*. Hinc noſtris Belgico idiomate Glas/ ſive vitrum. Barbari depravata voce *Oſatim* appellant. B. Weed. G. Weide/damit man färbt. Gall. *Guesde*, *Paſtel*. A. The plant woad.

Isatodes, eſt bilis cærulea, quæ Glaſtum, ſive Iſatidem colore refert, ex ἰσάτις Glaſtum, herbæ nomen, & εἶδος forma. B. Blaauwe gal/ weed-koleurige gal. G. Blaue Gall. Gall. *Bile verte*. A. Blew bile.

Ischæma, ſunt Medicamenta, ſanguinem ſiſtentia, quæ emplaſtica, aſtrictoria, refrigeratoria, vel exſiccatoria ſunt, vel meatus vaſorum apertorum claudunt, vel ſanguinis fluiditatem & motum vehementiorem imminuunt, vel ſiſtunt. Ab ἰσχύω valeo, cohibeo, & αἷμα ſanguis. B. Bloed-stoppende middelen. G. Blut ſtillende artzney. Gall. *Remedes, qui étanchent ou arretent le Sang*. A. Bloodſtopping medicines.

Ischæmon, eſt Graminis ſpecies, a Thracibus primum inventa, quâ ferunt ſanguinem ſiſti; alii per antiphraſin contrarium ſcribunt, quod ejus ſpica, naribus indita, ſanguinem potius proliciat, ab ἴσχω ſiſto, contineo, & αἷμα ſanguis.

Ischas, eſt Ficus ſiccatus; dicitur quaſi ἴσχνας ab ἰσχναίνω arefactum, ſiccatum eſſe, ita vocatur etiam *Apios*, quod ejus radix exſiccatum ficum referat. Vide *Apios*.

Ischias, eſt Arthritis coxendicis, ſedem ſuam circa articulum oſſis femoris cum Coxendice in ligamentoſis partibus habens, & præ cæteris Arthritidis ſpeciebus graviorem dolorem movens, ab ἴσχις lumbus, Ὀσφὺς *Heſychio*. B. Heupe-gicht G. Hüfftwehe. Gall. *Sciatique*, *Goute Sciatique*. A. A The Sciathica or Hyp-Gout.

Ischium, eſt coxa, ſive coxendix, ab ἰσχύω ſuſtineo, contineo; ſedentes enim ſuſtinet. B. Heupen-been. G. Das hufftbein. Gall. *l'Iſchium*, *l'Os de la Hanche*. A. The hip, Huckle bone.

Ischophonus, eſt vox gracilis, ex ἰσχνὸς gracilis, & φωνὴ

φωνὴ vox. B. **Kleine stem.** G. **Kleine stim.** Gall. *Qui a la voix gresle.* A. A Smal voice.

Ischuretica, sunt Medicamenta, quæ urinam suppressam emingi curant, ab ἰσχὺς validus & ῥέω fluo. B. **Pis ontstoppende dingen.** G. **Harn treibende artzney.** Gall. *Remedes contra la suppression d'Urine.*

Ischuria, est duplex *Vera*, vel *Notha*. *Vera* est, quando urina, in vesica hærens, emingi nequit, quamvis æger perpetuo mingendi desiderio laboret, hinc circa pubem tumor dolorque circumscriptus oritur, verum cathetere immisso prodit urina. *Notha* est, quando vitio renum, vel ureterum nulla urina ad vesicam mittitur, nec dolor, tumor, nec conatus mingendi adest, sed vel urina non secernatur in renibus, vel secreta, ob impeditum exitum, readmisceatur sanguini. Quod in vesicæ, aut renum calculo, in obstructione arteriarum renalium, vel ureterum, vel urethræ à pituita, aut concreto sanguine, aut hærentibus lapillis, aut carunculis, aut membrana, orificium occludente, contingit. Etiam in sudoribus, vomitu, vel alvi fluxu copiosis: imo in imbecillitate, paralysi vesicæ, aut penis, delirio, apoplexia, lethargo &c. locum habet, ab ἴσχω cohibeo, & οὖρον urina. B. **Pis-opstopping / opschorting der pis.** G. **Harn verstopffung / Verhaltung und hinterbleibung des Harns.** Gall. *Suppression d'urine.* A. A Stoppage of the urine.

Isopyrum, non dicitur, quod ἴσον sit τῷ πυρῷ, quod Triticum æmuletur, aut Tritico simile sit, sed ἀπὸ τ͂ πυρὸς, quod florem edat flammæ similem, ob flammeum rutilantemque colorem, nec non formam, sic vocatur Aquilegia, flos Constantinopolitanus &c.

Isthmus, est ea pars, quæ inter os & gulam, seu guttur in modum isthmi interjacet, & in os introspicienti apparet tanquam ostium angustius, quo fauces incipiunt. B. **Engte der keel** G. **Ein Enge zwischen den Mund und Schlund.** Item, Intersepimentum vel Discrimen narium: Intertinium *Isidoro*. Imbrex narium *Arnobio* scitè dicitur. Item Ἰσθμίον, Στυλὶς, Κίων, Διάφραγμα, &c. B. **Middelschot der neusgaten.** G. **Band der naßlöchern.** Gall. *l'Isthme ou la cloison du Nez, ou du Palais.* A. The ridge or meddle part of the nostrils.

Ithmoidea Ossa, vide *Ethmoides.*

Itinerarium, est instrumentum Chirurgicum, lithotomis,

tomis in usu, quod urethræ intrusum, crenatum est, ut cum certitudine incisio in eo fiat. Vide *Catheter*. B. **Een tintel-yser / proevet / hol-hele Sunstaf**. G. **Ein Harn sucher / Wundeisen**. Gall. *Conducteur ou sonde Cannelée*. A. A probe.

Iva Arthetica seu Moschata, est Chamæpytis, *Ajuga*, sive *Abiga*, Latinis dicitur. Invenitur & *Ibiga* vocari, quod nomen ferè servant Illyrici, hinc abjectis duabus literis *i* & *g* fit *Iba*, & ab *Ajuga* abjectione literarum *a* & *g*, *Iva* manavit in vulgi nomenclationem. Vide *Abiga*.

Juba, est arundinacea coma effusa, qualis est in Milio.

Judaica herba, vide *Sideritis*.

Judaicum Bitumen, vide *Asphaltum*.

Judaicus Lapis, olivæ specie oblongè rotundus, tener, striis, secundum longitudinem discurrentibus & æquidistantibus, acsi arte (torno sc.) factæ essent; colore est subcinereo, duritie silici vix cedente, fractus, intus glaber est & politus, reperitur in Judæa, unde & nomen accepisse videtur, imo & ex Silesia huc adfertur. Alii putant medullam seu cor esse lapidis dunensis, sive arenacei. Majores vocant masculos, minores vero fœminas. In Nephritide sæpe præscribitur. B. **Joden-steen**. G. **Juden-stein**. Gall. *Pierre Judaique*. A. The Judaick-stone. Dicitur *Aëtio* lapis Syriacus, aliis Phœnicites, Tecolithos. Arab. Hager alicudi, & Agiar Aliheud.

Jugale Os, idem quod *Zygoma*.

Jugalis Sutura, vocatur illa, quæ Zygoma conjungit cum parte Jugali Ossis maxillaris superioris.

Juglans, est arbor nucifera, sic appellatur quasi *Jovis Glans*, ob nucis præstantiam & excellentiam vocatur: Hæc si viridis & immatura cum exteriore cortice saccharo condiatur, a quibusdam ad alvum leniter subducendam adhibetur. Gr. Διὸς βάλανος, Κάρυον βασιλικόν. Porro Regia nux & *Persica*. B. **Walnoot / Groote Noot / Okker-noot**. G. **Welschenuß / wal-baum nuß**. Gall. *Un Noyer*. A. Wal nut tree.

Jugularis Vena, est illa, quæ juxta jugulum cranium petit, tam interna, quam externa. B. **De krop of strot-ader**. G. **Die Hals-ader**. Gall. *Veine jugulaire*. A. The Throate Veine.

Jugulum, idem quod *Furcula*.

Jujubæ, est Prunorum species, extus rubræ sunt, dulcem

cem habentes saporem; arbor prunum vix superat, folia habet parva, & serrata, ex Italia fructus nobis afferuntur, qui in pectoris morbis usui sunt. B. **Jujuben / borst-besfen of pruimen.** G. **Rothe Brust-beerlein.** Gall. *Jujubes.* A. The jujube-Tree. Dicuntur & *Ziziphæ.*

JULAP, vide *Julepus.*

JULAPIUM, idem quod *Julepus.*

JULEP & JULEB, vide *Julepus.*

JULEPUS, est Medicamentum liquidum internum sapore gratum & perspicuum, ex liquore idoneo cum syrupo, vel saccharo ex tempore sine coctione mixtum, in tres quatuorve doses ad alterandum vel refrigerandum compositum. Constat communiter ex libra una & semisse aquæ hordei, vel ex aquis destillatis, rarissime vino, ex syrupo refrigerante ribesiorum, berberorum, violarum &c. frequenter aliquot guttæ spir. sulph, vitrioli, salis &c. ad gratum saporem admiscentur. *Juleb*, unde *Julepus*, nomen Persicum est, idemque sonat quod potio dulcis, *Arabibus* vox julebi à syrupis non distinguitur. B. **Een zuiver of koel-drank.** G. **Julep / ein Kühl tranck.** Gall. *Julep.* A. Idem.

JULUS, JULI, sunt folia primum erumpentia. B. **De Eerste uitbreekende bladeren.** G. **Die erste außschiessende blätter.** Gall. *Chaton.* A. Leafs first breaking out. Strictè *Julus* tam Gr. quam Lat. est quod in corylo compactili callo racematim cohæret, & veluti prælongus vermis, singulari pediculo pensile nititur, & fructum præcedit. B. **Bloeysels voor de vrucht / Katteſtaarten** G. **Die Blust / oder kätzlein an haselstauden und Nußbäumen.** Gall. *Chaton de noyer.* A. Long Flowers called catkins.

JUNCTURA, idem quod *Diarthrosis*

JUNCUS, Est planta, quæ crescit in paludibus, aut juxta aquas, habetque plures caules vel tubos, duos pedes altos, satis crassos, rigidos, acutos, cortice denso obductos, & medulla satis dura & fungosa plenos: & a radice tunicis foliosis rubris, ad pedis altitudinem instructos; flos rosaceus est, ex cujus meditullio surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, seu capsulam plerumque trigonam, trifariam dehiscentem, seminibusque fœtam ut plurimum subrotundis. Gr. Σχοῖνος, à jungendo, quod viminum in modum jungat, vinciatque. B. **Bieze.** G. **Binß.** Gall. *Jonc aigu.* A. Rushe.

JUNIPERUS, Est arbuscula, cujus truncus tenuis & cortice aspero obductus: lignum est compactum, durum, albescens & subinde rutilans, saporis nullius, nec manifesti odoris, nisi fricetur durius, aut accendatur: valde ramosa est, habetque folia parva, angusta, acuta, dura, spinosa, semper virentia: flos amentaceus, pluribus nempe foliolis apicibus donatis constans: fructus autem seu baccæ rotundæ per maturitatem nigricantes, includentes sub tenui pellicula pulpam, in qua tria officula dura, ab una parte convexa, ab altera plana reperiuntur: sunt saporis subdulcis, subacris, adstringentis, & resinosi, odoris fragrantis: propter vim diureticam in hydrope valde laudantur. Gr. Ἀρκευθίς, & Ἄρκευθος, est Arbor, baccas ferens, dici putant, quod juniores & novellos fructus pariat; sola enim ferè arborem fætus in biennium prorogat, qui ne maturescunt quidem, novis supervenientibus. Vide *Arcenthos*. B. Jenever Boom. G. Reckholder-baum / Wach-holder-baum / Wach-holder-staude. Gall. *Genevrier ou Genevre*. A. Juniper-tree.

JUNONIS ROSA, est Lilium, veteres Græcorum Poëtæ fingunt è Junonis lacte respersa terra natum Lilium. Namque cum Hercules puer, quem ex Alcmene sustulerat Jupiter, Junonis dormientis uberibus admotus esset, & lacte replesset, post suctum digressus mamma lacte copiosè profluxit. Quod in cœlo a puero vago & incerto suctu perfusum est, lacteam effecit viam: quod humi sparsum est, *Lilium* lacteo flore nitens creavit; unde *Rosa Junonis* dictum.

JUPITER, per Jovem Chymici significant *Stannum*, putant quoque ex planeta Jove influentias fieri in certa sublunaria corpora, sed hæc potius mera figmenta quam verisimilitudines sunt. B. Tin. G. Zinn. Gall. *Etain*. A. Pewter, Tinn.

JUSCULUM, est Medicamentum liquidum, ex carne sola, vel cum aliis simplicibus decocta, paratum, continens ergo succos, ex subtilissimis carnis vasculis per coctionem eductos.

JUSQUIAMUS, idem quod *Hyoscyamus*.

JUVANS, AUXILIUM, seu REMEDIUM, idem quod *Indicatum*.

JUXTANGINA, est Anginæ species, quæ dicitur *Cynanche*, vide suo loco.

Ixia, idem quod *Cirsos*, sive *Varix*.

Ixia & Ixine, est Cardui species Chamæleontis nomine: dicitur quoque quibusdam in locis ἰξὸς, hoc est, viscum, hoc enim ad ejus reperitur radices, quo pro mastiche utuntur mulieres.

K.

Kali, Est planta, quæ ad altitudinem trium circiter pedum crescit, si bene colatur, multum se extendens, habetque ramos longos, rectos, satis crassos, rubicundos: folia sunt longa, angusta, crassa, carnosa, acuminata, succulenta, flos rosaceus polypetalus Tournefortio, aliis apetalus, fructus globosus, membranaceus, fœtus semine unico, in cochleæ formam intorto, in centro calicis: tota planta habet saporem salis, crescit in regionibus calidis, præsertim circa Mare Rubrum. est herba marina, vocatur & *Alkali*, & interdum *Salicornia*, ex cujus cineribus sal elicitur, ex quo vitrum, sapo, &c. componitur. Kali & Alcali nomina sunt Arabica. B. **Krabbe quaad.** G. **Glas-wurz.** Gall. *Soude ou la Marie.*

Keiri vel Cheiri & Ceirim, est vox Mauritana idem quod *Leucoion*.

Kermes, *Chermes*, *Coccus Infectoria*, *Granum & Coccus Baphica*, *Granum Tinctorum*, *Scarlatum*. Fructus est famosissimi fruticis; qui inscribitur Ilex, in quo *Coccus Baphica*, nascitur in Creta, uti & in multis Hispaniæ locis, in Narbonensi etiam Gallia, & Provincia, &c. B. **Scharlaken bessen.** G. **Scharlach beer / Kermes körner.** Gall. *Du Vermillon*, *Graine d'Ecarlatte*, *Scherley*. A. Chermes berries. Vide *Chermes*.

Kermes minerale, ita dictum ob similitudinem coloris, est species calcis Antimonii, certa ratione cum alcali quodam calcinati, quod parca dosi datum varias evacuationes producit, inprimis vero ad facilitandam sputorum excreationem a quibusdam summopere laudatur.

Kina Kinæ, vide *Cina Cinæ*.

Kirath, seu siliqua, est pondus Veterum, pendens grana quatuor.

Koilia, latius significat omnem capacitatem, sed stri-

ſtrictiori ſenſu inſignem tantum cavitatem, præſertim partium, nutritioni dicatarum.

L.

LABDANUM, idem quod *Ladanum*.

LABELLA LEPORINA, vide *Labia Leporina*.

LABES, eſt is, cui labia prominent, Gr. χειλὼν & χιλὼν.

LABES, eſt macula, Gr. Σπῖλος.

LABIA LEPORINA, dicuntur ea, quæ ob vitioſam conformationem ſolutionem continui habent: quandoque ſolum labium ſuperius fiſſum eſt ſub naſo, nonnunquam ipſa oſſa palati ſimul dehiſcunt, quæ nonnullis Roſtra leporina ſunt. B. Een Hazemont. G. Haſen ſcharten / Haſenlippen. Gall. *Bec de Liévre*. A. Mare lip.

LABIA PUDENDI MULIEBRIS, pudendum propriè eſt, inter quæ rima eſt externa conſtituta, extuberantias habet, quæ monticuli Veneris dicuntur, pilis decorati. Sunt corpora oblonga, mollia atque ſubſtantiam habentia, qualis nulla eſt in toto corpore, partim ex cute & carne, partim & ſpongioſa, cui pinguedo ſubjacet duriuſcula. Interna labiorum commiſſura, in virginibus tenſa eſt, conſtricta ac veluti ligamentoſa, in corruptis laxa, ut & in his, quæ pepererunt. B. De lippen van de vrouwelykheid. G. Die Leffzen / Lippen der Weiblichen Scham. Gall. *Levres des parties honteuſes d'une femme*. A. The Lips of the privity of a woman.

LABIS, eſt *Volſella*, ſive *Forceps*, qua aliquid extrahendi cauſa apprehenditur, Gr. Λαβίς.

LABIUM & LABRUM, eſt illa pars colore ſuo rutilo ob cutis hujus teneritudinem conſpicua, carnea, interius membrana oris tecta, ſub qua glandulæ miliares & lenticulares ſitæ ſunt; quæ os noſtrum undique ambiens, illud quoque à parte ſuperiore claudit; ſive oris margo. Sic & *Labia* dicuntur, quibus interiora muliebris pudendi clauduntur. Ita & vulnerum extremitates *Labia* appellantur. Sic & oſſium proceſſus Labiorum nomine veniunt. B. Lippen. G. Leffzen / Lippen. Gall. *Levres*. A. A Lip.

LABOR, idem quod exercitium. *Laboratores Chymici* vulgo. B. Een Laborant. G. Ein Laborant. Gall. *Artiſte*.

LABORATORIUM, eſt ille locus, in quo Chymici ſuas ope-

operationes magna cura instrumentorum & fornacum pompa peragunt; mihi omnia illa simplicissima sunt, & unica fornace ex tribus aut quatuor instrumentis omne quicquid volo perago. Sic & omnis officina pharmaceutica, laboratorium est. B. Een Stook-plaats. G. Ein Distillier-platz. Gall. *Un Laboratoire, un lieu pour distiller.* A. A Place of the distilling.

Labrosulcium, vide *Cheilocace.*

Labrum, est vas in quod *Balneum* instituitur. Idem quoque significat quod *Labium.*

Labrum Veneris, est *Dipsacus:* nomen habet à carinato foliorum positu, nam Labrum repræsentare videntur, in quo semper aqua lympida reperiri solet. Vide *Dipsacus.*

Labrusca, est Bryonia, sic dicta, quod in agrorum labris, hoc est, marginibus & sepibus nascatur. Vide *Bryonia.*

Laburnum, est Anagyridis species, deducunt à Labor, quia fortè ex ipsius ligno arcus, pectines, aliaque elaborantur. B. Ebben-hout / groote Boom-klaver. G. Baum bonen. Gall. *Arbre de Tréfle.* A. Beantrefoil.

Labyrinthus, proprie est corpus, gyris & circumrotationibus inflexum: hinc nomen hoc translatum ad ossis petrosi partem, quæ spectat occiput; est hæc enim ossea fungosa, non tam dura ac os petrosum, sed quasi infinitis foraminibus pertusa, licet in superiori superficie glabra fit, in hac hærent tres canales semicirculares; magnitudine varii, & mire intorti, & tantummodo quinque orificiis hiantes in cavitate vestibuli, sicque verum labyrinthum æmulantes. B. Doolhof des oors. G. Der irrgang im ohr. Gall. *Labyrinthe.*

Lac, Gr. Γάλα, est liquor albus, ex mammis, vel uberibus emulctus; saporem habet dulcem saccharinum, & sola quiete separatur in tres partes, butyraceam, caseosam, & serosam: non est humor proprie naturalis, sed multum adhuc participat de natura alimenti; omnibus experimentis tentatum nec acidum nec alcalinum invenitur, sed acescens; fit sequestratione chyli à sanguine arterioso, per glandulas mammillares. Lactis generatio incipit plerumque post fœtus gestationem vel paulo ante partum, desinit vero in vetulis, gravidis & menstruatis: aliquando tamen ex mammis virginum, imo & virorum elici potuit.

Ipse

Ipse quoque chylus, lactis denominationem meretur. Sic & albi succi ex Taraxaco, Papavere, Tithymalo, Esula &c. emanantes, lac vocantur. B. Melk. G. Milch. Gall. *Du Laict*. A. Milke.

Lac Lunæ, est substantia alba, fungosa, friabilis, levissima, in fornicibus speluncarum aut saxorum commissuris Helvetiæ & Norvegiæ reperiunda, saporis subdulcis, leviter adstringentis, convenitque in usu cum oculis cancrorum: vocatur quoque *Fungus petræus*, *Agaricus mineralis*, *stenomarga*, *Lapis morochtus*. A. White Stonemarle.

Lacca, in Pegu & Siamo vasta invenitur arbor, foliis quodammodo Pruni, in cujus surculis & minutioribus ramulis magnæ alatæ & puniceí coloris (non alatæ enim non laborant) formicæ, in terræ visceribus aliisque locis enatæ, hanc laccam elaborantes inveniuntur: hæ super flores, frutices, arbores ac herbas circumvolitant, ex quibus non secus ac apes, laccæ conficiendæ materiam colligunt, ac in communes operas conferunt. Atque hoc modo ramulis laccæ materia circumvolvitur, uti ad nos deferuntur. Eodem fortè modo & in aliis regionibus colligitur, uti in Sumatra insula, Bengala, Martaba, Malavar &c. Lacca colorem habet rubrum, & diaphanum; fumum igni injecta gratum emittit: Triplex in officinis prostat species. 1. Lacca in ramulis. B. Boom-lac. G. Baum-lac. Gall. *Lacque ou Gomme Lacque*, *Lacque en bâton*. A. Stick-lac. 2. Lacca in granis. B. Zaad-lac. G. Körner-lac. Gall. *Lacque en grain*. A. Seed-lac. 3. Lacca in massis, quæ est purissima ex granulis liquatis confecta. B. Schel-lac. G. Schellen-lac. Gall. *Gomme Lacque plate*. Gr. κάγκαμον, Arab. *Lach* & *Sach*, unde nostrum *Lacca* appellari videtur.

Lacertus, vide *Brachium*.

Lachanum, est olus, à λαχαίνω fodio, deducunt à λα & χαίνω, quia terram fodere, est facere ut ea hiet, ut semina eo melius terræ mandentur.

Lachryma Christi seu Lachryma Jobi, est Lithospermum majus; sic appellatur, quod ejus semen lachrymas referat.

Lachrymæ, sunt humiditates, quæ à glandulis oculi ad oculos humectandos, pellucidos tenendos, & sordes eluendas secernuntur, quæ si ob acrimoniam fumi vel ha-

litus,

litus, animi perturbationes, aliasque causas tanta copia prolicìantur, ut à punctis lachrymalibus non recipiantur, extra oculos in genas decidunt & lachrymarum nomine veniunt. B. Tranen. G. Die Zehren / Thränen. Gall. *Les Larmes.* A. Tears. Item *Lachryma*, est quoque humor, è vegetabilibus tum spontè effluens (sive is concrescat in oleum, resinam, gummi, sive non) tum facta incisione, uti lachryma Thuris, Opii, sanguinis draconis, &c.

Lachrymale Punctum, vide *Collicia.*

Lachrymalis Ductus, vide *Ductus Lachrymalis.*

Lachrymosus, vide *Dacryodes.*

Laciniæ, vegetabilium partes sunt extremæ particulatim decoris gratiâ concisæ orarumque summarum cæsuræ, inde folia membranatim per flexuras digesta, vel nativis segminibus discreta, laciniata vocitantur, sunt tamen qui laciniosum pro sinuoso usurpent.

Laconicum, sive Caldarium & Assa, sive Balneum Aereum, cella olim erat nullam aquam intra se continens, ad provocandum sudorem potissimum instituta, & ob id à nonnullis *Calida sudatio* sicuti à *Cicerone* & *Celso Assa* nuncupata fuit, in hac vapor. calidus, seu calor siccus inclusus sudorem provocabat. B. Een droogzweetbad. G. Ein Trucken Schweißbad. Gall. *Un bain sec, bain de vapeur.* A. A Dry bath.

Lactatio, est lactis pro infantis nutritione ex mammis exsuctio. B. Melksuiging. G. Milch-saugung. Gall. *l'Action d'allaiter.* A. Milking or suckling.

Lactea Febris, est illa, quæ primis puerperii diebus puerperis supervenit, qua cessante lac in mammis colligitur. B. Een Melk-koorts. G. Das Milch-fieber. Gall. *Fievre de lait.* A. The Milke Feaver.

Lactea Vasa, vide *Vasa Lactea.*

Lactes, quidam pro Pancreate, vel Mesenterio, alii pro lacteis vasis sumunt; pro intestinis tamen non ineptè sumeretur, *Plauti* enim verba sunt in Curcul. Act. II, *Sc.* III.

Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus.

Hoc est, laxis & inanibus intestinis. *Lactes* etiam sunt piscium materia seminalis, qua ova fœcundantur. B. De Hom. G. Die Milch in den Fischen/so männlein sind. Gall. *Les me-*

menus boyaux ou se porte le Chyle. Laite aux Poissons; c'est ce qu'on appelle aussi Ris de veau.

LACTICINIA, vocantur alimenta, quæ ex lacte præparantur.

LACTUCA, planta culinaris, sic dicta, quod abundantia lactis exuberet, vel quod lactis copiam mulieribus augeat. B. Salade / Latouw. G. Lattich / salat. Gall. *Laitue.* A. Lettes, Lettice.

LACTUCA SYLVATICA, idem quod *Hieracium.*

LACTUCELLA, est Sonchus, seu *Lactero*, quod scilicet caulis ejus dissectus copioso diffluat lacte. A. Sowthistle.

LACTUCIMINA, idem quod *Aphthæ.*

LACTUMIA, idem quod *Achores.*

LACUNÆ, sunt poruli sive foveæ, seu rugæ in uteri vagina, nullibi majores quam in inferiore parte meatus urinarii, ex ductibus illis materia quædam seroso-pituitosa emanat, pro semine habita, quæ vaginam lubricat, & in Veneris quidem actu magna copia foras prorumpit. B. Slootjes / buisjens. G. Gräbleins / Löcherleins / Röhrleins. Gall. *Lacunes. Lacuna* Lactantio *Philtrum*, cavum in Labro superiore sub naribus. Gr. Φίλτρον. B. Het voorhen in de bovenste lippe. G. Das Hole oder Pfützlein unter den naßlöcheren / oder in der obersten Lippen.

LADANUM, seu LABDANUM, est liquor pinguis ex Cisti Ledon foliis exsudans, qui canicularibus diebus in Cypro, Candia, Lybia, Arabia &c. instrumentis quibusdam colligitur, & postea Soli, ut induretur, exponitur. Quod ad nos fertur, durum est, friabile, colore opacum, cinereum aut subnigrum, inflammabile, cujus fumus grati est odoris, ideoque in suffitibus & odoramentis, ulitatissimum. *Ladanum*, derivatur à Ladon seu Ledum, vide *Ledum.*

LÆSIO, in genere vocatur, quando partis alicujus functio impeditur, & tunc idem est, quam morbus: vel etiam denotat solutionem continui, lædente instrumento factam, id est vulnus.

LÆVIGATIO, est exactissima trituratio; qua Medicamentum aliquod marmore, porphyrite, vel alio lapide polito, affuso liquore conveniente, vel etiam vino, molari lapide, manu versatili, tam diu versatur, ut in pollinis pulverisque penè impalpabilis formam redigatur,

tur, eo modo, quo pictores suos colores præparare solent, Chymicis dicitur Alcool. B. Een ontastbaar Poeder making / Fynwryving. G. Zerreibung zu feinen staub.

Lævis, opponitur aspero, & dicitur de rebus, quæ ad contactum nullam inæqualitatem habent, & hoc sensu cuticula dicitur membrana lævis. Usurpatur etiam vox de statu quodam præternaturali, ut de *lævitate intestinorum*, quæ eadem est quam Lienteria.

Lagochilus, dicitur is, qui leporina, seu fissa labia habet, ex λαγὼς vel λαγὸς lepus apud Hesiod. & χεῖλος labium. B. Een Hazemont. Vide *Labia Leporina*. G. Hasen schärten / Hasen lippen. Gall. *Bec de Liévre*. A. Hare Lip.

Lagopthalmus, sive Oculus Leporinus, est, cum superior palpebra oculum non planè obtegit, manente nonnihil aperto oculo, cum somnum capiunt; ejusque sunt quatuor casus, à nativitate, vel cum à perversa consuetudine vel retro spectandi efficitur: vel cum convulsione tunica affligitur; vel cum cicatrix dura remanet à vulnere vel ulcere curato, ex λαγὸς lepus, & ὀφθαλμὸς oculus. B. Haze-oge. G. Hase aug / dessen deckel nicht zusammen gehet. Gall. *Oeil de Liévre*. A. Eyes like a Hare.

Lagopus, est Trifolii species, cujus summitates pedem leporinum referunt. Ex λαγὸς lepus, & πῦς pes. B. Hazevoot / Hazen-voet. G. Hasen-klee / Katzen-klee / Hasen-fuß. Gall. *Pied de Liévre*. A. Rong-klaver, Hares-foote.

Lambdoides, est sutura cranii posterior, os occipitis ab ossibus bregmatis & temporum dividens, à similitudine Λ dicta. Item os Hyoides, ex λάμβδα & εἶδος forma. Ita etiam a nonnullis vocatur divisio venæ cavæ inferioris, quæ in duo crura abit paulo supra initium ossis sacri. B. Een winkelhaak-naat. G. Die dreyeckige fug oder Naat der Hirnschale. Gall. *La Suture Lambdoide*. A. The Lamdoides suture.

Lambitivum, a *lambendo* dicitur, vide Eclegma

Lamina vel Lamella, dicitur de extensione quadam tenui, sive membranacea, quo sensu Anatomici loquuntur, v. g. de lamina Peritonæi; sive metallica, hinc lamina aurea, ferrea, plumbea, pro bracteis horum metallorum usurpatur.

Lamina Spiralis, vid. *Cochlea*.

La-

LAMIUM, est Urticæ mortuæ species, quæ habet plures caules longos, quadratos, excavatos, ramosos: folia Urticam referunt, sed minora, breviora, lanuginosa, non pungentia, mollia, in margine incisa, caulibus satis longis adhærentia: flores in summitate caulium verticillati, parvi, purpurei, labiati; cujus labium superius cochlearis instar est excavatum, inferius vero bifidum, cordiforme, desinuntque ambo in fauces marginatas: ex calice autem tubulato ac quinque partito surgit pistillum, posticæ floris parti adinstar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita, & sunt satis crassa, triangularia, rubicunda, splendentia, per maturitatem decidentia: radix est tenuis, fibrosa; tota planta habet odorem fætidum: à Lamio, monte Joniæ: quidam deducunt à Gr. γλήμη, Gramiæ seu Lippientes oculi: quia oculis medetur: alii a Lamia pisce, quia hujus piscis horrendum vultum refert, ubi se in raptum componit; vel a nonnullis Galeopsis dicitur; quia ejus flos felis vultum refert, dum mordere vult: hujus plantæ variæ dantur species. B. **Verkeerde Netelen / Doode Netelen.** G. **Weiß / oder Taube nessel / Tod-nessel.** Gall. *Ortie Morte.* A. Dead-nettle.

LAMPSANA, vel *Lapsana*, Est planta, quæ habet caulem tres circiter pedes altum, rotundum, striatum, rubicundum, excavatum, ramosum: folia inferiora magnitudine & figura accedunt ad Sonchum lævem, alternatim disposita, parum mollia, villosa, superiora sunt oblonga, angusta, acuta, sine caulibus: flos semiflosculosus, plurimis scilicet petalis constans, embryoni insidentibus, & calice comprehensis monophyllo, & multifido, qui deinde abit in capsulam striatam, seminibusque fætam ut plurimum tenuibus & acutis: an nomen ab urbe Lampsacum? vel an ab λαπάζω evacuo, quia hæc planta comesta alvum laxat: dicitur etiam papillaris herba, quia in fissuris mammarum vel papillarum optime conducit. B. **Wilde Kool.** G. **Wilder Köhl.** Gall. *Lampsane.* A. Nipple-wort, Corn-sallet.

LANARIA, est *Saponaria* seu *Struthion*, sic dicta, quod ad candorem & mollitiem lanarum ea usa fuerit antiquitas, vide *Struthium.*

LANCETTA, est cultellus Chirurgicus, rectus, acuminatus, utrimque anceps; in venæ sectionibus, fistulis inciden-

scidendis, vel ano, pene & utero clauso aperiendis, idoneus. B. Een Lancet / Laatyzer / Steek-mesje. G. Ein Lantzet / Schrepfeisen / Ader-laßeisen. Gall. *Lancette*. A. Launcet or lancet.

Languor, est quasi dissolutio vel remissio corporis, qui vel a defectu, vel minuta activitate spirituum nervosorum ortum habet.

Lanugo, in Phytologia, sunt filamenta tenella, plantarum cuticulæ extimæ instar pilorum seu lanæ adnascentia, uti in Verbasco, Gnaphalio &c. B. Wolligheid der bladen. G. Das wollechte oder Wollen an Kräutern. Gall. *Laineux*, *Cotonneux*. A. Woolly.

Lanugo, est barbæ in pubescentibus primum rudimentum, lanæ instar prorumpens. B. Vlas-baard / het eerste hair van den baard. G. Die ersten bart haar / Gauchhaar. Gall. *Le poil folet*. A. Soft Young haire, Downe.

Lapathum, sive Rumex, ejus sunt variæ species: Est planta, quæ habet caulem striatum, rubicundum, in summitate in multos ramos divisum: folia magna, ampla, longa, acuta, mollia, coloris viridis obscuri, caulibus longis & rubicundis adhærentia: flores juxta ramos dispositi, multis staminibus constantes: finis pedunculi intra calicem dat placentulam, cui innascitur ovarium triquetrum tribus tubis, apice eleganter fimbriato, quæ lateraliter eminent extra segmenta capsulæ: semina triangula, splendentia, in capsula membranosa inclusa: radix magna, externe fusca, interne flava, aut crocea, multas fibras habens, saporis amari, adstringentis: derivatur à λαπάζειν, ab inaniendo, quod ejus decoctum alvum moveat, exinaniatque: dicitur & Patientia, quia ejus est lenta vis; Rhabarbarum Monachorum, quia a Monachis Rhabarbari loco adhibetur. B. Patich / paardik / patientie / surkel. G. Mengel-wurtz / grind-wurtz / streiff wurtz / buben-kraut / wilder-mangolt / Saurampffer / lenden-kraut. Gall. *Patience*. A. Dock.

Lapides, in singulis tribus mundi regnis locum sibi vendicant: inter vegetabilia, cortices duriores nucleum includentes, dicuntur lapides. In animalibus habentur, uti calculi ex corpore humano, Lapis porcinus, Bezoar, &c. Inter mineralia sunt lapides pretiosi & minus pretiosi. ita autem vocantur Fossilia dura, non ductilia, sed fragilia, in igne fixa, neque facile fundenda ullo igne, in

aqua haud ſolvenda. Nomen nonnullis quoque imponitur medicamentis, quæ ad duritiem lapideam vel terreſtrem excocta ſunt, ut Lapis Prunellæ, Infernalis &c. B. Steen. G. Stein. Gall. *Pierre.* A. Stone.

LAPIDILLUM, eſt inſtrumentum Chirurgicum, cochlearis forma, in extrahendis veſicæ calculis accommodatum. B. Een ſteen-lepel / lapidil. G. Ein Stein-löffel. Gall. *Une Curette ou Tenette.* A. Lapidille.

LAPPA ſeu BARDANA, Eſt planta, quæ creſcit ad altitudinem trium vel quatuor pedum: caules habet rectos, angulofos, lanuginoſos, rubicundos: folia magna, ampla, in ſuperiore parte virido-fuſca, in inferiore albeſcentia, lanuginoſa: conſtat flore floſculoſo; ſemine pappis inſtructo brevibus, calice ſquammoſo hamato, ac veſtibus hærente comprehenſis: ſemina ſunt oblonga, craſſiuſcula, fuſca, ſtriata, ſaporis ſubamari, ſubacris, odoris nullius: radix craſſa, oblonga, intus alba, foris nigricans, ſaporis ſubdulcis, acris, & amaricantis, odoris fere nullius. Creſcit hæc planta ubique circa vias in duas diſtincta ſpecies, majorem & minorem, quæ tamen inter ſe conveniunt viribus, neque magnitudine adeo differunt. Gr. Ἄρκειον, Προσώπιον, & Προσωπίς. Derivari putant nonnulli ab Hebraica voce *Lapath*, apprehendit: quia ejus ſummitates veſtes prætereuntium apprehendunt: an vero ab urbe Crete *Lappa* dicta? dicitur & Perſonata, quia pueri ex foliis conficiunt id, quod vocant Larvas, Masques. B. Kliſſen / kladden / dolkic-bladen. G. Kletten. Gall. *Bardane, Gletteron.* A. Burre, Baur-docks, Butter-karr.

LAPPAGO, videtur diminutivum à Lappa, & ſic vocatur *Aparine*; nam ejus ſemina veſtibus ſimiliter adhærent. Vide *Aparine.*

LAQUEUS, eſt vinculum ita nexum, ut attractum vel pondere preſſum, claudatur: utriusque uſus eſt ad fracta luxataque oſſa majori cum robore extendenda, & repoſita ſuo loco retinenda, tum ad partes conſtringendas & arctè vinciendas. Differentiæ laqueorum ſunt variæ, nomina ſortitæ vel ab inventoribus, vel ab uſu, vel alicujus rei ſimilitudine & figura, vel nectendi modo, vel effectu, quæ cum ſine delineatione ſint, vix ex ſola deſcriptione percipientur. B. Een Strik. G. Ein Strick. Gall. *Lacs.* A. A Snare.

LARIX, eſt arbor conifera, ex qua etiam Terebinthinæ gummi

gummi exſtillat. Inſtar Abietis alta, truncus rectus, cortice denſo, aſpero, fiſſo, fuſco obductus: rami ſunt longi, flexiles, tenues, incurvati: folia Pini tenuiora; plura ſimul ex uno communi tuberculo inſtar penicilli nata: flos mas amentaceus, pluribus apiculis conſtans in uno loco plantæ: fructus in eadem arbore, loco a flore remoto, conicus, ſquammoſus, recondens ſub ſuis ſquammis ſemen foliatum: Hæc arbor creſcit in regionibus calidis circa montes. Larix eſt Gallo-Græca vox, à Gallo-Græcis huic arbori impoſita, vox eſt ergo barbarica, fortè nomen traxit ἀπὸ τῦ λαρινῦ, quod pingue ſignificat; Larix ergo à reſinæ copia, qua turget: alii à λαρὸς dulcis, jucundus derivant, quod odore & aſpectu jucundus ſit. B. **Lorke-boom.** G. **Lerchen-baum / Lerchen-bammen.** Gall. *Larice, Epinardes, Meleſe, Meleze, Melaize.* A. Larch-tree.

Laryngotomia, idem quod *Bronchotomia.*

Larynx, Guttur, Gr. Λάρυγξ, Βρόγχος, † Τραχεῖα Ἀρτηρία. *Galeno* tamen Λάρυγξ, propriè eſt caput & oſtium aſperæ arteriæ, ſive cartilaginoſæ arteriæ, conſtat ex quinque cartilaginibus, quæ ſimul hanc partem majorem faciunt, quam Trachea eſt. *Primum* par Θυροειδὴς ſive ſcutiforme dicitur, protuberantiam illam in collo, vulgo pomum Adami, conſtituens: *Secundum* par, Κρικοειδὴς ſive Annularis, qui inſtar annuli turcici rotunda eſt: *Tertia & Quarta* cartilago aliis unica, ſed ſi membrana exuitur, apparet gemina, dicitur Ἀρυταινοειδὴς, Guttalis & Glottis. *Quinta* Ἐπιγλωττὶς appellatur, quæ rimam tegit & claudit. inſervit voci & reſpirationi, à λαρυγγίζω, clamo. B. **Het Strotten-hooft / gorgel / de onrechte keel / Strot-appel.** G. **Die Gurgel am Hals / Lufftrohrloch.** Gall. *Le Sifflet, le nœud de la Gorge, le Larynx, le Morceau d'Adam.* A. Head of the Wind-pipe.

Laser & Lasar, Gr. Σίλφιον, unde habeat originem, me latet: videtur eſſe vox Cyrenaica & Barbarica, unde olim ſolebat advehi.

Laserpitium, Gr. Σίλφιον, cujus caulis ferulaceus Μάσπετον appellatur, folia ſunt Apio ſimilia, ampla, magna, dentata: flos roſaceus, umbellatus, plurimis ſcilicet petalis conſtans cordiformibus, in orbem poſitis, & calici inſidentibus: ſemen vero latum, membranoſum, oblongum, albeſcens, odoris & ſaporis Angelicæ: radix lon-

ga, crassa, interne nigricans, odoris satis grati: ex cujus caulibus & radice incisis Ὀπὸς, id est, succus colligitur: quibusdam caulis Σίλφιον, radix Μαγύδαρις, & folium Μάσπετα, dicuntur: succum *Laser* vocant: Avicennæ planta Laserifera *Altitht* & *Hiltit* dicitur; Interpretum aliqui *Asam* reddunt, fortè voce ex *Laser* corrupta, quidam putant derivari à Lac & Silphion: crescit in regionibus calidis in montibus. Vide *Silphium*.

LASSITUDO, est major defatigatio, & cum dolore aliquo, atque velut tensione motarum partium, quam non modo sentiunt, dum sese movent, sed etiam quieti sedentes, decumbentes, habetque rursus quinque gradus. 1. In tota cute carnibusque sentiunt, ac si aciculis pungerentur, maximè si moveant se, aut lassa membra contingant: dicitur *Lassitudo Ulcerosa*, ortum habens a Cacochymia, sive vitiosis humoribus membra lacessentibus. 2. Cum in membris lassis præter alia ardorem percipiunt, dicitur *Lassitudo Phlegmonodes*, quæ in febribus ipsis citra laborem, aut si velis ab inquietudine evenit. Hinc illud *Hippocratis*; spontanea lassitudo morbum denuntiat, id est febrem futuram, quæ jam levis aliqua invasit. 3. Cum in profundo circa articulos, id est, in ligamentis & tendinibus, tensio urget, appellatur *Lassitudo Tensiva* sive *Tenodes*. 4. Cum adhuc profundius in ipsis quasi ossibus, id est, in ossium & Epiphysium & Apophysium periosteo, contusionis sensum habent, dicitur *Lassitudo contundens*, sive Ὀστοκόπος. 5. Lassitudo, quæ emaciatis, gracilibus Hecticis aut pueris, aut senibus facilis est, Gr. Κόπος, Κάματος. B. Vermoeytheid. G. Müdigkeit. Gall. *Lassitude*; *Fatigue*. A. Wearyness.

LATERALIS MORBUS, idem quod *Pleuritis*.

LATHYRIS, est Esulæ, Cataputiæ aut Tithymalli species, ex λὰ valde & θέρω calefacio, vel potius θυρὶς ostiolum: nam dicitur, quod folia duo, quæ caulis partem summam amplectuntur, cavitatem satis magnam ostendant: etenim inter duo folia, quæ umbellam ambiunt, semen quasi inter duas januas, sive bivalvas continetur; vel à contrario, quod semen pluribus contineatur tunicis; nempe tribus. B. Spring-kruid / Spurgie / Sporit. G. Spring-kraut / Spring-körner / Treib-körner. Gall. *Epurge*. A. Spurge.

LATHYRUS, est Cicercula, Leguminis species, habet cau-

caules flexiles, repentes, in multos ramos divisos, compressos, costa elata margine foliato, folia bina tantum conjugata ad nervum in claviculas abeuntem, oblonga, acuta, angusta: flores sunt leguminosi, albi: Ovarium vagina membranacea tectum fit siliqua teres, compressa, alba, fæta semine modo cylindraceo, modo angulofo, interne coloris flavi; radix exigua & fibrosa, hæc planta inservit ornamentis hortorum. Forte à λαθεῖν latere, quod in folliculis lateat. B. Platte erweten G. Platte erbsen Gall. *Gesse.* A. Cicheling.

Latissimus Dorsi Musculus, vide *Ani scalptor.*

Latus, est vel nomen adjectivum, & opponitur *angusto.* Hoc sensu nonnulli musculi dicuntur *lati*, ut in collo & dorso: *latæ pustulæ* sunt, quæ non valde prominent. Vel est nomen substantivum, & in genere dicitur de dimidia corporis parte, quo sensu partes quædam dicuntur sitæ esse in latere dextro vel sinistro. Strictiori vero sensu sumitur pro dimidia alicujus cavitatis regione, dextra vel sinistra, inprimis in pectore, unde *dolor lateralis* sæpissime Pleuritidem denotat.

Lavamentum, idem quod *Fotus.*

Lavatio, potissimum dicitur de resinosis, terreis, mineralibus & metallis, cum aqua, vel alio liquore, ab eorum immunditie purgatis, postea quam demum exsiccatis, ut in Aloë lota, lapidibus &c.

Laudanum, dicitur de solo medicamento, ex Opio confecto, idque *Laudanum Opiatum* vocitant, ob vires nempe quas præstat laudabiles. Nonnulli dictum esse putant ab articulo barbarico & anodyna vi, quasi dicas *l'Anodyna*, alii quod Ladanum Cyprium simuletur. Occurrunt variæ apud Authores descriptiones, Dolores intolerabiles pellit, & fluxus quoscunque sistit.

Lavendula, seu Lavandula, & Pseudonardus, Est planta, quæ habet caules, duos vel tres pedes altos, duros, lignosos, quadratos, folia sunt oblonga, albescentia: flores parvi, summis caulibus & ramis verticillatim innati, in spicam oblongam Tritici æmulam congesti, coloris cærulei: semina post flores parva, oblonga, capsulæ inclusa, quæ flori tanquam calix inserviit: radix lignosa: tota planta habet odorem penetrantem, aromaticum, gratum, saporem amarum. planta hæc officinalis sic appellatur, eò quod balneis & hominum lavacris ex-

petatur, elotaque omnia, si permisceatur, odoris commendet suavitate, ergo à Lavando nomen sortitur: Spica quoque dicitur, quia sola spicas gerit inter omnes verticillatas plantas; Nardus plurimis etiam vocatur: num sit Nardus veterum, id aliis inquirendum relinquimus. B. Lavendel / Spyk. G. Lavendel. Gall. *Grand Lavande ou Aspic*, *ou Nard*. A. Lavender.

Laver, sive Sion, seu Becabunga Aquatica, nomen haud dubiè à lavando contraxit, quod sonantibus aquis enatum semper elui gaudeat. Vide *Becabunga*.

Laureola, seu Daphnoides, arbuscula est semper virens, flore luteo, cujus baccæ validissime purgant, est diminutivum à voce *Laurus*: nam à Lauri forma & specie, quam in foliis & fructu refert, dicta est. B. Bergpeper / heldethals. G. Zyland / Keller-hals. Gall. *Laureole*. A. Laurel, Garland.

Laurocerasus, est Frutex pulcher & visui gratus, foliis Laurinis, sed majoribus, magis viridibus, & glabris; caulem habet rectum, ramosum; ejus cortex est virido fuscus; lignum est album, calix cavus, infundibuliformis, ora plana, quinquefida: flos rosaceus, pentapetalus, staminibus multis fœcundus: Ovarium in fundo calicis instructum tuba longa fit fructus Ceraso similis, unde nomen impositum; fœtus ille fructus est putamine obrotundo, tenui, fragili, continente semen oblongum, saporis amari; Hæc arbuscula colitur in hortis. B. Laurierkers. G. Lorbeer-kirschen / Lorbeer-staud. Gall. *Laurier-Cerise*. A. Laurel-cherry.

Laurus, Est arbor in regionibus calidis ad satis magnam altitudinem crescens; truncus politus, non nodosus: lignum porosum & satis debile: rami longi: folia longa, duos vel tres digitos lata, acuta, dura, semper virentia, parum succulenta, nervosa, polita, odoratissima, saporis acris, amari, & adstringentis, brevibus caulibus adhærentia: flores sunt monopetali, pelvi-formes, multifidi, & plerumque nudi, staminibus quasi ramosis & bracteatis constantes: sub cortice exteriori tegumentum corneum seu durum habet: antiquitas in laudis honorem solebat ex hujus arboris ramis coronas flectere: hinc à *Laude* sibi nomen adscivit, Gr. Δάφνη, quæ Poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse, Daphnen puellam, ab Apolline adamatam, cum vim ejus effugere non posset, Deorum

rum miseratione in Laurum fuisse mutatam. B. Laurwierboom. G. Lorbeer-baum. Gall. *Laurier*. A. Laurel-tree.

LAURUS ALEXANDRINA, Gr. Δάφνη Ἀλεξάνδρεια, vel Ἰδαία. Officinis *Uvularia*, nonnullis *Bonifacia*, Theophrastus appellat Ἐπιφυλλόκαρπον, quod fructum super foliis ferat. *Alexandrinam* autem *Laurum* dictam putamus, quod Alexander Victor ea usus fuerit, hinc quoque *Victoriola* appellatur, quod nimirum Victores ea pro Lauro in triumphi & victoriæ signum uterentur. *Idea* vero appellatur ab Ida monte, quo in loco speciosior nascatur. Vide *Hypoglossum*. B. Tonge blad / Keelkruid / Tapkens-kruid. G. Zäpflein-kraut. Gall. *Laurier Alexandrin*.

LAXANTIA, sunt Medicamenta, quæ benignis stimulis hærentia in ventriculo & intestinis, solvendo, lubricando, ex alvo evacuant. B. Zagte uitdryvende middelen. G. Laxirende oder außtreibende artzneyen. Gall. *Remedes laxatifs*. A. Laxative remedy. Hoc autem nomine à nonnullis donantur Medicamenta, quæ valent liquiditate sua intrare vasa corporis minima, illorum parietes sua gravitate removere, infarctumque expellere, apta fluori interponere, ita ut solida ante rigefacta, iterum horum ope reddantur apta flexioni absque solutione continui. B. Leenigmakende middelen. G. Gelind machende artzneyen.

LAXITAS, est partium solidarum talis constitutio, ut facilius flecti & elongari possint; minori vero nixu, quam sanis competit, in pristinum statum redire conentur.

LAZARI MORBUS, vulgo sumitur pro *Lepra*. An ita dicitur, quia *Lazarus*, de quo Lucas in Euangelio loquitur, simili morbo laboravit?

LAZULI LAPIS, est lapis intensè cæruleus, non pellucidus, aureis punctulis, aut venulis exornatus, Armenio durior. Exinde præparatur color, *Ultramarinus* vulgo dictus. Alius est fixus, ex Oriente ferè allatus, qui colorem in igne non mutat, & alius est non fixus, cujus color in igne disparet, & is in Germaniæ locis reperitur. Pro deponenda alvo adhibetur intus. B. Lazuur-steen. G. Lazur-stein. Gall. *Pierre d'Azur*. A. Lazur-stone.

LEBES, vide *Cacabus*.

LEGITIMUS, opponitur *notho* vel *spurio*, & dicitur de morbo, ex communissima causa in quadam parte excitato,

& solita phænomena producente, & hoc sensu Febris intermittens, quæ typum exacte servat, *legitima* dicitur.

Ledum, est Cisti species, dicitur quod folia ejus neque lævia, neque nitida sunt, sed scabra & pannosa. Λῆδος enim vestis ex panno raro ac detrito est, vel λὰν τ̃ λαιζιαζ, quod capræ ac hirci pinguedinem ejus deprædentur ac diripiant; nisi placeat ab Arabibus nomen *Ladi* impositum, unde & *Ladanum* dici videtur. B. Berg-roos / Alp-roos. G. Bähren-blust / Alproos / Huner-laub. Gall. *Ourels*. A. Hillrose.

Legumen, quid sit, omnibus notum: nominatur *à legendo*, quod manu legatur. G. Φακὴ, Χέδρωψ, Ὄσπριον.

Lelythus, vide *Pisum*.

Lemæ, sunt sordes, majori oculi cantho innascentes, interdum palpebrarum occlusionem de nocte præstantes.

Lemnia Terra, est terra alba, tenax, ita tamen ut linguæ adhæreat sine mordacitate, lubrica ob pinguedinem, in insula Lemno effossa; quam Turcæ dein in pastillos formant, & sigillum Sultanis inprimunt: usus ejusdem ac Terræ sigillatæ, vocaturque *Terra sigillata Turcica*. B. Gezegelde aarde. G. Sigelte erden. Gall. *Terre Sigillée ou Scellée*.

Lenia, vocantur Medicamenta, quæ ingesta vel applicata corpori, parvum motum concitant, imo potius compescunt, & in suo genere minus efficacia sunt.

Lenientia, idem quod *Laxantia*.

Leno, & Linon, seu *Torcular Herophili*, est ille locus in cerebro, ubi sinus tertius Meningis primo, secundo & quarto jungitur. B. De Pers. G. Der Kelter im gehirn, Gall. *Le Pressoir d'Herophile*.

Lens, & Lenticula, est Legumen minus. Habetque caules pedem circiter altos, satis crassos, angulosos, villosos, ramosos, flexiles, in terram cadentes, nisi sustineantur: folia oblonga, conjugata, uni costæ adnata, desinenti in viticulam: flores ex alis foliorum erumpentes, leguminosi, albi: flori succedit siliqua brevis, parva, compressa, fæta seminibus orbiculatis utrimque convexis, compressis, duris, politis, coloris albi, aut flavescentis, rubicundi, aut nigricantis: radix exigua, alba, fibrosa: hæc planta crescit in locis aridis. Gr. Φακὴ, & Φακὸς, an à *Lenteo*, quia lentum & sanguinem tardigradum efficiant? vel lentam alvum procurent, quoniam nimis laxam con-

constipent? vel a lenitate, quia lenis est ejus superficies, quia lævis & planta: vide *Phace*. B. **Linsen**. G. **Linsen**. Gall. *Lentille*. Est & alia Lentis species, quæ dicitur *aquatica*, foliola sunt viridia, Lentis magnitudinem habentia, & aquis innatantia. B. **Water-linsen / Eenden-groen / Kroost**. G. **Wasser-linsen**. Gall. *Petite Lentille des Marais*; *ou Lentille d'Eau*. A. Water fitch, Water-lentils.

Lens Crystallina, vide *Crystallinus humor*.

Lenta Febris, est, qua homo lentè & emarcescendo consumitur, quæque ob parvitatem vix observatur cum adest, hinc adsunt quoque viscerum quorundam obstructiones. B. **Tape en trage koorts**. G. **Ein langsames Fieber**. Gall. *Fievre Lente*. A. Lingring Feaver.

Lenticulare Instrumentum, pertinet ad operationes Chirurgicas, quo ossa minus glabra poliuntur. B. **Politsyns-tuig / polyst-tuig / schraapmes**. G. **Ein Polier Messer**. Gall. *Instrument Lenticulaire*, *Instrument pour polir les os*. A. Instrument for the polishing or smooking of bones.

Lentigines, sive Ephelides, sunt maculæ lentes colore referentes, pulicum morsum magnitudine vix excedentes, quibus, in fœminis præcipuè, facies imprimis, interdum Manus, Brachia, & Thoracis pars superior aëri exposita, nunc densius, nunc rarius, quasi guttatim, conspersa est, sine omni dolore & molestia, in quibusdam æstatis solum tempore apparentes, hyeme vero evanescentes, in quibusdam vero perennantes. G. Φακός. B. **Zomer-sproeten**. G. **Laub-flecken / Sommer-flecken**. Gall. *Taches de rousseur*. A. Freckles.

Lentiscus, est arbuscula Mastichen exsudans, valdè ramosa: rami ejus sunt crassi, flexiles, cortice cinereo obducti: folia Myrtum referunt, per paria ad unam costam disposita, non in unum folium desinentem, semper viridia, tenera, odoris fortis non ingrati, saporis adstringentis, acidiusculi, flores ex foliorum alis nascuntur instar racemorum dispositi, rubri, vel coloris herbacei pallidi, ad purpureum accedentis; fructus sunt baccæ rotundæ, nigræ, saporis acidi, habentes nucleum oblongum, nigrum, durum, continentem medullam albam vel viridem: ex hisce baccis in Italia oleum conficitur: crescit hæc planta præcipue in Insula Chio: dici videtur à *Lenteo* verbo, sic propter ejus virgultorum lentitudinem deducunt,

sed malunt alii à foliorum pinguedine lentoreque, quem habent, cum manu tractantur. Gr. σχῖνος quasi σχιστὸς fissilis; quod facile & frequentur in dentiscalpia findatur. B. Mastix-boom. G. Mastick-baum. Gall. *Lentisque.* A. Mastic-tree.

Lentor, opponitur friabilitati, diciturque de iis corporibus, quorum partes adeo inter se cohærent, ut nec flexa frangantur, nec pressa dissiliant. B. Taaiheid. G. Zähe.

Leontiasis, idem quod *Elephantiasis.*

Leontopetalon, Est planta, quæ habet folia ampla, fere rotunda, instar Soldanellæ, hæc integra, illa laciniata, venosa, coloris cærulescentis, longis caulibus adhærentia: ex his nascitur caulis, pedem circiter altus, lineis purpureo-pallidis notatus, in multos ramos divisus, habens folia minora, & minus incisa quam sunt inferiora: flores in summitate ramorum nascuntur, foliis oblongis intermisti, & in spicam congesti, magni instar Ranunculi, quinque petalis constantes, oblongis, flavis, vel rubicundis in stellam dispositi: flori succedit capsula, habens in se semina magna, nigra: radix crassa, rotunda, inæqualis, gibbosa, externe coloris cinerei, interne viridis subflavi, saporis amari: hæc planta crescit in locis calidis. Folium Leoninum sonat, ex λέων leo, & πέταλον folium: ejus radix ictibus serpentum mederi dicitur. B. Leeuwen-blad. G. Löwen-blat. Gall. *Feuille de Lion.* A. Lyons blade, Black-Turnep.

Leontopodium, sive Pes Leonis, est Gnaphalii species: sic dicitur propter villosam foliorum & florum effigiem crus pedi annexum aliquantum referentem, ex λέων leo, & πῦς pes. B. Leeuwen-voet. G. Löwen-fuß. Gall. *Pied de Lion.* A. Lyons Foot.

Lepidium, vulgo *Piperitis:* est planta, quæ plures habet caules duos vel tres pedes altos, rotundos, politos, medulla repletos, ramosos: folia longa & ampla, instar Mali Citreæ, acuta, pinguia, ex viridi in luteum vergentia, in margine incisa, alternatim disposita; folia partis inferioris caulibus longis adhærent: flores in summitate ramorum crescentes, exigui, albi, quadrifidi, cruciformes: post florem sequitur fructus, vel siliqua plana, utcunque in cuspidem desinens, referensque ferrum vel cuspidem hastæ militaris & dehiscens in duo loculamenta, semina

exi-

exigua, & oblonga continentia: radix longa, repens, alba, digiti craſſitie, ſaporis acris: hæc planta creſcit in umbra: appellatur, quod λεπίδας, hoc eſt ſquammas & maculas in facie deleat, & repurget, vel ἀπὸ τοῦ λεπίζειν, id eſt, ἐκδέρειν dictum, quod ſua acrimonia urenti ulceret, excoriet, eaque facultate, vel ferro notas fronti ſervorum inuſtas deleat. Vide *Piperitis*. B. Peper-kruid. G. Pfeffer-kraut. Gall. *Paſſerage*. A. Dittander, Dittanmer, Peper-wort.

Lepidoides, eſt ſutura cranii *Mendoſa*, ſive *Squammoſa*, à relatione appellata. Vide *Mendoſa*, ex λεπὶς Squamma, à λέπω decortico, & εἶδος forma. B. De Schub-naad. G. Schup nath. Gall. *Suture fauſſe ou ecailleuſe*. A. The Scaly Suture.

Leporina Labia, idem quod *Lagochilus*.

Leporinus Oculus, vide *Lagopthalmus*.

Lepra, eſt ſcabies ſicca, qua cutis in ſquammulas, piſcium inſtar mutatur: Differt à *Leuce* & *Alpho*, eo quod Lepra aſpera eſt ad contactum & pruritum inducit; quandoquidem cutis ſola affecta eſt, idoque excoriata cute, ſubjecta caro ſana apparet, à λεπρόω ſcabrum reddo. B. Melaatſheit / Auſſer-ziekte / Lazerie. G. Die Malzey / Auſſatz / Feld-ſucht. Gall. *Lepre*, *Ladrerie*. A. Leprosy.

Lepra Arabum, idem quod *Elephantiaſis Græcorum*.

Lepra Græcorum, ſive Impetigo Celsi, Gr. ἀπὸ τῶν λεπίδων ſquammis denominata. Summus quidam *Pſoræ* ſeu ſcabiei gradus eſt, mox autem in principio, ne quis authorum lectione turbetur, obſervandum, nos hic de *Græcorum Lepra*, non de *Arabum* loqui. Quem autem Arabes *Lepram* nominant, ille *Græcorum* eſt *Elephantiaſis*; quæ nihil aliud eſt, quam univerſalis totius corporis *Cancer*, dum inquit, *Lepra* eſt morbus ortum habens ex bile atra per totum corpus ſparſa, unde intemperies partium, forma & figura, & tandem etiam ipſa continuitas corrumpitur, & eſt Cancer communis corpori toti. *Græcorum* vero Lepram nominant *Arabes Albaram nigram*. *Albaras nigra*, idem eſt quod Impetigo excoriativa, & eſt ſcabioſitas accedens cuti, aſpera, vehemens, & facit ſquammas piſcium cum pruritu. Major in *Lepra* eſt humorum corruptio & intemperies, quam in *Scabie*, & in ſcabie ſolum quædam corpora furfuracea decidunt, in

Le-

Lepra autem velut ſquammæ piſcium; ita ut à pruritu per ſcabiem ad Lepram fiat tranſitus. Nam pruritus eſt levis quædam cutis aſperitas, in qua, niſi fortè violentius ſcalpatur, nihil ex cute decidit: in ſcabie poſtea jam humor evidentior eſt, & ſcalpentibus furfuracea quædam corpuſcula, ſed ſquammoſa, ſeu ſcalpentibus, ſeu non ſcalpentibus decidunt: etenim in ſcabie materia eſt tenuior, ſummam ſaltem cutim depopulatur, deinde in *Lepra* materia craſſior eſt, non ſolum ſummam ſuperficiem, ſed etiam profundiora cutis depaſcitur. Græcorum hanc *Lepram* procul dubio ſub Impetiginis nomine propoſuit *Celſus*. Non vero *Lichenem Græcorum*, quæ aliis Impetigo dicitur, intellexit. B. De Grieksche Lazerie. G. Die Griechiſche Maltzey. Gall. *Lepre des Grécs*. A. Leproſy of the Greekes.

Leptopityron, eſt Furfur macer, ex λεπτὸς tenuis, gracilis, macer, & πίτυρον furfur.

Leptuntica, idem quod *Attenuantia*, à λεπτύνω attenuo.

Lethargus, eſt ſopor in morbis profundior quam in Comate vigili, ſed minor quam in Comate ſomnolento & Caro: tum quoque delirium & febris adſunt. Tumet facies, reliquum corpus marceſcit, manus tremunt, ſudant, & aliquando ſudorem frigidum; ægri oblivione tenentur, ut matulam fortè manu tenentes, mox ejus obliviſcantur, urina turbata eſt, & febris cum lenta, tum acceſſiones imprimis circa veſperam habens, ex λήθη oblivio. B. Slaap-koorts. G. Die ſchlaf-ſucht / ſchlaf-fieber. Gall. *Lethargie*. A. Dead-ſleep.

Levatores ani, Vide *Ani Levatores*.

Levator Musculus, eſt unus ex ſcapulæ muſculis, ita per excellentiam nuncupatus, à transverſo ſecundæ, tertiæ & quartæ, nonnunquam quintæ colli vertebræ proceſſu, vario fibroſorum faſciculorum cætu emergens, circa medium ipſi intricatiſſimè connectitur, quæque etiam carnea alterius claſſis fibram nervoſam ſive tendineam recipit. Validus ex parte carneus, ex parte tendineus, elatiori atque inferiori ſcapulæ angulo infigitur, atque hic ſcapulam elevat. Dicitur & *Patientiæ Muſculus*. B. Opligtende ſpier. G. Der erhebende mauß. Gall. *Muſcle Releveur*. A. The Uplifting muſcle.

Leucacantha, eſt Spina alba, Carlina, Chameleon, &c.

&c. ex λευκὴ alba, & ἄκανθα spina. B. Witte Weg distel. G. Weiß Weg distel / Marien-distel. Gall. *Chardon Argentin.* A. White Thistell, Coton Thistell.

LEUCANTHEMUM, Habet omnia, quæ in Chrysanthemo notata sunt, nisi quod folia florem coronantia sunt alba: radix est fibrosa repens, saporis acris, quasi albus flos, sic Chrysanthemum flore albo vocatur: ex λευκὸν album, & ἄνθος flos, cumque flos Helenii sit instar, dicitur Flos Solis albus. Gall. *Marguerite.*

LEUCANTHON, in genere planta est, flores producens candidos, ex λευκὸν album & ἄνθος flos.

LEUCE, seu VITILIGO ALBA, est mutatio, in qua pili cutis & nonnunquam subjectæ carnes in album colorem mutantur; caro acu puncta non sentit, nec sanguinem emittit, sed humorem lacteum. Dicta est λευκὴ à Populo alba: quoniam, ut in illa arbore, sunt veluti quædam lanugines, sic in istoc affectu apparet albedo in ipsa cute; differt ab *Alpho*, quod *Leuce* altius penetret, & cutim mutet, ita ut etiam pili immutentur, à λευκόω album reddo. Arab. *Albaras alba.* B. De witte Lazery G. Die Weisse Maltzey. Gall. *Lepre blanche.* A. Whitte leprosy.

LEUCELECTRUM, est Succinum album, ex λευκὸν album & ἤλεκτρον succinum.

LEUCOENUS, est vinum album, ex λευκὸν album, & οἶνος vinum, ab ὀνῶ juvo.

LEUCOION, Est planta, quæ habet caulem plus quam duos pedes altum, rotundum, lignosum, in multos ramos divisum, lanugine alba instructos, & in arbusculæ formam dispositos: folia sunt longa & ampla fere instar Salicis, alba, mollia, lanuginosa; flores in summitate ramorum crescentes, quadrifidi, oblongi, cruciformes, coloris rubicundi aut purpurei, aut violacei, aut albi, odoris suavis: flori succedit siliqua oblonga, angusta, compressa, septo medio distincta, cui adhærescunt semina orbiculata, plana, ad margines foliata, coloris rubicundi; saporis acris: radix exigua, sed lignosa & fortis: hæc planta colitur in hortis; variæ hujus plantæ dantur species; flore albo vocatur flos Keyri hortulanis, *violettes*; vel est Narcisso Leucojum sive Leucojum bulbosum hexaphyllon, vel Leucojum bulbosum triphyllum, quasi planta ad Leucoium & Narcissum accedens. B. Muur-violetten / muur-bloemen. G. Braune / gelbe / oder weisse Violen. Gall. *Gi-*

Giroflier, *ou Violier*, ex λευκὸν album & ἴον viola. à λευκόω dealbo, propriè vocatur Vola alba.

Leucolachanum, est Olus album, sive Valeriana campestris, ex λευκὸν album & λάχανον olus.

Leucoma, est cicatrix vel macula opaca, alba in cornea oculi tunica, non tantum superficiaria, ut in Nephelio, sed paulo profundior, ex incrassatis vasis per lamellas hujus tunicæ currentibus oriunda, à λευκὸν albus. B. Een wit Lid-teiken op 't oog. G. Ein Maal/ oder weisse flecke am auge. Gall. *Cicatrice blanche sur l'Oeil.* A. White scar in the horny tunicle of the eye.

Leucophagum, fit ex amygdalis in aqua rosarum maceratis, & carne caponis vel perdicis elixa, tusa & per setaceum trajecta: usus est in phthisi. Ex λευκὸν album, & φάγω edo. B. Een wit Coeberreidsel. G. Weisse huner brühe. Gall. *Blanc manger.*

Leucophlegmatia, est intumescentia æqualis, pallida, frigida, vestigium digiti inpressi diu retinens per totius corporis ambitum; dicitur etiam Anasarca pituitosa, sive Hydrops universalis: ex λευκὸν album, & φλέγμα pituita. B. De witte zugt / slym-zugt / ongedaantheid. G. Das Weisse-wasser/ Wasser sucht. Gall. *Leucophlegmatie*, *Hydropisie*. A. Pituitous dropsy.

Leucopiper, vide in *Piper*.

Leucorrhoea, vide *Fluor albus*.

Levisticum, Est planta, quæ habet caulem valde altum, crassum, striatum, nodosum, excavatum, ramosum: folia Apii, sed majora, & ampliora, coloris virido fusci, splendentis, odoris penetrantis, non ingrati: flos est rosaceus, umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, in orbem positis, & calici insidentibus: Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum oblongis, crassiusculis, Apii semine majoribus, hinc gibbis & striatis, inde vero planis, saporis acris, aromatici, subdulcis, odoris fragrantis: radix oblonga, pollicari crassitie, in fibras crassiores divisa, foris fusca, intus pallida, saporis acris aromatici subdulcis, odoris jucundi & fragrantis, nonnullis gravis & molesti: cui vires adscribuntur aperientes, carminantes, & antiarthriticæ: quibusdam *Smyrnion*, & *Ligusticum* vel *Laserpitium Germanicum*: crescit in ea Apennini præcipuè parte, quæ Liguriæ imminet, unde ei nomen: vel à levando, quod à flatibus levet. Gr. Λιγυστικόν,

τικὸν, & Λιβυστικόν. B. **Lavas.** G. **Leib stickel / bad kraut.** Gall. *Livesche*, *Leveche*, *Ache de Montagne*. A. Louage, Alisander.

Lexipyreton, idem quod *Febrifugum*.

Libanos & Libanotos, unde Olibanum, sive Thus: sic dicitur à monte Syriæ, à λίβω vel λείβω stillo, quia ex arbore Thurifera lachrymæ stillant. Vide *Thus*.

Libanotis, alii Roremmarinum vocant, nonnulli aliam herbam ex Ferulaceis unam: dicitur, quod Radix Thus seu Olibanum oleat. Vide *Libanos*, & *Rosmarinum*. Arab. *Elkialgebar*. B. **Beerwortel.** G. **Rosmarin / Beerwurtz.** A. Candy All-heal.

Liber, est vegetabilium pars corticis interior, quæ ligno pressius adhæret. Iis quibus scribimus libris nomen dedit.

Libra, apud Medicos uncias duodecim pendet, apud mercatores sexdecim. Sumitur quandoque pro *Mina*. B. **Een Pond.** G. **Ein Pfund.** Gall. *Une Livre*. A. A Pound.

Liburnum, est *Viburnum*, sic fortè dictum à Liburniæ regione.

Lichen, est Musci viridis species: quæ in Quercuum truncis crescit, aliquando in lapidibus muscosis, Hepaticam fontanam refert, sed est multo major: folia ejus sunt aspera, sicca, dura, coloris cinerei, punctis notata, lanuginosa in parte inferiori, qua arbori adhærescunt, alba, fractu difficilia: sic appellatur, quod contra Lichenes, quo nomine vocantur omnes morbi cutanei, omnibus remediis anteponatur, vel quoniam saxa, quibus adhæret, linguæ modo lambat, à λείχω lambo. *Hepaticam* quoque recentiores vocarunt, quod jecinorum fibris similis conspiciatur. B. **Leverkruyd van de Steenen / of Fonteynen.** G. **Leber-kraut / Stein Flechten.** Gall. *Hepatique des bois ou herbes aux Poumons*. A. Liverwort, Stony or of the Fountain.

Lichen, Barbaris *Serpigo* sive *Zerna*, *Haliabbas* vocat *Petiginem*, & *Sarpedinem*, vulgus appellat *Volaticam*. *Lichenes* sunt asperitates quædam cutis, & veluti tumores cum pruritu multo, ex quibus materia emanat. Gr. & Arab. duo fecerunt Lichenum genera, alterum benignum & mite: alterum ferum. Atque secundum *Avicennam* alia humida, ex qua confricata manat ros; alia vero sicca: atque humidam magis salvam esse; siccam vero fieri à pi-

à pituitá salsa conversa in humorem melancholicum. Et rurtius scribit, aliam etiam Impetiginem excoriari ob vehementem siccitatem, & multitudinem profundationis; aliam vero non excoriari; & aliam esse ambulativam & malignam, aliam vere stantem. Alia etiam est antiqua, alia recens. Hinc liquet, Scabiem ipsius *Corn. Celsi* nihil aliud esse, quam Lichenes ipsos Græcorum, & Impetiginem Arabum. Fit in toto corpore, sed præsertim in facie & mento, ut habet *Galenus*, est enim Lichen, *inquit*, menti injucundissima affectio, quoniam pruriginem multam inducit, facit partium affectarum circumtensionem: periculosa est non parum, proserpit per totam faciem, oculosque interdum contingit, & tandem etiam extremam fœditatem parit, *Lichen Græcorum* est *Impetigo Plinii*, sive inæqualitas cutis, cum insigni pruritu & pustulis siccis, ad vicina serpens & extendens. B. **De Hair-worm / droogkrauwsel / vuurige Schurftheid.** G. **Schwind flecken / zitter-mahl.** Gall. *Dartre.* A. Tetter, ringworme, wild fire. *Lichen* etiám callus in equorum pedibus dicitur.

Lien, idem quod *Splen.*

Lienteria, est alvi fluxus, seu lævitas intestinorum, qua alimenta cruda mutata parum, vel separata, vel permistis fæcibus excernuntur, ita tamen ut ab his ista dignoveris. Oritur hæc ab inertia virium ventriculi, vel tanta laxitate pylori, ut cibos nondum dissolutos dimittat. Itaque alimenta non subsistunt in ventriculo, sed mox in alvum propelluntur, cum murmure aliquo, distensione, dolore & nausea. Hic vero fluxus diu perseverans, vires admodum frangit. Ex λεῖον leve, ἔντερον intestinum & ῥέω fluo. B. **Spys-loop / Afgang van onverteerde Spys.** G. **Der Bauch Fluß / Durchlauff.** Gall. *Flux de Ventre, Lienterie.* A. The Fluxe, laxe, vel loosenesse of the belly.

Ligamentum, Gr. Σύνδεσμος, est pars solida, & admodum fibrosa, simili fere cum cartilagine duritie, ex generali stamine solido, seu ex multis fibris solidis fasciculatim compactis, vel ex multis membranis sibi mutuo impositis & concretis ortum ducens, ossi vel cartilagini inprimis infixa, magnitudine, numero, situ, varia, lata vel rotunda, prout ad cartilaginis aut membranæ constitutionem accedit, siccior aut humidior, durior aut mollior, minus, magisque lenta & flexilis, colligendis partibus, maxi-

maximè offibus, ad faciliorem motum destinatur. B. Een Band / been-band / geel hair. G. Ein Band / spannader / sennen. Gall. *Ligament*. A. Idem.

Ligamentum Ciliare, oritur ex circumferentia uveæ tunicæ, ubi duplicata membrana ejus posterior se reflectit ad crystallinum, & constituit ligamentum illud seu *Interstitium Ciliare* dictum; quæ sunt tenuia quædam filamenta musculosa ex uvea producta, referentia lineas nigras, palpebrarum pilis similes, & vitreum humorem anterius protuberantem coërcent, crystallinum connectunt; quamvis autem hæc filamenta radiata & libera videantur, cum atrum ex oculo ablutum sit; tamen naturaliter adest membrana, quæ fibras has radiantes connectit inter se invicem; radii vero hi ex uveâ, uti ex circumferentiâ emissi, coëuntes versus crystallinum humorem, centrum quasi petunt; infinitis gaudent vasculis, tum per propriam substantiam currentibus, tum in spatiis intermediis luxuriantibus, & cum invicem communicantibus, quæ artificiosa Anatomicorum injectio hoc tempore cum aliis claris inventis, in oculis balænarum, aliorum animalium, & dein in hominibus detexit: usum vero habere videntur, dum sphæricè anterius protuberent, & postice premantur extrorsum ab humore vitreo, ut dum se contrahant musculorum instar & quidem instar diaphragmatis, fiant filamenta hæc radiata planiora, adeoque comprimant Vitreum versus posteriora, sed ille resistentiam multo majorem passus ob inflexiles fere tunicas oculum ambientes, Scleroticam & Adnatam &c. fertur iterum versus anteriora in Crystallinum, ubi minima est resistentia, adeoque Crystallini protuberantiam antrorsum conciliant. B. Oog-hair band. G. Der augen haar band. Gall. *Ligament Ciliaire*. A. The ciliar ligament.

Ligamenta Uteri, impropriè dicta. Duo dicuntur rotunda sive teretia, instar lumbricorum. Oriuntur à lateribus fundi uteri, inter duplicaturam Peritonei versus inguina utrinque adscendunt, & in ossa pubis desinunt. Alterum par latum est & membranosum, vocanturque *Vespertilionum Alæ*. Hæc habentur ad latera fundi. B. De Moeder-banden. G. Bänden der Bärmutter. Gall. *Ligamens de la matrice*. A. The ligaments of the Womb.

Lignum Aloes, vide *Agallochum*.

Lignum Sanctum, vide Guajacum.

Ligula, quarta pars cyathi dicitur, hoc est, semiuncia, demptis sc. duobus scriptulis. Item *Clavicula.*

Ligusticum, vide *Levisticum.*

Ligustrum, Est magna arbuscula, habens multos ramos longos, flexiles, cortice obductos cinereo, lignum est durum, & album: folia ex adverso per intervalla nascuntur, oblonga, angusta, Salicem referentia, sed breviora & crassiora, atro virentia, splendentia, saporis acris, amaricantis, & parum adstringentis: flores monopetali, infundibuliformes, tetrapetaloidei, & pentapetaloidei, calici exiguo innitentes: ovarium in imo calicis fit fructus globosus, mollis, succo plenus, seminibusque fætus ut plurimum quaternis, hinc gibbis, inde vero planis: Lignum hujus arboris est adstringens, hinc ejus decoctum in morbis oris, Scorbuto, Diarrhæa convenit: folia & flores similiter usurpantur in affectibus ubi adstringendum, ut in affectibus quibusbam uvulæ & oris; herniis infantum &c. derivant à lego, quasi *Legnstrum*, vel an à ligando, quod sepibus alligetur? B. Liguster / Mond-hout / keel-kruid / Rhynwilge / Witte vilt-kruid. G. Hartriegel / Rhein-holtz / Rhein-weide / Mund-holtz. Gall. *Troesne*, *Fresillon*. A. Privet, peyvet, privat, prim-print.

Liliago, est Phalangium, quia flosculos habet Lilii in modum; est diminutivum à Lilium.

Liliasphodelus, est Hemerocallis; componitur vox ex Lilium & Asphodelus, vide suo loco.

Lilium, Est planta, quæ habet caulem duos vel tres pedes altum, rotundum, rectum: folia sunt longa, satis ampla, sine caule caulibus adhærentia, polita, splendentia, tenera, succum viscosum habentia: flos veluti campaniformis ex petalis sex compositus, nunc magis, nunc minus repandis: pistillum abit in fructum oblongum, ut plurimum trigonum, in tria loculamenta divisum, seminibusque fætum quasi marginatis, gemina serie sibi incumbentibus: radix bulbosa, carnosis squammis constans, extrinsecus in orbem quasi sibi invicem appositis, intus alba, extus parum fusca, saporis mucilaginosi & lenti, odoris nullius: hæc usui Medico potissimum inservit, rarius autem interno, sed inter cataplasmata emollientia & maturantia plerumque recipitur. Gr. Κρίνον, & Λείριον, unde fortè descendit Lilium, vel ab æqualitate & lævitate quasi λειόφιλον pleonasmo τ̃ λείριον Lilium dicitur, Κρίνον à κρίνειν, qui-

quidam dici putant à pulchritudine & majestate; quod cæteris floribus certet, judicium petat ac ferat. Iridis speciebus nomen illud κρίνον imponitur. Vide *Rosa Junonis*. B. Leli. G. Lilie/ Gilgen. Gall. *Lys*. A. Lilly.

Lilium Convallium, vide *Ephemerum*. Est planta, quæ habet folia Lilii vel Plantaginis, oblonga, satis ampla, viridia, polita: Caulis est parvus, semipedem circiter altus, tenuis, angulosus, nudus; finis pedunculi fit flos monopetalus, campaniformis, exiguus, obrotundus, in quinque vel sex segmenta fissus, pendulus, spicatus, albus, odoris grati, saporis amari; ex apice pedunculi intra florem ovarium nascitur, quæ fit bacca mollis, subrotunda, rubicunda, continens semina dense congesta, rotundula, dura, amara: radix longa, parva, repens, alba: hæc planta crescit in sylvis & vallibus; hinc Lilium vocatur a similitudine foliorum, & convallium, quia in vallibus crescit. B. Meibloemen/ Lelietjes van den Dale. G. Meyen-blumlein/ Lilien von Thalen. Gall. *Muget*. A. Lilly-convally, May-Lilly, Conval-Lilly.

Lilium Inter Spinas, est Caprifolium, seu Matrisylva, sic dictum, quod inter Virgulta Sylvestria, & Spinas, odore Lilii albi, crescat. B. Geitenblad/ Mennuelicns-kruid. G. Waldwinde/ Speck lilien. Gall. *Chevre-feuille*. A. Wood-bind, Wood-bine, Wordtbinde. I. Vinci bosco.

Limatio, est corporum duriorum mediante lima, tornove, in pulverem grossum redactio; locum quoque habet circa dentes acutos & ossa carie vel excrescentiis infecta.

Limodorum, quasi famem causans, à λιμὸς fames, & δῶρον donum. Vide *Orobanche*.

Limonia Malus, & Limonium, folia, flos, fructus ut Citrei, sed caro tenuior longe quam Citrei, ipse fructus minor; cortex tenuior, pulpa copiosior, succus acidior; est citrei coloris fructus. Nomen videtur Indicum, ubi in utraque India à Lusitanis *Limmes*, & *Limmeties*. B. Limoen. G. Limonen. Gall. *Limonier*. A. Lemons, Limons.

Limonada, est species julepi, in quem limonum succus, cum saccharo ingreditur. B. Limoen-dranck. G. Limonen Tranck.

Limonium, Est planta, quæ habet folia Lapathi mino-

 ra,

ra, læviora, politioraque, minus atra, sed hilari viror-tiucla, ex radice erumpentia, caules ex his assurgunt pedem alti, nudi, tenues, in plures ramos extensi: flores sunt vel cariophyllæi, vel monopetali: calix fit vasculum seminale, quod unicum complectitur semen arctissime, cum quo cadit: radix crassa, rubra, saporis adstringentis; in multis capitibus divisa: crescit hæc planta in locis aquosis & paludibus circa mare: herba Limonii adstringit, dicitur & Pyrola, seu Tintinnabulum, sed & nonnullis aliis herbis imponitur illud nomen, quod videtur habere à λειμὼν pratum, palus, quasi à λείβω, quia rigatur, vel à λείπω, quod in eo uligo ab alluente aqua relinquitur. B. Wintergroen. G. Winter grün/ Holtzmangold-kraut.

Linamentum, idem quod *Motos*.

Linaria, Urinalis, Gr. Ὄσυρις, est herba, quæ Linum repræsentat, habet plures caules sesquipedem circiter altos, rotundos, tenues, quibus innascuntur plurima folia oblonga, angusta, nullo ordine posita, saporis amaricantis: flos est monopetalus, anomalus, personatus, & quidem ita ut posteriori parte longam gerat caudam, anteriori vero bilabiatus, & superior pars bifida, inferior trifida: calix flori ambiguo situ affigitur, quinquefidus: Pistillum floris abit in vasculum rotundum acuminatum, quod per maturitatem in duas cavitates dehiscit, in quibus semina sunt compressa, nigricantia, & rotunda: radix longa, dura, alba, repens, exigua, lignosa: Linaria a Lino, quia ejus folia Linum referunt; quæ & Tithymalum Cyparissiam adeo mentiuntur, ut nisi lac deesset, difficile foret distinguere, antequam floreat planta. B. Vlaskruid/ Wild-vlas. G. Lein kraut/ Harn-kraut/ Unser Frauwen Flachs/ Wald flachs/ Krotten-flachs. Gall. *Linaire, Lin Sauvage*. A. Wild-flax, Toad-flax, Linnet.

Linctus, idem quod *Eclegma*.

Linea, dicitur de longitudine, quæ consideratur, acsi nec latitudinem, nec crassitudinem haberet: applicatur hinc sensu valde inproprio quibusdam corporis humani partibus; sic loquuntur Anatomici de linea aspera in osse femoris, linea medullosa in cerebro, & de

Linea Alba, quæ est tendinum quatuor musculorum abdominis concursus exceptis rectorum tendinibus. Nam tendines obliquorum uniuntur, & ita coëunt ab utraque parte, ut quasi tunicam abdomini obductam forment, ac

si unicus esset tendo. Alba est & carnis expers, procedens à mucronata cartilagine ad os pubis, hinc abdomen dividit in dextram & sinistram partem, & rectos abdominis musculos a se invicem distinguit; estque infra umbilicum angustior, quam supra. B. De witte Linie. G. Die weisse Linie. Gall. *La Ligne Blanche*. A. The White line.

LINEÆ FATALES, sunt quædam rugæ in cute frontis, ex quibus multa quædam prædicunt inepti. B. Doorzegende linien. G. Die Linien in der Hand/ daraus man wahrsaget. Gall. *Lignes Fatales*. A. Fatall lines.

LINGUA, est membrum in ore contentum, à lingendo dictum, oblongum, latum, crassum, & ad radicem quidem crassius, in extremitate tenuius & acutius; magnitudo mediocris est, ori respondens, ut in omnem ejus sedem commode pertingere, & moveri expedite possit. In exteriori linguæ parte, superiori sc. regione, copiosissima quædam corpora, serie quadam disposita, ab extrema linguæ superficie foras erumpunt, & modicè incurvata unanimiter, versus posteriorem linguæ partem, inclinationem positionemque habent, ita ut æmulentur pectinem carminatorium: hæc corpora cartilaginosa in bove præcipuè videntur eam referre figuram, quam in aprino dente; in parte inferiori concavitatem quandam exhibent; componuntur ex densa & tenaci materia, fibrosa, quæ quasi virgularum aggeries videtur: circa linguæ latera gracilescunt, ut ferè obliterentur & in basi eorum loco membranosa quædam corpora collocantur, quæ conum, mox obtusiorem papillam æmulantur: singula exposita cornua exteriori linguæ membrana investiuntur; firmiter implantantur in tenaciori quadam linguæ tunica, & subjecta mucosa, seu nervosa substantia, iis præcipuè in locis, ubi insignes foveæ pari ordine expositæ observantur, ita ut in parte interiori non exigua eorum portio emineat, quæ in mucoso quodam corpore tenaciter implantantur. Membrana hæc totam investiens linguam in superiori ejusdem areâ inserta, & convoluta habet exarata cornua, & quibus in locis papillæ foras protuberant, attenuantur & gracilescunt, & in minimæ cucurbitulæ figuram excavantur: minimi in hoc tubere observantur poruli. Hac detracta, sese offert glutinosa quædam substantia, & alba est ubi nectitur. Membrana subnigra autem, ubi partem interiorem tangit, conspicua foramina, singulis exaratis cornibus respondentia, habet;

bet; inter quæ innumeri & exigui meatus ad extimam linguæ superficiem hiant. Deinde in conspectum sese offert nervosum & papillare corpus subflavum, quod membranæ instar excurrit, papillas etiam nerveas insignes miro ordine dispositas promit. Succedunt alterius ordinis papillæ copiosiores enarratis; quot enim cornua exterius linguam tegunt, tot etiam hujus generis nerveæ papillæ intus reperiuntur; hæ exortæ à communi papillari corpore, in mediocrem altitudinem elevantur, & ab extremo capite nerveas propagines ulterius emittunt; circa hæc conspiciuntur innumeræ papillæ, idem exordium sortitæ & ad eandem altitudinem elevatæ, graciliores tamen, quæ coni figuram referentes, proprios sinus in jam exarata mucosa substantia excitatos subintrantes, tandem desinunt versus extimam membranam. Porro linguæ substantia musculosa est. Centrum autem linguæ ex multiplici fibrarum genere constat, longis, transversis & obliquis, quæ identidem invicem per superequitationem intextæ colliguntur, ita ut fiat veluti tegmen: musculis peculiaribus movetur, quibus retrahitur. Musculorum paria sunt *Styloglossum*, *Basioglossum*, *Genioglossum*, *Ceratoglossum* & *Myloglossum*. Gr. γλῶσσα & γλῶττα. B. De tonge. G. Die junge. Gall. *La Langue*. A. A Tonge.

Lingua Canis, vel Canina, vide *Cynoglossa*.

Lingua cervina, planta est, cujus folia linguæ cervi figuram æmulari existimantur, nunc simplicia, nunc laciniata: vocatur etiam *Phillytis*, & ad plantas capillares refertur.

Linimentum, à Linire, est Medicamentum externum, consistentia inter Oleum & Unguentum media. B. Smeersel / stryking. G. Schmierung / Bestreichung. Gall. *Liniment*, *Oignement*. A. Annointing.

Linum, Est planta, quæ habet caulem duos circiter pedes altum, exiguum, rotundum, excavatum, in summitate ramosum: folia sunt oblonga, angusta, fere alterna, acuta: calix oblongus & tubiformis: flos caryophyllæus, cæruleus: flori succedit fructus pisi magnitudine, subrotundus, & acuminatus, continens in multis capsulis membranaceis multa semina oblonga, rotunda, compressa, in una parte magis acuta, lubrica, lucida, in medio tumida, medullam oleosam & mucilaginosam habentia, ex fusco cærulea: radix exigua. Gr. Λίνον, dictum est propter corticis,

ticis, & libri ſtamina, in recta filamenta divelli ſcindique ſolita, quæ lina etiam vocantur; unde linea & Libella, qua directiones & parietum ſtructuræ librantur. Vel deducunt à Cymbrica voce *Ee* & *Lee* per converſionem noſtram alterum alteri opponuntur: à *Lee:* quo moleſtum omne & diſplicens notatur, fit *Lii* longum, id eſt, patior, & *Lien*, pati, in modo infinito; hinc *Lin*, à quo *Linum*. B. **Linnekruid/Vlas-kruid.** G. **Flachs kraut/Flachs.** Gall. *Du Lin.* A. Flax.

Lipodermus, eſt vitium cuticulæ, glandem colis inveſtientis, adeo ut non poſſit retrahi. Item præputii abſentia, ex λείπω deficio, & δέρμα cutis.

Lipopsychia, eſt leve animi deliquium, ſive virium proſtratio, ex λείπω deficio, & ψυχὴ anima. B. **Een flauwte.** G. **Ohnmacht.** Gall. *Defaillance.* A. Feebleneſſ.

Lipothymia, *Defectus animi*, *Defectio animæ*, *Deliquium animi*, Λειποθυμία *Philoteo*, Λειποψυχία Hippocr. ſive inſignis vivificationis læſio, quæ eſt magna virium omnium proſtratio, ex ſufficientis copiæ ſpirituum & caloris in cor aliasque partes impulſorum defectu. Hæc ſi magna fuerit, *Syncope* vocatur. Vide *Deliquium animi.* Ex λείπω deficio, & θυμὸς animus. B. **Een qualikte/ Bezwyming.** G. **Ohnmacht.** Gall. *Pâmoiſon*, *Defaillance.* A. Feebleneſſ, Weakneſſ.

Lippitudo, eſt Ophthalmiæ ſpecies, ſeu aſperitas quædam intra oculos, ac ſi arena eſſet inſperſa. B. **Leepoogigheit.** G. **Die Entzündung der Augen/ das Augentrieffen/ Augenfluß.** Gall. *Chaſſie, mal des yeux, quand ils pleurent & ſont chaſſieux.* A. Bleaedneſſ.

Lipyria, eſt febris continua, in qua ſimul externa frigent & interna uruntur: ſæpe contingit in inflammationibus ventriculi, hepatis, lienis, aliorumque viſcerum, ex λείπομαι deficio, & πῦρ ignis. B. **Een heete koude koorts.** G. **Heiß kalte fieber.** Gall. *Lipyrie.* A. Idem.

Liquamen, vide *Colliquatio.*

Liquatio, idem quod *Liquefactio.*

Liquefactio, eſt, quando oleoſa, reſinoſa, ut pinguedines, cera, reſina &c. ſuper ignem lentè & integrè ſolvuntur: dicitur quoque de ſalibus, quæ, ut liquefiant, cellis committuntur.

Liquid-Ambra, ſive Liquida Ambra, ob odoris ſuavitatem ſic dicta. Reſina eſt oleaginoſa ſuaviſſimi ac

gratiſſimi odoris, effluens ex arbore quadam procera ac venuſta, foliis Hederæ, *Ococol* dicta. Eſtque partim ſiccior, quod ſedimentum fortè eſt, quæ ſeorſim conſervatur; partim tenuior ſicciori ſupernatans. Alia quoque exprimitur, ſed villioris conditionis eſt: naſcitur iſta arbor in Hiſpania nova.

LIQUIRITIA, dicitur Glycyrrhiza; ſed potius dicerem eſſe ejus ſuccum expreſſum & inſpiſſatum, quoniam à *liquore* derivari videtur. Vide *Glycyrrhiza*.

LIQUOR, quamvis de quolibet humore dici poſſit, in ſpecie tamen denotat per deliquium paratum, quem Oleum alias, nonnunquam Balſamum dicere ſolent. Sæpe & pro deſtillato liquore haberi poteſt.

LIQUOR AMNII, eſt, qui in Amnio continetur, ibi perpetuo renovatur, nonnihil mucoſus, ſeu oleoſus, ſero lactis haud abſimilis, ad ignem tamen concreſcens, ut albumen ovi, colliquamentum Harvæo dictum, cui fœtus quaſi innatat, ipſi recens nato adhæret toto corpore, atque ab Obſtetrice aqua tepida, pauco vino, ſimilibusve abſtergetur. Cæterum ab urinoſo liquore, copia, ſapore, odore, bene diſtinguendus, nec cum eo confundendus eſt, ille enim excrementitius eſt, hic vero fœtui nutritium eſſe, veriſimiliter conjicitur: 1°, quia tale liquidum in Ore, Æſophago, Ventriculo fœtus reperitur, quale eſt in Amnio, 2°, quia illud liquidum copioſum in initio, paulatim minuitur, nec alia ratione conſumi videtur, quam a fœtu.

LIRION, vide *Lilium*.

LITHANTRAX, ſive Carbo foſſilis, eſt bitumen pingue, glebis petroſis, aut & forte metallorum ſcoriis mixtum, durum, aſſulatum, lamellatum, nigrum, ſciſſile, inflammabile. In Anglia, aliiſque locis, tanta copia naſcitur, ut lignorum & ceſpitum loco ſufficere poſſit. B. Steenkoolen. G. Steinkohl. A. Ceale.

LITHARGYRIUM, officinis ſpumoſum excrementum eſt, è purificatione argenti, quæ per plumbum fit, reſiduum. Duo ejus genera communiter ſtatuuntur, videlicet *Argenteum*, quod coloris minus ſaturi, & *Aureum*, quod ſaturatioris coloris, magis ad rubedinem vergentis, exiſtit. Verum tamen non niſi coctione differunt, *aureumque* magis coctum eſt, quam *argenteum*. Sed proprie nihil aliud eſt quam plumbum, & propter indolem ſuam exſic-

ficcantem in ulceribus egregie prodest. B. **Glit / goud en zilver-glit.** G. **Gold und Silber glätte.** Gall. *Litharge.* A, Idem.

Lithiasis, est calculi in renibus, vesica, aliisque in partibus generatio, à λιθιάω, calculos patior, calculis laboro. B. **De Steen.** G. **Der Stein.** Gall. *Pierre.* A. The Stone. Sic etiam dicitur morbus oculorum, quum tubercula quædam alba & aspera circa palpebras apparent.

Lithoides, est os petrosum, sic ob duritiem lapideam appellatum, ex λίθος lapis, & εἶδος forma. B. **Het steen-been.** G. **Das Steinbein.** Gall. *l'Os Petreux.* A. The stony bone.

Lithontriptica, sunt Medicamenta saxifraga, sive quæ calculum Vesicæ urinariæ, vel renum frangunt, conterunt, & ex corpore expellunt, ex λίθος lapis, & τρίβω. B. **Steen-brekende dingen.** G. **Steinbrechende Artzneyen.** Gall. *Remedes Lithontriptiques, ou contre la Pierre.* Idem ferè A.

Lithospermum, Est planta, quæ habet plures caules duos pedes altos, quosdam rectos, alios incurvos, villosos, tenues, rotundos, duros, asperos, in ramos divisos: folia vel alternatim disposita, vel sibi invicem opposita, longa, angusta, acuta, sine caule adhærentia, villosa, saporis herbacei: flos monopetalus, infundibuliformis: ex cujus calice quinquefido, ad basin usque secto, surgit pistillum, quod abit in quatuor semina, stridula, dura, polita, minima, alba, splendentia, obrotunda, vel ovalia: radix lignosa, fibrosa, digiti crassitie: crescit hæc planta in locis incultis: a λίθος lapis & σπέρμα semen, & dicitur conducere in calculo renum: semina adeo bene Margaritas referunt, ut, qui has vendunt, illa intermisceant Margaritis Occidentalibus, quæ non tam elegantes, quam Orientales, & sic eas divendunt pro puris Margaritis Occidentalibus, sed fraus facile detegitur ex macula fulva his seminibus inhærente: sic vocatur ob seminis duritiem: Latinis *Milium Solis*, quod semen ejus candore solis & lucis splendore fulgeat. Rectius forte diceretur *Milium Soler*, quoniam planta in montibus *Soler* frequens nascitur. B. **Paarel-zaad / Steen-zaad.** G. **Meer-hirsche / Stein-saamen.** Gall. *Gremil, Herbe aux Perles.* A. Gromell, gromwel, graymil.

Lithotomia, est Chirurgica calculorum è vesica se-

ctio; quæ hoc modo procedit. Imponit Lithotomus ægrotantem alicujus robusti sinui, pulvinari molli instrato, postquam ter, quaterve ex loco altiori in inferiorem prosiliit, mox manum utrinque validè plantæ pedis alligat, genua vero utrinque adstantes duo ministri detinent, ita ut quam maxime a se invicem distent. Deinde primum sinistræ manus digitum solum, aut si necessitas exegerit, duos priores oleo liliorum alborum madefacit, eosque in anum immittit, dextra vero pubis superiora leviter comprimit, ut hoc modo ab osse pubis ad perinæum transferatur calculus, quem quum digitis dictis eo adegerit, sinistro lateri inter testiculos & anum, proxime ad suturam perinæi, cultro utrinque acuminato vulnus pro calculi magnitudine infligit, calculo tenus cultrum deducendo: & vulnere si sua sponte, aut digitorum insertorum propulsione, exire detrectet calculus, forcipe, aut quod præstat, cochleari sive lapidillo eum foras trahit. Extracto calculo, vinculis omnibus solutis, vulnus obligat modo debito, sanguinem sistentibus adhibitis mediis, brevique tempore, ut consolidetur curam adhibet, ne urinæ per locum vulneratum stillicidio laboret æger. Hic modus, *Apparatus minor* vocatur, & in infantibus imprimis locum habet, licet sæpe in adultioribus hisce in regionibus instituatur. In *Apparatu majore* vero, æger eodem modo ut supra, bene ligatus mensæ imponitur, & in ea detinetur, mox *Itinerarium* per urethram in vesicam intromittit Chirurgus usque ad calculum, factoque foramine, ut supra, in sulcum Itinerarii per vulnus *Conductorem* immittit, deinde Itinerario ex urethra ablato, per vulnus inflictum *Forcipem*, Lapidillum, aut instrumentum aliud, detrahendo calculo accommodatum, immittit, quo sic & apprehendere calculum & foras educere queat. Hoc facto, deligatio vulneris & consolidatio instituitur ut in pueris; adhibita, si nimis magnum fuerit, sutura, impositaque ad dies duos aut tres cannula argentea, evacuationi sanguinis concreti, pituitæ, urinæque arenosæ apta. Occurrit adhuc alius calculos extrahendi modus, nempe foramine in abdomine facto, calculus ex fundo vesicæ exscinditur, & hoc modo nunquam stillicidium est expectandum, ex λίθος lapis, & τέμνω incido. B. Het Steensnyden. G. Das stein-schneiden. Gall. *Lithotomie*, *Taille*, *Extraction de la pierre*. A. Cutting up of the stone or for the stone.

Lithotomus, est Chirurgus in secandis calculis peritus, ex λίθος lapis, & τέμνω seco. B. Een steen-snyder. G. Ein Steinschneider. Gall. *Lithotomiste*. A. A Stone Cutter.

Litus, idem quod *Linimentum*.

Lividus Musculus, una cum aliis musculis femur movens, dicitur & *Pectinæus*, qui ab ossis pubis superiore ad commissuram parte, oblique decurrens, usque in femoris exporrigitur latus externum, asperæque cuidam lineæ sub trochantere minore inseritur. B. De loodverwige spier. G. Der Bleyfarbige mauß. Gall. *Muscle Pectiné*. A. Leaden Coloured muscle.

Lixivium, est sal aqua solutum: præparatur vulgo ex cineribus, ex quibus mediante aqua sal, quod continent, elixiviatur. B. Loog. G. Laugen. Gall. *Lessive*. A. Lee, Lie.

Lixivum Sal, est Alcali fixum, quod mediante aqua ex cineribus solutum, exsiccatum summas ignis torturas patitur, ut sal tartari, absinthii, &c. B. Loog-zout. G. Laugen salß. Gall. *Sel Lixiviel*. A. Lie.

Lobuli Adiposi, vide *Sacculi Adiposi*.

Lobuli cerebri, sunt illæ portiones, in quas cerebri hæmisphæria subdividuntur, suntque duo *anteriores*, qui minores, & duo *posteriores*, qui majores sunt.

Lobuli Pulmonum, sunt fistulæ pulmonalis extremitates, quæ in Lobulos uniformes desinunt, constantque iterum ex plurimis vesiculis & omnis generis vasis. B. Longedruiven. G. Lungetrauben. Gall. *Lobules*.

Lobus, est Phaseolus: venit à λέβω seu λαμβάνω prehendo, quia fabæ in siliquis prehenduntur.

Lobus Auris, Est appendicula quædam mollis, flexilis, blanda tactu, auriculæ appensa, nullo unquam foraminulo naturaliter pertusa, sed a fæminis artificialiter perforatur pro ornamentorum commissione; posita est directe infra Antitragum, unde fæminarum ornamenta Ellobia dicta. B. Het lelletjen van het Oor / oorlapjen. G. Das underste am ohr / Ohr-läplein. Gall. *Le Lobe de l'Oreille*. A. The lobe or lap of the ear.

Lobus Hepatis, aut Pulmonis, sunt eorum viscerum magnæ divisiones, & distinctiones. B. Quabbe. G. Der Zipffel an der Leber / oder Lunge. Gall. *Les Lobes du Foye*.

Localia Medicamenta, sunt quæ parti cuidam peculiari, in quam tantummodo operari debent, externè appli-

applicantur, ut emplastra, linimenta, unguenta &c. Gr. Τοπικά. B. Plaats-middelen. G. Äusserlich gebräuliche Arzneyen. Gall. *Remedes Topiques.* A. Topical Remedies.

Loch, & Lochoch, idem quod *Eclegma.*

Loch Sanum, & Expertum, est Eclegmatis species, quæ in morbis pectoralibus utilis censebatur, & experta.

Lochia, sunt puerperarum expurgamenta, ex apertis arteriarum in cavitatem uteri desinentium orificiis, post fœtus & secundinarum exclusionem, prodeuntia, primis diebus rubra, copiosa, post tertium vero magis pallida, à λέχομαι cubo; unde λέχος lectus, & λεχωΐδες ὧραι tempora partus. B. De kraam/ kraamzuivering/ reiniging. G. Der Blutfluß/ Blutreinigung/ Nachfluß einer Kindbetterin. Gall. *Vuidanges.* A. Womans Evacuation in Child-bed.

Lochoch, idem quod *Eclegma.*

Loci Chymici, dicuntur vasa & fornaces apud Chymicos usitata.

Loci Muliebres, idem quod *Uterus.*

Loculamenta, sunt in plantis seminum involucra, quæ veluti parvæ capsulæ ea occludunt.

Locustæ, Thecæ, idem ac oculi aut gemmæ, uti in avena & graminum quibusdam speciebus, in quibus semen includitur. Sed & insecta quædam denotat.

Loimographia, est descriptio morborum contagiosorum. Ex λοιμὸς venenum pestiferum, & γράφω scribo. B. Een beschryving van besmettelyke ziekten. G. Beschreibung der ansteckende Seuchen.

Loimos, est venenum pestilentiale, quod oritur ex aëre particulis heterogeneis exhalationum nostro corpori non ferendarum inquinato & aculeato, qui, inspirando, sanguinem & spiritus animales &c. inficit, & corrumpit, & movendo reliqua tenerrima solida destruit. Gr. Λοιμὸς, παρὰ τὸ λείπειν, id est à deficiendo, quia hominum defectum inducit: seu ut aliis placet παρὰ τ λιμȣ̃, à fame. Unde proverbium Græcum, μετὰ λιμὸν λοιμὸς pestis post famem. B. Een besmettelyke ziekte. G. Eine Ansteckende Seuche. Gall. *Maladie contagieuse.* A. Pestilent poyson.

Lomentum, fabarum farina est.

Lonchitis, Est plantæ genus foliis Filicis foliorum æmulis, a quibus tamen differt pinnulis ad exortum auritis: nullos habet flores: folia ad dorsum sunt instructa semi-

minibus rubicundis, tam parvis, ut sine microscopio distingui non possint: in montibus altis, asperisque occurrit: dictam volunt ab hastæ, ceu lanceæ formâ, quam tamen in hac plantâ observare nequeo; nisi placeat singularia lanceæ similia esse, quod τρίγωνα triangula appareant, λόγχη enim est lancea seu hasta. Dioscorides Etymologiam quærit à semine triangulo, quod lanceæ cuspidi simile sit: alii quod sit Lonchitis altera & lienem absumat, foliaque similia habeat, alii quod ejus folia instar lanceæ in acutum desinant. B. Grachtvaren. G. Täschel-kraut. Gall. *Lonkite*. A. Rough spleen-wort.

Longanon, sive intestinum ultimum, item Ἀπόθυσμα, ἀπευθυσμένον, Δακτύλιος, Ἀρχὸς Hippocrati, vide *Rectum intestinum*.

Longissimus Dorsi Musculus, producitur à margine ossis sacri, atque à lumborum vertebris oriundus fibrarum fasciculis coagmentatus, cum Serrato postico inferiore ascendit, quem circa dorsi vertebram infimam deferens, singulis lumborum ac dorsi transversis processibus alligatus, primam thoracis petit vertebram; thoracem, lumbos eorumque vertebras extendit. B. De langste rugspier. G. Der lange rucken mauß. Gall. *Le Long Dorsal*. A. The Long muscle of the back.

Longus colli musculus, oritur partim ex processibus transversis sex superiorum vertebrarum colli, partim ex corporis ultimæ colli, & trium superiorum dorsi: inseritur primæ vertebræ colli, & aliquando etiam ossi occipitis. B. Lange halß-spier. G. Der lange hals Mauß.

Lopidoides, idem quod *Lepidoides*.

Loquela, fit, quum sonus, in exspiratione formatus, organis extra laryngem positis, nempe gutturi, linguæ, dentibus, labiis, genis, naribus, palato, illisus, inde in transitu vel reflexu ita mutatur & determinatur, ut id fiat, quod literis exprimitur. B. Spraak G. Sprach.

Lordosis, est spinæ dorsi in anteriora curvatio, à λορδόω in anteriora curvo. Latini vocant *Repandum*, *Recurvationem*. B. Bultagtig na vooren toe. G. Vorgebochelt / Krum-hälsicht / da einer fursich gehen muß. Gall. *Bosse en devant*. A. Bending of the backbone forward.

Loricatio, est actio Chemica, quando retorta igni nudo exponenda, luto, argilla, aut alia materia, ut à nimiâ ignis torturâ defendatur, obducitur. B. Een beharnas-

nassing. G. Das Kleben und tünchen der Retorten. Gall. *Luter les vaisseaux ou les Retortes lors qu'on veut distiller.* A. Lorication.

Loripes, est qui alterum vel ambos pedes habet contortos & incurvatos, dicitur quoque *Varus.* B. Scheef-been/ slim-voet/ krom-been. G. Krum-fuß/ Krum-bein. Gall. *Qui a la jambe tortue.* A. Crooked legged.

Lotio, est quodammodo Balneum particulare, quo caput, axillæ, manus, pedes & genitalia abluuntur, idque decoctis medicamentosis. Lavantur etiam nonnulla Medicamenta, idque propter eorum salsedinem & acrimoniam, ut in Calce, Tutiâ, aliisque lapidibus contingit, vel quando herbæ, radices, a sordibus argillaceis & arenosis aqua pura, aut vermes vino lavantur. B. Wassinge. G. Das Wäschen. Gall. *Lotion, Bain.* A. A Washing.

Lotium, vide *Uron.*

Lotus, est vel arbor, vel herba, nomen accepit à voluptate, ab antiquo verbo λῶ, quod significat θέλω, ἐπιθυμῶ, βλέπω, volo, expeto, desidero, video. Illud nomen etiam habet *Trifolium Odoratum*, ut & *Melilotus*, aliæque plantæ.

Lozangiæ, sunt idem quod *Morsuli.*

Lubricantia, vocantur Medicamenta, quæ vasorum superficiem oleo, pinguedine, mucagine, vel alio molli & leni ita obducunt, ut facilior per illa fiat transitus, vel minori cum attritu motus.

Lues Moravica, seu Pannonica, vide *Febris Ungarica.*

Lues Venerea, *Morbus Gallicus, Italicus, Hispanicus, Siphylis Fracastor.* παρὰ τὸ σίνειν τὰ φῦλα. Hic morbus ex India occidentali oriundus, in Europam translatus, post annum 1463. innotescere incepit, primum in regno Neapolitano, dein etiam per alias regiones propagata est; est hic autem contagiosus, ita ut ab infectis parentibus inquinati nascantur infantes; lactatione contaminentur, contrectatione, salivæ per oscula communicatæ deglutitione, sudore, & coïtu impurorum quilibet inficiatur: quæ autem pars primo fuit infecta, primo se manifestat inflammatione, ulcere erodente, dein per totum corpus efflorescunt pustulæ; labia, gingivæ, palatum, nares eroduntur, dolores nocturni circa medios artus fiunt ingentes, & articulorum rigiditas, capillorum totius corporis defluvium,

&

& vox rauca cum aliis multis symptomatibus hunc morbum declarant. B. De Spaanse pokken. G. Frantzosen/ Spannische kranckheit. Gall. *Véroles*. A. Pockes, the French pockes. Dolores circa ossa vocant Hispan. & Brasilian. *Bubas*.

LUJULA, est Acetosellæ species, in officinis asservata, cujus vires refrigerantes insignes. B. Schaapszuuring. G. Buchampffer. Gall. *Pain a Coucou*; *Alleluia*. A. Woodsorrel.

LUMBAGO, est dolor in musculis lumborum à lue scorbutica obsessis, ita ut æger sese movere absque dolore magno, acsi per medium scinderetur, nequeuns, se recto situ tenere cogatur, corpusque perpetua agitatione huc illucve inclinet. B. Lende-pyn/ 't spit/ lende-jigt. G. Lendenweh. Gall. *Sciatique*. A. The paine of the loines.

LUMBRICALES MUSCULI, sive VERMICULARES, sunt quatuor in singulis manibus, totidemque in pedibus, sic ob exilitatem & figuram dicuntur. B. De Worm-gelyke spieren. G. Der wurmen gleiche mauß. Gall. *Muscles Lumbricaux*. A. Wormlike muscles.

LUMBRICI, sive VERMES, sunt animalcula ex ovulis insectorum deglutitis cum cibis, in corpore nostro aliquandiu morantibus, producta, quæ plerumque quidem in intestinis, sæpe tamen in aliis corporis locis inveniuntur. B. Wormen. G. Wurmen. Gall. *Vers*. A. Wormes. Alii sunt *Rotundi*. B. Ronde wormen. G. Spulwurmen/ Kinder wurmen. Gall. *Vers Ronds*. Alii, Cucurbitæ seminis forma, Cucurbitini dicti. Alii *Ascarides*. B. Maeyen. G. Würmlein. Alii Dracunculi, &c. Gall. *Ascarides*, *vers Cucurbitins*.

LUMBUS & LUMBI, Gr. ψόα, Ὀσφὺς, Ἰξὺς. Propriè dicitur pars totius spinæ infra dorsum quinque vertebris omnium crassissimis, maximisque compacta, inter dorsum & os sacrum mediis; estque ea regio corporis, qua homines cinguntur. B. De lendenen. G. Die Lenden. Gall. *Les Lombes*, *les Reins*. A. The loine.

LUNA, Chymicis denotat *Argentum*. B. Zilver. G. Silber. Gall. *Argent*. A. Silver.

LUNARIA, sive Viola latifolia, vulgo *Bulbonac*: est planta, quæ habet caulem duos vel tres pedes altum, minimi digiti crassitie, ramosum, villosum, coloris cærulei vel

vel rubicundi; folia Urticæ interdum duplo vel triplo majora, villosa, dentata: flores in summitate ramorum crescentes, quadrifidi, in crucem dispositi, purpurei, odoris non penetrantis: flori succedit filiqua oblonga; compressa, obrotunda, quæ continet semina ampla, reniformia, coloris rubicundi, saporis acris cum quadam amaritudine: radix glandulosa: sic dicta est quod seminum folliculi lunarem colorem & figuram habent. B. Penning-bloemen / Maan-kruid / Paasch-bloemen. G. Mond-kraut / Pfenning kraut. Gall. *Lunaire*, *ou Bulbonac.*

Lunatici, dicuntur Epileptici, Σεληνιακοί, quia mutato lunæ cursu, Epilepticis paroxysmus exacerbatur. B. Maanziek / Maanzuchtig. G. Ein Mondsüchtiger. Gall. *Lunatiques.* A. Lunatikes.

Luparia, vide *Lycoctonon.*

Lupia, est tumor sive protuberantia, fabæ turcicæ magnitudine, durus, glandulosus in cute; quidam pro *Meliceride* accipiunt, alii pro *Ganglione*, alii eandem cum Scirro obtinere causam putant.

Lupinaster, est novum Plantæ genus, a Buxbaum inventum, crescit ad ripas Wolgæ prope Astrakan: habet folia instar Lupini digitata, flores papilionaceos, semina reniformia: describitur in commentariis Petropolit. vol. 2.

Lupinus, Est planta, quæ habet caulem duos pedes altum, mediocriter crassum, rotundum, rectum, villosum, ramosum, coloris viridis subflavescentis, medulla repletum: folia sunt in septem vel octo partes divisa, oblonga, angusta, manum apertam repræsentantia, superius coloris cærulei, albescentia & lanuginosa inferius, saporis leguminosi, amarescentis: flores in summitate ramorum crescentes, in spicas congesti, leguminosi, albi, pedunculis brevibus adhærentes: flori succedit siliqua compressa, villosa, turgidula, fæta seminibus planis, compressis in complanatam figuram sphæricam, fossulam cavam utrinque habentibus, extus albis, intus medulla flava aurei coloris repletis; hujus sapor est amarus, ingratus: ex hac medulla confecere olim aurum comicum, & de homine, qui omnium rerum expers erat, proverbialiter dicebatur; nescit quam distent æra Lupinis: est leguminum species, dicitur, quod sicut lupus terram appetit & in fame terrâ vescitur, ita Lupinus; adeo tellurem amat, ut quamvis fructuoso solo conjectum, inter folia, vepresque, ad terram

ram tamen radice perveniat. Vel dicitur, quasi lupis relictus & expositus: quod impunè præterea jacet, vel derelictus etiam, si non protinus sicut obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutus. Gr. Θέρμος. B. Bolks-boon / Wyg-boonen. G. Feig-bonen / wolffs-bonen. Gall. *Lupin*. A. Lupines.

Lupinus, Gr. Θέρμος, dimidiæ drachmæ æquatur. *Danich* Arabibus: quod tamen *Fernelio* solum Gr. vi. *Agricolæ* & *Mercuriali* viii. sive tertiam scrupuli partem pendet. *Drachma* pendet lupinos novem: *Siliqua* dimidium; lupini tres scrupulum pendent. B. Een half vierendeel loots. G. Ein halb quintlein. Gall. *Demi drachme*. A. Half dram.

Lupulus, Est planta, cujus caules sunt exigui, sarmentosi, flexiles, villosi, scandentes, asperi, volubiles: folia ampla, angulosa, dentata, scabra, conjugata, caulibus satis longis & rubicundis adhærentia: flosculi apetali, albi pallidi, aut herbacei, staminibus præditi, calice quinquepartito, stellatim expanso, excepti, racemosi in una planta: ovaria bicornia, in racemos squammosos ex multis foliolis, axi adnatis, compositos, congesta; singulis foliolis recondentibus singula semina fere rotunda, nigricantia, tegmine membranaceo occultata; radix tenuis, convoluta: Gr. Βρύον: dicitur à Bryoniæ similitudine, quam folia quodammodo habent. Appellatur quoque *Humulus*. Aliquot Italiæ rura, ob græcam appellationem alludentes, *Bruscandulam*, quasi Bryon Scansile nominant. *Lupus* vero *Salictarius*, quia subit scanditque Salices, & arbusta omnia, circumvolvendo se, circumplectitur, appellatus est. Hinc quoque *Lupus Receptitius* nonnullis nominatur. B. Hoppe. G. Hopffen. Gall. *Houblon*. A. Hops.

Lupus, est species Cancri, crura & tibias occupans, & proximas partes instar Lupi famelici celerrime depascens. B. De Wolf. G. Der Wolff. Gall. *Le loup, ou le chancre aux jambes*. A. The wolfe.

Lupus Receptitius, vide *Lupulus*.

Lupus Salictarius, vide *Lupulus*.

Lusciosus, vocatur, qui objecta non potest distinguere, nisi quæ oculo admodum prope admota sunt. B. Bysiende. G. Blöd-sichtig / der ein blöd Gesicht hat.

Lutatio, est vasorum Chymicorum lutatio, sive ob-

ſignatio. B. **Een toelyming / een Verzegeling.** G. **Verlutierung.** Gall. *Luter.* A. Idem.

LUTEOLA, eſt planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, oblonga, anguſta, mollia, caules ex his erumpunt tres pedes alti, duri, virides, ramoſi, folia ſuperius minora habentes, quam ſunt inferiora: flores polypetali, anomali, exigui, coloris flavi; poſt florem ſequitur capſula obrotunda, triangularis, continens ſemina exigua, obrotunda, & nigricantia: radix ut plurimum digiti minimi craſſitie, & interdum pollicis, lignoſa, alba, ſaporis acris: tota hæc planta per ſiccitatem fit flava herba, ſic dicta, quod eâ panni & telæ linteæ, candidæ quidem, colore luteo, virente vero, quum ante cæruleo tinctæ erant, inficiantur. Gall. *Gaude*; *ou Herbe jaune.*

LUTUM, Herba eſt, quo lintea, lanæ &c. luteo inficiuntur colore: vel ut alii, quod à luto veniat luteus color. Aliorum opinio eſt vocem Lutum à Gr. Λευκὸν venire *Leutum*, *Lutum.* B. **Wouwe.** G. **Streich-kraut.** A. Dyers Woad.

LUTUM, eſt materia quædam glutinoſa, aqua ſubacta, ut Farina triticea, ſecalicea, lini ſeminis, amylum, ovi albumen & ſimilia, qua vaſa deſtillatoria ſibi impoſita, ne quid expiret per rimas, probè obſignantur. B. **Leem.** G. **Leim.** Gall. *Lut*, *Glu.* A. A Lute.

LUXATIO, ſeu DISLOCATIO, & ELUXATIO, eſt receſſus oſſis è proprio ſinu & loco, in alienam ſedem, motum arbitrarium impediens; quæ perfecta dicitur, quando os ex articulo ſuo plane excidit, ſed in alio caſu imperfecta; oriturque plerumque a violentia externa, quandoque tamen etiam ex humore articulorum cavitatem replente, & ligamentorum laxitate. B. **Ontwrichting / Uitleding.** G. **Auß den Gliedern / oder Gelencke gegangen / Verrenckung.** Gall. *Luxation*, *Diſlocation.* A. A Disjointing.

LUXURIA, non tantum denotat intemperantiam in cibo vel potu, ſed etiam carnoſam excreſcentiam, qualis in gingivis quandoque obſervatur.

LUZ, an ſit os vertebrarum, an vero ſeſamoideum in pede, dubitatur. Nonnullis habetur pro oſſiculo triangulari, quod in confinio ſagittalis & lambdoideæ cranii ſuturæ reperitur, de quo mira ſomniarunt Judæi, acſi principium & fundamentum futuræ reſurrectionis in ſe reconderet.

Ly-

LYCANCHE, est Angina, quæ lupos strangulat, vide *Angina.*

LYCANTHROPIA, est *Rabies Hydrophobica*, à rabido lupo excitata, in qua homines luporum ululatus imitantur, ex λύκος lupus, & ἄνθρωπος homo. Vide *Hydrophobia.* B. Wolfs-beet of dolligheit. G. Unsinnigkeit / oder Taubsucht von einem Wolffs-biß. Gall. *Morsure de Loup.* A. Biting of a mad Wolfe. Castello sumitur pro specie Melancholiæ, qua ægri noctu domo egredientes, & per urbem vagantes, ululatu suo lupos imitantur.

LYCHNIS, Est planta, quæ plures habet caules sesquipedem vel duos pedes altos, rectos, rotundos, ramosos, lanuginosos: folia sunt tres vel quatuor digitos longa, sesquidigitum lata, Salviâ majora, acuta, lanuginosa, alba, conjugata bina simul, mollia: calicem habet tubulosum magnum, latum, longum, multifidum, magis bullatum quam in Alsinis, squammosum: flos cariophyllæus; floris pistillum fit fructus, utplurimum in conum desinens, qui per maturitatem apice dehiscens fundit semina exigua, subrotunda, vel angulata, interdum reniformia: radix fibrosa, simplex: colitur hæc planta in hortis: nomen accepisse contendunt a λύχνος *luminare*, vel παρὰ τὸ λύειν νύχος, ἤγουν σκότος, *quod Tenebras* solvat: vel, quod tomentosis earum foliis Veteres ad lucernarum usum, pro elychniis uterentur, unde *Lucernula* vel *Flammula* dicta, ejus nominis sunt variæ species. B. Christus oogen. G. Frauen-röslein Gall. *Oeillets de Dieu; Passe fleur, Passeroses.* A. Rose Campion.

LYCIUM, est arbuscula spinosa, sic dicta, quod in Lycia, Asiæ regione, crescat. B. Bolhs-doorn. G. Ein dörnechter baum. A. Box-Thorn.

LYCIUM, est succus extractus & coquendo inspissatus ex ramis ac caudice arboris Pyxyacanthæ sive Lycii, sed cujus sit succus, varii dubitant. Provenit in variis locis, uti in India, Hispania, Creta, Capadocia, Lycia, unde nomen, &c. Est medicamentum astringens.

LYCOCTONUM ACONITUM, ACONITUM PONTICUM, LUPARIA, LUPICIDA, vel CÆNICIDA, quoniam ab iis devoratum, eos confestim interficit, ex λύκος lupus & κτείνω occido. B. Wolfs-wortel. G. Wolffs wurtz / Wolffs-kraut / Gifft-kraut Gall. *Aconit, tue loup, tue loup jaulne.* A. Wolfes Baine.

Lycoides, est insania luporum instar, à semine retento excitata, ex λύκ☉ lupus, & εἶδ☉ forma. B. Wolfs-gebeer. G. Wolffs-geberden. Gall. *Geste de Loup*. A. Gesture of the Wolfe.

Lycopodium, est Musci species, Latinis à similitudine *Pes Lupi* dicitur, ex λύκ☉ lupus & πȣ̃ς pes. B. Wolfs-klauw. G. Guttel-kraut / Wolffs-klau / bär-lapp. Gall. *Pied de Loup*, *Mousse terrestre*. A. Wolf-claw.

Lycopsis, seu Anchusa, vocari volunt ob radicis fuscum ex purpureo colorem: vel quasi λυκόφως vocatur à lupo, cujus color cinereus est, nigrorem præferens, sed non intensiorem. Sonat enim Λύκοψις lupi faciem, aspectumve, vel nomen accepit ab hispida caulis, florum, foliorum, impexaque hirsutie, pedem lupinum imitata, sed λυκόπȣς tunc dicendum foret, ex λύκ☉ Lupus & ὄψις visus. Illud nomen Anchusæ, & Buglossæ imponitur. A. Wall-Bugloss.

Lygmus, idem quod *Lynx* & *Singultus*.

Lympha, est humor lympidus leviter salsus, igne avolans, fluens in vasis arteriosis minoribus, ortis lateraliter ab arteriis majoribus sanguineis vel serosis, quæque vasa tandem desinunt in Venas Lymphaticas valvulosas, exonerantes sese, quæ ab inferioribus partibus veniunt, in ductum chyliferum, quæ a superioribus in venam subclaviam, unde primum Chyli, dein etiam sanguinis venosi attenuationi inservit: differt à sero sanguinis, quod est minus pellucidum, flavius, & igne concrescit ut ovi albumen. B. Water. G. Wasser. Gall. *La Lymphe*. A. Water. Sumitur aliquando pro aqua illa tenui, acri, & plerumque salsa, quæ ex puncturis nervorum aliisque vulneribus effluit. B. Zenuw-water / Lee-water. G. Glied-wasser. Gall. *Synovie*. A. The Lympha.

Lymphatica Febris, vocatur, quæ circa vesperam cum frequenti horrore insurgens, gravedine vel tussi, & sputi copiosioris ejectione stipatur.

Lymphatica Vasa, vide *Venæ Lymphaticæ*.

Lyncis Lapis, sive Belemnites, ἀπὸ τȣ̃ βελέμνȣ à sagitta, cujus effigiem refert, seu *Dactylus Idæus*, à figura Dactyli, & Ida monte Cretæ Insulæ, ubi invenitur. Teres est & pyramidalis, sub variis coloribus repertus. Inveniuntur albi, nigri, cinerei, pellucidi, vini Falerni instar. Et hinc forsan est, quem Veteres *Lyncurium* appellarunt,

larunt, quem & Succini ſpeciem fecerunt, ob colorem, quo Succinum refert, quemque ex urina lyncis, ſimul ac ea excernitur, coagulari, nonnulli fabulantur. Vetus hic lapis grave olet, & ne uſtus quidem odorem deponit. Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in Boruſſia, Pomeria, Epiſcopatu Hildelienſi, Helvetia, Ducatu Wurtemburgenſi, Goppingæ. In affectibus nephriticis præſcribitur. B. Donder-ſteen / Lynx-ſteen. G. Abſchoß / Schußſtein / Luchs-ſtein / Tappen ſtein. (ſi niger ſit.) Gall. *La Pierre de Lynx*. A. Lyncian-ſtone.

Lyngodes Febris, eſt, quæ ſingultum habet comitem, à λύζω ſingultio.

Lynx, idem quod *Singultus*.

Lysimachia, ſeu Lysimachium, & Salicaria, Eſt planta, quæ habet plures caules duos vel tres pedes altos, rectos, villoſos, nodoſos; ex ſingulis nodis erumpunt tria vel quatuor folia oblonga, acuta, Salicis latifoliæ ſimilia, ſuperne atro virentia, inferne albicantia, & lanuginoſa, ſaporis adſtringentis; flos monopetalus, roſaceus, in quinque lacinias diviſus: poſt ſingulos flores piſtillum fit fructus ſeu teſta globoſa, quæ per maturitatem apice dehiſcit, ſemen excutit: ſemina ſunt Coriandri, ſaporis adſtringentis: radix eſt repens, rubicunda: creſcit hæc planta in paludibus, & locis aquoſis: flos convenit cum Blattaria, ſed fructus in hac eſt bicapſularis, cum in Lyſimachia ſit tantum unicapſularis: appellata, ut ferunt, ab ejus inventore Lyſimacho: vel παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην, quod pugnam & animalium certamen verberando ſolvat, dirimatque. *Salicaria* vocatur, quod inter folia Salicis, aut inter Salices naſcatur. Hujus ſunt variæ ſpecies. B. Wederick / Wederik / Joden-kruid. G. Weiderich. Gall. *Soucy d'Eau*, *Perce-boſſe*, *Corneille*, *Lyſimachie*, *Chaſſe-boſſe*. A. Looſe ſtrife.

Lysis, veteribus dicebatur Criſis quædam ſpecies, in qua ægri lenta & ſucceſſiva materiæ morbificæ evacuatione ſenſim reconvaleſcebant.

Lyteria, eſt ſignum ſolutionis magni morbi, à λύω ſolvo.

M.

M. Simplex, in præscribendis formulis positum immediate post alicujus herbæ nomen, denotat *Manipulum*, scribitur sæpe tribus literis ut *Man.* In fine formularum significat *Misce.*

Maceratio, est species infusionis, quando dura quædam corpora in aquâ, aliove liquore, mediante frigore aut calore infunduntur per magnum temporis spatium, ut partes emolliantur, & ab aquâ penetrentur, cum illa misceantur, vel aptæ evadant miscelæ si decoquantur; omnia enim hoc modo magis aperiuntur. B. Weeking. G. Das einweichen / wässeren. Gall. *Maceration.* A. Idem.

Machina, in genere est corpus, ex variis partibus, singulari artificis ingenio inter se unitis, constructum, eo consilio, ut certos & ordinatos motus producat: in Chirurgia vero dicitur instrumentum aliquod grande, cujus ope magnus motus in resistens parvâ vi potentiæ applicatæ potest excitari, uti scamnum, scala, Ambe, &c. quibus membra luxata restitui solent, dum enim luxatio plerumque plurium hominum vi & operâ indigeat in restitutione, ope artificiosarum machinarum, in hos usus accommodatarum, Chirurgus solus omnium aliorum viribus satisfacit. Gr. Μηχανή, Μαχάνημα. B. Werktuig. G. Eine Rüstung / Werckzeug. Gall. *Machine*, *Instrument*. A. An Engine.

Macies, est minor quidam Atrophiæ gradus, talisque corporis constitutio, in qua pinguedo deficit: hæc tamen quibusdam est nativa, neque ullam functionum læsionem comitem habet. B. Magerheid. G. Magerkeit / Mägere.

Macis, quid sit, vide *Moschata Nux*. B. Foely / Bloem van Notemuscaat. G. Muschatblum. Gall. *Le Macis, Ecorce ou ce qu'on appelle improprement Fleur de Muscade.* A. Mace. *Macer Veterum*, est ligni cujusdam cortex lignosus, crassus, rubescens, ex Barbaria afferri solitus, gustu valde amarus & astringens, adeoque differt à Maci, quamquam interdum à modernis confundantur. Est & genus Maceris Insularum orientalium, quod forsan idem cum Veterum Maci.

Macrocephalos, sive Capito, est is, qui magnum ha-

habet caput, ex μακρὸ magna, & κεφαλὴ caput. B. Groot-hooft. G. Ein Groß kopff. Gall. *Qui a une grosse tête.* A. Great headed.

Macrocosmus, denotat mundum universum, sicuti homo *Microcosmus*, sive minor mundus in comparatione, ex μακρὸς magnus, & κόσμος mundus. B. De Groote waereld. G. Die Grosse welt. Gall. *l'Univers.* A. The great world.

Macropiper, est Piper longum, vide *Piper.*

Macula Epatica, est macula fusci coloris, vel ex flavo nigricantis, lata palmi magnitudine, inguina imprimis & pecten ac dorsum occupans, imo totum pectus interdum obtegens, cum cutis quadam levi asperitate, quæ squammas aut furfures quasi emittit, quæ tamen non uno loco hærent, sed hinc inde disseminantur, & modo evanescunt, modo rursum emergunt. B. Lever-vlekken. G. Leber-flecken. Gall. *Taches du Foye.* A. The Liver spots.

Macula Matricalis, *Nævus* Cic. Gr. Κηλὶς, Σπίλωμα, Σπίλος, est macula, quæ cum fœtu nascitur, nec sine ratione imaginationi maternæ adscribitur, obfusci coloris, constanter locum suum occupans; quæ tamen indifferenter per totam cutim spargitur, uti est in facie, manibus, dorso, &c. aliquando rei alicujus imaginem exprimens, ut muris, mori, suberis &c. B. Moeder vlekke. G. Mutter-maal/ Mutterflecken. Gall. *Tache qu'on apporte en naissant.* A. The mother spot.

Macula Volatica, est macula rubra, vel purpurea in cute hinc inde serpens, quæ si orificium aliquod, os puta, nares, oculos, aures, nates attingit, & eousque penetret, malum lethale fit, infantibus infestum. B. Roode-vlek. G. Rothe Flecken. Gall. *Tache Volante.* A. Fyling spot.

Madarosis, est capitis glabrities, sive capillorum defluvium, à μαδάω lævis & depilis sum. B. Het uitvallen des hairs. G. Das ausfallen deß haars. Gall. *La Pelade.* A. A Baldness of the head.

Mador, sumitur pro humore illo præternaturali, qui in Syncope & Virium exsolutione, calidus vel frigidus, sudoris instar ex cute emergit. B. Vogtigheid. G. Feuchte.

Magdaleones, sunt cylindraceæ emplastrorum vel aliarum rerum massæ, à μάσσω pinso. B. Een Rolle zalf. G. Ein

G. Ein Salb Rolle. Gall. *Une Roue d'Emplastre.* A. Masses or plaister made up in form of a cylinder.

MAGISTERIUM; pulverem designat propriè solutione ac præparatione paratum, impropriè resinosam materiam simili modo productam, utpote quæ verius Extracti nomine donatur. Magisteria ut varia sunt, ita & variè parantur, semper materiæ siccæ, si fieri potest, pulverisatæ, aut si necessarium, calcinatæ, affunditur liquor solvens, qui pro diversitate ejus diversus est, Acetum simplex aut destillatum, tum per se, tum acuatum per spiritum nitri, vitrioli, salis &c. Imo hæc sola in mineralibus & animalibus; lixivium ex sale tartari, & aqua paratum in vegetabilibus, spiritus vini in his sulphureis, hoc est, oleosa parte præditis, hæc tamen magis ad extracta spectant. Soluto affunditur liquor, præcipitationem efficere valens, ex specialibus cognoscendus, ferè ol. tart. per deliquium, urina, aqua salsa, spir. vitrioli, nitri &c. In mineralibus & animalibus, aqua communis, aut aluminosa in vegetabilibus & secedit ad fundum vitri Coagulum exsiccandum, & si necessitas urgeat, primum edulcorandum, postea igniendum. B. Meester-poeder. G. Meister pulver. Gall. *Magistere.* A. A Magistery.

MAGISTRALIA MEDICAMENTA, sunt, quæ à Medicis ad varios scopos & usus in officinis præscribi solent, *Usualia* vulgo appellantur, quia eorum usus frequens esse debet, semel sc. in septimana, vel bis in mense. B. Meester-stukken G. Sehr gebräuchliche Artzneyen. Gall. *Remedes magistraux.* A. Magistrals remedies.

MAGMA, spissum unguentum est; sed dicuntur quoque fæces post succorum expressionem, aut decoctionem, relictæ, à μάσσω pinso, subigo. B. De Drulligheid / het drillite. G. Unflat / dicke / so sich auff den Grund setzt. Gall. *Le Marc.* A. Dregs.

MAGNA ARTERIA, idem quod *Aorta.*

MAGNES, est lapis, polos mundi ostendens, ferrum, chalybemque, arenam Italicam & Indicam, aliaque corpora, attrahens, præsertim ferreo circulo armatus; plerumque duobus locis polaribus maximarum virium gaudens. Reperitur circa ferri fodinas in diversis Germaniæ, Norvegiæ, Sueciæ, & Italiæ locis. Vegetior plerumque cæteris esse solet, qui ferri colorem rufescentem habet. Admiscetur quibusdam emplastris, ut ferrum ex vulneribus

bus attrahatur, ſed fruſtra, cum magnes pulveriſatus, & præſertim uſtus, vires ſuas magnâ parte amittat, ſaltem non oſtendit. Sanguinem quoque ſiſtit. Gr. Λίθος Μαγνῆτις & Ἡράκλειος, dicitur & Sideritis. B. Magneet-ſteen / Zeil-ſteen / quia nautæ acu verſatili, ſuper eo ducto, utuntur. G. Magnet-ſtein. Gall. *Aimant*. A. Load-ſtone.

Majorana, Eſt planta, quæ habet plures parvos caules, pedem circiter altos, lignoſos, ramoſos, tenues, parum villoſos, & rubicundos: folia ſibi invicem appoſita, obrotunda, minima, Origanum vulgare referentia, ſed multo minora, mollia, albeſcentia, odoris aromatici penetrantis & grati, ſaporis parum acris & amari: flores in ſummitate caulium creſcentes, congeſti in ſpicas, aut capitula rotunda, denſa, breviora Origano, conflata ex quaterno foliorum ſquammatim ſibi mutuo incumbentium ordine, galea erecta, bifida: flori ſuccedunt ſemina obrotunda, odorata, minima, amara, coloris rufi: radix minima. Σάμψυχον vel Ἀμάρακον Gr. dictam volunt, quod majori cura, diligentiaque, quam cæteræ colatur: malunt alii eandem Majoranam Marum, & Maro nomen inditum contendunt, forte Majorana diminutivum à Maro erit; cum dicitur & Amaracus, volunt illam derivari ex a privatus & μαραίνω, quia hæc planta non facile marceſcit. B. Marjolein. G. Majoran / Maſeran / Maſoran / Meyeran Gall. *Marjolane*. A. Majoram.

Mala, ſeu Gena, eſt illa pars faciei, quæ eſt infra oculos & ſupra maxillam inferiorem, propter delicatam & transparentem cutem amœne rubens, ſic dicta ob protuberantiam, quando os aëre vel alio liquido impletur. B. De wange / de koon. G. Wangen / backen. Gall. *La jouë*. A. The Cheeke.

Malabatrum, ab *Acoſta* delineatum, Cinamomi ramus cum baccis & foliis mihi eſſe videtur, convenit enim cum folio, quod ſervo, & fortè eadem res erit. Scriptores tamen non conveniunt. *Dioſcorides* folia hæc in aquoſis creſcere locis aquisque innatare ſcribit, ut Lens paluſtris. *Garcias ab Orto* ut & alii ſcriptores eſſe folia arboris ajunt, invenirique copioſe in India ac maximè in Cambaja, procul ab aquis. Utrum ergo *Malabatrum* hodiernum cum Veterum idem ſit, id eſt de quo ambigitur, conſultius eſt credere nomen hiſce foliis inditum a regione *Malabra*. Forte ob folium, quod habet magnum,

per excellentiam quoque *Folium* dictum. *Indicum* nomen illud conflatum videtur ex Indorum *Betre*, ut inde constat Indorum *Betre*, esse *Malabathrum* Arriani & Plinii, ex *Betre*, factum *Bathron*, & inde *Malabathron*. Indi *Tamalapatra* appellant, Arab. *Cadegi Indi*. G. **Indianisch Blat.** Gall. *Fenille Indienne*. A. Indian Leaves.

MALACHE, est Medicamentum alvum molliens, & tumores duros, à μαλάσσω mollio.

MALACHITES, est lapis, Jaspidis species, non translucens, Malvæ virescentis colore, vocatur quoque *Molochites*, in febribus calidis olim laudatus.

MALACIA, est fames depravata, qua ab usu humano aliena appetuntur: item corporis mollities, à μαλάσσω mollio. B. **Een verdorven honger / maagde honger / Vreemde eetzucht.** G. **Lust zu unnütze sachen / falsche Hunger / Gelüste der schwangeren Frauen.** Gall. *Faim corrumpue, depravée*. A. Depraved appetite.

MALACTICA, sive EMOLLIENTIA, sunt, quæ mediocri sua calefaciendi & humectandi facultate, partes inter se firmius cohærentes dissolvendo, & nonnulla dissipando, molles reddunt. *Malagma* idem majoribus sonat quod *Cataplasma*, à μαλάσσω emollio. B. **Versagtende / weekmakende middelen.** G. **Linderende artzney / erweichende Artzneyen.** Gall. *Remedes emolliens*. A. Softning remedy.

MALAGMA, idem quod *Malacticum*.

MALA INSANA, Neapolitanis *Melanzana*, ab aliis *Amoris Poma*, dicta sunt, non quod Lethalia sint, sed quod difficulter concoquantur. *Amoris* autem *Poma* quod propter elegantiam & pulchritudinem digna sint, quæ amentur. B. **Gulden-appel.** G. **Gold Apffel.** Gall. *Pomme d'Amour*, *Pomme dorée*. A. Gold-appel. Est & alia Malæ insanæ species. B. **Dol-appel.** G. **Doll-apffel** Gall. *Mayenne*, *pomme d'amour*. A. Madd-apple.

MALAXATIO, est, quando massæ quædam pilularum, in massam cum aliis rebus subiguntur, sive id manu fiat, sive pilâ, vel simili instrumento: est etiam propria emplastris durioribus, quæ cum oleo appropriato miscentur, ut debitam mollitiem, ad illinitionem aptam, recipiant. B. **Kneding.** G. **Das Kneten.** Gall. *Pétrissement*. A. A Kneading.

MALICORIUM, quasi corium mali, est mali punici putamen.

MA-

MALIGNUS MORBUS, est qui sævit vehementius, aut perseverat diutius, quam indoles ejus præ se ferre primâ fronte videtur, in quo subita animadvertitur & plenaria virium prostratio, & qui medicinæ non auscultans, mortem sæpe inducit, ut febris pestilens, ulcus cacoëthes &c. B. **Kwaatwillige ziekten.** G. **Böse/ gefährliche kranckheit.** Gall. *Maladie maligne.* A. A Malignant disease.

MALINATHALLA, est Cyperi planta, crescit in terra, cujus nomen *Malinathalla*, ex ἀνὰ & θαλέω vel θάλλω conflatum videtur, quod Latinis regermino significat; vel ex μάλα *valde* & ἀναθάλλω regermino. Sata enim unica radix innumeras alias producit.

MALLEABILITAS, Chemicis significat talem Metallorum conditionem, qua ductilia vel tractabilia sunt sub malleo, & opponitur friabilitati.

MALLEOLUS, sive MALLEUS, Gr. Σφυρὰ, Σφυρὸν, Πέζα Polluci, est duplex, *Externus* qui est inferior in pede ossis fibulæ processus. vel *Internus* estque processus inferior ossis tibiæ. B. **De enkel.** G. **Die knoten/ gelencke am füssen.** Gall. *Malleole*, *la Cheville.* A. The Anckle.

MALLEOLUS, in vegetabilibus est novellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatus à similitudine rei, quod ex ea parte, qua deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque malleoli speciem præbet, vel, quod capillatus utrinque & surculatus solebat seri.

MALLEUS, est ex ossiculis illis quatuor in aure contentis unum a figura, non vero ab usu ita dictum, quod crassius sit altera sui extremitate, quæ caput dicitur, & tenuius altera, quæ manubrium appellatur; hoc ossiculum membranæ tympani a parte posteriori, tympani cavum spectante, versus interiora applicatur, habet caput superficiem ex una parte hemisphæricam, ex altera parte inæqualem, duabus protuberantibus eminentiis cum cavitate intermedia donatam pro articulatione cum Incude, quod locatur in foveolâ quadam, in parte anteriori, superiori, & media, tympani exsculpta, absque ulla tamen cum eadem connexione, quo efficitur, ut penitus liberum & mobile sit hoc capitulum: manubrio suo longiori, tenuiori, incurvo, secundum membranæ tympani interiora protenditur, ultra ejus medium vel centrum recta descendit, ei interim firmiter accrescit, præsertim extrema manubrii parte, ubi illud paulo planius est, sic dictam membranam

in-

introrsum trahit, atque efficit, ut tensa admodum, interim intus versus tympanum conice gibba, extus vero versus meatum auditorium concava sit: habet præterea Manubrium duas apophyses, quarum una possidet processum breviorem, crassiorem, acuminatum, tympani membranæ parti superiori anteriori quodammodo infixum, eamque versus meatum auditorium aliquantum elevantem: alter vero processus longissimus, gracilissimus, tenerrimus, incurvus, flexilis, elasticus, fragilis, a plurimis neglectus & prætervisus, a *Cæcilio Folio* primum inventus, & postea a *Th. Bartholino*, & *J. J. Rau* animadversus, locatur in sulco quodam ad finem meatus auditorii ossei in hunc finem excavato. B. Het Hamertje. G. Das Hämmerlein. Gall. *Le Marteau*. A. Hammer, Beetle.

MALLEUS PEDIS, vide *Malleolus*.

MALOGRANATUM, & MALUM PUNICUM, seu GRANATUM, est cartilago *Xiphoides*, sic ab Arabibus nominata, alias Fructum denotat.

MALTHACODE, est Medicamentum cera emollitum, à μαλάσσω emollio, μάλθη est cera emollita.

MALVA, est planta, quæ plures habet caules longos, satis crassos rotundos, medullosos, villosos, ramosos, aliquando rubicundos, repentes: folia sunt rotunda, aliquantum incisa, villosa, mollia, coloris virido fusci, in margine dentata, caulibus adhærentia: flos est monopetalus, campaniformis, patens & multifidus, ex cujus fundo emergit tubus pyramidatus, staminibus plerumque onustus: ex calice vero exsurgit pistillum, infimæ floris parti adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum planum orbiculatum quandoque acuminatum, calice ut plurimum involutum, e plurimis capsulis constantem, axi ita circumhærentibus, ut singulæ ejus striæ capsulam suam quasi articulatione quadam excipiant, semine fætam, non raro reniformi: radix simplex, longa, exigua, alba, saporis dulcis & viscosi: Gr. Μαλαχὴ, ab emolliendo alvo nomen traxit: μαλάττειν enim mollire significat. Quin etiam sic Latinis, Varro *Malvam* quasi *Molvam*, quod alvum molliat, dictam esse contendit. B. Kaasjes-bladen/ Maluwe. G. Pappeln/ Käßlein-kraut. Gall. *Mauve*. A. Mallow.

MALVAVISCUM, vide *Althæa*.

MALUM MORTUUM, est scabiei genus, dictum quod cor-

corpus nigrum & quaſi mortificatum appareat; quod eſt ſcabies cum livore & nigredine, ac puſtulis cruſtoſis, nigris & fædis, ſine ſanie & ſenſu ac dolore, in coxis & tibiis præſertim ſæviens.

Malus, Arbor eſt, cujus truncus habet externe corticem cinereum, aſperum, interne flaveſcentem & politum; lignum durum, album, aut albeſcens: folia ſunt oblonga, obrotunda, quædam acuta, altera obtuſa, leviter in margine crenata, ubi tenera in parte inferiori aliquantulum lanuginoſa: finis pedunculi fit ovarium, cujus margo ſuperior explicatur in coronam, inſtar calicis monophylli explicatam in quinque magna ſegmenta expanſa: flos eſt roſaceus, pentapetalus, ovario intra coronam innatus; habet petala nata ex interſtitiis ſegmentorum, & ſtamina multa orta ex calicis interno ambitu: ovario aucto, petalis excuſſis, elapſis ſtaminibus marceſcunt quinque tubæ longæ ovarii, centro emiſſæ; contrahitur calix fitque fructus pomum umbilicatum, quinqueloculare, carnoſum: fortè à verbo *Malo*, deſidero, expeto, propter inſignem uſum alimentarium, cibariumque: vel à Gr. Μῆλον. B. Appel-boom. G. Apfel-baum. Gall. *Pommier*.

Mammæ, Mammilla, Uber, Grammaticorum ſenatus curioſior *Ubera*, interiora; *Mammas* ipſas eminentias dici voluit, Μαζὸς, Μασὸς, Τιτθὸς, Τιτθίον, Μῆλον *Suidæ*, ob mali in rotunditate ſimilitudinem, Ὗθαρ *Hom.* Ἰπνηθρον *Suidæ*, uter propriè pro ubere animalium ſumitur. Eſt corpus globoſum, album & molle, utrinque muſculo pectorali anterius in pectore incumbens, integumentis communibus tectum, in viris & fœminis ante pubertatem non multum tumens, in virginibus poſt annum quartum decimum increſcens, in gravidis, puerperis, & lactantibus valde turgens, intus ex glandulis conglomeratis conſtructum, quo mediante lac à ſanguine arterioſo ſegregatur, in ductus aliquos majores colligitur, qui Galactophori dicuntur, & ex plurimis parvis ramis in majores confluunt, ex quibus per tubulos minimos papillam tranſeuntes, foras in uſum fœtus convehitur. B. De Borſt / Mammen. G. Die Bruſt / Dütten. Gall. *La Mamelle*. A. A Dug, teat, pappe.

Mammiformes Processus, ſunt duæ oſſium temporalium apophyſes, in tenellis infantibus nondum conſpicuæ, in adultis intus cavæ, multiſque anfractibus donatæ, in-

inſertioni muſculorum inſervientes. B. **Mamwopze Uitſteekſels**. G. **Bruſtgleicher Außwachs**. Gall. *Apophyſe Maſtoide*, *Apophyſe Mammiforme*. A. Teatlike Proceſſ. Vide *Maſtoidei.*

Mammilla, idem quod *Mamma.*

Mandibula, Maxilla, Gr. Γαμφήλη, Σιαγὼν, Γένυς, Γένειν, Γνάθος. Eſtque ſuperior vel inferior. *Superior*, è tredecim componitur oſſibus, utrimque ſex, cum uno impari. 1. Ad angulum oculi externum, & cum proceſſu oſſis temporum anteriore conjunctum, apophyſi ſuâ os jugale producit. 2. Oculi canthum internum conſtituit, meatu præditum amplo, per quem ad nares redundans oculorum humiditas deſcendit. 3. Intra oculi orbitam, reliquis duobus interpoſitum. 4. Maximum omnium, genarum, & palati potiſſimam abſolvit partem, Antrum Highmori efformat, & cavernas ſeu alveolos, quibus dentium ſuperiorum radices infixæ ſunt, continet. 5. Juxta cum pari ſuo naſum conſtituit. 6. Extrema palati cum oſſe ſocio terminat, atque hæc omnia harmoniis potius, quam ſuturis combinantur. 7. Eſt impar, quod Vomer dicitur, narium ſepimentum. *Inferior* in infantibus oſſibus binis componitur, quæ per Synchondroſin junguntur, vigente vero ætate in os unicum coaleſcit, duritie, craſſitudine, adeoque robore inſigne, quoniam varios & fortiſſimos motus in mordendo, mandendoque, ſuſtinere debet; habet proceſſus duos, acutum unum, qui *Corone:* tum retuſum alterum, qui in capituli formam collectus *Condylus* appellatur. Foramina interna poſſidet duo, totidemque externa nervis egreſſum concedentia; inferiores dentes cavernulis excipit, & oſſi petroſo coarticulatur. B. **Kinnebakken / Kakebeenen**. G. **Der Backe / Kinnbacken**. Gall. *Maſchoire*. A. A The jawbone.

Mandibulares Musculi, idem quod *Maſſeteres.*

Mandragora, planta eſt, quæ habet folia immediate ex radice erumpentia, longa, in medio ampla, in fine anguſta, polita, coloris viridis, ſubfuſci, odoris ingrati: flores ſunt monopetali multifidi, campaniformes: poſt florem ſequitur fructus mollis, globoſus, carnoſus, continens ſemina compreſſa, ut plurimum reniformia: radix eſt longa, craſſa, bifida, externe cinerea, ferruginea, interne pallida, odore ingrato, & viroſo, caput feriente & narcotico: radix fere hominem refert, inferne duo crura

habet,

habet, & si superne leviter vulneretur ab utroque latere, tum excrescunt quasi brachia, & tum superne facile in caput formari potest, unde dicunt autores, esse hominem subterraneum, ob quam causam vocarunt quidam Anthropomorphon, ab Ἄνθρωπος homo, & μορφὴ figura, quasi figura hominis; vel ut aliis placet, quasi τῶν μάνδρων τὸ γέρας, speluncarum, stabulorumque honos, quod ad mandras pecorum, aliasque speluncas proveniat: Μάνδρα enim est spelunca, pecorum stabulum. Alii derivant à Belgico sermone, quasi à *Man* & *Dragen*, ac si diceres virigeram, hominigeram: idque ob radicis formam, quam arte viri instar fingere norunt. Alii iterum nomen inditum putant, quod fœcundas reddat fœminas steriles. Gr. Κιρκαία, Pythagoræ Ἀνθρωπόμορφος, Latinis *Canina* aut *Terrestris Malus*. Qui *Circæam* vocarunt, nomen illi à Circe fecerunt, quoniam creditur radix ejus ad amatoria conducere. Pythagoras haud dubiè ab humanâ formâ, quam radix ejus referre videtur, Anthropomorphon appellavit. Hinc sumpta occasione, Agyrtæ & impostores illi circumforanei radices humana effigie insignitas circumferunt, quas Mandragoras esse testantur, cum tamen constet eas esse fictitias, & manu factas ex cannarum radicibus humana specie sculptis, postea plantatis. Nascuntur autem subinde radiculæ parvæ, quæ repræsentant capillos, barbam, pectinis pilos, & ex terra eum acquirunt colorem, ut radices esse appareant. *Terrestre Malum* Romani dixerunt. Mas vocatur Μώριον, & candida est. Fœmina nigra, Gr. Θριδακίας à similitudine foliorum appellata. Nonnulli *Dudaim* appellant. B. Alruin / Mandragers-kruid. G. Alraun. Gall. *Mandragore*. A. Mandrake, Mandrage.

MANDUCATORII MUSCULI, idem quod *Masseteres*.

MANIA, est imaginationis & judicii depravatio, cum excandescentia sine febri & timore: itaque gradu tantum a Melancholia differt, & nihil aliud est quam major ac inordinatus spirituum animalium impetus, qui ab anima refrænari non possunt, quod non absurdè liquet ex fortitudine, quam furiosi habent, quæ equidem, deficientibus spiritibus, fieri nequit, à μαίνομαι furo, insanio; dicitur & *Rabies*, *Furor*. Gr. Μανία, Μανικὴ ἔκστασις, Λύσσημα. B. Dolligheid / razerny. G. Das Toben / wütende unsinnigkeit. Gall. *Fureur*. A. Madnesse.

MANICA HIPPOCRATIS, est sacculus laneus, figura pyra-

pyramidali, quo vina aromatica & medicamentosa, aliique liquores percolantur, ex ὑπὸ sub, & κιρνάω misceo. B. Een Hippocrates zak / Hippocrates mouw. G. Spitziger Sack. Gall. *Chausse d'Hippocrate*. A. Hippocrates his sleeve astrainer with a narrow end.

Maniodes, est delirium Maniæ simile, à μανία furor, & εἶδος forma.

Manipulus, est mensura sicca Medicis in præscribendis formulis familiaris; est enim determinata quantitas, quantum sc. unica manu comprehendi potest; hoc pondere plerumque herbæ metiuntur. *Manipulus Celso*, quod *Scribonio Largo* Fasciculus, *Simpleri* indicio in nomencl. Rei Nummar. fol. 89. Quo sensu *Esthio* cap. 1. §. 1. de remed. formal. definitur fasciculus, qui manu comprehendi potest *Rondeletio* cap. 2. Meth. cur. p. 17. cæterisque omnibus à Manipulo differt fasciculus, nisi fortè cum *Agricola* lib. 2. de extern. pond. δεσμίδιον χειροπληθὲς intelligendum *Heurnius* lib. 1. Meth. Prax. utriusque discrimen explicatius tradidit, cui fasciculus, quantum plicatis brachiis capi potest. *Ovidius* de Medic. faciei, manipulum scitè circumscripsit, quantum manus una prehendat. Notatur vulgo signo M. vel Man. B. Een hand vol. G. Eine hand voll. Gall. *Une poignée*. A. An Hand full.

Manna, dicitur esse ros pinguis arboribus adhærens; sed *Th. Bartholinus* Calabriam peragrans, narrat se legisse ex Fraxino Mannam. Dicit incolas alternis ictibus truncum arboris Fraxini vel Orni vulnerare, unde liquor destillat, qui à solis calore exsiccatur. Porro narratur tota examina insectorum (cicadarum, ut *Bartholinus*, vel apicularum, culicum instar, ut *Christ. à Vega*) ex arboribus istis succum dulcem exsugere, quem uti apes deponunt, unde Manna foliis, lapidibus aliisque herbis sæpè communicatur, iisque adhærescit. Tempore laboris nullas habent alas, Teste *Herm. N. Grimm.* sed postea cum pluvia decidit, & Manna eluitur, mutantur quasi in viscum quendam, qui instar clematis circa arborum ramos circumvolvitur; eo tempore, si tangas, resiliunt, virides crassasque alas obtinuerunt, quibus totum corpus contegitur. Error fortè inde venit, quia in Sacris dicitur Manna roris in modum decidisse, sed si quis diversitatem spectet, facile judicabit non esse eandem Mannam. Manna ho-

hodierna est succus luxurians & concretus ex foliis quarundam arborum, ut Fraxini, productus; observat Don. Anton. ab Altomari, quod meridie tantum, ac calidissimis diei horis Manna exsudet ex foliis; majori enim caloris gradu opus est, ut succus ad folia perveniat, & extra vasa sua deferatur; cælo enim sicco & mense Julio in regno Neapolitano & Sicilia sponte fluit liquoris limpidi instar & sensim concrescit; postridie cultri ope eam colligunt, ne a pluviis & cælo udo liquescat, & in vasis vitreis condunt, ac deinde soli exponunt in chartis nitidis, donec manibus non adhæreat, aliter enim liquesceret & candorem amitteret. Manna spontanea a die 21 Julii ad finem usque Julii effluit, nisi adveniant pluviæ. Julio desinente Rustici corticem Fraxinorum incidunt ad materiem usque, tunc a meridie ad sextam fluit idem liquor, & in grumos crassiores cogitur, caloris paulo intensioris ope: Manna alia Granata dicitur, quod minoribus constet granis, alia Mastichina, quæ Mastiches prope granis est æqualis. Venit ex Calabria, imo ex India orientali, Syria, Persia, Goa, ex Ormuz, Ceilon, &c. Cum Carduis adhæreat vel cum liquida sit, *Tereniabin* strictè appellatur: sed si fuerit durior, *Mastichina* dicitur vel *Granata*, quia in granis est. Item *Mel Aëreum*, seu *Aëromeli*; *Men Siracost*, *Terniabin*, *Thereniabin*, *Trungibin*, *Terengibil*, *Drosomeli* &c. Leviter alvum morantem incitat, ut puerperis & infantibus tuto exhiberi queat; in sero lactis soluta calculosis, mictui cruento obnoxiis, levamen adfert: sapor est dulcis instar mellis; color debet esse albus, non fuscus aut rufus. Mannam quidam Veterum fuisse saccharum suspicantur. Gr. Δροσομέλι & Ἀερομέλι. B. Manna/ Honingdauw. G. Miltau/ Himmelbrot/ Manna/ Himmel Honing. Gall. *Manne*. A. Heavenly Food, Manna. Inveniuntur etiam in Polonia semina quædam esculenta, quæ *Mannæ* nomine insigniri solent, sed illa sunt semina plantæ cujusdam, quæ *Gramen Mannæ esculentum* vocari consuevit, & cum Manna, purgante virtute prædita, nil commune habet.

MANNA CHYMICORUM, ut Mercurii, est destillatum quoddam ex præcipitato albo, nivis instar albissimum; vocatur & *Aquila Cælestis*.

MANNA THURIS, vide *Thus*.

MANSORII MUSCULI, idem quod *Masseteres*.

Manus, in genere sumitur pro ea parte à summo humero ad digitorum extremitates. Sed strictè dividitur in *Brachiale* vel *Carpum*, in *Postbrachiale* & *digitos*. Interna postbrachialis pars *vola* seu *palma*, verum exterior dicitur *dorsum*. Gr. χεὶρ. B. De Hand. G. Eine Hand. Gall. *La Main*. A. The hand.

Manus Christi, est saccharum perlatum, sic dicitur, quod cardiaca ingreditur, quo utuntur morte proximi, fortè sic dicitur, quia Christi manus tunc necessaria est, sive in vita futura, sive in morte. B. Paerel-suiker. G. Perlen zucker. Gall. *Sucre de Perles*. A. Pearle Sugar.

Marasmodes, est febris, quæ lento gradu tabem accersit, ex μαρασμὸς tabes, & εἶδος forma. B. Een uitdrogende of uitteerende koorts. G. Dürre/ wan man am leib abnimmt / verfället / welck wird / Schwindsucht. Gall. *Fievre lente*, *ethique*, *ou de langueur*.

Marasmus, est summus Tabis, seu Atrophiæ gradus; oculi ægrorum hoc malo laborantium sunt concavi, collapsa tempora, nares acutæ, prominentia mala, costæ protuberantes, scapulæ instar alarum & claviculæ instar arcus eminent: exerit se spina dorsi, collabitur venter, clunes pendent, aut consumuntur, manus aridæ sunt, incurvantur ungues, cadunt pili, atque tota cutis evadit flaccida, arida, fusca, & in rugas contrahitur, venis interdum conspicuis & eminentibus, corpusque universum aliquando pellucidum & transparens conspicitur. Urget plerumque inexplebilis sitis, fames perit, respiratio existit summe difficilis, denique alvi fluor, & tandem mors insequitur, hoc morbo senes non raro obnoxii sunt, à μαραίνω marcesco. B. Uitterende/ sleepende ziekte. G. Verfallen/ Mager werden / Schwinden. Gall. *Consomption*, *Phtisie*, *Langueur*. A. Consuming feaver.

Marathrum, est Fæniculum; Antiqui vocarunt ἀπὸ τῦ μαίρειν, τετ' ἐςὶ λάμπειν, ϰ ἀϑρεῖν, quod est videre, lucere, quia visus aciem excitat. Recentiores vocarunt, quod foliis teneris, mollibusque fit, vel quod molliendi vim habeat. Nonnulli tamen deducunt ἀπὸ τῦ μαραίνεσϑαι à *marcescendo*, cum ejus usus multus cum inaruerit & marcidum fuerit, ad condienda plurima. B. Venkel. G. Fenchel. Vide *Fæniculum*.

Marcasita, sive Bismuthum, est substantia, colore plumbi & stanni intermedia, utroque durior, Stibio similis,

milis, fragilis & sciffilis, fractum splendens & strias latas habens, ante ignitionem liquescens, tinniens, manus inficiens, reperitur in propriis, vel in argenti fodinis; & albo nitore argentum æmulatur, sulphuris præsentis notas gerit, acidique actione bituminosa dimittit, metalla volatilia, atque friabilia admistu suo reddit. est autem sui generis metallum, & veteribus ignotum, quia in Misnia solum reperitur: est autem alia ejus species, flavedinis alicujus particeps, quæ Marcasita aurea dicitur. Gold-kieß. prima autem vocatur. B. Marcasite / bismuth. G. Wißmuth / Marcasit. Gall. *Marcasite*, *Bismuth*. A. Bismuth, Marcasite.

Marcor, idem quod *Marasmus*.

Marga, est pinguis quædam materia, & quasi medullosa, in nonnullis saxis contenta, variorum colorum, ideoque *Medulla Saxorum* vocatur; viribus cum terrestribus reliquis convenit. B. Merg in de steenen / Mergel / vette witte aarde. G. Stein-marck / Märgel / leber stein / ist ein weiß Erdreich. Gall. *La moelle de Pierre*, *Agarit mineral*, *Lait de Lune*. A. Marle, vel Marrow of Stones.

Margaritæ, *Perlæ* dictæ & *Uniones* si magnæ sint, quoniam non sine magno labore aliæ æqualis magnitudinis, formæ & albedinis reperiri possunt. Sunt lapides rotundi, in conchis nonnullis ex perittomate eodem, quo testæ generantur, producti: imo & in ipsis animalculis, quæ conchis inhabitant, uti in Ostreis Anglicis, & Musculis nostratibus, sæpe inveni. Duplices censentur, *Orientales* nempe & *Occidentales*. Illæ splendidiores sunt, adeoque cæteris præferuntur & præsertim Persicæ. Hæ lactescunt, minusque sunt splendidæ. Inveniuntur etiam in multis Europæ locis, uti in Scotia, Silesia, Bohemia, Frisia, locisque maritimis aliis, sed vilioris sunt notæ. Majores itidem & quæ perforatæ sunt, censentur minoribus & non perforatis maturiores & præstantiores. In Medicina dicuntur cor roborare: sed vix aliæ vires, præter absorbentes, quas cum Coralliis, similibusve, communes habent, in iis observantur, hinc præcipue margaritarum vires consistunt in temperando acido. Gr. Μαργαρίτης. B. Paerel. G. Perlen. Gall. *Perles*. A. Pearle. Arab. *Lulu*.

Maris, est mensura decem choarum Atticarum, vel librarum octoginta trium cum unciis quatuor.

Marisca, idem quod *Ficus*.

Marmarygæ, sunt oculorum fulgores & corruscationes, à μαρμαίρω resplendeo. B. Het vuur/ dat uit de oogen springt. G. Feur/ das auß den augen springt. Gall. *Lors que les yeux etincellent*. A. The glisterins and corruscations of the eyes.

Marmelata, & Marmelada, est succus Cydoneorum in gelatinam crassiusculam cum saccharo condensatus: eaque tum simplex est, tum aromatisata, idque pro usu medico aut domestico. Venit à voce Lusitanica & Hispanica: *Marmelos* enim & *Marmellos*, illis malum cydonium est. B. Marmelade/ quee-vleys. G. Quitten-apffel fleisch/ Quitten latwerg/ marmelat. Gall. *Marmelade*, *Cotignac*. A. Marmelade.

Marmor, lapis est, insigniter durus ac ad splendorem accipiendum, si poliatur, ita aptus, ut statuæ vel columnæ egregiè nitentes inde sculpi possint. Genera multa sunt, cum nec certa illis figura, nec color certus sit. Alia sunt *Alba*, uti *Alabastrites*; Alia *Rubra*; Alia *Nigra*, ut *Lydius lapis*; Alia *variis coloribus*, uti *Porphyrites*, *Ophites* &c. Gr. Μάρμαρος (à splendore. B. Marmersteen. G. Marmel-stein. Gall. *Du Marbre*. A. Marblestone.

Marmoraria, sed corruptè *Mamolaria*, est Acanthus seu Branca ursina, sic olim Romanis dicta, quod ejus folia columnarum maximè Corinthiarum capitulis insculpebantur, quarum identidem tam scapi quam vertices marmore splendebant.

Marmorata Aurium, est liquor tenax, pinguis, flavus, amari saporis, collectus in meatu auditorio, secretus ex glandulis, meatum illum ambientibus, & hunc liquorem per tenues ductus evehentibus; inservit liquor inunctionibus membranæ intimæ meatus auditorii, ut servetur mollis, æqualis, polita, ab aëre defendatur, inviscetque omnia animalia & sordes cunctas, quæ alioquin ad Tympanum usque reperent, vel hanc membranam læderent. Gr. Κυψηλὶς & inde Κυψελόβυσα nuncupantur. Item ὤτων ῥύπος, aurium sordes. Vide *Cerumina*. B. Oorsmeer. G. Ohrenschmaltz. Gall. *La Cire*, *ou l'espece de glu*, *qui se trouve dans la partie anterieure & cartilagineuse de l'Oreille*.

Marrubium, sive Prassium est planta, quæ habet caulem lanuginosum, quadratum, ramosum, excavatum:

folia obrotunda, fibi invicem oppofita, rugofa, craffa, nervofa, in margine incifa, lanuginofa, villofa, albefcentia, odorantia, faporis acris & amari: flores funt minimi, albi, in verticillis denfis diftincti, circa caules nudi, labio fuperiori elato, & velut in cornua fiffo, inferiori tripartito, media portione plerumque bifida: femina oblonga: radix fibrofa, nigra, odoris aromatici, penetrantis, & grati: crefcit hæc planta in locis incultis: vocatur ita, quod marcefcentibus & tabefcentibus profit; vel quod ejus folia marcida & fqualentia videantur, quafi à rubigine exefa forent: putredini refiftit, hinc externe in gangræna, interne in ictero fummopere laudatur. B. **Witte Andoren / Malrove / Longekruid.** G. **Weiffer Andorn / Lungenkraut.** Gall. *Marrube blanc*. A. Hore hound.

Marrubium Nigrum, vide *Ballote*.

Mars, Belli Deus, fed à Chymicis fumitur pro Ferro aut Chalybe. Unde *Martialia* dicuntur Medicamenta, quæ ex Marte parantur. B. **Yzer / Staal.** G. **Eifen / Stahl.** Gall. *Fer*, *Acier*. A. Iron, fteel.

Marsupialis Musculus, five Bursalis & Obturator Internus, replet foramen, uti & externus, inter pubis & ifchium os, dictorum offium circuitui extremo lateri affixus, transverfim atque exterius, majori infigitur femoris proceffui. Interim carnofum veluti marfupium conftituit, *nonus* eft ordine fecundum *noftram Anatomiam*, quo femur movetur. B. **De Innerlyke ftopfpier / beurs fpier.** G. **Der täfche gleiche mauß.** Gall. *l'Obturateur interne*. A. The Burfal mufcle.

Martagon, eft Lilium purpureo croceum: eft & vox Chymica, obfcuræ fignificationis. *Martagon*, eft origine Gallica, & fortè ex Turciâ tranflata.

Martialis, vide *Mars*.

Martiatum Unguentum, eft duplex *Majus* vel *Minus*. Sed minus majori præftat, ex variis herbis aromaticis, oleis, cera, adipibus, gummis, &c. componitur adverfus nervorum & tendinum mala, nomen à Martiato Medico invenit. B. **Zenuwzalf.** G. **Sennenfalbe.**

Martius Panis, vel Pasta Regia, fit ex Amygdalis excorticatis, inftar pulmenti craffioris cum aqua rofarum contufis, & Sacccharo ana, vel amygdalarum partibus duabus, Sacchari parte una: tum fupra ignem in aheno diligenter agita, usque dum fuperflua humiditas evapora-

raverit, depſeque ſimul in maſſam manui non adhærentem, ex qua deinde lautia præparantur.

Marum, planta eſt exotica, Majoranæ figuræ & viribus ſimilis; adeo ut pro una eademque herba à nonnullis habeatur. Vidi ſpeciem Mari Thymi foliis, altitudine ejusdem creſcentem, & odore gravem. Ex Syria ad nos defertur. Dici volunt à Rege quodam Thraciæ, cui nomen *Maro* fuit: ſed veriſimilius ab Amaraco, per apocopen, nomen impoſitum, videtur eſſe Origani ſpecies.

Mas, quid ſit, omnibus notum; ſed in republica Medica inſtrumentum oblongum eſt, & acuminatum, quod modiolo ſive trepano inditur, ut trepanum in initio firmiter ſtaret, vide *Modiolus*. B. **Het Mannetjes panboor.** G. **Der börer / Trepan.** Gall. *La Piramide du Trepan.* A. A Borer or trepan. Botanicis ita vocatur planta, quæ ſemen non profert.

Maslach, compoſitio Turcis eſt ex opio præparata, cujus doſis eſt drachma, imo ad tres quandoque innoxiè devorant, præſertim ſi Veneris aut Martis prælium ſint inituri. Vocatur & *Anſion* vel *Amphion*.

Massa, dicitur de quibuscunque rebus compoſitis: ſæpe nominatur omnis ſanguis, in toto corpore ſimul ſumptus. Sic & *Maſſa* dicitur omnis compoſitio ex pulveribus aliisque rebus ſiccis, cum fluidis in unam ſubſtantiam redactis, uti ſunt maſſæ pilularum, maſſæ emplaſtrorum, &c. Sic & pro *maſſa* habetur carnis quædam excreſcentia. B. **Een Deeg / Masse.** G. **Ein Teig.** Gall. *Paſte*, *maſſe*. A. Paſt, Maſſe.

Masseteres, Mansorii, ſeu Manducatorii & Mandibulares, ſunt muſculi maxillæ inferioris craſſi & carnoſi, amplo validoque principio, à maxillæ ſuperioris oſſe primo & oſſe jugali producti, maxillæ inferioris margini inferiori, exteriori per ſpatium quatuor fere digitorum inſeruntur; maxillam inferiorem fortiter adducunt ad ſuperiorem, atque eam dextrorſum, lævorſum & antrorſum ob fibrarum diverſitatem, commovere poſſunt, à μασσάομαι manduco. B. **Kauw-spieren.** G. **Käuen-mauß / die Mäußen der Kinbacken.** Gall. *Les Maſſeters.* A. The Muſcles of the lower jaw.

Masticatio, & Manducatio, eſt actio, quæ maxillam inferiorem verſus ſuperiorem adducendo, varie declinando, interceptos cibos dentibus comminuit, & ſa-

liva

livæ in ore admiſcet; ideoque nexum eorum recludit, & ſuccis diſſolventibus, qui in ventriculo ſunt, facillimum aditum usque ad intima præbet. B. Knauwinge. G. Das Käuen. Gall. *l'Action de mâcher*. A. Knawing.

Masticatorium, eſt Medicamentum, quod ore detentum, ſæpius maſticatum, & dentibus contritum, acrimonia ſua glandulas ductusque ſalivales ſtimulat, & hac ratione ſalivam prolicit, ex *Pyrethro*, *ſale*, *maſtiche*, &c. præparatum. B. Knauw-middel. G. Eine arzney/ die man käuet. Gall. *Maſticatoire*. A. Maſticotory.

Mastix, ſeu Mastiche, Gummi, eſt Reſina aut lachryma, ex Lentiſco arbore exſudans, venit ex Chio, Syria, Candia, Provencia, Hiſpania, &c. ex albo citrina eſt, pellucida, granulata, bene odorata, friabilis, diu manducando lenteſcens, neque in humoribus oris noſtri ſolubilis, &c. à μαστίζω flagello, nam è caudice Lentiſci cæſo exſudat. Vel fortè à maſticando, quia maſticatu plurimum ſalivæ elutriatur. B. Mastik. G. Maſtix. Gall. *Du Maſtic*. A. Maſtick.

Mastoidei, & Mastoides, ſunt proceſſus mammiformes, qui à latiore baſi in obtuſum verticem protenduntur, & vaccinum uber figuræ ſimilitudine exprimunt, oſſibus temporum accreti, ſiti ad latus & infra meatum auditorium: Item ſic vocantur *Muſculi capitis flexorii*, qui duobus diſtinctis principiis à ſterno & clavicula orti, in mammiformem proceſſum terminantur, ex μαστὸς mamma, & εἶδος forma. Vide *Mammiformes proceſſus*.

Mastoides, idem quod *Maſtoidei*.

Mastos, idem quod *Mamma*.

Mater, idem quod *Matrix* ſeu *Uterus*.

Mater, idem quod *Uterus*. Præter hoc ſignificat fœminam, quæ peperit.

Mater Dura, eſt membrana, quæ cranio intus in quibusdam locis firmiter adhæret, cerebrumque & cerebellum mediatè obducit, & per proceſſum ſuum falciformem cerebri lobos a ſe invicem ſejungit; quatuor habet ſinus, qui vicem venarum ſuſtinent, & inter cerebrum & cerebellum ſimul conveniunt, quæ conjunctio ab *Herophilo*, *Torcular* vocatur. B. Het dikke herſen-vlies. G. Das dicke Hirn-häutlein / vel Hirn-fell. Gall. *La Dure Mere*. A. the Thick membrane of the brain.

Materia Medica, vide *Hyle*.

MATERIALISTA, est mercator, qui Medicamenta simplicia, quæ Materiam medicam constituunt, vendit. Vocatur etiam *Seplasiarius*. B. Drogist. G. Artzney Verkäuffer.

MATER PERLARUM, MACRA PERLARUM seu MARGARITARUM, sunt conchæ & testæ, quæ intus splendore margaritarum nitent, ubi præsertim sunt ex genere nautilium, unde & nomen didu&ctum. B. Paarel-moer. G. Perlen-mutter. Gall. *Nacre de Perles*. A. Mother of pearles.

MATERSYLVA, est Caprifolium, fortè ita vocatur, quod in sylvis, quasi mater, priores partes habet. Vide *Caprifolium*.

MATER TENUIS vel PIA, est membrana, quæ cerebrum & cerebellum immediatè investit sub dura matre, omnesque gyros & anfractus illius intrat, eosque a se invicem distinguit, vasculis sanguineis quam uberrimè perfusa; nervis ex cranio egredientibus tunicam concedens. B. Het dunne Hersen-vlies. G. Das dunne Hirn-häutlein / vel dunne Hirnfell. Gall. *La Pie Mere*. A. The thin and inner membrane of the brain.

MATRACIUM, nihil aliud est, quam sacculus, cui inest tartarum calcinatum, vel simile quid, etiam crucis in modum interpungitur, ut salia contenta inde in cella humida in liquoris formam, resolvantur: porro dicitur & vitrum tenue & purum, urinis inspiciendis accommodatum, quod etiam *Matula* dicitur, habetque formam ferè rotundam, cum collo satis spatioso. B. Matras / Pis-glas / Urinaal. G. Ein Harn glaß. Gall. *Urinal*, *matras*. A. Idem.

MATRICALIA, sunt, quæ matricis morbis destinantur Medicamenta.

MATRICARIA, est planta officinalis, Chamomillæ species, habens plures caules, satis crassos, rigidos, firmos, cannulatos, medulla alba, fungosa, repletos, in plures ramos divisos; folia sunt satis lata, in segmenta divisa, ad unam costam conjugatim posita: flores habent calicem squammosum, subrotundum, suntque in umbellam congesti; sed plerumque laxiores: semina oblonga, saporis ingrati, amari, & odoris fortis. Gr. Παρθένιον: ita dicitur, quod matrici prosit. B. Moeder-kruyd. G. Mutter-kraut. Gall. *Matricaire*. A. Feverfew.

MATRIX, seu UTERUS. Inter Vegetabilia tamen denotat Medullam sive cor alicujus plantæ.

MATRONALIS FLOS, seu VIOLA, *Viola Damascena*, dicitur quod odoris gratiâ à Matronis atque Virginibus coli soleat, iisque in deliciis sit. B. Damast-bloemen / Damasten / Mast-bloemen G. Damast-blum. Gall. *Damas-violette*, *Violette de Dames*. A. Dame violets.

MATURANTIA, sunt Medicamenta, quæ partes inflammatas emolliendo, vel earum poros occludendo, obstruentem materiam hac actione sic solvunt, ut in pus mutata colligatur in unum locum nullis distinctum cellulis, & ex quo aperturâ factâ omne suppuratum una vice expelli possit. B. Rypmakende middelen. G. Reiff machende Artzneyen.

MATURATIO, Gr. Πέπανσις, Chirurgica vox est, & dicitur de tumoribus, in pus vergentibus, item de Variolis. Chymicis quædam exaltatio est rerum crudarum in maturiorem & gratiorem statum; estque *Digestio*, *Circulatio*, *Fermentatio* & *Projectio*. B. Rypwerdinge. G. Die Reiffung. Gall. *Maturité*. A. Ripeness.

MAXILLA, vide *Mandibula*.

MAXILLARIS GLANDULA, sita est ad partem interiorem maxillæ inferioris, & totam fere ejus longitudinem occupat: ductum habet excretorium, qui a parte ejus posteriore ortum habens antrorsum progreditur, & terminatur in cavo oris circa locum, ubi lingua frœno suo illi alligatur, humorem salivalem exonerans. B. Kakebeengklier. G. Der Kinnebacken Drüse.

MAZA, est species panis apud Veteres, quæ tempore *Hippocratis* & *Galeni* coquebatur: constabat maximâ ex parte ex farina hordei tosta, oleo & melle; sed posterioribus temporibus, compositio ex amygdalis & saccharo, facta fuit, & *Mazæ* seu *Mazæ panes* & *Gallis Macrons* & *Macarons* dicitur. Apollodorus apud Athen. à μασᾶσθαι manducare, comedere, derivari scribit: ipse vero Athenæus a μάττω pinso derivat, quem & Eustachius sequitur.

MEATUS, Gr. Πόρος, est vas, ut vena, arteria, vasa lymphatica, ductus chyliferi &c. per quod aliquid transit; alii sunt recti, alii ramosi, alii tortuosi &c. B. Een doorgang / weg. G. Ein Gang. Gall. *Passage*. A. Idem.

MEATUS AUDITORIUS, Canalis est, Conchæ continuatus, ab ejus cartilagine continuata, angustata, originem ducens, sic externo sui extremo ab Auricula principium sumens, porro temporalis ossis parti petrosæ insculptus, sic dictum os perforans, oblique ad anteriora versus ta-

faciem excurrens, longus, angustus, non rotundus, sed quodammodo depressus, in initio paululum ascendens, mox incurvatus iterum circulari sectione, descendens deorsum, iterum adscendens, demum ultimo, maxime parte sua inferiori, ad extremam tympani membranam, qua terminatur, descendens, a qua obliqua sectione clauditur sic, ut faciat cum hac obtusum angulum parte superiori, & posteriori; acutum vero anteriori & inferiori; sic serpentino incessu progreditur, in toto tamen suo decursu plus descendit, quam ascendit, hinc deorsum paululum declinat, & figuram habet tubulosam, cylindro-ellipticam, tortuosam; sed ut hujus cavitatis configuratio clare percipiatur, ad quam dilucide explicandam verba minus sufficiunt, nullus aptior modus est, quam si cera, vel alio liquato corpore eadem repleatur; ita enim ablatis postea partibus illam circumscribentibus remanet in concreta materia cavitatis distincta figura; canalis illius longitudo, in ipsius quidem medio desumpta, novem lineas, altitudo quatuor, latitudo vero tres æquat, quæ tamen latitudo in ipsius principio major est: constat hic meatus partim cartilagine conchæ elastica, continuata, partim osse petroso, protuberantiis quibusdam cartilaginem excipientibus, ut & ligamento validissimo ab extremitate conchæ proveniente. Hic ductus vere soniferus est, dum sonum versus interiora deferat; dum radios sonoros, ab auricula receptos, natos, impulsos, recipiat, retineat, redire & iterum ad exteriora egredi impediat, reflectat, & quidem creberrime, & efficiat, ut omnes in medium sui finis currant, hoc est in membranæ tympani centrum, uniti, illibati, illæsi incurrant, dum interim hujus canalis obliquitas & tortuositas ejus longitudinem, superficiemque augeant; loca reflectionum, ipsasque reflexiones multiplicent, & simul impediant corpusculorum heterogeneorum facilem ingressum, & transitum ad interiora. B. Het gehoor-gat. G. Der gang des ohrs. Gall. *Le Conduit auditif.* A. The auditory passage.

Meatus Urinarius, vide *Urethra.*

Mechoacanna, est Radix purgans alba, Bryoniæ instar, ex India Occidentali, & præsertim ex Hispania Nova, in taleolis ad nos mittitur, interius & exterius albescentibus, insipidis fere & inodoris; diutius tamen manducata aliquem acrimoniæ & ardoris sensum linguæ imprimere

mere dicitur. Duplex habetur ratione loci: Prima ex Mechoaca insula (unde nomen) affertur, altera vero ex continente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præstantior est. Inter Convolvuli species numeratur. Folia habet magna obscure virentia & lata, & in acutum desinentia. Vocatur & Mechocanna Peruviana, Rhabarbarum album. B. Witte Mechoacanna / Rhabarber van Mechoaca. G. Weiße Rhebarbara. Gall. *Mechoacan.* A. White Mechoacan.

Mecon, Latin. *Papaver*, Gr. Μήκων à μὴ κονεῖν hoc est ministrando, quod suis fungi muniis vescentes non patiatur, nam sensibus papavereo sopore vinctis, membra nequicquam agere possunt.

Meconium, est Opium sive condensatus papaveris succus. *Item* excrementa fœtus, post partum intestinis adhuc inhærentia, à papaveris succi nigredine sic dicta, à μήκων papaver. B. Slaapsap / Maankopsap. G. Mansaamensaft. Gall. *La colle*, vel *la poix*, sive *la larme du pavot*, *le Meconium.* A. Juice of poppies.

Meconologia, est opii descriptio, ex μήκων papaver, & λέγω dico.

Medela, idem quod *Curatio.*

Mediana Vena, est illa sita in cubiti flexura inter Cephalicam & Basilicam media: ea tumefacta à perito Chirurgo tuto satis pertunditur, sed imperito non sine periculo læsuræ tendinis subjacentis, unde convulsiones, gangrænæ &c. procurantur. B. De mediaan Ader / middel Ader. G. Die Median-ader. Gall. *La veine Mediane.* A. The median veine.

Mediastinum, est sepimentum membranosum, Thoracem & pulmones bifariam dividens, estque ipsum duplex, dum Pleura cingens Thoracem ab utraque parte in medio assurgit, hocque sepimentum constituit, hinc anterius sternum attingit, posterius dorsi vertebras, superius jugulum, inferius diaphragma, pericardium in se recipiens. B. Het middelschot. G. Das brust fell / mittel fell. Gall. *Le mediastin.* A. The Mediastin.

Medica, est Trifolii species, sic dicta quod in Mediâ plurimum crescat, unde nobis primum advecta: quæ & unica semente durat annos decem; cum Milium annuam postulet curam. B. Klaver-rupsen. G. Schnecken klee / Hel-

Heil-futter / viehklee. Gall. *Luserne*, *herbe au limasson*, *St. Foin.* A. Trefoil bardned, hedge-hog trefoil.

MEDICA MALUS, eadem est quam *Citrea Malus.*

MEDICAMENTUM, est auxilium conveniens, quo cum alteratione morbi impugnantur, eo fine, ut sanitas in integrum restituatur manente vita: vel quicquid corporis affectum depellit. Estque vel *Actuale*, quod primo contactu corpus nostrum eà, quà præditum est, qualitate afficit: ut ferrum candens, aqua frigida. Vel *Potentiale*, cujus vis non primo contactu, sed tum demum sese exerit, cum illa ex aliqua in corpore mora, in medicamento excitatur, ut Piper, Raphanus, salia acria &c. Dividitur etiam in *externum* vel *internum*, *simplex* vel *compositum*, *evacuans* vel *alterans*: deinde medicamentum dicitur vel primis vel secundis, vel tertiis facultatibus esse præditum. Eæque omnes à temperamento & varia particularum in corpore nostro actione innotescunt. *Medicamentum* est triplex *Chirurgia*, *Pharmacia* & *Victus Ratio.* Vocatur etiam medicamen, Ἴαμα, Φάρμακον, Ἀλέξιον, Remedium, juvans, & indicatum. B. Een Geneeś-middel. G. Artzney. Gall. *Medecine*, *Medicament*, *Remede.* A. A Medicine, Remedy.

MEDICASTER, vocatur, qui artem Medicam, quam rite non intelligit, tamen exercere audet, estque idem quam *Agyrta.*

MEDICINA, est ars medendi, sive qua per convenientia remedia, quantum possibile est, introducatur sanitas amissa, conservatur præsens in corpore humano: à *Galeno* definitur à fine, quod sit *Ars præsentis sanitatis conservatrix*, *& labefactatæ instauratrix*, & libro introductorio, *scientia sanitatis protectrix*, *& morborum expultrix*, ab *Herophilo* autem ex subjectis, *scientia salubrium*, *insalubrium & neutrorum.* *Medendi Methodus.* à Clarissimo *Sylvio de le Boe*, sic definitur, *Ars inveniendi & rite usurpandi Remedia reparandæ ac restituendæ valetudini amissæ maximè convenientia.* Medicina à *Sennerto* aliisque rectè in quinque partes dividitur; in *Physiologiam* nempe, in qua agitur de constitutione humana quatenus sana; ad hanc etiam pertinet *Anatomia.* 2. *Pathologiam*, in qua agitur de morbosa corporis nostri constitutione. 3. *Semeioticam*, in qua agitur de signis sanitatis & morborum. 4. *Hygieinam*, quæ de regimine sanitatis conservandæ leges pronun-

nunciat. 5. Et *Therapeuticam*, quæ docet *Diætam*, *Chirurgiam*, & *Pharmaciam*. Prima & generalis Medicinæ divisio bimembris tantum est, & una Medicinæ partem *Theoricam* constituit, altera vero *Practicam*. Medicinæ subjectum est corpus humanum quatenus sanabile: ejusque scopus seu *Finis* est *Sanitas*. *Hippocrates* vocat eam *Artem Longam* cum dicit, Gr. ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, è contra *Paracelsus* eam ponit *Brevem*; quidam Arabes eam μικροτέχνην appellarunt, artem parvam, revera tamen ars magna & longa est, ita ut exclamare cogamur, *Quantum est quod nescimus*. Gr. Ἰατρικὴ ab Ἰάομαι, medeor. B. Genees-konst. G. Artzney-kunst. Gall. *Medecine*. A. Medecine; the art of Physick.

Medicinales, vide *Critici dies*.

Medicus, est vir artis Medicæ summè gnarus, eamque apud Clinicos exercens: si autem rationem experientiæ observatisque aliorum adjungit, Dogmaticus vocatur, si solam consulit experientiam & a similitudine concludit, dicitur Empiricus. Gr. Ἰατρὸς, ab ἰάομαι medeor. Vulgo vocatur *Doctor* ob promotionem suam, qua potestatem alios docendi accepit. B Een Artz / Genees-heer / een die ervaaren in de Genees-konst is. G. Ein Artzt. Gall. *Un Medecin*. A. A Physician.

Medimnus, est Mensura aridorum, Attica continet chœnicas quadraginta & octo, sive centum & octo libras mensurales, seu modios sex, non medicos, sed georgicos, ejus nota fuit μ & in summitate ε.

Meditullium, est spongiosum illud inter duas cranii laminas, vide *Diploe*. B. Tafelscheidsel. G. Die Mitte der Hirnschale. Gall. *Diploe*.

Medium, est Viola Mariana, quæ à Media regione nomen habere putatur.

Medius Venter, idem quod *Thorax*.

Medulla, inter mineralia partem molliusculam denotat, quæ in saxis nonnunquam reperitur. B. Merg der Steenen. G. Steinmarck. Gall. *Moëlle*. A. The Marrow, vel softer part in stones. Inter vegetabilia, est media cujuslibet caulis, seminis, fructus pars mollior ac præstantior, quam & cor & matricem appellant. Quoad animalia, medulla est pars mollior, & pinguior, quæ in ossium cavitatibus continetur, eorumque nimiam siccitatem & fragilitatem prohibet; sive oleum blandissimum, suavissimum,

mum, & ſubtiliſſimum, quod in toto ſanguine eſt. B. Merg. G. Das Marck in beinen. Gall. *Moelle.* A. The Marrow.

MEDULLA CEREBRI, eſt ſubſtantia alba & mollis, ex infinitis nervorum filamentis, ſingulis ab invicem ſeparatis compoſita, exterius corticali ſubſtantia obducitur, quæ magis cinerea eſt, intus corpus calloſum conſtituit: in ea fit ſpirituum animalium diſtributio, & imaginatio. *Malpighius* eam ex innumeris filamentis conſtare affirmat, nam nervi exinde oriuntur. B. Het Herſſen-merg. G. Das Marck im Hirn. Gall. *Le Cerveau.* A. The Marow-like part of the Braine.

MEDULLA LACTIS, ſive LACTIS FLOS, eſt quodvis butyrum.

MEDULLA OBLONGATA, eſt paulo durior quam medulla cerebri, & initium ſpinalis medullæ, à qua nervi intra cranium originem ſumunt, quæ per foramen occipitis & vertebrarum usque ad os ſacrum deſcendit, ex ſuis lateribus decem nervorum paria ad thoracem, abdomen & artus emittit, etiam ſenſorium commune πρῶτον αἰσθητήριον appellatur, quia ubi nervorum origo, ibi eſt ſenſuum externorum receptio communis. B. Het Lange Merg. G. Das Lange Marck. Gall. *La Moëlle Allongée.* A. The long Marrow.

MEDULLA OSSIUM, eſt ſubſtantia pinguis, in oſſium cavitatibus, poroſitatibusve ab arteriis depoſita: Medulla hæc membranulis & cellulis continetur, & omni prorſus ſenſu caret; in fiſtulis majoribus rubicunda eſt, in minoribus alba, in oſſibus ſpongioſis mollis & ſucculenta: etiam conjicere licet, duntaxat exudationes oſſium eſſe, ex eo quod oſſa plus materiæ ſulphureæ & pinguis accipiunt, quam in nutrimentum vertere poſſunt, quæ deinde per ductus adipoſos ejusque ſacculos, ad oſſium interiora fluit, poſtea à venis recipitur & in ſinum ſanguinis deponitur. Gr. Μυελὸς. B. Been-merg. G. Das marck in beinen. Gall. *Moëlle de l'os.* A. Marrow of the bones.

MEDULLA SPINALIS ſive DORSALIS, eſt cauda cerebri. Gr. Μυελὸς, Ῥαχίτης, Νωτιαῖος, Διαυχένιος, ψωίτης Galeno, eſt illa pars, quæ per annulos vertebrales deſcendit & in os ſacrum terminatur; tegitur membrana dura, arachnoidea & pia, & præterea cingitur exterius tunica ligamentoſa & celluloſa; habet etiam ſubſtantiam eandem

&

& usum cum cerebro, sed hoc cum discrimine, ut exterius sit alba & medullaris, interius rubicundior & corticalis; nervorum coagmentatio est, quorum etiam usum possidet; superius bifida conspicitur; hinc si alterutra obstruatur, *Hemiplegia* sive paralysis unius lateris oritur: utrinque triginta nervorum paria ad artus, ventres, cæterasque corporis partes emittit, si convenienti liquore diligenter lavetur, in plurimas fibrillas dispescitur. B. Het ruggemerg. G. Das marck im ruck grad. Gall. *La Moëlle de l'epine*. A. The Marrow of the back bone.

Megansphlanghnus, est qui viscera magna & tumida habet, à μέγα magnum & σπλάγχνον viscus. B. Die groote ingewanden heeft. G. Der grosse eingeweid hat.

Mel, Gr. Μέλι, quid vulgo sit, notum. Est substantia liquida crassiuscula ex albo flavescens, nata in variis vegetabilium floribus, & ab apibus in iisdem collecta. Mel differt tum ratione temporis, & loci, tum ratione plantarum, ex quibus colligunt illud apes; sic veteres locuti sunt de melle venenato, ubi in vicinia erant multa Rhododendra. Pharmacopæis denotat aliquando succum simplicem, ad mellis consistentiam inspissatum, melque sapore æmulantem, sic convenit cum sapa sive Rob; uti mel passulatum, juniperinum. Non raro refert Syrupum cum melle paratum, ut mel rosarum, diamorum &c. B. Honig. G. Honig. Gall. *Miel*. A. Honie.

Mela, Gr. Μήλη, est instrumentum Chirurgicum, *Specillum* dictum. Imperitum vulgus à tentando *Tentam* vocat. Conficitur ut plurimum ex argento, vel ebore, idque ad exploranda ulcera, vel calculum urethræ infixum, extrahendum &c. aptum pro vario usu, varias habet formas. Gr. à μηλίζω trunco. B. Een tentyzer / een tintel yzer. G. Probier-eisen / wundeisen. Gall. *Sonde*; *speculum*. A. A Probe.

Melampodium, appellatur sic Helleborus niger (quoniam Melampus capratum pastor, furentes regis Preti filias hoc primum purgasse & sanasse, fertur) foliis Platani.

Melampyrum, Est planta, cujus caulis quadratus, lanuginosus, purpureus, ramosus: folia sibi invicem opposita per intervalla, quædam angusta instar Linariæ, alia ampla, & profunde incisa, aspera, coloris virido fusci; in summitate plantæ adsunt folia brevia, satis lata, coloris purpurei: flores ex alis foliorum erumpentes in folia-

ceas

ceas ſpicas congeruntur; poſt florem ſequitur fructus, aut teſta ſubrotunda, ab inferiori parte ad ſuperiorem in duas partes dehiſcens; quæ ſingulæ in duo loculamenta ſunt diviſæ, continentia ſemina oblonga, nigra inſtar Tritici: radix parva lignoſa, fibroſa: hæc planta creſcit in locis humidis & in Pratis, quaſi triticum nigrum, vocatur etiam *Triticum Bovinum* & *Vaccinum*, ex μέλας niger, & πύρος frumentum. B. Paerds-bloem. G. Fleiſch-blumen/ ſchwartz weitzen. Gall. *Blé noir*, *blé de vache*, *blé de bœuf*, *Rouge herbe*. A. Horſe Flower, cowe-wheate.

Melanagoga, ſunt Medicamenta atram bilem (Veteribus putatitiam) evacuantia, ex μέλας niger & ἄγω educo. B. Genees-middelen tegen de zwarte gal / ofte zwaarmoedigheid. G. Artzneyen/ die de ſchwartze gallen auß fuhrt.

Melancholia, eſt delirium diuturnum & pertinax circa unum objectum absque febre, quo ægri ſine causâ manifeſtâ admodum triſtantur & metuunt; horrenda, nonnunquam etiam ridicula, imaginantur & ſibi perſuadent; color cutis externus eſt pallidus, flavus, vel fuſcus, ſolitudinem amant, ut ſuæ indulgere poſſint meditationi, anxietatem, repletionemque ab aſſumtis in hypochondriis ſentiunt, ructibus, flatibus, palpitationibus cordis, inſomniis terrificis & ſpaſmis frequenter ſunt obnoxii &c. Objecta illa ſpectant vel ad corpus, vel ad animam: nam ſi corporis illis imaginatio fit, putant ſe nullum habere caput, nates, naſum &c. vel mortuos eſſe; alii ſe ditiſſimos, imo reges eſſe putant; ſed quoad animam, de vita æterna deſperant, & ſibi perſuadent à diabolo tentari, & cum eo ſermones miſcere &c. hinc vitæ maledicentes mortem expetunt, eamque niſi prohibeantur, ſibi inferunt. quoad reliqua videntur ſani, imo ſæpe ſaniſſimi. B. Droefgeeſtig/ Swaarmoedig. G. Melancholey/Schwärmuth. Gall. *Melancholie*. A. Idem. Veteribus vocabatur hic morbus *Atra bilis*, quum illa ſanguinis & humorum craſſities ac malignitas acris aderat, unde hic morbus producebatur, ſive tum a cauſis corporeis, ſive a mente hæc diſpoſitio inducta fuerit. Videbant enim vere, quod in hoc morbo ægri ſæpe evomebant materiam aterrimam inſtar picis, quæ omnium malorum cauſa fuerat, ex μέλαινα nigra & χολὴ bilis. B. Swarte Gal. G. Böß/ ſchwartz geblüt. Gall. *Melancholie*, *la Bile noire*.

Melanopiper, vide *Piper.*

Melanosmegma, est sapo niger, ex μέλαν nigrum & σμῆγμα sapo, à σμάω abstergo.

Melanthium, est Nigella, ut & alia florum species: sic appellatur a nigro seminis colore, à μέλα niger & ἄνθος flos. B. Nardus-zaad/ Nigelle. G. Schwartzer Kümmich/ Schwartzer Coriander/ Schabab. Gall. *Nielle.* A. Fennel Flower.

Melas, vide *Alphus.*

Mele, vide *Mela.*

Meleagris, est *Fritillaria:* sic dicitur ab ave Meleagride, seu perdice Barbariæ, cujus plumas dicunt referre. Vide *Fritillaria.*

Melia, est Fraxinus, dicitur & Milia, à μελίζω fortasse, *Trunco*, quod homines ea truncarentur: Hastæ enim ex ea fiebant.

Meliceria, idem quod Hydarthrus, sive Hydrops articulorum, vel Ichor. Vide etiam *Synovia.*

Meliceris, est tumor tunica propria conclusus, hærens vel in folliculis glandulosis quacunque in corporis parte, vel ubi membrana cellulosa vulgo adipem colligendo dicata reperitur, ex materia mellea ortus, indolens, rotundus, digitis facile cedens, sed ilico rediens; ex particulis lymphaticis non ritè circulantibus originem sumere videtur, quæ, evaporato humido, massam melleam relinquunt; eodem modo in Steatomate & Atheromate contingit, ex μέλι mel, & κηρίον favus. B. Een Honing-gezwel of puist. G. Ein Honig Geschwär oder geschwulst. Gall. *Meliceris.* A. Honey tumour.

Melicratum, est hydromel, sive mulsum, quod componitur ex una parte mellis & octo partibus aquæ pluvialis, ex μέλι mel, & κεράννυμι misceo. B. Honig-water/ Meede. G. Meth. Gall. *Eau miéllée, Hydromél.* A. Metheglin.

Meligeion, est vox vix usitata, denominatio sumitur à μέλι mel; estque Chirurgis humor ex ulceribus manans oleosus & ferè mellis consistentia, sæpe cum ossis carie, cum fætore ferè in modum eboris recens raspati.

Melilotus, est species Trifolii odorati, habetque unum pluresve caules rotundos, striatos, excavatos, flexiles: folia terna, Fænum Græcum referentia, sed magis alba, in margine crenata: flores sunt exigui, leguminosi,

in spicam longam dispositi, coloris flavi, aliquando albi, odoris grati: flori succedit capsula nigricans, nuda, non recondita in calice ut in Trifolio, fœta uno vel altero semine rotundo, exiguo, pallido: radix longa, exigua, alba, flexilis, fibras multas habens: crescit hæc planta in locis arenosis & siccis. dicitur propter melleum saporem, qui ex caule ejus & radice deprehenditur, dum comeduntur, ex μέλι mel, & Lotus, nam inter Loti species etiam recensetur. Vocatur etiam *Sertula Campana*, quod flos ejus coronamentis dicatus sit, & quia ex ea antiquitus coronæ & serta factitata sint. *Corona* etiam *Regia* appellatur, quoniam luteis floribus supernè coronatur, atque superbit. B. **Meloten / Malloten / welriekende klaver / geele steen-breek.** G. **Stein-klee.** Gall. *Melilot.* A. Melilot.

Meliphyllum, est Melissa, ex μέλι mel, & φύλλον folium: quia apes Melissam amant, & ex ea mel colligunt.

Melissa, seu *Citrago*, vel *Apiastrum*: est planta, quæ habet caules quadratos, duros, ramosos: folia oblonga, acuta, satis ampla, aspera, lanuginosa, aliquantulum in margine incisa, coloris viridis, subfusci, splendentis, odoris Citri, grati, saporis aliquantulum acris: flores in foliorum alis nati, annulos quasi formant, qui tamen non sunt integri circa caulem, neque omnino verticillati; galea erecta, subrotunda, bifida, barba tripartita; calix tubulosus est, quinquifidus, longus, tribus segmentis majoribus & binis inferioribus sic unitis, ut bilabiatus appareat: floribus decidentibus succedunt quatuor semina obrotunda, oblonga, sibi invicem adjuncta, in calice florum inclusa; radix fibrosa, longa, divisa, rotunda: sic vocatur vel à melle, quod apes ejus foliis gaudeant: vel ab apibus, quæ Gr. Μέλισσαι & μέλιτται vocantur, vel dicitur quasi μῆλον *Malum*, nempe citreum, & ἵζω sedere facio, quia citreus odor huic herbæ insideat, seu inhæreat, vel à μέλι mel. Vires habet cardiacas, corpori nostro valde amicas, unde aqua, quæ ex hac herba destillatur, valde celebris est. B. **Melisse / citroen of limoen-kruid / confiellie de grein / Byen-kruid.** G. **Melissen / Imen-blad / Bien-sang.** Gall. *Melisse, ou herbe de Citron.* A. Balm, Bawn, Bauwme.

Melissophyllum, sive Meliphyllum, Lat. *Apiastrum*

strum & *Citrago*, est Melissa, vel planta ei analoga, ex Μέλιττα Melissa, & Φύλλον folium, nihil aliud, quam *Apum Folium* significat, quia apes ejus folio magnopere delectentur, vel mellis folium indicat. Sic itaque nominari cœpit, quod hinc apes mellis materiam colligant. Pari ratione Latini *Apiastrum* haud dubiè dixerunt, quod ea herba apes plurimum lætentur, adeo ut si ea alvearia confricentur perunganturve, detentum in eis examen non fugiat. *Citraginem* autem vocarunt ab odore Citri: nares enim si consulantur, citrum malum olebit.

MELITEMA, est Trageæ species ex melle & Medicamentis subacta. B. Medicinale Honighoekjes. G. Honig Küchlein.

MELLAGO, est Medicamentum quodlibet ad consistentiam mellis reductum.

MELO, est Cucurbitæ species, quæ habet caules longos, sarmentosos, repentes, asperos: folia Cucumeris, sed minora, rotundiora, minus angulosa: flores sunt parvi, flavi; post florem sequitur fructus, in initio aliquantulum villosus, figuræ & magnitudinis diversæ, est vel glaber, rotundus vel rugosus, magnus vel parvus, habens corticem durum, crassum, coloris viridis & cinerei; caro est tenera, medullosa, humida, glutinosa, flava aut rubicunda, odoris & saporis dulcis, & valde grati, interna loculamenta bifariam secta divisus, continens semina oblonga, plana, ex flavo albescentia, habentia corticem durum, fætum amygdala albissima, dulci, & oleosa, quæ inter semina quatuor frigida majora recensentur, & emulsiones, quæ in febribus acutis propinantur, frequenter ingrediuntur: loculamenta, in quibus reconduntur semina, continent medullam liquidam rubicundam, boni saporis: dici volunt à numeroso semine, sive millenis seminibus, vel fortasse à μῆλον pomum, quod figura pomum seu malum referat. B. Meloen. G. Melaun / Pfeben / Melonen. Gall. *Melon*. A. Melon.

MELOCACTUS, idem quod *Melocarduus*, ex Melo & κάκτος carduus,

MELOCARDUUS, MELOCACTOS, POMUM SPINOSUM, OPONTIATUM, ECHINOMELOCACTOS, sunt synonyma: est planta exotica, Meloni majori similis, in cujus superficie spinæ erumpunt; ex Melo & Carduus nominatur. Caules ejus sunt crassi, striati, lanuginosi, spinosi,

nosi, ejus habitus est singularis, succulentus, echinatus, polygonus: flores monopetali, campaniformes, tubulati, nudi, multifidi, ovario insidentes, intus gerentes multa stamina: ovarium est carnosum, molle, fungosum, pulposum, fœtum multis seminibus parvis, oblongis: fructus hujus plantæ sunt edules, hæc planta crescit in saxis durissimis, quæ nullas habent rimas. B. Meloen-distel/ Indiaanse Doorn-appel. G. Melonen distel/ Indische Dornapfel.

Melocarpus, est Aristolochiæ fructus, ob melonis minoris similitudinem, dictus ex Melo, & καρπὸς fructus.

Melon, Gr. Μῆλον, fructus arboris Mali, fortè à μηλῶ, quod idem atque φροντίζω, *Curo*, *Sollicitus sum*: quod Prisci, ut nunc, de malis admodum essent solliciti, easque omni cum diligentia & studio colerent.

Melopepon, est Cucurbitæ species, inter Melonem & Peponem media, ex Melo, & Pepo. fructum habet carnosum, subrotundum, striatum, angulosum, in quinque partes sectum, continentem semina compressa, placentæ spongiosæ affixa. B. Een ronde Meloen. G. Ein runde Melaun. Gall. *Potiron*.

Melosis, est exploratio Chirurgica, specillo facta, à μηλόω specillis exploro. B. Een Onderzoeking/ tenteering. G. Untersuchung mit ein wundeisen.

Melotis, Gr. Μηλωτὶς & Μηλωτρὶς, idem quidem quod *Mela*, sed minori forma, ut est specillum auriculare, ex μήλη specillum, & οὖς auris. B. Een klein proevet/ een klein oorteuter. G. Ein klein probier eisen/ oder Ohr wundeisen.

Membrana, est substantia nervosa, fibrosa, ex fibris vario modo vel intertextis vel accretis composita, quæ si sibi invicem intertexuntur, membrana per superequitationem nata dicitur; lata, plana, alba, & dilatabilis, viscera, ventres, musculos, &c. investiens, convolutione vasa constituens, varias partes inter se connectens, & in debito situ sustentans, exquisito sensu prædita. Gr. Ὑμὴν. B. Een Vlies. G. Häutlein / eine dunne zarte Haut. Gall. *Membrane*, *Tunique*. A. A Membrane.

Membrana Adiposa, sic proprie nominata est, quæ renes cingit, multo adipe referta, verum nulla est musculosa pars corporis, quantilla quoque sit, quæ non involvatur membrana, cellulis multis constante, in quibus colligitur

gitur pinguedo, pro illinienda parte, ne motu atteratur vel arescat, & hæc membrana adiposa pariter appellatur. B. **Het vet vlies.** G. **Das fett häutelein.** Gall. *Membrane Adipeuse.* A. The fat or Adipous membrane.

Membrana Carnosa, idem quod *Panniculus Carnosus.*

Membrana Pituitaria, nares, omnesque earum cavitates intus vestit, mucum, qui nervos olfactorios defendit, & effluvia odorifera inviscat & diutius retinet, ex sanguine arterioso secernens. B. **Snotvlies.** G. **Das Rotz häutlein.**

Membranosus Musculus, sive Fascialis Latus & Fascia Lata, tibiam movet, qui superne Ilii spinæ, inferne femori ossis extremitati latissima, instar cæterorum ferè hujus partis musculorum involucri, tendineaque alligatur expansione B. **De vlies-spier / breede windel-spier.** G. **Häutlein gleiche mauß.** Gall. *Muscle Aponeurotique, ou Muscle du Fascia lata.* A. The membranous muscle.

Membrum, Gr. Κῶλον & μέλος, est corpus organicum ex variis similaribus partibus compositum, actionibus voluntariis perficiendis destinatum. B. **Een lidt.** G. **Ein glied.** Gall. *Membre.* A. Member or part.

Membrum Virile, vide *Penis.*

Mendosa Sutura, sive Squammea, Gr. Λεπιδοειδὴς & Λεπιδοειδὴς Προσκόλλησις, est connexio ossium squammosa, ut in osse temporum cum bregmate apparet. Vide *Lepidoides Sutura.*

Meningophylax, est meningis sive membranæ cerebri custos, ut laminæ aureæ & argenteæ, quæ aperturis cranii accommodantur. ex μήνιγξ membrana cerebri & φυλάσσω, custodio. B. **Hersen-beschermer.** G. **Hirn beschirmer.** Gall. *Meningophilax.* A. (Preserver) of the meninges.

Meninx, est membrana in genere, speciatim vero *Mater dura & tenuis*, de quibus suo loco.

Mensa, est dentium molarium pars latior, quæ cibum comminuit, Τράπεζα *Rufo*, at pars quae gingivam contingit, Μυλίσκος dens molaris *Poll.* sic & machinæ quædam Chirurgis & Anatomicis dicuntur *Mensæ.* B. **Een tafel / de kroon.** G. **Ein tisch / das breite theil der Stock zähnen.** Gall. *la Couronne de la Dent, ou une Table.* A. Idem.

Menses, sunt sanguinis excretiones, quæ singulis mensibus

sibus proveniunt in mulieribus, generationi aptis, idque ex ipso utero, ex collo, aut vagina. Triduum utplurimum durat hæc evacuatio, quandoque tamen ad plures dies extenditur. Incipiunt, cum juvenculæ pubescunt anno scilicet duodecimo vel decimo quarto, & plus sanguinis conficiunt, quam pro nutriendo suo corpore requiritur, unde oritur plethora, quæ maxime in vasis uteri collecta ob minorem ejus, quam aliarum partium, compressionem, per oscula vasorum huc hiantium dilatata exit: desinunt vero in gravidis, lactantibus & effœtis, plerumque post quadragesimum nonum, vel quinquagesimum annum. Vocentur etiam *Flores*, quia indicium præbent aptitudinis ad fœtum concipiendum; aliis *Menstruum*, *Profluvium mulierum*, *Lunare virus Ovidio*, *Profluvium genitale Plin.* Μῆνες, Καθάρσεις Ἔμμηνοι, Ἔμμηνα, Γυναικεῖα *Theop.* Καταμήνια. B. De stonden / stonde-bloed / maandstonden / roode bloemen. Menstruis laborare, dicitur niet wel te pas zyn / het goed hebben. G. Blumen / die Monatliche reinigung / menat zeit / Frauen zeit. Gall. *Les menstrues*, *les Mois*, *les Ordinaires*. A Womans courses.

Mensis Chymicus, seu Philosophicus, constat ex quadraginta diebus.

Menstrua Alba, vide *Fluor Albus.*

Menstruum, est id, quod in vase destillatorio est & destillationi exponitur; vel liquor, quo metalla corroduntur, & lapides solvuntur, ut acetum, aqua fortis, sp. vini &c. sumi potest pro capite mortuo à destillatione relicto, vel vocatur corpus, quod lege artis applicatum alteri illud dividit in minutas quidem partes ita, ut particulae solventis inter partes divisas soluti sint penitus intermistæ; distinguuntur, licet satis improprie, in menstrua dura vel solida, & in fluida, nam quamdiu corpora talia sub forma dura consistunt, tamdiu neutiquam agent ut menstrua. G. à μένω maneo, vel à mense, quod res dissolvendæ quadraginta dierum spatio, sive per mensem Philosophicum agitantur & dissolvuntur. B. Een scheivocht / uittreksel. G. ein Scheidfeucht / Scheid-wasser. Gall. *Menstrue*. A. Idem.

Menstruum Mulierum, vide *Menses.*

Mensura, est tam aridorum quam liquidorum quædam determinata quantitas. Gr. μέτρον. B. Een maat. G. Maß. Gall. *Mesure*. A. Measure.

Mentagra, est species Lichenis feræ, quæ tempore

re *Claudii* adhuc incognita erat: morbus dictus à mento, à quo incipit, & faciem, pectus, manusque fœdo quodam furfure occupat. Gr. Λειχὴν. B. Gevlechte of schubagtige Lazerie in het aangezigt. G. Eine böse Raud oder krätze um der kinn / schwinde / Flecke / zittermal. Gall. *Dartre*. A. A tetter, vel ring-worme.

Mentha, Est planta, quæ caules habet quadratos, rubicundos, ramosos: folia sunt oblonga, satis angusta, acuta, in margine incisa, aliquantulum lanuginosa, coloris virido fusci: flores in spicas congesti in ramorum summitatibus, parvi, bilabiati, coloris albi, punctis quibusdam rubris notati: singulis floribus succedunt quatuor semina oblonga, tenuia, floris calice comprehensa: radix longa, fibrosa, & repens: nomen accepisse putatur à *Mintha* Plutonis pellice, in hanc plantam conversa. Alii dicunt nomen accepisse, quod odore suo mentem excitet, aut quod grato odore mensas percurrat. Nonnulli derivant à Mentula, quia ad coitum excitat, hominesque enervat. Laudatur in morbis ex debilitate Ventriculi, ejusque frigida pituita ortum habentibus. Gr. Μίνθη, & propter suavem odorem ἡδύοσμος. B. Munt. G. Krause Müntz. Gall. *Mente* A. Mint.

Menthastrum, est Menthæ species: unde & ei nomen devolvitur. B. Wilde Munt. G. Wilde Müntz.

Mentobicorneus, Verheyeno idem musculus est quam *Geniohyoides*.

Mentula, idem quod *Penis*, aut *Clitoris*.

Mentulagra, est morbus membri genitalis virilis, in quo musculi illud erigentes vel convulsi, vel contracti sunt, qualis *Spadonibus* sæpe accidit.

Mentum, est inferior pars faciei sub inferiori labio. Gr. Γένειον. B. De kin. G. Das Kinne. Gall. *Le menton*. A. The chin.

Mercurius, est argentum vivum, ita dictum, quia splendore suo metalli illius fulgorem provocat, & tremula sua, atque in summo frigore constante fluiditate & mobilitate, vitalis quidpiam referre videtur. Vocatur etiam *Hydrargyrum*, quasi diceres argentum aqueum, & *Hermes*, sive Ἑρμῆς: est metallum, post aurum ponderosissimum, simplicissimum, parvo igne sed paulum majori quam ebullientis aquæ totum volatile, candidi coloris, gravitatis specificæ, respectu aquæ, ut 1 ad 14. minime ductile sub malleo, sed parva vi divisibile in partes minimas,

mas, quae tamen, quoties ad se mutuo iterum accedunt, quam facillime in mutuos ruunt amplexus, atque adunatis particulis unum formant globulum; superficie tam glabra donatum, ut nervis etiam acutissime sentientibus adplicatum, per se nullum doloris sensum imprimat; nullo frigore noto constringendum in solidam massam, auro omnium facillime adhærescit, dein Plumbo, Argento, Stanno, difficilius Cupro, vix Ferro: cum pinguedine spissiori subigi se patitur, in qua disparens cœrulescentem tantum colorem unguento conciliat. Videtur esse basis metallorum, atque illud fluidum, quod partes solidas terrestres instar glutinis conjungit. Chymicis sic dicitur omnis liquor, qui non inflammatur, sive sit spirituosus, acidus vel aquosus. Alii sumunt pro spiritu è plantis vel animalibus educto, vel pro liquore quovis acido, arte Chymica parato, dicitur triplex, mineralis, cælestis & Chymicus; appellatur sic ab ethnico Deo Mercurio, qui ob agilitatem negotiatoribus præsidere existimetur. B. Quikzilver. G. Queckfilber. Gall. *du Mercure*, *Vif argent*. A. Quicke silver.

Mercurialia, dicuntur omnia, quæ ex Mercurio præparantur. B. Quikzilvertydsels. G. Artzney von Queckfilber. Gall. *Mercuriaux*. A. Medicine mercuriale.

Mercurialis, Est planta, quæ habet caules rotundos, politos, in parvos ramos divisos: folia sunt oblonga, satis ampla, acuta, polita, viridia, in caule bina opposita, in margine crenata: calix florum monophyllus, expansus in tria segmenta, tam in mare quam in fœmina: flos in mare apetalus, stamineus, habens stamina octo vel duodecim in spicas congesta; ovarium calici triphyllo insistit gemellum, rotundum, instructum tuba fimbriatâ: semina ovalia vel rotunda includuntur in capsula obrotunda; radix fibrosa est. Gr. Λινόζωστις & Ἑρμῦ βοτάνιον, Planta sic dicta quod, ut ferunt, à Mercurio sit inventa. B. Bingel-kruid. G. Bingel kraut / Bengel-kraut. Gall. *Mercuriale*. A. Mercury.

Merobalineum, est species semicupii, in quo unicum membrum vel plura immergunt. à μέρος pars & Balineum seu Balneum. B. Een lid-bad. G. Ein Glied-bad. Gall. *Bain pour un membre, ou une partie*. A. A Bath for a particular membre, or more.

Mesaræum, idem quod *Mesenterium*, ex μέσον medium, & ἀραιὸν tenue, ob vasorum tenuitatem, quibus abun-

dè

dè intertexitur: unde hæc vaſa *Meſenterica* & *Meſaraica* appellantur, vide *Meſenterium*.

MESARAICA Vaſa, vide in *Meſaræum*. B. Scheel-vaten. G. Gekrös mantel.

MESENTERICA ARTERIA, eſt ſuperior & inferior: utraque ex aorta deſcendente oriunda, per Meſenterium, inprimis per inteſtina diſtribuitur. B. Scheelſlag-ader. G. Gekrösſlag ader.

MESENTERICÆ VENÆ, originem habent partim ex arteriis meſentericis, partim ex villis inteſtinorum; inde in majores ramos confluunt, quæ eodem modo, ut arteriæ per Meſenterium decurrunt, quibus accedunt venæ meſocolicæ, pancreaticæ, epiploicæ & haemorrhoidales, quæ omnes tandem conveniunt in unum ramum, lienali majorem, qui exonerat ſe in venam portarum. B. Darm ſcheel-aders. G. Gekrös aderen.

MESENTERICA VASA, vide *Meſaraeum*.

MESENTERIUM, eſt peritonæi membrana duplicata, glandulis, nervis, arteriis, venis, vaſis chyliferis & lymphaticis dotata, quæ in interpoſita tela celluloſa decurrunt; medium abdominis occupat, & inteſtina ordine quodam miro continet: in medio glandulam magnam habet, *Pancreas Aſellii* nominatam, quod in ovibus quidem obtinet, ſed in homine numeroſæ, molles, tam majores quam minores, interſperſæ glandulæ reperiuntur, quas *Ruyſchius* ex ſubtiliſſimis vaſculis ſanguiferis, pulpoſa ſubſtantia ſimul appoſita, conſtare per injectiones deprehendit: ad eas Lactea primi ordinis vaſa ex inteſtinis tendunt, & ab hepate aliiſque partibus vaſa lymphatica deſcendunt; ab hiſce iterum lactea ſecundi ordinis vaſa ad ſacculum chyliferum aſcendunt & in ejus ſinum ſeſe exonerant, ex μέσον medium, & ἔντερον inteſtinum. Item *Meſaræum*. Gr. Ἐπισχορδὶς *Aretæo*. Μεσάρχιον, Μεσαραῖον, Μεσόκωλον. Hippocr. Ἀναχὰς τῶν ἐντέρων *Rufo*, Ἐπιχορρὶς apud Veteres teſte *Aretæo*. B. Het darm-ſcheel of Scheitſel / Middeldarm-vlies. G. Das Gekröſe. Gall. *Meſentere*. A. The midſt of the guts, vel meſentery.

MESERÆUM, vide *Meſaræum* & *Meſenterium*.

MESEREI BACCÆ, vide *Laureola*.

MESOCOLON, eſt pars Meſenterii, quæ craſſis inteſtinis continuatur, ex μέσον medium, & κῶλον inteſtinum colon. B. Het kleine of kronkeldarm ſcheel. G. Das kleine gekröſe. Gall. *Meſocolon*. A. The little meſentery.

Mesoglossum, idem quod *Genioglossum*.

Mesonuctium, est media noctis pars ex μέση media, & νὺξ nox. B. Middernagt. G. Mitternacht. Gall. *La minuit*. A. Midnight.

Mesopleurii, sunt costarum spatia intermedia, ut & musculi intercostales, in utroque latere viginti duo, undecim externi & totidem interni sunt, ex μέση media, & πλευρὰ latus. vide *Intercostales Musculi*. B. Tusschen-ribbig. G. Zwischen den Rippen.

Mespilus, Est arbuscula mediocriter alta, cujus truncus tortuosus, rami duri & non flexiles: folia Lauri, sed lanuginosa, & in parte inferiori alba: flores sunt magni, rosacei, coloris albi aut rubri: post florem sequitur fructus rotundus post maturitatem rubicundus, carnosus, qui vocatur Mespilum, ejus cutis est tenera, caro dura, alba, saporis austeri, sed post maturitatem dulcis, vinosi, & grati, quatuor vel quinque officula dura, oblonga, inæqualia, & rubicunda habet, in singulis officulis hæret semen oblongum: Mespilum in arbore raro fit maturum, sed postquam ad suam magnitudinem naturalem pervenit, carpitur, & supra stramen deponitur, donec maturescat. Gr. Μεσπίλη arbor Mespili est, Μέσπιλον fructus, pro quo recentiores dixerunt Μέσπελον. Unde nomen, me fugit. Fortassis nomen imposuerunt Scythæ, qui lunam Μέσπλην vocarunt. Hesychius Μέσπλη ἡ σελήνη παρὰ Σκύθαις. Verisimilius nomen accepit, quod fructus mollior & esui idoneus, pulpa constat sordida & aspectu ingrata, Μέσπιλος ergo quasi Μισόπιλος. Nugari si liceat, à Belgis nomen impositum: His *Mispel* dicitur; & *Misspel* idem est, quod deficit spolium, sive frustra in pomario quæras, quod expiles, Mespila enim quando matura sunt, tempus est, quo nihil in arboribus restat spoliandum. B. Mispel-boom. G. ein Mespel baum. Gall. *Neflier*. A. Medlar-tree, Melder, Medeler.

Metabasis, est transitus ab una indicatione in aliam, ab uno remedio in aliud, qui cum prudentia & non temerè fieri debet, à μεταβαίνω transgredior. B. Een overtreding / Verandering. G. Ubertretung / Veränderung. Gall. *Transition, changement d'indication*. A. A Transgressing from one thing to another.

Metabole, est temporis, aëris, vel morborum mutatio

tatio, à μεταβάλλω muto. B. Verandering der zaken. G. Veränderung der sachen.

METACARPUS, & METACARPIUM, est manus pars posterior, constituitur ex ossiculis quatuor oblongis, volam manus expandentibus, quæ parte superiori cum digitis, inferiori cum carpo connexa sunt: dicuntur *Postbrachialia*, ex μετὰ post, & καρπὸς manus junctura. Vocatur item *Torus Manus*, *Tubercula*, Μετακάρπιον. B. De Agterhand / nahand. G. Handbreit / der berg in der Hand. Gall. *Metacarpe*. A. The wrist, the back of the hand.

METACONDYLI, sunt postremi digitorum articuli unguibus proximi; quemadmodum medii condyli & primi Metacarpio proximi *Procondyli* dicuntur, ex μετὰ post & κόνδυλος digitus. B. De voorste vingerleden. G. Die knöbel / oder forderste gelencke der fingern. Gall. *Metacondyle*. A. The utmost bones of the fingers.

METALEPTICUS MOTUS, est musculorum translativus, sive transsumptivus motus, & dicitur de motu quodam, quem musculi habent, & similis est motui, sive tensionis speciei illi, quæ à superiori laqueo glossocomii perficitur, à μεταλαμβάνω transsumo. B. Een overvoerende / of overbrengende beweging. G. Eine uberführende bewegung.

METALLUM, Gr. Μέταλλον, est substantia admodum ponderosa, solida & rigida, malleabilis, igne fusilis, frigore concrescens, quæ in montibus & cryptis subterraneis invenitur: sunt Aurum, Ferrum, Argentum, Cuprum, Plumbum, Stannum, Argentum vivum, omnia illa hoc versiculo continentur, ut.

Sol, *Mars*, *Luna*, *Venus*, *Saturnus*, *Jupiter*, *Hermes*.

Inter metalla aurum solidissimum est, cujus tinctura magnis laudibus à Chymicis effertur, ex μετὰ post, & ἄλλος alter, quia una inventa vena, altera invenitur. *Hermes* sive *Mercurius* numeratur quidem inter metalla, sed quia Metallum malleabile quid est, ideoque Metallis accenseri non potest, & potius inter inperfecta, sive mineralia annumerandus erit. B. Metaal. G. Metall. Gall. *Metal*. A. Metall.

METALLURGIA, est illa operatio, qua metalla ex fodinis eruuntur, ideoque operariorum unusquisque vocatur

METALLURGUS, seu METALLICUS, qui in terræ visceri-

fceribus metalla fcrutatur, ut Chymici folent, ex μέταλλον metallum, & ἔργον opus. B. **Een Metaal-werker / Berg of Myn-werker.** G. **Ein Ertzgräber/ berg-knapp/ bergmeister.** Gall. *Metallurgiste*, *Maistres de mines*, *Tireurs de Mines*. A. Diggers of Metall.

METAPEDIUM, Gr. Μεταπέδιον idem quod *Metatarfus*.

METAPHRENUM, Gr. Μετάφρενον, eft pars dorfi poft feptum transverfum, ex μετὰ poft, & φρὴν præcordium. B. **De rug.** G. **Der rucken.** Gall. *Le Dos*. A. The back.

METAPTOSIS, eft morbi in alium morbum degeneratio; ut febris quartana in tertianam & vice verfa: Apoplexia in Paralyfin, &c. à μεταπίπτω recido, relabor, degenero, tranfeo. B. **Verandering van ziekte.** G. **Veränderung der kranckheit in eine andere gattung.**

METASTASIS, eft humoris morbofi ex parte, in qua natus fuit, tranflatio in aliam: quod Apoplecticis contingit, cum materia, qua cerebrum eclipfin patitur, ab eo in nervofum genus excutitur, unde Paralyfis, à μετάστημι transftatuo. Vide *Apoftema*. B. **Verplaatsing van ziekte.** G. **Weichen der kranckheit auß einem ort im anderen.** Gall. *Metaftafe*.

METASYNCRISIS, eft medicamenti foris applicati operatio, qua ex intimis receffibus humores evocentur. Vide *Oribafium* lib. I. cap. 34. ex μετὰ trans, & συγκρίνω coagmento.

METATARSUS, funt quinque officula, tarfi offibus connexa, quæ plantam pedis conftituunt, ex μετὰ poft, & ταρσὸς crates, tarfus. B. **Agter-voet.** G. **Der Rieß auff dem Fuß/ Fußbrett/ Fußfläche.** Gall. *Metatarfe*, *le deffous du pié*. A. The inftep.

METHODICA MEDICINA, eft, cujus Author fuit *Themifon Laodiceus*, excultor *Theffalus Trallianus*, qui artem fex menfium fpatio addici poffe clamitabat. Hi fignis & caufis neglectis ad laxum & ftrictum in omni morbo refpiciebant, ex μετὰ cum & ὁδὸς via.

METHODICI, funt, qui compendium artis methodo quæfiverunt, fcil. *laxi*, *ftricti* & *medii* cancellis omnia comprehendentes.

METHODUS, eft pars Medicinæ, qua per indicationes ratiocinando ex datis principiis auxilia inveniuntur, ut deperdita hominis fanitas reftituatur, ex μετὰ cum, & ὁδὸς via.

via. B. Beleid van genezinge. G. Artzneykunst / oder Art zu genesen. Gall. *Methode*. A. Method.

METOPIUM, vide *Galbanum*.

METOPUM, eſt frons, ſive pars faciei ſupra oculos, ex μετὰ poſt, & ὤψ oculus.

METRENCHYTA, eſt inſtrumentum Chirurgicum, ſeu ſypho, quo liquores vaginæ & utero immittuntur, ex μήτρα matrix, uterus, & χύω fundo. B. Een moeder trechter. G. Ein Mutter-trichter. Gall. *Metrenchyte*. A. Mother-funnell.

METRETES, eſt Menſura maxima apud Atticos, capiens choas duodecim ſive libras centum & octo. Aliis centum & viginti libras continet, & olei circa centum & quinque.

MEUM ſeu MEU, Gr. Μῆον & Μῆον, Arabibus *Mu*, unde fortè nomen; ejus Herbæ folia ſunt inſtar Anethi aut Fœniculi, ideoque *Fœniculum Porcinum* vocatur, ejus radix in uſu eſt, ingrediturque Theriacam & Mithridatium; aromatica eſt, ſatis craſſa, utcunque obtuſa, unde radix urſina vocatur in officinis, etiam oblonga, digiti craſſitiei, foris ferruginoſa, intus pallida, aliquantulum reſinoſa, ſaporis & odoris ad Angelicam & Liguſticum accedentis, ob nimiam fragrantiam nonnullis moleſta & odioſa; creſcit copioſè in ſylva Hercinia, aliiſque locis montanis, & in montibus campeſtribus & apricis: apud nos non niſi in hortis cultum inveni. Floret Junio ac Julio. B. Beer-wortel. G. Beerwurtz / Bärwurtz / wilder dill / bärn-dill / bärn-fenchel / mutter-wurtz / hertz-wurtz. A. Spignel, meu, wild dil.

MEZERÆUM, ſeu Chamælæa, eſt frutex, & Laureolæ ſpecies. Eſtque vox origine barbarica. B. Berg-peper / zeel-baſt / Miſerie-boom / Hemels-hals / Aardleeuw. G. Zeilant / kellers-halß / Zeidel-baſt / Leuß-kraut / Seel-baſt. Gall. *Mezereum*. A. Pepper of the monut, Douchmezereon, ſpurge olive, widdow-wail.

MIASMA, eſt inquinamentum contagioſum, quod ſpiritibus & ſanguini (ut in peſte & ſcorbuto) accreſcit, à μιαίνω inquino. B. Beſmetſel / Beſmetheit. G. Alles was anſteckt. Gall. *Maladie contagieuſe*. A. A Contagious infection.

MICLETA, dicitur Medicamentum ſanguinem ſiſtens.

MICROCOSMUS, ſic homo dicitur quaſi parvus mundus

dus & compendium totius, à μικρὸς parvus, κόσμος mundus. B. De kleine waereld. G. Die kleine welt. Gall. *Microcosme*. A. The little world.

Microphtalmus, est, qui à nativitate parvos & fissos oculos habet, ex μικρὸς parvus, & ὀφθαλμὸς oculus. B. Een jong of speenvarken-oog. G. Ein Kleines aug. Gall. *Petit œil*, *œil de Cochon*. A. Little eyed.

Mictus cruentus, est sanguinis cum urina excretio, qui ex renibus, ureteribus vel vesica urinaria, sive sola Anastomosi, sive dilaceratione vasorum prodit. B. Bloed-watering. G. Das blut harnen.

Migma, est mixtio diversorum simplicium, à μιγνύω misceo.

Migrana, idem quod *Hemicrania*, sive capitis morbus, qui modo dextram, modo sinistram ejus partem occupat, & ad suturam usque protenditur, quæ doloris interstitium est. *Migrana* compositum videtur ex ἡμι semi & κράνιον caput. Vide *Hemicrania*.

Miliaris febris, vocatur, in qua pustulæ, granum Milii utcunque referentes, inprimis in superiori corporis parte, adparent. B. Gierst-koorts. G. Hirsch Fieber.

Miliares Glandulæ, ita vocantur propter similitudinem, quam cum Grano Milii habent. Nomen præterea habent a situ, quem in corpore obtinent, ut in labiis, buccis, palato, &c. B. Geerstgewyze kliertjes. G. Hirsch gleiche drüsen.

Miliaris Herpes, vide *Herpes*.

Miliolum, est tuberculum exterioris palpebræ, magnitudine & duritie granulum parvum Milii referens, ortum ab humore incrassato hærente in folliculo adiposo.

Militaris, seu Stratiotes, est herba aquis innascens, sic dicitur quod milites vulnerati eâ sanguinem effluentem sistunt: idem nomen quoque *Millefolium* obtinuit, vocatur etiam *Aloe palustris*, *Sedum aquatile* & *Aizoon palustre*. B. Ruiters-kruid / krabben-klauw. G. Wasser donderbart / Wasser bitter. Gall. *Joubarbe aquatique*. A. Water House-leek.

Milium, Planta est, quæ habet caulem mediocriter crassum: folia sunt ampla & instar arundinis: flos apetalus per fasciculos in paniculam laxam dispositus; singuli flosculi constant plurimis staminibus, ex calice plerumque bifolio surgentibus: semina fere rotunda sunt aut ovalia, flava,

flava, aut alba, dura, ſplendentia, in cortice exiguo, tenero, incluſa: radix fibroſa, albeſcens: hæc planta creſcit in locis arenoſis & humidis. Gr. Κέγχρος, ſic vocatur à minutis ficuum granis, ſive gygartis numeroſiſſimis, quas Κεγχραμίδας appellant. Fortè nomen illud inditum à Κεγχρίδι avicula, quæ in altis urbium turribus nidificat. Milium itaque derivari volunt à μίλη vel μέλιν, ſed probabilius eſt dici à ſeminum copia, quaſi milleſimum ferat granum. B. Geers / Hirs. G. Hirs / Hirſchen. Gall. *Mil, ou Millet*. A. Millet, Hirſe.

Milium Solis, vide *Lithoſpermon*.

Millefolium, Eſt planta, quæ plures habet caules, rigidos, anguloſos, villoſos, rubicundos, in ſummitate ramoſos: folia tenuiſſima & innumerabilibus fere ſegmentis diviſa & ſubdiviſa, juxta unam longiſſimam coſtam, diſpoſita, cui folia adnaſcuntur inſtar avium plumæ, odoris ſatis grati, ſaporis aliquantulum acris: flos eſt congeſtus in umbellam candidiſſimam, eſtque diſcoideus, radiatus: calix ſubrotundus, ſquammoſus: ſemina valde parva: radix eſt lignoſa, fibroſa, coloris fuſci; creſcit in locis incultis & arenoſis: dicitur, quod ejus folia in plurima ſegmenta ſunt conſciſſa & diviſa. Gr. Μυριόφυλλον. vocatur & Achillea, narrat enim Plinius Achillem a Chirone edoctum fuiſſe Medicinam, & artem curandi vulnera, & Telephum proprio telo vulneratum hac planta curaſſe: *Stratiotes* ſive *Militaris* etiam appellatur quod vulnera ferro facta ſanet: atque adeo in militia & caſtris multus ejus uſus ſit. B. Duizend-blad / Gerwe. G. Garbe / Tauſend blat / Garben kraut / Schaaf garbe / Schaafripp / Jungfern augen / Branen. Gall. *Mille-feuille*. A. Noſe-biede, Miltoil, Yarrow.

Milphæ, eſt defluvium pilorum e palpebris, Item Medicamenta, quæ huic morbo medendo ſunt dicata.

Mina, Mna, patet ex Dioſcoride pondus fuiſſe unciarum ſedecim, ſive drachmarum centum viginti octo. Verum *Atticâ* levior erat Romana, & pendebat drachmas centum, ſive duodecim uncias & ſemiſſem. *Romana* pendebat nonaginta & ſex drachmas, ſive uncias duodecim. *Alexandrina* videtur uncias viginti continere, ſive drachmas centum & ſexaginta, forte illa differentia oritur à regionibus, in quibus drachmæ differebant. *Mina* ſive *Mna* vide-

tia, colore aurum imitans, aureisque scintillis, dum frangitur, splendens, natum super chalcitim & ex chalciti, non secus ac ærugo nascitur super æs & ex ære.

MITELLA, est species fasciæ, sive linteum, in quo brachium læsum sauciumque suspenditur. B. Een Armband / Arm-zwachtel / Dwale / daar men den zeeren arm in draagt. G. Binde / darin man den Arm trägt / Armschlinge.

MITHRIDATIUM, à Rege Mithridate compositum, & pro Antidoto habitum ad depellenda è corpore venena, ab antiquis plurimi æstimatur, verum quia constat ex simplicibus, quoad effecta, contrariis, nunc temporis non tanti venit: nam si *Opium* & pauca calida demerentur, tota compositio viribus esset orbata. Hujus variæ dantur descriptiones. B. Mithridaat. G. Idem. Latwerge / oder besondere Artzney wider Gifft Gall. *Mithridate*. A. Idem.

MITRALES VALVULÆ, vide *Episcopales*.

MIVA, est caro sive pulpa mali cydonei cum saccaro in consistentiam spissam cocta. Vide *Marmelata*.

MIXTURA, MISTURA, MIXTIO, MISTIO, CRAMA, CROMA & CHRAMA, est substantia *Solida* vel *Liquida*, ex variis medicamentis commixta. Mixturæ pro scopi, quem habet Medicus, diversitate variæ admodum sunt: Guttis maximè, vel Cochlearibus, quandoque Haustu usurpandæ, conficiuntur vel ex Liquoribus solis, quales sunt præcipuè Aquæ destillatæ, spiritus & olea, quovis modo inter se mixtis, sic ut aquæ misceantur aquis, Olea Oleis, Aquæ Spiritibus, &c. vel ex iisdem cum Syrupis convenientibus, Pulveribus, Confectionibus, Opiatis, sive omnia concurrant, sive unum aut alterum tantum adsumatur. B. Een mengsel. G. Vermischung. Gall. *Mixtion*, *Mixture*, *Melange*. A. A Mixture.

MNA, idem quod *Mina*.

MOBILITAS, vocatur talis dispositio, quando ex minima causa, quæ in sano homine motum non concitaret, motus major & turbatus, vel a solita causa major turbatio fit.

MOCHLIA, est ossium luxatorum restitutio, μόχλος enim vectis est, & μοχλίσκος parva vectis.

MODIOLUS, est *Trepanum*, sive *Abaptiston*; quo utimur in profundis ossium corruptionibus, contusionibus, fissuris & fracturis: non facile tamen adhibendum, nisi

primo offium prominentiæ & fruftula pungant. 2. Cum fuprema tabula integra, fed depreffa & infima disrupta fit. 3. Cum fanguis extravafatus, corruptione fua, hominem jugularet. *Modus* perforationis hic eft, derafis capillis, cutis in formam crucis usque ad pericranium, prudenter mufculos temporales & futuras cavendo, eft incidenda, & pro hac vice vulnus obligandum, nifi fanguinis profufio tam pauca fit, ut fimul etiam pericranium à fubjecto cranio diduci poffit: deinde poft aliquot horas, ægri auribus obturatis, Modiolum mafculum fumito; cujus cufpis firmiter in cranio eft collocanda, fed tam procul à fisfura five fractura, ne dentibus fuis eam, multo minus futuram attingat; quanquam nonnulli futuras non magnopere vitent, & nos certiores reddant, fe eas tam feliciter, quam alia quævis loca perforaffe. Tum modiolum manu finiftra fortiter teneto, eum dextra circumducendo, donec circulum mediocriter profundum incideris, poftea fœminam (in cujus medio nulla cufpis) accipe, & eandem ut ante circumducito: interim fcobem auferto & modiolum ad lubricandum & refrigerandum in oleo & aqua tingito & madefac. Sanguis jam apparens, fignum eft te ad fecundam tabulam penetraffe, & tum lenius premendum, ne meninx incautè lædatur, ubi vacillare incipit officulum, vectim inter crepidines inferito, diffolvito, & illud volfella eximito. Gr. Χοινικὶν & Χοινικίς. B. Een Beenboor / een Trepaan / Panboor / Boor-schyf. G. Ein Böhrerlein der Wundärtzen. Gall. *Un Trépan*. A. A Borer, or Trepan.

Modios, Gr. Μόδιος, eft menfura, continens fedecim fextarios.

Mogilalos, eft is, qui cum difficultate loquitur, ex μόγις vix & λαλέω loquor. B. Zwaar bespraakt. G. Beschwärlich redend.

Mola, Patella, feu Rotula, eft os rotundum & latum, imponitur articulationi femoris & tibiæ, ubi genu membranofo ligamento cingitur Gr. Κόγχη, Κόγχος, Μύλη, Ἐπιγονατὶς, Ἐπιμυλὶς Hippoc. Μυλακρὶς Hipponacti. B. De Knie-schyve. G. Die Knie scheibe. Gall. *La Rotule*. A. The Knee-pan.

Mola Carnea, eft fubftantia carnofa quandoque etiam fungofa fine offibus & vifceribus; fæpe inftar fanguinis concreti, nigra; & nonnunquam duriffima, loco fœ-

fœtus in utero producta; nunquam tamen placenta vel fune umbilicali donata, nullam figuram determinatam obtinens, uterum ingenti nonnunquam mole distendens. B. Een Zuiger/ vleeschige Misdragt. G. Monkalb/ muttergewachs/ mutter-kugel/ mon-kind/ mutterkalb/ Ungestaltete leibfrucht. Gall. *Mole, faux germe, corps mollace.* A. A Mole or deformed birth.

Molares, seu Maxillares Dentes, in eo ab aliis dentibus differunt, quod extremas suas partes, quas Ruffus *mensas* appellat, valde amplas habeant. Gr. μύλοι & γόμφιοι, vide *Dentes.* B. Backtanden/ kiezen. G. Die Backen oder Stock-Zähn. Gall. *Dents maschelieres.* A. The cheek tooth.

Mollientia, vide *Emollientia.*

Mollugo, est Aparines species, ob mollitiem dicta, quod, ut Aparine, prætereuntium vestibus non adhæreat. B. Zagt-kruid. G. Sternmeyer-kraut.

Molopes, *Vibices*, *Enchymoma*, *Sugillationes*, idem sunt, dicuntur rubores vibicum instar in febribus malignis, & pestilentialibus producti, Gr. μώλωψ vibex. Vide *Enchymoma.*

Moly, Gr. μῶλυ, est Allii aut Cepæ species, omnia ut in Allio, sed odor suavis, aut non graveolens; dicitur ἀπὸ μὴ ὂ ὄλλω, sive ὄλλυμι, quod *ab interitu conservet*, vel ἀπὸ τῦ μωλύειν τὰς νόσους, *à mitigandis, sedandisque morbis*, aliud tamen Etymon Ptolomæus Hephæstion adfert, *De Moly deinde herba apud Homerum agit, quam è sanguine interfecti, in Circes insula gigantis, enatam ferunt, habereque candidum florem. Circes autem in pugna Socium solem, etiam gigantem interemisse* dicitur, *atque inde, quod* Μῶλος *pugnam significet, inditum herbæ nomen.*

Molybdæna, seu Plumbago, Planta est, Persicaria, fortè dicta ob maculas, quibus maculatur, plumbeas, à μόλυβδος plumbum.

Molybdæna, seu Plumbago, duplex Dioscoridi est: *nativa* & *factitia.* Illa nihil aliud esse videtur, quam lapis, sive Plumbi minera, seu potius minera Plumbi & Argenti simul. Factitia est species Lithargyrii, videlicet est illud recrementum, quod in argenti aurique purificatione cum plumbo, minerâve plumbi institutâ, fornacis folio con-

concretum, & perustum adhærescit. B. Potloot. G. Bley-schaum.

MOLYNSIS, idem quod *Miasma*.

MOMORDICA, Est planta, quæ habet caules exiguos, sarmentosos, angulosos, striatos, scandentes: folia bryoniæ, sed minora, caulibus longis adhærentia, saporis acris & amari: flores sunt monopetali, campaniformes, quinquefidi, lati, expansi, coloris flavi, albescentis: post florem sequuntur elegantes fructus longi vel rotundi, magis minusve turbinati, cavi, carnosi, elastica vi rupti, & semina explodentes oblonga, vel ovata, rubicunda, obducta caliptra plana, margine denticulato: radix est parva, fibrosa: hæc planta colitur in hortis; est planta officinalis, refrigerans & astringens, cujus fructus pomiformis est in usu, Balsaminæ quoad faciem similis, quamvis prorsus ab eo distinguenda. B. Balsem-appel G. Balsam apffel. Gall. *Pomme de Merveille*. A. Male Balsam apple.

MONOCEROS, idem quod *Unicornu*.

MONOCOLUM, est *Intestinum cæcum*.

MONOHEMERA, sunt morbi, qui uno die curantur, ut *Ephemera* febris, ex μόνη sola, una, & ἡμέρα dies. B. Eendaagse Ziekte G. Eine Kranckheit / die nur einen tag währet. Gall. *Maladie d'un jour*. A. A Disease of one days duration.

MONOPAGIA, vide *Monopegia*.

MONOPEGIA, est acutus capitis dolor, unum locum occupans, ex μόνος solum, & πηγνύω compingo. B. Eenzydige Hooft-pyn. G. Hauptweh an einer seiten des hauptes. Gall. *Migraine*. A. An acute fixed pain of the head.

MONORCHIS, vocatur, qui unum tantum testiculum habet.

MONSTRUM, Gr. Τέρας, nihil aliud est quam fœtus, sive homo perverse enixus, hoc est, capite duplici, pedibus aut manibus deficientibus, vel abundantibus, ita ut perfecto homini similis non sit. B. Een Monster / Wanschepzel G. Eine Wundergeburt. Gall. *Monstre*. A. Monster, or deformed birth.

MONS VENERIS, nominatur superior pubis muliebris pars pubescens, a copiosiori substrata pinguedine præ reliquis nonnihil eminentior, & crispior, quam in Veneris castris militaturi omnium primo conscendere debent. B.

De-

Venus-berg. G. Venus berg. Gall. *Eminence, ou Montagne de Venus.* A. Mountain of Venus.

MORA BACCI, MORA BATI, MORA VACINIA, MORA VACCINIA. vide *Rubus.*

MORBILLI, quasi parvi morbi, sunt maculæ rubræ, quæ à contagio aëreo in sanguine contracto excitantur, quæ neque in molem attolluntur, neque suppurantur, sed cum epidermide desquammantur, cum febre, tussicula, &c. decurrentes; à variolis, ut magis & minus tantum differunt, ab Arabibus *Bothor* vocantur. B. Maselen. G. Die masern / die purpulen / à colore purpureo, Kinds blattern / durchschlechten / Masern. Gall. *Rougeole.* A. The measels.

MORBUS, Gr. Νόσημα, Νόσος, à *Morte* dicitur, unde est propinqua dispositio ad eam: etenim quicquid morbi nomine venit, non potest non initium esse, & velut gradus ad mortem, unde patet differre morbos, juxta majorem vel minorem propinquitatem: diciturque esse ejusmodi corporis constitutio, qua actionibus Naturalibus, Vitalibus, Animalibus rectè obeundis simus inepti: Morbus est duplex, *Pravæ Conformationis*; vel *succorum Incrassatorum*, vulgo *Intemperiei*: *prava Conformatio*, est sextuplex, consistit enim in Numero, Magnitudine, Figura, Cavitate, Superficie & Situ. *Intemperies* sive succorum inspissatio est venenata sive contagiosa & pestilens; vel Benigna, & sunt morbi vulgares, ut per Idiopathiam, Protopathiam, Deuteropathiam & Sympathiam. Item morbus est Simplex, Compositus, Multus, Complicatus, Connexus, Disjunctus, Congruus, Incongruus, Periodicus, Vagus, Magnus, Parvus, Benignus, Malignus, Brevis, Acutus, Longus, Continuus, Intermittens, Salutaris, Dubius, Lethalis, Sanabilis, Insanabilis, Exquisitus, Spurius, Hæreditarius, Nativus, Adscititius, Sanguineus, Biliarius, Pituitosus, Melancholicus, Vernus, Æstivus, Autumnalis, Hybernus, Pandemius, Epidemius, Sporadicus. B. Siekte / Kranckheit. G. Kranckheit / eine Sucht. Gall. *Maladie.* A. A Maladie, Sicknesse, disease.

MORBUS CADUCUS, *Comitialis*, *Herculeus*, vel *Sacer*, idem quod *Epilepsia.*

MORBUS GALLICUS, vide *Lues Venerea.*

MORBUS HISPANICUS vide *Lues Venerea.*

MORBUS INDICUS, idem quod *Lues Venerea.*

MORBUS REGIUS, idem quod *Icterus.*

MORETUS, mulierculis nostris usitatissimum potionis genus aromaticum est, quod parari faciunt, ubi præsumtio imprægnationis adest, persuasum nimirum sibi habent, falsam imprægnationem eo exturbari, veram corroborari. Moretum dicitur, à Moris, seu Diamoro ingrediente. B. Een Moerbezie drank. G. Ein Maulbeeren tranck / ein iedes gemengtes essen. Gall. *Potion de Meure.* A. A Mulberry drink.

MORIA, *Stupiditas*, *Fatuitas*, *Stultitia*, *Stoliditas &c.* est judicii & intellectus defectus; oritur præcipuè ab imaginationis & memoriæ deliquiis, à μωραίνω stultè ago. B. Krankzinnigheit. G. Thorheit. Gall. *Folie*, *Stupidité.* A. Stupidity.

MOROSIS, idem quod *Moria.*

MORPHÆA, idem quod *Alphus.*

MORPIONES, vocantur pediculi illi lati, qui ad pubem genitalium, imo & sub axillis in crinibus hospitantur. B. Platluysen. G. Filtzlausen. Gall. *Morpions.*

MORSELLI, idem quod *Morsuli.*

MORSULI, seu MORSELLI, TABULÆ, Medicamenta sunt quadratæ figuræ ut plurimum, parata ex pulveribus, & similibus sacharo soluto exceptis, superque tabulam ligneam, lapideam, cupreamve effusis, ut consolidentur. B. Koekjes. G. Artzneytäfelein / Biß-lein / Morsell. Gall. *Tablettes.* A. Morsels or tablets.

MORSUS, fit, si maxilla inferior versus superiorem tam fortiter comprimatur, ut quicquid cibi solidi inter dentes continetur, confringatur. B. Byting. G. Biß.

MORSUS, etiam est compositi vulneris species, nam dentibus animalium ad partes molles pressis, generatur contusio, punctura, & laceratio, aliis læsionibus pejor, si saliva animalis infecta simul communicetur.

MORSUS CANIS RABIDI, vide *Cynanthropia.*

MORSUS DIABOLI, idem quod *Ornamentum Foliaceum.*

MORSUS DIABOLI seu SUCCISA, vulgus superstitione quadam motum credit cacodæmona, tantæ efficaciæ radicem hujus plantæ invidere hominibus, atque hac ratione ubi succreverit, statim eam undiquaque circumrodere. B. Duivels beet. G. Teuffels abbiß. Gall. *Le Succisa.* A. Divils bit.

MOR-

Morsus Gallinæ, eſt Alſines ſpecies, ſic dicta quod gallinis gratum pabulum ſubminiſtret. B. Hoenderbeet / Muur. G. Hüner-biß. Gall. *Morgeline*. A. Chickweed, Henbit.

Morsus Ranæ, eſt Nymphea minoris ſpecies: ſic appellatur, quod Ranæ ejus morſu gaudeant. B. Vorſche-beet. G. Fröſchen biß. Gall. *Eſpece de Nenuphar*. A. Frog-bit.

Mortariola, ſeu Cavernæ, Loculamenta ſunt, quibus ſinguli dentes ſunt infixi. Βόθρια *Galeno*, Ὀλμίσκοι *Poll. Rufo*. B. Tands hollen. G. Die hölen der Zähnen. Gall. *les Alveoles des dents*. A. Caverns of the Teeths.

Mortarium, eſt vas ex marmore, ære, ferro, ligno, vel vitro confectum, in quo piſtillo ligneo, vitreo, ferreo, æreo, vel lapideo res quædam contunduntur. B. Een Mortier / Vyzel. G. ein Mörſel. Gall. *Un Mortier*. A. A Morter.

Mortificatio, idem quod *Sphacelus*.

Morum, idem quod *Pladoroſis*, vel *Thymus*.

Morus, Morum, eſt arbor magna & ramoſa, cujus truncus ſatis eſt craſſus, tortuoſus, nodoſus, cortice craſſo & aſpero obductus: lignum eſt durum, intus flavum: folia ſunt inſtar manus ampla, oblonga, acuta, ſerrata, dura & tactu aſpera, ſaporis dulceſcentis & viſcoſi, Bombycibus pabulum inſerviunt: flos eſt amentaceus, plurimis nempe ſtaminibus e calice quadrifolia ſurgentibus conſtans, ſed ſterilis: Embryo autem abit deinde in fructum nigrum, ſuccum viſcoſum dulcem habentem, & e glomerulis ſquamarum, ſuccum viſcoſum & dulcem continentium compoſitum, quæ ſemen amplectuntur ſubrotundum, an à morando? proinde cum hanc germinare viderimus, frigus minimè timendum ſit. Sunt qui à Græco hoc nomen derivent, Μόρον enim nigrum denotat, quod ejus fructus ob ſaturum colorem rubicundum, nigri appareant. Gr. Μορέα, Συκαμινέα, & Μόρον. B. Moerbezien-boom. G. Maulbeer baum. Gall. *Meurier*. A. Mulberry-tree.

Mos, in Medicina vel ſignificat animi quandam proprietatem, quæ ſequitur temperamentum corporis & in conſuetudinem vergit, unde probe obſervari meretur: vel modum alicujus rei, veluti morbi, in quo illud, quod determinat, utrum morbus benignus malignusve ſit, *Mos morbi* dici conſuevit.

MOSCHATA NUX & MUSCATA, duplex habetur, *Oblonga* nempe, quæ & *Mas* dicitur; alia est *Rotunda*, quæ *Fœmina*, differentiæ gratia, appellatur. Nascitur arbor in insula *Banda* Indiæ Orientalis: proceritatem habet arboris Pyri: folia Persicæ Malo haud absimilia, vel ut verius dicam, breviora, & magis subrotunda, imo & latiora sunt. Fructus apposite malum persicum refert: cujus cortex externe per maturitatem instar juglandis non tantum dehiscit, sed eo incolæ quoque vescuntur. Hac remota, sequitur *Macis*, constans ex variis subrubicundis foliolis: hæc item durum corticem investiunt, qui ipsam nucem Moschatam inclusam servat. Leguntur Nuces maturæ, lectæ remotis putaminibus aqua marina consperguntur, & siccantur ad solem, siccatis adimitur macis, & postea nuclei lavantur calce, ut eo melius a corruptione serventur. Integram unam cum cortice exteriore servo. Dicitur & *Nux Aromatica*, *Moschocaryon*, *Moschocarydion*, *Nux Myristica*, seu *Unguentaria*. B. **Muscaat Noot**. G. **Muscat-nuß** Gall. *Noix Muscade*. A. Nutmeg.

MOSCHELÆUM, est compositio ex Moscho & Oleo.

MOSCHUS, quidam esse saniem ex tumore circa umbilicum alicujus animalis promanantem volunt: alii testiculos ejusdem, alii aliud quid censent. Moschifera caprea, capreæ minoris species est, dentibus duobus versus interiora prominentibus prædita, quadrupes, ungulis bisectis, sine cauda. Pilorum colore variegato ex luteo castanino, & maculis quasi superbit: Pili in abdomine cinerei, in capite ex albo & cinereo castanei sunt & longissimi. Cæterum in abdomine non longè à posterioribus pedibus, eminentia quædam est, rotunda & dura, ovi gallinacei mediocris magnitudine, pilis albis, iisque non flexuosis, sed rectis, & ad folliculi fastigium porrectis obsita. Circa cujus partem inferiorem unica utrinque caruncula apparet, qualis etiam, licet paulo major, non longe ab istis in sinistro conspicitur latere. Ea autem eminentia sive tumor nihil aliud est, nisi folliculus quidam, in quo moschus saniei instar colligitur. Est & alia species sed longe vilior. Colligunt enim hujus animalis sanguinem, quem quieti aliquandiu exponunt, deinde serum supernatans decantant, animali mortuo cutim detrahunt, & exenterant: reliquum minutim conscindunt, cumque sanguine miscent, hancque massam pelli ejusdem animalis includunt, terræ committunt, & per

per aliquot dies urina perfundunt, donec materies putrefacta fit; hanc muniam exficcatam pro Moſcho venditant. Nonnulli inteſtina una cum fæcibus adjiciunt. Venit ex India orientali de Tonquin non procul à China. B. Mus-kus. G. Biſem. Gall. *Muſc*. A Moſch.

Motos, eſt linteum carptum, quod ulceribus inditur, quo etiam ſanguinis fluxus ſiſtitur, vulgo *Carpi*. B. Pluk-ſel. G. Leinen zu den Wunden. à μοτόω linteamentum vulneribus indo. Gall. *Charpie*.

Motus Convulsivus, eſt convulſio, quæ alternatim fit inter muſculos, vel fibras antagoniſtas ſive oppoſitas. Hic vero motus convulſivus multa complectitur, & in multis morbis tragædiam ſuam exhibet: vulgo quidem eum vix intuentur, niſi in una illa ſpecie, quam vocant *Epilepſiam*, quæ fermè univerſalis eſt, ſed altera quædam particularis occurrit, cum in his illiſve muſculis, cum maximè in fibris motricibus, quæ longe, longeque frequentior eſt. B. Stuip-trekkinge. G. Das Gliederſpannen. Gall. *Mouvemens convulſifs*. A. The convulſive motions or fits.

Motus Peristalticus, vide *Periſtalticus motus*.

Moxa, venit ex China & Japan. Lanugo quædam eſt ab inferiore parte Artemiſiæ foliis accreſcens, quæ ſcalpello abraditur, & poſtea caro pretio venum exponitur. Inſervit uſtioni, eodem modo ut in Ægypto Goſſypium, & olim Hippocratis tempore fungi ſeu μύκητες, ſimilem, ſed magis fuſcam lanuginem ex America allatam vidi. Conficitur ex Artemiſiæ vulgaris (latifoliæ) adhucdum recentis foliis exſiccatis, longo tempore in aëre ſuſpenſis & obſoletis: colligitur vero ad Moxam eliciendam Artemiſia non omni promiſcue tempore, ſed certis tantum diebus ab Aſtrologis indicatis. Præparatio Moxæ nullo artificio abſolvitur: tunduntur primum impigro piſtillo folia, ad mollitiem rudioris ſtupæ; dein utrâque manu agitantur & fricantur aſſidue, ut priori contuſione jam attritis decedant duriores fibræ, & recrementa membranacea: quibus excuſſis, remanet deſiderata illa inſignis teneritatis homogenea & puriſſima lanugo, qua tenellam Regii nominis Artemiſiam præ cæteris herbis ditare natura ſtuduit; Lanugo illa coloris cinerei eſt, concipiendo igni aptiſſima, eoque admiſſo moderate gliſcens, ſcintilla minus conſpicua, ar-

dore temperato, progressu lento, donec in favillam tota depasta sit.

MUCAGO, MUCILAGO & MUCUS, est extractio viscida mediante aquâ ex seminibus, gummi, radicibus &c. facta. B. Slym. G. Schleim. Gall. *Mucilage*. A. Slime.

MUCARUM, idem quod *Mucharum*.

MUCCUS, idem quod *Mucus*.

MUCHARUM sive MUCARUM, vocabulum est Barbarum, quo nonnulli infusionem rosarum per se, alii infusionem cum saccharo in syrupum coctam intelligunt, fortè illud *Mucharum* significabit saccharum.

MUCILAGINOSÆ GLANDULÆ, vocantur, quæ in cavitate articulorum sitæ sunt, & liquorem quendam suppeditant, qui lubricandis articulorum cartilaginibus, ligamentisque inservit.

MUCILAGO, idem quod *Mucago*.

MUCRO, est acumen, in quod pars quæcunque desinit. Sic foliorum multorum, siliquarum quarundam, & spinarum omnium extrema in mucronem acuminantur.

MUCRO CORDIS sive APEX, est inferior pars cordis cuspidata. B. De punt van 't hert. G. Die spitze des hertzen. Gall. *La pointe du cœur*. A. The point of the heart.

MUCRONATA CARTILAGO, vide *Ensiformis Cartilago*.

MUCRONATUM OS, vide *Ensiformis Cartilago*.

MUCUS, Gr. μύξα, βλέννα, κόρυζα, est excrementum liquidum, crassum & viscidum, quod ad nares & palatum defluit, & secretum fuit ex glandulis membranæ nares earumque sex cavitates investientis, humectandis & defendendis his partibus inserviens, ad quem eundem usum etiam in faucibus, aspera arteria aliisque cavitatibus reperitur. B. Snot. G. Schnuder / der Unflat / so durch die Nasen gehet / Rotz. Gall. *Pituite*, *Mucosité*, *Morve*. A. Snevil or snot.

MUCUS INTESTINORUM, est quædam visciditas, ex glandulis exsudans, interna obliniens, ne intestina facile ab acribus aut duris ingestis lædantur. B. Darmslym. G. Schleim der Darmen. Gall. *l'Humeur visqueuse ou muceuse que l'on trouve dans les intestins*. A. The Slime of the Guts.

MULIEBRIA, vide *Cunnus*

MULOMEDICINA, idem quod *Veterinaria*.

MUL-

MULSUM, idem quod *Hydromel.*

MULTIFORME OS, vide *Cuneiforme.*

MULTISILIQUÆ PLANTÆ, vocantur, quibus, post unumquemque florum, nascuntur quinæ, pauciores, pluresve, capsulæ oblongæ, *Siliquæ* dictæ, quae maturæ dehiscunt secundum longitudinem fructus, parte aversa manente concreta, atque continent plurima, in singula quaque thecarum, semina.

MUMIA, ejus habentur quatuor species, *Arabum* nempe, quæ est liquamen seu liquor concretus exsudans in sepulchro è cadaveribus, Aloë, Myrrhâ, Balsamoque conditis. Altera *Ægyptiorum* est, sive liquamen ex cadaveribus Pissasphalto conditis. Nimirum, hoc condiebantur cadavera vilioris sortis, adeoque & ipsamet cadavera nonnunquam eo modo condita prostant. Tertia *Pissaphaltum factitium*, id est mixtum pici bitumen, quod pro *Mumia* venditant. Quarta, cadaver sub arena solis æstu torrefactum. Fitque in Hammoniorum regione, quæ est inter Cyrenarum regionem & Alexandriam, ubi arenarum Syrtes ventorum turbine sublatæ incautos viatores obruunt, unde horum cadavera à flagrante solis æstu torrentur & exarescunt. Omnium præstat prior species. Vox unanimi Criticorum consensu à vocabulo Persico vel Arabico *Mum*, quod ceram denotat, derivatur.

MUNDATIO, sive PURIFICATIO, est, quando medicamenta à pulvere, corticibus aliisque immundis purgantur. B. Zuiveringe. G. Reiniging. Gall. *Purification.* A. Purifying.

MUNDIFICATIVUM, est tale Medicamentum, quo ulcera sordibus purgantur. B. Zuiverende dingen. G. Reinigende artzney.

MURALIS HERBA, idem quod *Parietaria.*

MURIATICA ACRIMONIA, est acredo humorum in corporis humani quibusdam morbis peccans, uti in Scorbuto, Melancholia &c. quæ omni signo se accedere ad naturam salis marini, vel ammoniaci manifestat sese, in qua sapor in ore salsus semper, sitis assidua & ingens, siccitas & rigiditas corporis; urina salsa, tarde putrescens, cum sedimento spisso, & cum pellicula tenui pingui innatante.

MUSCÆ CAPUT, idem quod *Myocephalum.*

MUSCARI, est Hyacinthi botryoides species; quæ habet folia longa, angusta, striata, sat crassa, succo plena,

intra quæ assurgit caulis erectus, sat crassus, rotundus, sine foliis: flos est hermaphroditus, monopetalus, urceolatus, vel arbuteus, ad oras in sex crenas reflexas divisus, atque in fastigio caulis in racemum congestus, denso agmine aggestum, odoris aromatici & valde grati fere instar Moschi: flori succedit fructus sat crassus, triangularis, divisus in tres loculos continentes semina rotunda, & nigra: radix bulbosa, albescens, habens multas tunicas, saporis amari: sic appellatur, quod ejus flores Moschum oleant.

MUSCARIA, in vegetabilibus sunt in orbem radiatæ herbarum comæ, cacuminaque in fasces coacta, à flabri similitudine, cujus ventilatu muscæ in conviviis abiguntur, dicta.

MUSCIPULA, est species floris Armerii, seu *Viscaria*, ideò dicitur, quod caules ejus visciditate obducuntur, qua de causa muscæ advolantes visco illo capiantur. B. Vlie-geest / Wetheus. G. Fliegen wadel / Tolder von Blumen oder Kräutern wie ein Wadel. Gall. *Atrape-Mouches.* A. Ca-tech-fly.

MUSCULOSA EXPANSIO, vide *Myodes platysma.*

MUSCULUS, est pars corporis animalis organica, vasis sanguineis, lymphaticis, nervis, duobus tendinibus, & fibroso seu carnoso ventre instructa, constante fibris minoribus, parallelis, tela cellulosa cinctis, & in lacertulum collectis, cujus officium est, membra mobilia, appensa movere. Motio illa seu contractio fit, quando à cerebro, cerebello, vel medulla spinali, per nervos ad fibras musculosas spiritus animales fluunt, & simul in sanguine major est determinatio ad easdem partes, tum musculi venter incipit tumere, adeoque partes longitudinales abbreviantur, & tendines ad se invicem accedunt, & pars annexa mobilis ad minus mobilem attrahitur; hac autem determinatione spirituum & sanguinis cessante in fibras musculares, & liquidis per extrema vasorum suorum oscula effluentibus, omnia iterum flaccescunt. Veteres musculi corpus in caput, ventrem & caudam diviserunt, accipentes pro capite, musculi extremitatem parti, ad quam fit contractio, connexam; pro cauda, musculi finem seu portionem, parti movendæ insertam; pro ventre denique partem musculi intermediam, quæ carnium mole tumidior conspicitur; deinde pro motu obeundo, supponebant musculum, circa caput & ventrem intumescere, & deinde quoad longitudinem

nem decurtatam, partem appensam sibi propius attrahere, sed quo ritu id fiebat, magnum apud illos silentium est. Musculi sunt vel cavitatibus vel artubus destinati, qui omnes à figuris, locis & actionibus variis diversimodo denominantur: plerique inseruntur ossibus, alii tamen cartilaginibus, cuti, vel quibusdam organis. Gr Μῦς. B. Een spier / de muys / muskel G. Die Fleischmäuß oder Aderechtig Fleisch Gall. *Muscle*. A. A muscle.

MUSCUS, Gr. Βρύον, & Μνιον; quibusdam Σπλάγχνον & Σφάγνος, Ὕπνον, Δορκάδια Βοτάνη. Arab. *Usnea*, sunt plantulæ parvæ sui generis, arboribus, lapidibus &c. accrescentes, fortè à mucore appellatur, quod instar mucoris efflorescat. B. Mosch. G. Mieß oder Moß an den Bäumen. Gall. *Mousse*. A. Moss.

MUSTELLANCI, vide *Galiancones*.

MUTUS, vide *Aphonia*.

MYACANTHA, seu RUSCUS, aut BRUSCUS, sic appellatur, quod ejus folia rei conservandæ appendantur, ne mures ob acutas spinas eam lædant, ex μῦς mus, & ἄκανθα spina. Vide *Ruscum*.

MYAGRUM & MYAGRIUM, Est planta, quæ habet caules rotundos, duros, politos, ramosos, medullam albam habentes: folia sunt oblonga, & aliquomodo Isatidis cultæ similia, sed pleraque sunt laciniata, & inprimis inferiora: flores sunt exigui, quadrifidi, in crucem dispositi, flavi: post florem succedit fructus rotundus, acuminatus, trilocularis, ea lege, ut loculus primus contineat semen obrotundum, oblongum, & rubicundum, bini vero vacui apparent: radix crassa, alba, uno tantum anno durans, crescit in pratis, præsertim in regionibus calidis: nomen accepit, quod insistentes, vel prætervolantes muscas glutine suo implicet, & retineat, nec non captet, à Μυῖα musca, & ἀγρέω, capio. G. Fliegen kraut. Gall. *Cameline*. A. Gold of Pleasure.

MYCETÆ, MYCETES, sunt fungi: Μύκης Gr. Μύκητας vocarunt, ab ensis capulo, vel summo vertice vaginam occludente: μυκη ensis Theca, Gladii Capitulum, à μύω claudo.

MYCTERES, sunt nares, sive humorum pituitosorum receptacula. B. Snot-ontfangers. G. Die Roß empfaherß / die Nas löcher. Ga'l. *Receptacles de la morve, ou de pituite*. A. The receptacles of pituitous humors.

MYDE-

Mydesis, est corruptio sive putredo, ex nimio madore, à μυδάω nimio humore & uligine vitior.

Mydriasis, est nimia pupillæ dilatatio, & diffusio, visui hebetudinem adferens, ex *Platneri* sententia a tanta lentis crystallinæ intumescentia, ut reliquæ oculorum partes ab ea premantur, ortum habens, ex ἀμυδρὸς obtusè, & ὁρῶν videre. B. Een stomp gezicht. G. Blöd gesicht. Gall. *Vue foible par la trop grande dilatation de la Pupille.* A. Dim sight.

Myelos, idem quod *Medulla ossium*, vel *Cerebri* vel *Medulla spinalis*.

Myle, idem quod *Mola*, *genu*.

Myloglossum, est par musculorum, quod circa dentium molarium postrema oritur, & ligamento linguæ inseritur, linguamque sursum convertere perhibetur, ex μύλη mola sive dens molaris, & γλῶσσα lingua. B. De knauwtandens tonge-spier. G. Der Back oder Stock zähnen zung mauß. Gall. *Mylogloße*. A. Idem.

Mylohyoideus, est par musculorum, quod nascitur ab interiore parte maxillæ inferioris, & basi ossis hyoidis inseritur, quod proinde versus anteriora attollere valet.

Myocephalum, est inchoatus uveæ tunicæ prolapsus, in nigro oculi, ab exulceratione ortus, muscæ capiti similis, ex μυῖα musca, & κεφαλὴ caput. B. Een Muggekopsoog. G. Ein Mucken aug. Gall. *Tête de Mouche*.

Myodes Platysma, est musculosa expansio, lata, a claviculis sternoque incipiens, in collo densissima, menti totiusque fere faciei cutem movendo dicata, nam immediate sub panniculo adiposo decurrit: vocatur etiam Musculus Latissimus colli. ex μῦς musculus, εἶδος forma, & πλατὺς latus.

Myologia, est illa pars Anatomes, quæ tradit structuram, situm, functionem omnium musculorum totius corporis, sive hæc discribendo, sive dissecando & demonstrando fuerit occupata, ex μῦς musculus, & λέγω narro.

Myopia, est quædam visus in rebus distantibus cernendis obscuritas vel abolitio, sed tamen in propinquis perspicacia, orta ob oculum anterius nimis globosum, oculum nimis longum, vel quod lens crystallina sit rotundior: hinc radii lucis ab objectis remotis emissi, ob refractiones per tres humores se secuerunt transversim antequam in retina colligantur, cui medendo appropinquatio objectorum, vel vitrorum concavorum applicatio convenit: ex

μῦς

μῦς mus, quia murium visum referunt, & ὤψ oculus. B. Bysienigheid / stiksienigheid. G. Ein stumpff gesicht / das nicht in die länge / oder ferne sehen kan. Gall. *Myopie, la Veue courte.* A. Pur blind.

MYOPIASIS, vide *Myopia.*

MYOPS, est qui *Myopia laborat.* B. Bysiende / Stiksiende.

MYOSOTIS, id est muris auricula, dicitur sic ob foliorum formam, ex μῦς mus, & ὦς auris: est planta, quæ habet caulem exiguum, lanuginosum, repentem: folia sunt obrotunda, crassa, lanuginosa: flores amœni, lactei, quinque petalis in medio aliquo usque unica divisura incisis, & striatis compositi, quos foris ad basin totidem hirsuta viridantia foliola sustinent, in medio vero stamina & stilus colore luteo: floribus succedit capsula sive fructus cornu bovino æmulus, apice dehiscens, seminibusque fætus exiguis, plerumque subrotundis: radix est alba, repens, fibrosa: crescit hæc planta in montibus. B. Muysen oor. G. Mauß öhrlein. Gall. *Oreilles de souris.* A. Common Mouse-Ear.

MYOSUROS, est parvula planta, quæ habet folia graminea, Coronopi instar, sed non laciniata: caules sunt parvi, tenues, rotundi aut cylindrici, nudi: calix quinquefolius, singulis foliis appendice instructis, deorsum tendente: flosculi herbacei, staminibus præditi multis ex ambitu fundi ovarii, semina in spica longâ, tenui, acutâ, muris caudam referente: radix annua, fibrosa: hæc planta habet saporem acrem, & crescit in pratis: Myosurus vocatur a μύς mus, & οὐρὰ cauda, quasi cauda muris, quia spica hujus plantæ muris caudam refert.

MYRACH, Arabica vox est, & idem sonat quod *Epigastrium.*

MYRACOPUM, est Unguentum lassitudinem auferens, ex μύρον unguentum, & κόπος labor. B. Salf / die de vermoeitheid beneemt. G. Salb / so die mude wegnimmt.

MYRICA, est arbuscula, dicitur ἀπὸ τ̃ μυρίαζ à lugendo: sed quid impedit, quod dicamus à contrario, quod Melancholicis prosit, tristitiamque & luctum omnem, quæ Melancholiam comitari solent, pellat? vulgo *Tamariscus* vocatur. B. Tamarisboom. G. Tamarisken stauden. Gall. *Tamarisc.*

MYRINGA, MYRINX, est *Membrana Tympani.*

MYR-

Myriophyllum, est *Millefolium*, μυρία numerus infinitus, & φύλλον folium. B. Duizent bladt. G. Tausend blad / schafgarb.

Myristica Nux, idem quod *Moschata Nux*.

*Myrmecia, est verrucarum species, sunt thymo duriora, humilioraque, quæ radices altius agunt, majoremque dolorem movent, infra lata, supra autem tenuia, minus autem sanguinis mittunt: magnitudine vix unquam lupini modum excedunt. Nascuntur in palmis, aut in inferioribus partibus pedum, à μύρμηξ formica. B. Breede Wratten. G. Breyte-wartzen.

Myrobalani, propriè significant glandes unguentarias, ideoque procul omni dubio Veteres Medici aliud quid sub hoc nomine intellexerunt: componitur enim vox ex μύρον unguentum, & βάλανος glans. Qui nobis in usu sunt, Prunis exoticis annumerari debent, Veteribus Græcis incogniti, ab Arabibus primum inventi, suntque *Chebuli*, *Citrini*, *Bellerici*, *Indi*, *Emblici*. *Chebuli* omnium maximi sunt, oblongi, intus nucleum continentes, externè colore fusco. Vocantur *Quebolia* & *Quebuli*, *Cepula*, *Chepulæ*, *Chebulæ*, maximi, oblongi, angulosi. *Citrini*, externè sunt colore citrino, & teretes, oblongi & ventricosi, dicuntur lutei, flavi, citrei. Gr ξάνθοι Arab. *Delegi azfar*, intus nucleum habent. Ipsius arbor folia instar Amygdali habet. *Bellerici* etiam oblongi sunt, cucurbitam referentes, ejus arbor folia habet instar Lauri. Vocantur *Belleregi*, *Bellilegi*, *Bellegu*. *Indi*, sunt oblongi & nigri, prioribus minores; folia habent instar Amygdali, vel ut alii volunt, Salicis. Fructus sunt octangulares. *Emblici* rotundi quidem sunt, sed semper ferè in frusta fissi. Folia habent tenuia, in modum fere salicis. Appellantur *Emblegi*, *Imblegi*, *Ambegi*, *de Seni*. Omnes illæ species Pruni sunt, & inter eas censeri debent, quamvis foliis, regione & fructuum figura ab invicem differant: omnes quoque purgant & astringunt, ferè uti Rhabarbarum. B. Welriekende Eekel. G. Ben / Myrobalan. Gall. *Myrobolans*.

Myron, idem quod *Unguentum*.

Myropola, est Unguentarius, qui unguenta vendit, ex μύρον unguentum, & πωλέω vendo. B. Een Salf-verkooper. G. Ein Salb-verkäuffer. Gall. *Vendeur d'onguents*. A. A Salveseller.

Myrrha, cujus arboris sit gummi, adhuc incertum est. Est tamen Resina Gummea cujusdam arboris exoticæ, quæ, cortice vulnerato, Myrrham profundit, partim in substratas tegetes destillantem, partim circa caudicem concrescentem. Plurima affertur ex Arabia, tum etiam ex Regione Alexim, quæ Æthiopia est. Debet esse friabilis, levis, undiquaque concolor, minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ confracta, venas unguium modo candidas & leves ostendit. Vim habet putredini resistentem, & in morbis, a frigidis humoribus ortum habentibus, magni usus est. Antefertur *Trogloditica*, colore pallescens, seu subviridis, splendens ac mordax. Inutilis est ponderosa & coloris picei seu nigra. Gr. Σμύρνα. B. Myrrhe. G. Myrrhen. Gall. *Myrrhe*. A. Idem.

Myrrhis, Est planta, cujus caulis altus, ramosus, villosus, intus excavatus; folia sunt magna, ampla, striata, Cicutam aquaticam referentia, sed magis albescentia, & sæpe maculis albis notata, mollia, parum villosa, coloris & odoris Chærophylli, & saporis Anisi: flos rosaceus, & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inæqualibus, in orbem positis, & calici insidentibus; qui abit in fructum, ex duobus seminibus compositum, oblongis, plerumque striatis, sæpe levibus, aliquando hirsutis, quæ licet hirsuta, semper sunt striis excavata, nigricantia, gratum gustum Anisi præbentia: radix longa, crassa, alba, mollis, fungosa, aromatica. dicitur & Cicutaria, sic dicta, quod cicutæ similis sit; an nomen à Myrrhâ, propter odorem, qui tamen non convenit, habeat, non auderem affirmare: an à μύρον unguentum suaveolens. B. Wilde kervel. G. Wilder körbel. Gall. *Cicutaire*, *Persil d'Asne*. A. Hemlock.

Myrtiformis, ab *Heistero*, aliisque auctoribus, recensetur inter musculos, qui nasi alas dilatant.

Myrtocheilides, dicuntur extremæ pudendi muliebris margines carnosæ, quæ quoque *Alæ* appellantur.

Myrtum, est caruncula in muliebri pudendo, circa rimam, à corrugatione vaginæ excitata.

Myrtus & Murtus, Est arbuscula semper virens & odora, quæ habet caulem ramosum, flexilem: folia Buxi, sed minora, acutiora, polita, splendentia, odoris grati: flores ex foliorum alis crescentes, singuli quinque

folia in umbellam desinentia habentes, albi, odorati, & calicem incisum continentes: calix postea fit bacca ovalis, aut oblonga, coronam habens: hæc bacca est viridis, post maturitatem nigra, succulenta, polita, habens semina dura, albescentia, compacta, saporis adstringentis: hæc arbuscula crescit in regionibus calidis. Gr. Μυρσίνη & Μυῤῥίνη, à Myrsine Atheniensi puella, pulchritudine & robore insigni; amica Palladi, in quam, occisa, conversa fuit: at quibusdam sic dicta, propter æmulam Myrrhæ quandam odoris gratiam, quæ in baccis recentibus observatur. B. Myrten-boom. G. Myrten-baum. Gall. *Myrte ou Meurte.* A. Myrtle-tree.

Mystax, est labium superius, ejusque pili in lateribus excrescentes, à μαστάομαι mando. B. De Knevelß. G. Der Knebelbart. Gall. *La Moustache.* A. Muschadoes or whiskers on the upperlip.

Mystrum Magnum, est Antiquorum mensura, continens tres uncias, & octo scrupulos vini, & olei tres uncias.

Mystrum Parvum, est Mensura Antiquorum, continens viginti Scrupulos vini, vel sex drachmas olei.

Myurus, est pulsus decurtatus aut mutilus, sensim decrescens, vel accrescens, instar caudæ muris, ex μῦς mus, vel μέρος, pars divisa, & οὐρὰ cauda.

Myxa, est mucus sive humor pituitosus, ex cavernis frontalibus, maxillæ superioris, ossis sphenoidis, & convolutionibus 4 ossiculorum spongiosorum membrana glandulosa investitis ad nares descendens. B. Snot. G. Rotz/ schnuder. Gall. *Morve*, *Pituite.* A. Snevel.

Myxa, Myxaria, vide *Sebesten.*

Myxosarcoma, tumor est, apud M. A. Severinum descriptus, interne partim carneus, partim ex mucosa pituita concretus, quod ex loco, ubi nascitur, proxime ad Sarcocelen referri posse videtur.

N.

No. Designat apud Medicos numerum, ex gr. ℞ Jujubarum N. VI. hoc est, *Numero sex.*

Nævi, sunt quædam maculæ nativæ, eæque duplices, protuberantes & planæ, quæ sunt figurâ variâ & colore diver-

diverso. Hi gravidis ex imaginatione falsa, ebrietate, ecstasi, &c. eveniunt. B. Moeder-vlekken. G. Ein angeboren Maal am Leib / Flecken. Gall. *Taches que les enfans ont en naissant.* A. A Mole, marcke in nativity.

Nakir, describitur à *Schenkio*, quod sit flatus furiosus, qui transit ab uno membro in aliud, cum dolore, B. vocari potest. Een vliegende wind. G. Fliegende wind. Gall. *Vent volant.* A. Flying winde.

Napella, est diminutivum à Napus, sic dictus, quod Napellus radicem habeat quodammodo tuberosam. B. Wolfs-wortel / Munniks-kapjes. G. Eisen hütlein / Wolfs-wurtz / Kappenblumen / Narren-kappen, Teuffels-wurtz. Gall. *Napel.* A. Wolf-bane.

Napha, sic proprie in officinis vocatur aqua destillata ex floribus arantiorum.

Naphtha, est colamen bituminis Babylonii, consistentia liquidum, ignis rapacissimum, colore nunc albo, nunc nigro: procul dubio est idem quod Petroleum.

Napta, idem quod *Natta.*

Napus, est Raparum species: & eadem vox est cum Rapus, vel venit à νάπυ seu sinapi: dicitur etiam *Bunias.* B. Steek-raap / Parysche raap. G. Steckrüben. Gall. *Navet.* A. Navew, Long rapes, Turneps, Wild navew.

Napy, vide *Sinapi.*

Narcissus, Est planta, quæ folia Porri habet: caulis est excavatus, striatus, nudus: flos est liliaceus, monopetalus, campaniformis, in sex partes sectus, meditullium ejus coronæ instar cingentes; calix autem, qui prodit plerumque e vagina membranacea, abit deinde in fructum oblongum, vel subrotundum, trigonum, trifariam dehiscentem, in tria loculamenta divisum, seminibusque fœtum subrotundis: radix est bulbosa, extus nigra, intus alba, viscosa, amara: nomen illud derivare student à Narcisso adolescente in florem sui nominis converso, vel quia torporem (qui Gr. νάρκη est) nervis incutiat, gravedinemque torpidam: idcirco Sophocles ipsum vetus magnorum Deorum coronamentum appellavit. B. Tyloos / Paasbleli / Sporkel bloemen. G. Narciß / Hornungs oder Mertzenblum. Gall. *Narcisse.* A. Daffadil.

Narcosis, est stuporis inductio, ut fit in Paralysi; vel ex opio, aliisque stuporem inducentibus, à ναρκόω stu-

porem induco. B. Een verdovinge. G. Unempfindligkeit. Gall. *Assoupissement*. A. Stupidity.

NARCOTICA, sunt Medicamenta, quæ stuporem inducunt, & dolorem sistunt, à ναρκόω concilio: Lat. *Torpor*, *Stupor* & *Hebetudo sensus motusque*. Gr. Νάρκη, Νάρκημα, Νάρκωσις. B. Verdovende middelen. G. Artzneyen/ welche schlaff zu weg bringen/ und unempfindlich machen. Gall. *Narcotiques*.

NARDUS, Gr. etiam Νάρδος & Ναρδοστάχυς, à Naardo urbe Syriaca Euphrati contermina nomen accepisse, multorum est opinio. Aliis Ναρδοστάχυς, quam inter aromata Dioscorides recensuit. duplex hæc species prostat in officinis.

NARDUS CELTICA, vide *Spica Celtica*.

NARDUS INDICA, sive SPICA INDICA, in Java magna quantitate crescit, ejusdem in culina apud Javanos usus est, qui Calami aromatici, ac Junci odorati: Putant ex locis circa Gangem & Syriam quoque adferri. Crescit ferè ut Cæpa aut Allium, cujus inferior pars fibrosa est, exinde, tanquam basi aliquot bulbi sive spicæ se erigunt, anne hæ infra terram lateant, uti videtur, an supra promineant, mihi adhuc incertum est. Singulæ spicæ sunt quasi fibrillæ sibi invicem connexæ, castanei coloris, odoris Cyperi: saporem habet nonnihil amaricantem, & aromaticum. B. Spikenard van Indien. G. Indische Spicanarde. Gall. *Spica nard*. A. Indian Spickenard.

NARES, Gr. Μυκτῆρες, sunt partes concavæ nasi utrimque positæ, quæ interius investiuntur membrana valde sensili, & meatum præbent aëri in respiratione & odoribus, & exitum concedunt excrementis mucosis. B. Neus-gaten. G. Die Naslöcher. Gall. *Narines*. A. The Nostrils.

NASA, idem quod *Natta*.

NASALIA, idem quod *Errhina*.

NASCALIA, sunt globuli, ex eadem substantiâ, quâ pessaria formantur, qui matricis cervici immittuntur. Distinguuntur à *Pesso* & *Pessario*, quod *Nascale* sit penicillus in nodi effigiem mollissimus, ex cotonis vel lanæ flocculo, &c. qui exsuccatur vel succo idoneo vel unguento convenienti. B. Moeder-zetsel. G. Mutter-zäpfflein.

NASTURTIUM vulgare, est planta, quæ habet caules ramosos, rotundos, solidos: folia oblonga, profunde incisa, saporis acris, sed grati: flores in summitate ramorum

rum crescentes, exigui, quadrifidi, cruciformes, coloris albi vel purpurei: post florem succedit fructus ovalis, compressus, divisus in duo loculamenta, continentia semina obrotunda, parva, oblonga, subluteа, aliquantulum compressa, in cacumen pallidum desinentia, saporis acris, amaricantis: radix fibrosa, simplex, lignosa, alba: hæc planta in hortis colitur: Nasturtium vero aquaticum est species Sisymbrii. forte à nascendo, quod cito crescat. Alii autem appellari volunt à naribus torquendis, quod odore & seminis acrimoniâ sternutamenta provocet. Gr. Κάρδαμον. Vide *Cardamon.* B. **Kers / Starkerst** G. **Kress-sig.** Gall. *Cresson.* A. Cresse.

Nasus, est media faciei prominentia; estque externus vel internus. Intus constat ex duabus cavitatibus, nares dictis, ossibus, cartilaginibus. *Externus*, habet partem superiorem immobilem & continet radicem, dorsum, spinam, & inferiorem magis mobilem: dividiturque in *Globulos*, *Alas* & *Pinnas*, &c. *Internus* varias habet latebras, ductusque anfractuosos, quibus odorifera effluvia recipiuntur & retinentur: Estque odoratus instrumentum. *Nasus* pro diversâ conformatione varia accepit nomina, dicitur parvus, simus, aquilinus, acutus, magnus, &c. Gr. Ῥὶς & Ῥίν. B. **De neus.** G. **Die nase.** Gall. *Le nez.* A. The Nose.

Nata, idem quod *Natta*.

Nates, est infimi ventris posterior & inferior pars maximè carnosa, qua sedemus. Gr. Γλουτοί. B. **Billen / Aars-billen.** G. **Die Arsbacken.** Gall. *Les fesses.* A. The Hippes, vel Buttockes.

Nates Cerebri, sunt duæ prominentiæ orbiculares, post nervorum opticorum Thalamos, quæ superiori caudicis medullaris parti accrescunt, & pro spirituum animalium diverticulo quodam a *Willisio* habentur: in homine minores sunt, in brutis vero majores. Gr Γλουτοί. B. **De Hersssenbillen** G. **Des gehirns arsbacken.** Gall. *Les Nates.* A. The Buttocks of the braine.

Nativa, Medicamenta vocantur, quæ natura suppeditat sine ullo artis adminiculo.

Natta, est tumor magnus & mollis, sine dolore & colore, in dorso præcipuè excrescens, quandoque tamen in humero & aliis partibus erumpens, ex tenui quidem radice pendens, ita tamen incrementum sumens, ut aliquot

libras pendeat, & Melonis vel Cucurbitæ magnitudinem æquet, ejus materia est adiposa, ideoque ad steatomata referri debet. B. Een Spek-apostcum / Wenne. G. Ein Speckgeschwulst. Gall. *Steatome.* A. Idem.

NATURA, Græce φύσις dicta, a φύω cresco, nascor. Hujus vocis in Medicina autor est Hippocrates, qua voluit, prout ex ejus scriptis colligendum, *Complexum omnium partium tam solidarum quam fluidarum corpus animale constituentium simul sumtarum, in suo motu vel quiete, prout bene se habent:* unde non est ens distinctum & singulare a corpore, verum ipsum corpus, sive omne illud, quod in quolibet homine perfecto, simulac natus est, invenitur ita ipsi connexum, ut partem ejus aliquam constituat. Verum prout vocibus variæ artribui solent significationes, hinc postea sumta fuit pro Deo ipso, pro omnibus quoque ejus operibus: a Physicis pro illa in corporibus conditione, qua sola posita ponitur corpus, qua sublatâ tollitur; Vulgo sumitur pro nascendi vi, ideoque partes genitales utriusque sexus appellarunt *Naturam.* B. dicitur Natuur. G. Die Natur. Gall. *La Nature.* A. Idem.

NATURALE, sæpe idem denotat, quam *nativum*; aliquando id, quod secundum naturam est, & tunc distinguitur a morboso.

NATURALES FACULTATES, sunt in corpore animali illæ, quæ faciunt, ut heterogenea alimenta assumta fiant iterum pars corporis animalis, seu ejus naturæ: cum enim corpus perpetuo deteritur per suum motum, requiritur, ut detritum restituatur, id fieri nequit, nisi assumantur, quæ nondum sunt illud corpus animale (h: e: heterogenea) quæcunque igitur actiones in corpore mutant illa heterogenea, ita ut abeant in corpus ipsum, vocantur *Facultates Naturales.* Sunt igitur hæ Actiones Masticationis in ore, concoctionis ciborum in ventriculo, & Intestinis; concoctorum per lactea & ductum Thoracicum in sanguinem delatorum, in Corde & Pulmonibus compressio, attritus, mutatio; applicatio in locum partium detritarum, &c. B. De natuurlyke werkinge. G. Natürliche werckung. Gall. *Les Facultez ou Fonctions naturelles.* A. The natural faculties.

NAVICULARE OS, dicitur & Σκαφοειδὴς & *Cymbiforme*, est tertium os Tarsi in utroque pede. *Winslovius* & *Monrous* hoc

hoc nomen etiam dant ossi maximo Carpi, quod a parte radii situm est, parvaque eminentia conspicuum. B. Het scheep-beentje. G. Das schiff gleiche beinlein. Gall. *Os naviculaire.* A. Ship bone.

NAUSEA, Gr. ναυτία, est fastidii species & ad vomitum conatus, qui aut subsequitur aut non, labiis inferioribus tremore actis, & plerumque humore ex ore fluente ac fibris muscularibus Oesophagi, ventriculi, intestinorum incipientibus motu peristaltico inverso agitari. Est etiam nausea non infrequens, quæ à vomitu peracto aliquamdiu remanet. Nausea insuper secum trahit Fastidium cibi, potus & medicamentorum; quæ tanta est sæpe, ut nequidem deglutitio fieri possit, quia stomachi orificio constricto, cibi vel potus interiora versus descendere nequeant. Tandem ut Vomitus, sic Nausea cum multis morbis complicatur, & iis evenit sæpius, qui in mari aut aquis agitatis à vento peregrinantur. Sumitur & pro *Anorexia*, sive omni ciborum fastidio & aversatione. B. Walging / Qualykheit. G. Das unwillen / der eckel. Gall. *Degoust.* A. Loathing, a lilt to vomit.

NEAPOLITANUS MORBUS, idem est quam *Lues Venerea:* sic autem dicitur, quia milites Hispani, hoc morbo contaminati, in Italia bellum gerentes, incolas Neapolitanos etiam infecerunt.

NEBULA, est morbus oculi, quando tunica cornea incrassatur, ejus diaphaneitas ita mutatur, ut æger omnia quasi per nebulam videat.

NECROSIS, est sugillatio alicujus partis, à Νεκρόω, *morte afficio.*

NECTAR, est potus Deorum, ut *Ambrosia* cibus. Medicis autem dicitur potus medicamentosus, colore tamen, gustu, & odoratu gratissimus. B. Gode drank. G. Götter tranck. Gall. *Nectar.*

NEFRENS, id est, dentibus carens sive in infantia, sive in senectute. Sic dicuntur quia duriora dentibus frangere non possunt. B. Tandeloos. G. Zahnloß / der nicht beissen kan. Gall. *Edenté.* A. Toothless.

NEMOMENA, vide *Numas.*

NENUPHAR, est *Nymphæa*, seu *Nenufar:* est vox barbarica. Vide *Nymphæa.*

NEOGALA, est lac recens, ex Νέω novum, recens & γάλα lac.

NEPA, vide *Genista*.

NEPENTHES, est Laudanum opiatum, medicamentum vere laudatum. *Theodorus Zwingerus* vir summus & insignis Medicus, primum illud ita appellari censuit. *Nepenthes*, Latinè dicitur quasi nullus luctus: ob summos & admirabiles, quos exerit effectus, Laudani nomen ei aptissimè & summo jure competit. *Nepenthes* remedium *Helenæ* fuisse dicitur, quo omnes è corde languores & ægritudines sustulerit, & hilaritatem lætitiamque induxerit. Legitur apud *Homerum* Od. δ. φάρμακον νηπενθὲς remedium tristitiam animo eximens: dicitur autem à νη priv. & πένθος luctus.

NEPETA, vulgo *Cattaria:* aliis *Calamintha*, est Herba, cujus Etymologiam deducere quidam conantur à Napus, ex νὴ non, ποῦς, pes, quasi pedibus carens, sed non convenit cum re. Fortè *Nepeta* derivatur à Belgico idiomate *Nepte* seu *Nipte*, ut *Cattaria* à *Katte-kruid*. B. Katte-kruid / Neppe / Nippe. G. Nepten / Katzen muntz oder kraut / Berg-muntz. Gall. *Herbe au Chat*. A. Nip, Nep, Cat-mints.

NEPHELÆ, sunt tenues oculorum albedines. Item nubeculæ medio urinæ innatantes: dicuntur etiam maculæ albæ, quæ in unguium superficie nubecularum speciem repræsentant. Gr. νεφέλη & νέφος, nubes, nebula. B. Een wolk. G. Eine wolcke. Gall. *Brouillard*. A. Cloude.

NEPHRITICA, sunt Medicamenta, renum morbos auferentia, à νεφρὸς ren.

NEPHRITICUM LIGNUM, dicitur *Santalum Cæruleum*; crescit in Nova Hispania; crassum est & enode, durum, ex flavo pallidum, saporis subacris & amaricantis; reddit aquam infusione cæruleam. Utimur hoc in affectibus nephriticis. B. Nier-hout. G. Nieren holtz. Gall. *Bois nephretique*. A. Nephritick-wood.

NEPHRITICUS, est, qui renum dolore laborat, sive qui ex Renibus laborat.

NEPHRITICUS LAPIS, est opacus & variegatus, ex colore viridi, aliisque permistus. Raro hic lapis in se duos colores habet semperque viriditatem ex albedine refert, alius viriditatem subflavam, interdum subcæruleam; plerumque ex viridi albo, flavo, cæruleo nigroque colore mixtio est. Poliri exactè non potest, semper enim ipsius superficies pinguis apparet, quasi oleo inuncta fuisset. Adfertur

fertur ex Hispania, in nonnullis etiam Hispaniæ locis, & in Bohemia reperitur. Tanta invenitur mole, ut pocula inde fieri possint. Utimur in nephriticis doloribus. B. **Graveel-steen.** G. **Nieren-stein.** Gall. *La pierre nephretique.* A. Nephritickstones.

Nephritis, seu Affectio Nephritica, & Nephriticus Dolor, est dolor ardens pungensque in lumborum regione ubi Renes siti sunt, nempe ad latera spinæ in sinistra vel dextra parte; qui si oritur ab inflammatione Renum, abscessu, calculo, febrem Inflammatoriam continuam comitem habet; nonnunquam a convulsione partium istarum vel rheumatismo quoque observatur; dolor in initio obscurus, sed mox acerbissimus, & sine remissione, usque dum totus intereat, plerumque stupet alterum crus ad illud latus, in quo dolor; urina sæpe est flammea, ubi autem valde urget malum, est aquosa, sed ubi summum, aliquando supprimitur; vomitus nunquam non adest & maximus quidem, cum inexplicabili nausea, & anxietate & inquietudine: sæpe etiam dolor ad inguina, aut alterum inguen exporrigitur, descendens quasi a lumbis, juxta situm ureteris. à νεφρὸς ren. B. **Nieren-wee/ graveel.** G. **Lenden-stein/ nieren wehe.** Gall. *Douleur Nephretique*, *Gravelle.* A. Gravel.

Nephros, est *Ren*, utrimque in abdomine, sed tamen sub duplicatura peritonæi, unus, qui circa lumbos sub hepate & liene, situs est; figura est instar phaseoli, substantia ejus ex innumeris canaliculis exiguis circinnatis constat, hic in utroque latere serum (à glandulis, arteriis adjacentibus) suscipit & ad carunculas papillares deducit, ut tandem per pelvim, ureteres, & vesicam foras eliminetur. B. **Een Nier.** G. **Nieren.** Gall. *Rein*, *Roignon.* A. Rein, Kidney.

Nephrotomia, seu renum sectio, quando calculosi vel ulcere affecti sunt: posset hæc operatio in uno latere institui, vasis nempe colligatis, eo modo, quo lien eximitur, sed raro aut nunquam instituitur. B. **Steen-snyding uit de Nier.** G. **Das aufschneiden des Nieren steins.** Gall. *Nephrotomie.* A. Idem.

Nerion, est arbuscula, visui grata, Laurum referens: folia sunt oblonga, crassa, dura; flores sunt pulcherrimi, magni, Rosis similes, coloris rubri vel albi, monopetali, infundibuliformes, multifidi: fructus est teres, fere cylindricus, compositus ex duabus thecis per maturitatem a se

invicem abſcedentibus, ſemina lanuginoſa, placentæ adnata continentibus: radix polita, lignoſa, longa: creſcit hæc arbuſcula circa loca maritima. dicitur *Rhododendron*, & *Rhododaphne*, ſic appellari videtur, quod circa amnes creſcat: Νηρὸς enim eſt humidus. *Rhododaphnen* autem Gr. dixerunt à Roſæ floribus & Lauri foliis, Barb. *Oleander*, forte quod ejus folia ſint inſtar Oleæ, ſed multo majora. B. Roſe-Laurier/ Oleander. G. Lorbeer-roſen/Unholden kraut/ Oleander. Gall. *Laurier-roſe*. A. Oleander, Roſebaye.

Neronica, Venæſectio vocatur, quando plures venæ uno eodemque die aperiuntur.

Nervalia Ossa, idem quod *Sincipitis*.

Nervina, ſunt Medicamenta, quæ adverſus nervorum morbos in uſu ſunt. B. Zenuw-middelen. G. Sennader arzneyen/ Sennen arzneyen. Gall. *Remedes pour les Nerfs*. A. Remedy for the nerves.

Nervus, eſt pars fibroſa, rotunda, longa, alba, inſtar cannæ indicæ poroſa, nulla tamen cavitate ſenſibili, multo minus valvulis prædita, membranis vaſculoſis, quæ propagines ſunt menyngum cerebri, circumdata, ſpirituum animalium diductioni inſerviens, ut hoc ritu partes corporis mobiles ſint. Intra cranium à medulla oblongata decem paria Nervorum originem ſumunt: ut Nervus odoratorius, opticus, oculorum motorius, patheticus, guſtatorius, quia ramos dat linguæ ejuſque muſculis, hinc potius motui inſervit; timidus, auditorius, par vagum, linguæ motorius vel potius guſtatorius, & cervicis muſculorum motor. Recentiorum induſtria paucos alios his addit, quos memorat *Bergen* in programmate quodam, ab *Hallero* edito, de nervis quibusdam cranii, ad novem paria hactenus non relatis. Intra Cranium ſeptem duntaxat paria Veteres agnoſcebant, quæ hoc diſticho continentur:

Optica prima; oculos movet altera; tertia guſtat,
Quartaque; quinta audit; vaga ſexta eſt; ſeptima linguæ.

Infra cranium triginta paria enumerantur; nempe ſeptem ex colli lateribus, duodecim ex medulla ſpinali in dorſo: quinque ex lumbis, & ſex ex oſſe ſacro: nervi omnes infra cranium oriuntur à medulla ſpinali, qui per lateralia vertebrarum foramina artubus & ventribus deſtinantur.

Ner-

Nervus, tendo & ligamentum malè à Chirurgis confunduntur. Gr. Νεῦρον. B. Een Zenuw. G. Sennen / Spannader. Gall. *Nerf.* A. A Nerve. In Phytologia hæc vox denotat prælongum & continuum filamentum, folia perreptans.

NEURITICA, idem quod *Neurotica.*

NEUROCHONDRODES, est ligamenti genus partim latum, partim rotundum, duritie medium inter cartilaginem & ligamentum, quale est in articulo pternæ cum astragalo & vicinis partibus, & in intimo sinu ossis coxendicis, quod femoris capiti inseritur.

NEURODES, est species febris lentæ, sic à doctissimo *Willisio* dicta, eo quod liquor nerveus ab indole sua desciscens, & crasi sua vitiatus, Atrophiæ causa existit, ex νεῦρον nervus, & εἶδος forma.

NEUROLOGIA, est elegans nervorum descriptio, agens de eorum origine, fine, fabrica, & usu; quam *Barth. Eustachius*, *Thomas Willisius*, & *Raymundus Vieussens*, omnium præstantissimè descripserunt, ex νεῦρον nervus, & λέγω narro, describo. B. Een beschryvinge der Zenuwen. G. Beschreibung der Sennen. Gall. *Neurologie.*

NEURON, idem quod *Nervus.*

NEUROTICA, sunt Medicamenta, nervorum mala auferentia. Vide *Nervina.*

NEUROTOMIA, est Anatomica nervorum sectio, item nervorum punctura, ex νεῦρον nervus, & τέμνω seco.

NEUROTOMUS, est, qui punctura nervorum laborat, vel qui nervos anatomicè dissecat, ex νεῦρον nervus, & τέμνω seco.

NEUTHA, dicitur pellicula, quæ in initio meatus auditorii auribus fœtus accrescit, ne Tympanum in utero nimis ab aqua allabente emolliatur, quæque post partum successu temporis decidere solet; nonnunquam etiam similis pellicula oculis accrescit, totamque faciem obtegit.

NEUTRUM, dicitur de salibus, quæ componuntur ex acido & alcalino, ea ratione simul unitis, ut unum præ altero non prædominetur.

NICOTIANA, est Tabacum: estque planta, quæ habet caulem rotundum, medulla alba repletum, villosum, digiti crassitiei: folia sunt ampla, aliquantulum acuta, nervosa, sine caule, integra, succulenta, viscida & attrectatione manus inficientia, saporis acris aut urentis: flores mono-

monopetali sunt, infundibuliformes, quorum inferior pars tubum refert, superne in quinque lacinias dividuntur, coloris purpurei, post florem sequitur fructus membranaceus, oblongus, in duas partes divisus, multa semina exigua & rubicunda habens: radix est fibrosa, alba, saporis acris: tota planta habet odorem penetrantem. nomen sibi retinuit à Joanne Nicotio, Regis Galliæ consiliario, cujus beneficio Galliis primum innotuit, quam Ulyssipone, dum legati munere fungeretur, à Belgâ è Floridâ insulâ allatum, accepit. Vide *Tabacum*.

NICTATIO vocatur, quando palpebræ collabi coguntur, ut oculi vix aperti retineri possint, quod somnolentis familiare est, & interdum quoque in morbis evenit.

NIDOR, dicitur odor fætens, & redolens partes animalis ambustas.

NIDOROSA DYSPEPSIA, vide *Dyspepsia*. B. **Salpeterige Maag-koking**. G. **Salpeterische verdäuung**.

NIDUS, idem quod *Focus*.

NIGELLA, seu MELANTHIUM,. Est planta, quæ habet caules tenues, excavatos: folia mediocriter lata, viridia, minutim incisa, capillacea: flores sunt polypetali, rosacei, in medio corona eleganti reflexa ornati: flori succedit capsula membranacea, in quinque loculos distributa, semina angulosa nigra vel flava, odoris aromatici, saporis subacris, continens: vel Papaver Nigrum dicitur à nigro seminis colore, inde derivatur *Gith*. B. **Nardus / Nigelle / zwarte Komyn / Bloempjes in 't hair / Juffertje in 't groen**. G. **Nardus-kraut / schwartzer Kummich / oder Kummel**. Gall. *Nielle*. A. Gith, Guinnypepper.

NIHILI ALBUM, idem quod *Phompholyx*.

NISI, NINSI vide *Gensing*.

NITRUM, sive Sal Petræ, crystallos prismaticas formans octohedras; semifossile est, ex terra petitum nitrosa, acri; in igne medioeri fusile; vix aquam exhalat, satis fixum; cum omni materia inflammabili, ubi fusum, deflagrans: cum oleo Vitrioli mixtum & destillatum spiritum acidum volatilem demittit; solvitur in aquæ $6\frac{1}{2}$. Hæc nitrosa terræ, aut saxi nitrosi, indoles ortum debet excrementis animalium, horum putrefactis cadaveribus, præcipue sale marino non utentium, avium ergo inprimis, accedente vegetantium exustorum cinere non eluto, & calce

viva; denique parati sic Nitri, plurima aqua diluti, per arenam transcolatione, atque in crystallos octohedras formatu. Nitrum generatur ex pingui, alcalina terra, aëre. est sal sapore salsoamarum, estque præter Antiquorum Nitrum, quod planè nobis incognitum est, triplex. Primum elixiviatur ex terra; Secundum, muris lapideis adhærescit, & Tertium quod scopulis seu rupibus adnascitur: Attamen officinis nostris non nisi unicum usitatum est. Primum videlicet, idque excoquitur ex terris desertis. Nitrum nativum Alexandrinum rosei coloris est, ejusdem Neapolitanum, flavescens Puteolanum. Nitrum crystallinum & purum eligendum est. Tanto autem purius censetur, quanto minus salis communis particeps fuerit, quod experiri licet, si injiciatur carbonibus candentibus, nihilque post phlogosin remaneat, derivari videtur παρὰ τὸ νίζειν, & τὸ νίπτειν, quod abluendi, purgandique habeat facultatem. B. Salpeter. G. Salpeter, Salniter. Gall. *Salpetre, ou Nitre.* A. Salt peter, Salt of niter. Chymicis *Cerberus*, *Sal infernalis*, *Hermes*, *Baurach*, *Algali*, *Sal Anderonæ*, *Anatron*, *Cabalatar*, &c. Basilio *Serpens terrenus.*

Noctambulo, seu Noctambulus, aut *Somnambulus*, est morbus è somno profundo, insomniis gravibus, & motu corporis compositus; adeo ut hic status sit proximus quidem vigiliis, sed ut somnambuli plane excitati nesciant, quæ perpetrarint, unde oblivio hic regnat & somnum non adesse dicendum foret, nisi oculi clausi essent, & sensus externi omnes aboliti; somnambuli vero aliquos musculorum motus cient, surgunt, incedunt, stant, aut alia quædam agunt, nonnulli ad vitæ munia accedunt, & id aggrediuntur, quod vigiles non auderent, quidam pullos è nido tollunt. Gr. Νυκτοβάτης & Ὑπνοβάτης. B. Nacht Wandelaar. G. Ein Nacht gänger. Gall. *Noctambule*, *Promeneur de Nuit.* A. A Person that waks in his sleep.

Nodosum, dicitur de certa *Arthritidis* specie, quando materia tophacea articulis digitorum pedum, manuumque impacta & coagmentata post varios Arthritidis paroxysmos, efficit, ut distorqueantur, cutis aperiatur, & pereunte motu membrum incurvetur. dicitur quoque de radicibus; vocatur radix nodosa, quoties oriundus ex ejus latera stolo & longe lateque horizontaliter sub terra discurrens

rens hinc inde nodos format, ita ut singuli nodi radices emittant, & gemmam contineant novæ plantæ producendæ idoneam, ut in Gramine canino repente, & Solano vesicario sive Alkekingi officinarum quotidianum est observare, quæ ratio est, cur tam raro tales plantæ floreant, quoniam non sufficiens humorum copia sursum ad explicationem floris propellitur, maxima enim pars producendis ac nutriendis stolonibus absumitur, qui tamen, si singulis septimanis abscinduntur, flores explicant: simile quid in Fragaria sed supra terram contingit, quæ longa hinc inde quasi brachia extendens plantas nodulis inclusas gerit, quæ, ubi terram apprehendunt, radices emittunt, & matre non indigent; hinc patet stolonem, licet ex radice prodeat, immerito pro radicis parte haberi: pleraque autem tales plantæ sunt annuæ, & cum caule radix perit.

NODULUS, NODUS, Gr. Κρoκυφάντιον, est sacculus linteus, Medicamentis morbo convenientibus impletus, qui in cantharo cerevisiæ aut vini pleno inditur, cujus tinctura ægris propinatur. B. Een popje/ zakje. G. Säcklein/ ein Beutlein. Gall. *Sachet*. A. Bagg.

NODUS, est productio recentis Sobolis ex fibris ligneis & tracheis ortæ, ut exterius in nova folia & plantæ surculum seu gemmam compingatur, interim tamen varias, in quibus naturæ lusus elucescit, metamorphoses subire deprehenditur.

NODUS, idem quod *Ganglion* & *Nodulus*.

NOLI ME TANGERE, vide *Impatiens herba*.

NOLI ME TANGERE, est species Cancri, in facie: præsertim supra mentum, circa os & nasum oritur tumor vel ulcus, exulcerati cancri speciem gerens, lentè in initio crescens, quasi pustula parva, toto anno manet, quod alias minus sævum quam cancer, & cancer plus rodit uno die quam Noli me tangere uno mense. B. De Vret. G. Der krebs/ der fressende wurm. Gall. *Le Loup*, *chancre*. A. The Wolfe.

NOMAS, & NOMA, est ulcus putridum & depascens, in glandulosis oris partibus, cum rosione & sæpe carie, à scorbutica corporis temperie sæpe ortum, à νέμω depasco. Unde apud *Herodotum* νέμω νεκρὸν, depasco cadaver: Nemona sunt, quæ excrescentem carnem exedunt. B. Kwaat-zweer/ water-kanker/ stinkende kanker des monds/

morbus / Inettende Zweeren. G. Ein Böß oder um sich fressend geschwär. Gall. *Ulcere malin*. A. Putrid Ulcer.

Nosocomium, est domus publica, seu Hospitium commune, in quo pauperes ægri recipiuntur, decumbunt, & curantur, ex νόσος morbus, & κομέω curam gero. *Nosocomia* est ægrorum curatio. B. Een Gast-huys / Siecken-huys. G. Ein Siechen hauß / Hospital Gall. *Hospital*. A. Idem.

Nosologia, idem quod Pathologia, à νόσος morbus, & λέγω narro.

Nosos, idem quod *Morbus*, à νοσέω ægroto.

Notæ Maternæ, idem quod *Nævus*.

Nothæ Costæ, sunt costæ quinque (in utroque latere) inferiores, spuriæ dictæ, sic vocantur, quia non ut aliæ costæ cum sterno cohærent, neque sunt veluti aliæ tam cito, neque tam firmè osseæ, sed ferè cartilagineæ, à νοθεύω adultero. B. De Bastaart-ribben. G. Die kurtze oder bastart-rippen. Gall. *Fausses Côtes*. A. The Bastard Ribbs. vide *Costæ*. *Morbi* etiam nothi dicuntur, qui ordinariam & regularem normam excedunt, ut febres tertianæ, quartanæ, & quotidianæ nothæ: pleuritis notha &c.

Nothus, est tergum, sive dorsum, quod est posterior thoracis pars, à νωτίζω, terga do, terga verto. B. De Rug. G. Der Rücken. Gall. *Le Dos*. A. The Back.

Novacula, est culter Chirurgicus, cujus forma, propter diversimodam operationem, variat: vix describi potest. *Culter Tonsorius* Cic. Gr. Ξύρον, Ξύρος, Ξυρὶς, Μάχαιρα, Ammonio, Μάχαιρα Κουρική, eadem licentia à *Plutarcho* in *Dione* dicitur, qua *Culter Tonsorius* à *Cicerone*, siquidem tondendo ratio novaculæ aliena est, aliud enim est ξυρᾶσθαι radi, aliud κείρασθαι tonderi. B. Een Scheermes G. Ein Schermesser. Gall. *Un Rasoir*. A. A Rasour.

Nubeculæ, sunt particulæ leves, se mutuo, laxo amplexu comprehendentes, urinæque innatantes. Gr. Νεφέλιον. Vide *Enæorema*. B. Wolkjes. G. Wölcklein. Gall. *Petits nuages*. A. Small vel little cloudes. Aliquando vox usurpatur de albis oculorum maculis, quæ Græcis *Leucomata* dicuntur.

Nubes, vide *Nubeculæ* & *Enæorema*.

Nucamenta, dicuntur ea, quæ collo squammatim compactili pendent è ramis nucum, roborum, picearum.

B. Kat-

B. Katteſtaartjes / Bloeſſem van een Nooteboom. G. Kätzlein an den Nußbäumen.

Nucha, eſt poſterior pars colli, cervix dicta, in qua Setacea excitantur. B. De Nek / Nek-put / knoop der Nek. G. Der Nacke. Gall. *La Nuque*.

Nuciositas, idem quod *Myopia*.

Nucleus, Nuclei, ſunt inſtrumenta Chirurgica, formam dimidiatæ Juglandis habentia, ex argento, cupro, vel cornu confecta, in medio foramine parvo pertuſa, quæ ſtrabonibus ante oculos ligantur, ut aſſueſcant per medium foraminulum videndo, oculorum aciem recto dirigere. Item eſt ſemen nucibus vel fructibus incluſum.

Numero, non ſolum fructus & ſemina metiuntur, ſed & animantium partes, ut vitelli, vulgo ſic notatur, No vel Num.

Nummularia, Eſt planta, quæ habet caulem tenuem, longum, repentem, ramoſum; folia ſunt circinnatæ fere rotunditatis, ex adverſo caulis repentia, viridia, ſaporis adſtringentis: flos monopetalus eſt, multifidus, arcte cauli adnatus, huic flori ſuccedit Capſula, vel teſta rotunda, per maturitatem diſſiliens, habens ſemina minima: radix eſt parva: hæc planta creſcit in locis humidis, ſic dicitur à foliorum rotunda figura, nummulum referente. Vide *Centum morbia*.

Nutrimentum, multis idem quod *Alimentum*: aliis vero placet hoc nomen tantum dare alimentis, poſtquam eousque a corpore noſtro ſunt mutata, ut fluidis noſtris reſtituendis, & ſolidis reparandis ſint idonea. B. Voedzel. G. Unterhalt.

Nutritio, eſt actio corporis, qua continuum ſubſtantiæ corporeæ defluxum alimentis idoneis reſtauramus. Item, ſpecies quædam eſt incraſſationis, aut potius augmentationis, uti videre eſt in conficiendo unguento nutrito, in aloë, aliiſque rebus. B. Voeding. G. Das Gedeyen / nahrung. Gall. *Nutrition*. A. Nourishing.

Nux, eſt ſpecies doloris capitis, quæ magnitudine nucis ſentitur; ſicut ovum, clavus, aliæque ſpecies. Fructus item quoſdam denotat, cortice lapideo nucleum occludentes.

Nux Unguentaria, idem quod *Balanus Myrepſica*.

Nychthemerum, eſt tempus, denotans ſpatium viginti

ginti quatuor horarum, ex νὺξ nox, & ἡμέρα dies. B. Een etmaal. G. Ein Nacht und Tag.

Nyctalopia, est affectus oculorum, quo æger in luce magna non potest videre, noctu vero, vel circa vesperam melius; oritur ab incipiente cataracta in medio pupillæ, vel si nimis sensilis fuerit nervus opticus; ex νὺξ nox, & ὄπτομαι video. B. Katten oogen / Dagblindheit. G. Blödigkeit / Tag-blindheit / Katzaugen. Gall. *Nyctalopes*, *ou Aveuglement de jour*. A. Cat-eyed, Day-blind.

Nymphæ, sunt colliculi seu summa pudendi muliebris labia, sic dicta, quod aquis è vesica prosilientibus adstare reperiantur. Gr. νύμφη, μύρτον. Ὑδερίς, Κλειτορίς, Ἐπιδερίς, κέρκωσις, ubi increverit. Item cavum inferioris labri. Poll: τύπος. Nympha tamen ab Artis Medicæ Principibus, Paulo, Oribazio, & Aëtio sumitur pro Clitoride, nec illam confundunt cum Alis, quæ a veteribus Græcis distinguebantur, & πτερυγώματα, μυρτοχείλαι, & ab Eurypho κρημνοὶ vocabantur, & vocum abusu Nymphæ dictæ fuerunt. vide *Oestrum Veneris*. Gall. *Les Nymphes, le Clitoris*,

Nymphæa, seu Nenuphar. Est planta, quæ habet folia magna, ampla, orbiculata, crassa, carnosa, fungosa, ad superficiem aquæ crescentia: caules sunt crassi, fungosi, rotundi, rubicundi, teneri, succulenti: flores sunt rosacei, polypetali, coloris lutei, sine odore; calix pentaphyllus: post florem sequitur fructus obrotundus, in plurimos loculos divisus, qui loculi continent semina nigricantia, splendentia & oblonga: radix est longa, crassa, in cortice nodos habens, foris ex fusco flavescens, intus pallida, fungosa, levis, carnosa, succum viscosum continens, in fundo fluminum vel aquarum crescit, saporis est adstringentis, austeri, odoris nullius. Barbaricâ voce, nomen sibi vendicasse videtur, quod aquosa amet loca: vel, ut ex Veteribus aliqui fabulati sunt, à Nympha, quæ Zelotypia Herculis intabuit & mortua, inque palustrem hanc plantam mutata est. B. Plompen / water-rozen / meer-bladeren. G. See-blum / Hertz-wurtz / Mummelken / Wasserlilgen. Gall. *Nenuphar*. A. Water Lilly.

Nymphomania, idem quod *Furor Uterinus*.

Nymphotomia, est Nympharum excisio, quarum nimiâ protuberantiâ in nupturis virginibus, sponsus copula quandoque frustratur, aut saltem difficulter admittitur;

rarum excifio *Ægyptiis* frequens, talis erat: Virginem in fella locabant, affidensque retro robuftus adolefcens, brachia fua poplitibus puellæ fubjiciebat ad ejus crura integrumque corpus regenda; tunc Chirurgus ampliori forcipe Nympham corripiens, hanc manu finiftra extraducebat, dextra vero prope forcipis dentes refecabat, menfuram refectionis eandem, quam in amputatione columellæ, fervando: maxime tunc commendata ad hæmorrhagiam fiftendam pharmaca topica adhibebant: omni autem pharmaco hic efficaciorem fafciarum ufum ignoraffe videntur, qua fimplici contra offis pubis arteriarum compreffione, pro lubitu Chirurgi, fine ullo malo fubfequente fymptomate, fanguinis fluxum cohibent: huic antiquæ methodo nil adjecit *Fabricius* nifi partis conftrictionem cum filo, ad fenfum ejus hebetandum, antequam culter applicetur. Reliqua à Chirurgo faciunda ex generali doctrina vulnerum facile cognofcuntur. ex νύμφη Nympha, aquarum & fontium Dea, & τέμνω feco.

O.

O. Simplex, Chymicis *Alumen* denotat, verum fi triplex fuerit, in bafi nempe duo, & in fuperficie unum, *Oleum* fignificat. Si Diametrum habeat, à dextris ad finiftrum latus, *Sal* denotat; verum à fuperiori ad infimam partem, *Nitrum* erit; in fuperiori parte fi aderit crux, *Antimonium*, fed fi in infima parte, *Cuprum* fignificabit; in fuperiori parte femilunula recumbens dorfo, & in infima parte crux, *Mercurii* erit fignum; è vertice ad bafin linea, & à dextris crux *Vitriolum* denotat. Si habeat tranfverfim telum, *Mars* five ferrum aut Chalybs eft; in medio punctum, *Aurum* five Sol efto.

Obelæa, eft *Sutura Sagittalis* in cranio, quæ anterius Coronalem, pofterius Lambdoidem futuram attingit; fit enim ex mutua offium bregmatis conjunctione. Gr. ab ὀβελὸς, veru. B. De pyl-naad. G. Der Pfeilnaath. Gall. *La Suture Sagittale*. A. Arrow Suture.

Oblatæ Laxativæ, & purgantes, fiunt ex farina cum faccharo & fpeciebus purgantibus. B. Medicinale Oblien. G. Purgierende oblat/ morfellen. Gall. *Oublies laxatives*. A. A Laxatif Wafer.

Ob-

OBLIQUUM, est medium quid inter rectum & transversum; hinc datur epitheton illud partibus, quæ hoc modo decurrunt, inprimis musculis quibusdam capitis & abdominis.

OBLIVIO, est rerum, antea perceptarum, è cerebro delapsus. Hoc fit cum impressio rerum percipiendarum, cerebrum leviter tetigerit; quemadmodum motus levis vix sentitur, ita vis leviter impressa facile elabitur. Gr. Ἐπιλησμοσύνη, Λήθη. B. Vergetelheid. G. Vergessenheit. Gall. *Oubli.* A. A Forgetting, forgetfulnes.

OBOLUS, est dimidium scrupuli; pendet grana decem: sic à Medicis scribitur ∽, nunc vero character ille *Hollandis* in usu non est. Est sexta pars drachmæ Atticæ sive æreolæ sex. B. Een Half Scrupel. G. Ein halbe Scrupel. Gall. *Obole.*

OBRIZUM, est aurum ab omnibus aliis admixtis metallis depuratum, ita ut summo igne & fluxu cum Antimonio nihil amplius deperdat. B. Geloutert Goud.

OBSESSUS, est, qui, ut dicitur, à Dæmone afficitur: sed illud verius somnium est, quam verisimilitudo. Præjudicium aliquod veteres Judæos obsidebat, qui putabant, omnem morbum à dæmone, aut Diabolo oriri, atqui hoc negatur, ergo inter Epilepsiæ & Maniæ morbos recenseri debet. B. Bezeten. G. Ein Besessener mensch. Gall. *Obsedé, demoniaque.* A. Demoniak.

OBSTIPITAS, idem quod *Scoliasis.*

OBSTRUCTIO, est canaliculorum a laterum tumore, callo, contractione, vel corpore impacto, aut laterum a vicinis compressione occlusio, ita ut liquor requisitus per illos fluere impediatur: præcipue autem locum habet in vasis, quæ angustiora fiunt, id est in extremitate arteriarum, ubi tardus valde motus est. B. Verstoptheid. G. Verstopffung. Gall. *Oppilation, Obstruction, Bouchement.* A. A Stopping vel Schutting up.

OBSTRUENTIA, sunt constipantia, quæ poros sudorem nimium effundentes claudunt; aut sanguinem alibi exilientem, sistunt.

OBTUNDENTIA, Medicamenta sunt, quæ figuram acrem, superposita alia inerti, tollunt, ut vagina respectu cultri facit; & oleosa respectu veneni. B. Verstompende middelen. G. Stumpf machende Artzneyen.

OBTURATORES MUSCULI, sunt ex iis, qui femur flectunt & circumagunt. Horum *Prior* foramen inter pubis & ischium os occupans, dictorum ossium circuitui extremo latè affixus, transversim sive exterius majori infigitur femoris processui. *Alter* etiam *Bursalis* dictus, ejusdem ossium terminis appositus superius inferiusque sub pectinæo musculo, validissimo tendineorum fasciculorum acervo, omnes abscondens quadrigemini tendines, magni trochanteris implantatur concavitati. B. **De Stop-spieren.** G. **Der Schenckel mauß.** Gall. *Muscles Obturateurs.* A. The bending muscles of the thigh.

OBULUS, idem quod *Obolus.*

OCCIPUT, G. Ἰνίον, est posterior cranii pars. B. **Het Agter-hooft.** G. **Das Hinterthèil des Haupts.** Gall. *l'Occiput, le Derriere de la Teste.* A. The Hinderpart of the Head.

OCCIPITIS OS, posteriorem & inferiorem cranii partem occupat, & connectitur per suturam lambdoidem cum ossibus bregmatis, a lateribus cum ossibus temporum, posterius cum osse sphænoide, & inferius cum suprema vertebra colli: magno foramine donatum est, per quod medulla spinalis descendit. B. **Agterhoofds-been.** G. **Des Haupts Hinterthèil bein.**

OCCULTA QUALITAS, sic dicebatur olim ea rerum conditio, quæ à nemine explicari poterat: sed nostra ætas multas qualitates occultas in manifestas mutavit. B. **Verborge Hoedanigheden.** G. **Verborgene gestalten.** Gall. *Qualité Occulte.* A. Hidden quality.

OCCULTI MORBI, sunt, quorum causam sæpe ignoramus: vel qui in corpore nostro latent, ut sunt cancri, inflammationes in cerebro. B. **Verborge Ziekten.** G. **Verborgene Kranckheit.** Gall. *Maladie Cachée, Inconnue.* A. Hidden disease.

OCHEMA, est liquor, seu vehiculum aliquod, quo Medicamenta sive nimis arida, vel nimis fortia miscentur, ut tutius & commodius assumi possint. Gr. Ὄχημα τῆς τροφῆς, est vehiculum alimenti, sive serum in sanguine. Gr. ab Ὀχέω, veho.

OCHRA, terræ species durior, coloris flavi seu lutei, videtur ferri de acidulis præcipitati soboles. B. **Berggeel/ Oker.** G. **Berggelb/ Ocher gelb.** Gall. *De l'Ocre, ou Rubrique.* A. Yel low Okar.

OCHRUS

Ochrus, Eſt planta, quæ habet caules anguloſos, flexiles, repentes: folia oblonga, articulata, modo ſimplicia, modo conjugata, in claviculam abeuntia: flores ex foliorum alis erumpunt, pedunculis brevibus adhæreſcunt, leguminoſi ſunt, & albi; flori ſuccedit ſiliqua rotunda, & cylindrica, ſed in ſuperiori parte conica, recondens ſemina cylindrica, Piſi minoris magnitudine, coloris obſcuri flavi: radix eſt fibroſa; hæc planta creſcit in pratis: ſemina ſunt edulia, chylum viſcidum parientia. Gr. Ὦχρος, Ochrum & Ochra, ſeu Piſum Minus, Ervilia, eſt Leguminis ſpecies, à luteo colore, quem medulla refert, nominatur. B. **Kleine erweten / Gemeene erweten / Ronde erweten / Peere erweten.** G. **Erbſen.** Gall. *Petit Pois.* A. Middel-peaſe.

Ochthodes, ſunt ulcera, quorum labia calloſa vel verrucoſa ſunt, non maligna tamen, ab ὄχθη ripa, & εἶδος forma.

Ocimastrum, eſt Herba, & ab Ocimo diminutivum.

Ocimum ſeu Ocymum, vel Basilicum, eſt planta, quæ habet caulem denſum, qui ſe in multos ramos lanuginoſos & quadratos dividit, foliaque Parietariæ habet, ſed minora, odoris fortis, aromatici, penetrantis, & grati: flores ſunt verticilli, in ſpicas ſatis longas, & in ſummitate ramorum diſperſas congeſti, odorantes; galea erecta, crenata, longa, quadrifida, ſimplex, amplior quam barba, cava, horizontaliter porrecta, ſuccedit poſtea capſula, quæ ſemina oblonga, nigricantia, & minima includit: radix eſt nigricans, fibroſa, lignoſa, annua: dicitur ab ὠκέως, quod valet citò: ſed alii, quod citò creſcat: vel quod alvum citò ciet bobus: nonnulli ἀπὸ τοῦ ὄζειν *Redolere*, *odoratum eſſe*, derivant. Gr. Ὤκιμον Ὤζιμον & Ὤκιμον. B. **Balſem-kruid / baſilik.** G. **Baſilien /** Gall. *Baſilic.* A. Baſill.

Ocrea, vide *Tibia.*

Octunx, eſt unciarum octo pondus.

Oculares Dentes, vide *Dentes.*

Oculares Dentes, idem quod *Cynodontes.*

Oculista, eſt Medicus, qui in curandis oculorum affectibus, tum per remedia Chirurgica, tum Pharmaceutica peritus eſt. B. **Een Oog-meeſter.** G. **Augen-artzt.** Gall. *Un Oculiſte.*

Oculus, est organum visus externum, situm in cavitate osseâ in parte anteriori & superiori cranii, quæ orbita dicitur. Constat ex globo rotundo, Nervo Optico appenso, cujus substantiam firmam faciunt *membranæ*, quæ formant speciem folliculi, cujus cavum implent ita dicti *humores*. Membranæ dantur 3, quarum exterior est *Sclerotica*, omnium crassissima, valde dura, albicans, pauca tantum habens vasa, ubique opaca, nisi a parte anteriori, ubi plagulam habet rotundam, pellucidam, paululum extra reliquum globum eminentem, quæ *Cornea* vocatur, per quam radii lucis transeunt. Scleroticæ parti interiori laxe applicata est Choroeides, quæ eâ longe tenuior est, mollior & vasorum plenissima, & a parte anteriori ubi ad corneæ radicem venit, abit in orbiculum crassum, qui *Orbiculus ciliaris* vocatur, qui versus axin oculi demittit ligamenta ciliaria, & a quo procedit membrana quædam orbicularis *Uvea* dicta, quæ ab anteriori parte varie colorata est, unde *Iris* vocatur, & in medio perforata foramine magno, *Pupilla* dicto. Choroeidem interne investit *Retina*, quæ tenuissima, & membranarum minima est, procedit enim tantummodo a nervo optico ad marginem ligamentorum ciliarium: dividi autem potest in duas membranas, quarum interior vasculosa, exterior vero medullosa est. Globum hunc membranaceum implent 3, ita dicti humores, vitures, Crystallinus & Aqueus, quorum solus Aqueus verus est humor, alii vero corpora sunt solida per quæ circulantur humores. Humorum illorum primus est *Vitreus*, qui substantiâ constat solidâ, & positus est in parte posticâ globi oculi, solusque majorem cavi oculi adimplet partem. Ante hunc ponitur *Crystallinus*, qui etiam a similitudine lentis opticæ Lens Crystallina vocatur, & parte suâ posteriori foveolam imprimit anteriori parti Vitrei, in quam se demittit. Tertius est *Aqueus*, qui ante Crystallinum & Vitreum in anteriori oculi parte effusus hæret.

Ad hunc globum oculi perveniunt arteriæ & venæ, nervi, non tantum Opticus sed & ciliares, musculi ad movendum, palpebræ, tunica adnata ad muniendum, glandula lachrymalis ad lubricandum, pluraque alia, de quibus vide suo loco. B. Het Oog. G. Das Auge. Gall. *Oeil*. A. The Eye.

Oculi, sunt etiam florum prodromi, inque flores & folia explicabiles. Quæ etiam *Gemmæ* dicuntur. B. Bot-

ten / Knoppen van de Boomen. G. Rebenaug / Auglein an der Zweigen. Gall. *Boutons*. A. Buds.

ODAXISMUS, generaliter significat pruritum mordacem; usitatius autem ita dicitur gingivarum pruritus cum levi quodam dolore, quando dentes infantibus erumpunt; ab ὀδάξω prurio. Vide *Dentitio*.

ODONTAGRA, est instrumentum, quo dentes evelluntur. Vide *Forfex*. Een Tant-trekker. G. Ein Zahnbrecher zang / Uberwurff / Pellican. Gall. *Pincette ou tenaille pour tirer une Dent, Pelican, ou Davier, ou Repoussoir*. A. Tooth-drawer.

ODONTALGIA, sive DENTIUM DOLOR, unus est ex maximis doloribus, sive fit in uno dente, sive in pluribus, sive continuus, sive periodicus. Principio hic dolor solus est, deinde accedunt plerumque gingivarum tumor, & non raro inflammatio aut abscessus: tumor vero sæpe exterius genas, aut maxillam inferiorem visibiliter inflat, adeoque impedit masticationem, & deglutitionem. Sed caries dentium denique ex diuturno aut sæpius repetito dolore consequitur, ita ut dens vel pars ejus excidat, aut variis sinubus, iisque mirè contortis perforetur, quos si aër frigidus subit, ingens ilico dolor suscitatur: jam ut gravidæ nonnunquam hoc dolore graviter, atque toto gestationis tempore laborent, ita solet hic plerumque eos afficere, qui frigus, nebulas & pluviam aëris passi sunt. Invenies rursum dolorem, qui quietus est, si quis in aërem frigidiorem prodit, qui vero in calido loco admodum exacerbatur; alii vero ne minimum frigus, vel potum frigidiorem ferunt: sunt, qui à dulcibus ore assumtis, etiamsi à dolore liberi, mox eo afficiuntur: denique cum tumor apparet, plerumque dolor solet minui, & evanescere. Vocatur & *Podagra Dentium*, ex ὀδοὺς dens, & ἀλγέω doleo. B. Tandpijn / Tandzweer. G. Zahnweh. Gall. *Odontalgie*, *Douleur ou mal de Dents*. A. Tootach.

ODONTIASIS, idem quod *Dentitio*, *Odontophyia*.

ODONTICA, sunt Medicamenta, quæ adversus dolores dentium adhibentur, ab ὀδοὺς dens; vocantur & *Odontalgica*. B. Middelen tegens de tandpyn. G. Artzneyen gegen zahnweh. Gall. *Remedes contre la doleur des Dents*. A. A remedy for the tooth ach.

ODONTOIDES, quod denti simile est; ut dens secundæ vertebræ & aliorum ossium, ex ὀδοὺς dens, & εἶδος forma

forma. B. Tandachtig. G. Das den Zähnen gleich ist. Gall. *Denté*, *Dentelé*. A. A toothlike procell of bones.

ODONTOLITHOS, est petrosus ille Tartarus dentibus accrescens, ex ὀδὼς dens, & λίθος lapis. B. Kalk der tanden. G. Kalck der zähnen. Gall. *La chaux des dents*. A. Lime of the tooth.

ODONTOPHYIA, idem quod *Dentitio*, sive dentium eruptio, ex ὀδὼς dens, & φύω cresco. Vide *Dentitio*.

ODONTOTRIMMA, ex ὀδὼς dens, & τρίβω tero. Idem quod *Dentifricium*.

ODORAMENTUM, est Medicamentum odoris gratia adhibendum; componitur ex *Ladano*, *Styrace*, *Benzoin*, *Moscho*, *Zibeto*, aliisque aromatis. Gr. Ἄρωμα & Ὀσφραντόν. Reuk-werk. G. Lieblicher geruch. Gall. *Parfum*. A. Sweet savour.

ODORATUS; sive OLFACTUS, Gr. Ὄσφρησις, non est quævis perceptio, quæ intra nares fit, nam in iis etiam dolor & pruritus persentiscitur, sed ille tantum sensus, quo ex motu & irritatione nervorum, nasi membranis insertorum, per effluvia odorifera, quæ per inspirationem ad omnes narium cavitates deducuntur, ideæ quædam sensorio communi offeruntur & repræsentantur. B. De Reuk. G. Der Geruch. Gall. *Odorat*, *Senteur*. A. Smell, Savour, Sent.

ODORIFERUM, idem quod *Odoramentum*.

OEconomia, est quidem rei familiaris dispensatio, sed & administratio quædam circa aegrorum dispensationem. Item, succorum in corpore nostro distributio *Oeconomia animalis* appellatur, ex οἶκος domus, & νέμω distribuo. B. Huishouding / beschikking. G. Haußhaltung. Gall. *L'œconomie*. A. œconomy.

OEdema, Barb. *Undimia*, ab *Hippocrate* nonnunquam latè sumitur pro omni tumore, præter sanitatem excitato, strictè vero pro tumore, à pituita sive viscido humore genito, quando ejusmodi humor alicubi, fere semper in folliculis panniculi adiposi, stagnat, albus est, frigidus, mollis & indolens, sine pulsatione, & digitorum leni pressioni facile cedens, quibus sublatis fovea remanet, sed si symptomata alterius indolis accedunt, ut pulsus, vel calor vel color sensibilis, vel intumescentia, vel dolor, vel aliud quid, dicitur *OEdema phlegmonodes*, *Erysipelatodes*, *Scirrhodes* &c. ab οἰδέω inflatus sum, tumeo. B. Een koude gezwel / slym-gezwel / Zugtgezwel. G. Ein wässe-

wässerige geschwulst. Gall. *Enflure ou tumeur aqueuse*, *œdeme*. A. Pituitous tumor.

OEDEMOSARCA, vocatur a M. A. *Severino* tumor quidam anomalus, instar OEdematis quidem laxus, sed ad contactum plurima sui parte durior, & ad Sarcoma propius accedens.

OENANTHE, Est planta, quæ habet primo folia ampla, repentia, & Petroselino similia, deinde Peucedanum referunt, intra hæc assurgunt plures caules, duos circiter pedes alti, angulosi, ramosi, striati, cæruleſcentes: flos rosaceus, & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inæqualibus, cordiformibus, in orbem positis, & calici insidentibus: is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum oblongis, hinc gibbis & striatis, inde vero planis, in aliquos veluti aculeos desinentibus, quorum medius cæteris validior. dici volunt ἀπὸ τ͂ οἴνου & ἄνθου à *vino* & *flore*, quasi flos vinosus, quod odore & quadantenus colore, sit viti similis. Malunt alii sic dictam, quod viti similem florem ferat, vel quod cum viti floreat. Illud nomen imponitur quoque Filipendulæ, Spondylio, Junco odorato &c.

OENOGALA, est compositio ex vino & lacte, vel ut alii volunt, vinum lactei teporis, ex οἶνος vinum, & γάλα lac.

OENOIDES, est vinum dilutum, aut latex, vino analogus, ex οἶνος vinum, & εἶδος forma.

OENOLÆUM, est vini & olei admixtio, ex οἶνος vinum & ἔλαιον oleum. B. Ge-olide Wyn. G. Wein vermischt mit öl. Gall. *Vin huileux*.

OENOMEL, est mel vinosum, sive mulsum vinosum, vel mulsum, cui ingreditur vinum, ex οἶνος vinum, & μέλι mel. B. Honig-wyn. G. Weinmett/ Weinmest.

OENOTHERA, putant esse Lysimachiam: dicunt radicem exsiccatam vinum olere, ab οἶνος vinum, & τίθημι pono, vocatur etiam *Onagra*.

OESOPHAGÆUS, est musculus œsophagi constrictor, Sphincter dictus, ab utroque latere cartilaginis cricoïdis ortus, os œsophagi amplectens, & extrorsum ambiens. B. De Ring spier/ Sluit spier G. Speißröhre Mauß. Gall. *Muscle de l'œsophage, ou l'œsophagien*. A. The Muscle of the gullet.

OESOPHAGUS, est fistula membranacea, à faucibus ad stomachum tendens, atque ita thoracem permeans, ut nullam partibus, quæ in eo continentur, molestiam præ-

 beat;

beat; qua cibus in ore masticatus & saliva mixtus ad ventriculum transit: tunicas habet quatuor; *Extimam* sive *membranaceam* à peritonæo, quo etiam ventriculus vestitur, vel potius à pleura, quia per thoracis posteriorem partem incedit, cujus interna latera pleura investiuntur: nam ob communem originem, de nomine non est disputandum: videatur Anatomia reformata, nuperrimè a me luci exhibita. *Secunda* est musculosa ex fibris longitudinalibus externis, & orbicularibus internis composita, quæ contractione sua descensum alimentorum ad ventriculum promovet. *Tertia* huic succedens est vasculosa, infinitis numero vasculis ad glandulas hic sitas contexta. *Quarta* seu *Intima* prorsus nervea est, quæ intus crusta villosa obducitur, & vere pro quarta sumi potest. His recentiores addunt *Quintam*, quæ cellulosa tenuis inter primam & secundam detegitur. Arterias accipit partim a bronchialibus, partim ab ipsa Aorta, quibus venæ respondent, quæ se in azygam venam exonerant. Nervis a pari vago & intercostali magna copia prodeuntibus gaudet. Fortè ab οἰσὸς vimen, quia fibræ ejus viminis instar contextæ sunt: vel ab οἴσω Fut. a φέρω feram, quia omnes cibos versus ventriculum fert, & φάγω edo, vocatur item *Gula*, λαιμὸς, στόμαχος, ἰσθμὸς *Eustath.* διὰ ἴενται τὰ σιτία. B. Die Slokdarm. G. Die speißröhre/ die kähle. Gall. *L'œsophage*, *le gosier*. A. The gullet.

OESTRUM VENERIS, idem quod *Clitoris*, vel Nympha, est corpus exiguum, teres, rubellum, uvulæ apici non absimile, situm ante foramen urethræ, unde nomen νύμφης accepisse videtur; apparet diductis utrimque muliebris sinus labiis, sub monte veneris, in alarum summitate nidulatum, in diversis fæminis diversæ magnitudinis juxta ætatem, tempus, naturam, moresque reperitur, plerumque tamen in adultis, bene natis, non libidinosis extremi articuli infantis digiti magnitudinem æquat; situ vero, figura, substantia, fabrica, erectione, coli virili satis exacte respondet, quamvis ab eo exilitate, brevitate, imperforatione inprimis differat: pars enim ejus externa glandi virili similis, & hinc eodem nomine donata, latitans hæret sub corrugata membranæ, labia interiora, alasque succingentis, productione, in superiori vulvæ parte ubi angulo acuto illa coëunt; efficiente tegumentum ante & retro supra glandem mobile, duplicatum, triplicatum, imo

ſimo & quadruplicatum apparens, quod propter ſimilitudinem & uſum, quem cum virili præputio communem habet, præputii nomen accepit; licet tamen nomina ſint eadem, a virili fœminina glans maxime differt ratione qua producitur; illa enim, a retroflexo corpore fungoſo urethræ, ſupra corpora duo penis nerveo ſpongioſa obtuſa deſinentia efficitur; hæc vero nil eſt niſi ipſe finis corporum duorum cavernoſorum, Nymphæ corpus conſtituentium, & in glandis ſpeciem deſinentium; unde facile deducitur hancce glandem imperforatam eſſe; quamvis plerumque ſpecie quadam oblongi foraminis cæci donetur, nec glans ſola differt, verum & præputiolum præter exilitatem diverſum eſt a virili in eo, quod partem glandis tantummodo ſuperiorem tegit: illa autem corpora duo cavernoſa ſic in ſpeciem glandis deſinentia, non ab extremis uteri ligamentis rotundis, ut putabat Columbus, ſed biſurcato principio oriuntur ab oſſium pubis inferiore parte, ſub quibus utrimque oblique delata in unum corpus coëunt, in pinguedine pubis ante meatum urinarium molliter reconditum, mox in ſummitate vulvæ prominens, deſinensque; hocce vero corpus proprie Nympha dictum, triplo fere brevius eſt ipſis corporibus, unde naſcitur, quæ licet hoc reſpectu a corporibus colis nerveo-ſpongioſis differant, omnino tamen ſimilem ſubſtantiam habent, innumerabilibus enim inter ſe communicantibus cavis cellulis conſtant, in quibus arteriarum venarumque extrema oſcula patent, quod poſt ſanguinis elotionem, inflatis, exſiccatis, injectis facile demonſtrant: vocatur etiam Columella, quia parvo Gargareoni comparari poteſt; præter dicta nomina, plura alia inveniuntur ab uſu, & a figura, tum apud Arabes, tum apud recentiores, Duce inprimis Columbo, qui illa a ſophois ſui ævi didiciſſe videtur. B. **Kittelaar / Vrouwelyke Roede.** G. **Ein Theil der weibliche Scham.** Gall. *le Clitoris.*

OEsypus, *Plin.* lana ſuccida, vellus ſuccidum *Mart. Ovidius*, OEſypum exponit ſuccum ab immundo ovis vellere demptum. *Plin lib.* 29. ſordes ſudoremque lanis ovium adhærentes. Verſantur itaque non parvo in errore, qui *OEſypum* interpretantur pro ſcybalis & ſtercoris pilulis ovium lanæ inhærentibus; cum *Plinius* eodem in loco nomine alio eas donet, videlicet ſordes caudarum in pilulas concretas appellans, οἴσυπος quaſi οἰὸς ῥύπος ovis ſor-

ſordes, & ἰσπύπη. B. 't Vet of Smeer van de ongewaſſe Schape wol / wollen met der lokken. G. Ungewäſchene wollen / die noch fett und ſchmutzig iſt. Gall. *Suin*, *ou Oeſype.* A. Fat or Joky Wool of a Scheep.

Offa Helmontiana, eſt coagulum album, natum ex mixtura ſpiritus ſalis Ammoniaci cum Alcohole.

Officina, Medicis eſt alia Pharmaceutica, in qua Galenica Medicamenta maximè præparantur: alia & Chymica, in qua eſſentiæ, ex mineralibus, Vegetabilibus & animalibus, in varia forma extrahuntur, & dicitur vulgo, *Laboratorium* à Laborando. Vide *Laboratorium*. Et alia eſt *Chirurgica*, in qua res ad Chirurgiam pertinentes tractantur. Gr. Ἐργαστήριον. B. Een winkel / Werk-plaats / Werk-huis. G. Eine Werck-ſtat / laden. Gall. *Laboratoire*, *Boutique.* A. A Shop, a Ware-houſe, Workhouſe.

Officinalia, vocantur Medicamenta, tam ſimplicia quam compoſita, quæ in officinis pharmaceuticis venalia proſtant, & a Medicis ad uſum ægrorum præſcribuntur, unde etiam vocantur *Uſualia.*

Officium, vocatur omne id, quod alicui agendum incumbit: ſic Medici *Officium* eſt, ſanitatem præſentem conſervare, amiſſam reſtituere: partibus etiam corporis humani *Officium* tribuitur, & tunc idem denotat, quam actio vel uſus.

Olea, Eſt Arbor mediocriter magna, cujus cortex eſt politus, coloris cineritii, lignum ſolidum coloris ſubflavi, ſaporis amari; folia ſunt oblonga, anguſta, Salicem referentia, acuta, craſſa, dura, carnoſa, in ſuperiori parte viridia aliquantulum, in inferiori albeſcentia, non lanuginoſa, caulibus brevibus adhærentia, ſibi invicem oppoſita; flos eſt monopetalus, calicem habens, ex quo piſtillum egreditur, unde deinde fit fructus oblongus, ovalis, viridis, carnoſus, ſucculentus, qui fructus Oliva dicitur, ſapor ejus eſt amarus, acer, acerbus, & ingratus, in ſe includens putamen oſſeum oblongum, quod continet ſemen ejusdem figuræ; hæc arbor creſcit in regionibus calidis. à Gr. Ἐλαία, unde quoque *Oliva*, à λεῖος lævis, quod cutis ejus quaſi glabra ſit & niteat: vel ab ipſo fructuum ſucco pingui, glabro & lævi. B. Olyfboom. G. Olivenbaum / Oelbaum. Gall. *Olivier.* A. Olives.

Oleaginosum, dicitur de ſeminibus, quæ multum

olei

Olei in se continent, & propterea ad emulgendum apta sunt, ut Amygdalæ, &c.

OLEANDER, vide *Nerion*.

OLEASTER, est Olea sylvestris, vide Etymon in *Olea*.

OLECRANUM sive ANCON, est processus major ulnæ sive ossis cubiti primi. Item suprema humeri pars, ab ὠλένη cubitus, & κρανίον caput.

OLECRANUS, idem quod *Anconæus*.

OLENE, est *Cubitus*, sive *Focile majus*.

OLEUM, Gr. Ἔλαιον, est pinguedo quædam fluida ex fructibus aut seminibus expressa, uti est olivæ, palmæ, amygdalorum, raparum &c vel est destillata ex rebus pinguibus, uti ex cinamomi cortice, caryophyllis, anisi semine &c. vel est composita, uti oleum jasmini, castorei, camomillæ &c. in genere est corpus liquidum, id est leni calore fluidum, ad sensus homogeneum, non tamen simplicissimum, totum inflammabile, & aquæ non permiscibile, in resinæ consistentiam condensari potens, tumque tenacissime adhærens. B. Olye. G. Oel. Gall. *Huile*. A. Oyl.

OLEUM PETRÆ, Gall. *Petrole, ou Huile de Petrole*. vide *Petrolæum*.

OLEUM TERRÆ, est pellucido-rubicundum, odoris fortis Petrolæum æmulantis, sed gratioris. Ante paucos annos nobis ex India Orientali allatum est, ubi ex monte quodam effluere dicitur, sed est oleum ex Nuce Cocos expressum atque Terris Medicatis commistum; id enim, quod genuinum est, ex India ad nos non affertur, sed a Regulis asservatur, venit quoque ex Bohemia atque ex Barbados. B. Aard-olye / steen-olye. G. Stein Oel.

OLFACTORIUS NERVUS, sive *processus mammillaris* veterum, est primum par nervorum cerebri, quod e cruribus medullæ oblongatæ inter corpora striata & thalamos nervorum opticorum ortum ducens, sub cerebri basi anterius protenditur usque ad os ethmoides, per cujus foramina, in plurimas fibrillas divisum, cranio egreditur, & per omnes partes membranæ, narium cava investientis, distribuitur. B. Reukzenuw. G. Geruch Spannader.

OLFACTUS, idem quod *Odoratus*.

OLIBANUM, vide *Thus*.

OLIGOPHOROS, est vinum tenue, paucis spiritibus gaudens, ex ὀλίγον paucum, φορέω fero.

Oligotrophia, est imminuta nutritio, ex ὀλίγη parti-cum, & τροφὴ alimentum.

Oligotrophus, est cibus minus nutriens, cui opponitur Polytrophus, Ex ὀλίγον paucum, & τρέφω nutrio.

Oliva, est Oleæ fructus. B. Olybe. G. Oliven. Gall. *Olive*. A. Idem.

Olivaria corpora, vocantur duæ prominentiæ in medulla oblongata.

Olosteum, vide *Holosteum*.

Olus, ab alendo dicitur, quod oleribus alerentur homines, antequam fruges repertæ essent. B. Moeskruid. G. Kuchen-kraut / Garten-kraut. Gall. *Herbage*. A. Pot-herbs. Vide *Lachanum*.

Olus Atrum, vide *Hipposelinum*.

Olyra, est frumenti species, affinis Zeæ, an ὀλωρά quasi corruptior zea? ex ὀλύω perdo, corrumpo.

Omasum, vide *Abomasum*.

Omentum, Reticulum, sive intestinorum operimentum, est membrana duplicata, intus cava, verum sacculum formans, intestinis instrata, ad umbilicum propendens, ibique libera, superius vero cum basi Ventriculi, intestino Colo, liene, & hepate connexa, pinguedine & vasis sanguineis arteriosis a Cœliacis, & venis ex vena portarum, gastro-epiploicis dictis, copiose adinstar retis piscarii intertexta, glandulis quoque duabus aut tribus dotata, Ventriculo, Colo, & Pancreati annexa, ut intestina calore suo foveat, tum hæcce pinguedine subtilissima, unà cum vapore rorido ex tenuissimis vasculis exhalante, illiniat, ne vel arescerent, vel motu peristaltico attererentur, vel cum invicem concrescerent; habet lactea quædam vasa & lymphatica, item ductus & sacculos adiposos perplures, in quibus adipem colligit pro tempore, & aliquando in maxima copia, quam tamen quoque effundit per ductus parvos in venas sanguineas versus Hepar tendentes, ut unà cum sanguine mixta inserviat generationi bilis, de quibus videatur *Anatomia nostra reformata*. Gr. Ἐπίπλοιον. B. Het Net. G. Das netze im Bauch / oder des ingeweids. Gall. *Le Coeffe*, *l'Omentum*, *ou la membrane*, *qui couvre les entrailles*. A. The-netlike fat which coverth the Guts, Cawle.

Omogra, est dolor arthriticus humerum afficiens, ex ὦμος humerus & ἀγρέω capio, quasi humeri captio. B. Schou-

Schouder flerecyn. G. Der schultern zipperlein. Gall. *La Goute dans l'espaule*. A. The gout in the Shouder.

Omoplata, sive Homoplata, Lat. *Scapula*, est os latum & tenue, non tam ad costarum dorsalium tutelam, quibus scuti instar incumbit, quam claviculæ & præcipue humeri, tutam articulationem comparatum. Figura triangulum exhibet Scalenum, id est tribus inæqualibus lateribus comprehensum, longiore latere in basin porrectum. Angulum habet superiorem & inferiorem; intus concavum est, extus gibbum: processus obtinet tres; nempe *Spinam*, *Coracoidem* & *brevem*, ex ὦμος humerus & πλατὺς, latus, quia humeri latitudinem constituit. Barbaris *Spatula* dicitur. B. Schouder-blad. G. Schulter-bein / das schulter blat. Gall. *l'Omoplate*, *Paleron*. A. The Shoulderblade.

Omphacium, est succus ex uvis immaturis expressus. *Agresta* officinis dicitur. Gr. Ὀμφάκιον. B. Verjuis. G. Agrest / Safft von unreiffen trauben. Gall. *Du Verjus*. A. Verjuce. Item est oleum immaturum.

Omphalocarpos, Aparine, vocatur ab umbilici nempe similitudine, quam semen ejus refert, ex ὀμφαλὸς umbilicus, & καρπὸς fructus.

Omphalocele, est Hernia Umbilicalis: quando nempe Omentum, vel intestina circa umbilicum protuberant: quod fit relaxatione vel ruptione peritonæi, illud enim hic ob regressum vasorum umbilicalium est simplex, veluti quoque est in exitu vasorum spermaticorum, verum cæteroquin ubique in abdomine est duplex, adeoque viribus prementibus intestina inæqualis resistentia contranititur, nempe hic loci minor ob simplicem lamellam, quare cedit: contingit hoc herniæ genus plerumque in mulieribus pinguissimis, laxissimæ structuræ & ætatis senescentis; rarius in viris, sed & his pariter pinguissimis & laxis; si macilentis contingat, a causa violenta externa fuit inductum, alias nunquam, itidem evenit in laxis infantibus; ex ὀμφαλὸς umbilicus, & κήλη tumor. B. Net-breuk / Navelbreuk. G. Ein Nabel-bruch. Gall. *Hernie du Nombril*, *Omphalocele*, *sortie du Nombril*. A. A Rupture of the navill.

Omphalos, vide *Umbilicus*.

Onagra, vel Onothera, Est planta, quæ habet caulem crassum, in parte inferiori rotundum, in superiori angu-

angulosum, ramosum, griseum, & in summitate punctis rubris instructum, medullam continentem: folia sunt longa, angusta, alternatim disposita, sinuosa & in margine dentata: flores sunt rosacei, odorantes, cito caduci, quatuor plerumque petalis in orbem positis constantes, calici insidentibus, e cujus superiori parte, quæ fistulosa est, surgit pistillum parte inferiori in fructum abeunte cylindraceum, in quatuor partes dehiscentem, & in quatuor loculamenta divisum, seminibus fætum ut plurimum angulatis, exiguis: radix est crassa, longa, alba, fibrosa: hæc planta crescit in America. dicitur quod bestias feras, maximè asinos, mansuetas reddat, ab ὄνος asinus & ἀγρεύω laboro, laborando enim & ferendo defatigantur: præsertim si lysimachio castigentur, Vide *Oenothera*.

Oneirocriticus, vocatur ille, qui de insomniis judicium ferre potest. Hanc scientiam etiam ad Medicum pertinere, docuit *Lindanus*.

Onitis, est Origani species, dicta, quod ab asinis impetretur, ac in cibo gratum esset, ὄνος enim est asinus.

Onobrychis, est Leguminis species: sive planta, quæ habet caules rubicundos, repentes: folia Galegam referentia, sed minora, in parte superiori viridia, in inferiori alba & villosa, acuta, bina costæ adhærentia: flores dense spicati, & alis foliorum erumpentes, leguminosi, rubicundi, raro albi; flori succedit siliqua brevis, cristata, vel echinata, subrotunda, fæta semine reniformi: radix longa, mediocriter crassa, extus nigra, intus alba; hæc planta crescit in pratis. dictam volunt ab asini rugitu, quod eo depasto fremant asini, ab ὄνος asinus, & βρύχω frendo, strideo, vel, quasi ab ἄνω βρύχειν quod sursum una cum scaturiginibus erumperet, vocatur. B. Hane-kammekens. G. Hanenkopff/ Kerst-wurtz. Gall. *Saint foin*. A. Medick vetcheling.

Onolosat, est vox Arabica, significans obolum vel scrupulum dimidium.

Ononis, vide *Anonis*.

Onyx, vide *Unguis*. Onyx dicitur etiam Alabastrum.

Operatio, Gr. Ἐργασία, Ἐνέργεια, est labor non tantum Chirurgis familiaris, ut operationes circa Lithotomiam, Herniam, &c. Sed & Chymicis, qui suos processus etiam *Operationes* nuncupant, suntque illæ mutationes corporum, per instrumenta artis, in finem, lege hujus artis

artis definitum. Ita Medicamentorum in corpore nostro effecta appellantur à Medicis Operationes. Ita & Pharmacopæi suas habent Operationes. B. Werking / verrigting / uitvoering. G. Wirckung. G. *Operation.* A. A Working or operation.

Ophiasis, est capillorum morbus, quo extenuati, hinc inde spatiis intermissis, macularum serpentis instar, decidunt, ab ὄφις serpens, & ἴσον simile. Vide *Alopecia.*

Ophioglossum, sive Lingua Serpentina, est herbæ quædam excrescentia longa, linguæ serpentinæ æmula; planta hæc habet folia Betæ minimæ, sed crassiora, recta, polita, carnosa, & angusta, aliquando ampla & rotunda; saporis viscosi & dulcis: caret hæc planta floribus, sed ex alis caulis erumpit fructus figura linguæ compressæ, in plures cellulas bino ordine per longitudinem divisus, quibus sponte disruptis utrinque denticulatus fit, hæ cellulæ includunt pulvisculum minimum: radix est fibrosa, crescit in pratis & locis humidis. ex ὄφις serpens, & γλῶσσα lingua. B. Adders-tong / Speer-kruid. G. Natter-zünglein kraut. Gall. *Herbe sans Couture, Langue de Serpent.* A. Adders-tongue.

Ophiscorodon, sive Allium anguinum, est Allii species, cujus caulis obscurè rubicundis seu nigris maculis commaculatur, vel est alia Allii species, cujus caput cum suprema caulis parte serpentis in modum contorquetur, ex ὄφις anguis, & σκόροδον allium. B. Serpent-look / berg-look. G. Lang-lauch, sieg-wurtz / wald knoblauch. Gall. *Pierre Serpentine.* A. Serpents garlick.

Ophites, est Marmor instar porphyritæ durissimus, colore viridi saturato, dilutis ejusdem coloris maculis quasi aspersus. Sed & alium constituunt colore cinereo, & eadem duritie, nec non & nigriusculis maculis variegatum, & hunc mollitie alabastrita. Veteres Ophitæ genera fecerunt, *nigricans*, *durum*, *cinereum*, *punctis distinctum*; lineis quibusdam candidis interstinctum, candidum, molle. Hinc apparet Veterum Ophitem à nostratibus esse diversum. Foditur noster in locis variis Italiæ, Germaniæ, verbi gratia in Misnia, quod tamen ob mollitiem, rectius Alabastris accensetur, diciturque *Zeblicium.* Gr ὀφίτης. Lat. Serpentinus. B. Serpentyn-steen. G. Serpentin-stein. Gall. *Pierre Serpentine.* A. Serpentin-stone.

Ophris, Est planta, quæ habet caulem rotundum: fo-

 lia

lia ſunt Plantaginis latifoliæ foliis ſimilia, duo in qualibet planta, quandoque tria, ſibi invicem oppoſita, altero ex alterius ſinu prodeunte, ſaporis viſcidi & quodammodo dulcis: flos eſt polypetalus, anomalus, ſex petalis ſcilicet diſſimilibus conſtans, quorum quinque ſuperiora ita diſponuntur, ut galeam quodammodo æmulentur, inferiori capitato & quaſi antropomorpho: calix autem abit deinde in fructum ſeu utriculum, tribus feneſtris pervium, quibus adhærefcunt valvæ, ſeminibus fætæ minutiſſimis inſtar ſcobis. eſt *Bifolium*, *Plinius* ſcribit *Ophrys*, & ſignificat ſupercilium, an à duobus ſuperciliis, *Bifolium* ſit appellatum; ſumitur tum pro Orchidis ſpecie, binis gaudens foliis, tum pro Lunaria quadam.

Ophthalmia, quam *Celſus* Lippitudinem vocat, eſt tunicarum oculi inflammatio, cum dolore analogo, ac ſi ſpina eſſet oculo infixa, qui tam gravis eſt, ut ægri lucem ferre nequeant; cumque copioſis & ferventibus lacrymis in initio, ſed quæ ſucceſſive craſſiores factæ in lemam mutantur; album oculi tumet valde, & vaſis ſanguineis ſcatet, ab ὀφθαλμός oculus. B. Ontſtekinge der oogen / Oogzwel. G. Das Augenweh. Gall. *Ophthalmie*, *mal des yeux*. A. An Inflammation of the eyes.

Ophthalmica, ſunt Medicamenta adverſus oculi mala. B. Oog-middelen. G. Artzney gegen Augenweh. Gall. *Remedes pour les yeux*. A. Remedy for the eyes.

Opiata & Opiatum, ſive Electuarium, Medicamentum internum eſt, quod conſiſtentia Opiatæ Officinali (ut *Theriacæ* vel *Mithridatio*) ſimile, ex variis rebus, melle vel ſyrupo exceptis, in plures doſes eſt concinnatum. Generaliter ſumitur pro omni Electuario, ſed ſpecialiter pro iis tantum, quæ Opium, à quo denominatio, recipiunt, uti pro *Theriaca*, *Mithridatio*, *Diaſcordio*, *Philonio*, *Requie Nicolai*, &c. B. Een Opiaat / een gecomponeerde Conſerf. G. Ein Opiat / Conſerv. Gall. *Un Opiat*. A. An Opiat.

Opiologia, eſt Opii deſcriptio, ab ὀπὸς ſuccus, & λέγω narro.

Opisthocyphosis, idem quod *Cyphoſis* & *Opiſthotonos*.

Opisthotonus, eſt tetanus ſive tenſio aut convulſio cervicis & ſpinæ verſus poſteriora, contractis ſurſum pedibus, cum rigore aliquandiu perſeverante, ex ὄπισθεν à tergo,

tergo, pone, & τείνω tendo. B. Agterwaartſe ſpanning. G. Der krampff/ der einen hinterwert ziehet. Gall. *Convulſion du col & de l'Epine en arriere.* A. Cramp of the neck.

Opium, eſt ſuccus Papaveris inſpiſſatus, gummeo-reſinoſus, duriuſculus, nigricante colore, ſapore acri & amaro, & viroſo odore præditus: ſunt qui Opii ac Meconii nomen confundunt, & duo pro uno eodemque habent; ſed malè. *Opium* enim lachryma eſt, quæ ſtillavit ex capitibus Papaveris, dum matureſcebant, leviter inciſis. *Meconium* è contra ſuccus eſt ex iiſdem expreſſus. Eſtque triplex, *Album* adfertur ex Cairo, quod & fortè *Thebaicum* vocatur & *Meceri. Nigrum* & durum venit ex Aden. Tertium flaveſcens magis & mollius, ex Cambaja & Decan mittitur. Turcæ ex albo colligunt Papavere. *Opium*, quod hic in Hollandia divenditur, nigrum eſt, amarum & graveolens, forſan nihil aliud erit quam *Meconium*, quod Javanenſes *Pouſt* vocant, & eo utuntur infimæ ſortis homines: ſed quod ex ipſis capitibus ſtillat, *Affion* dicitur & à ditioribus tantum uſurpatur, & in deliciis habent; præſertim ſi eo uti aſſueti ſunt. Alias paucula grana ad ſoporem concitandum ſufficiunt, ideo frigidum non eſt, ſed ob penetrandi vim, *Calidum*. Gr. Ὀπός. B. Heulſap/ Slaapſap. G. Magſamen ſafft. Gall. *Opium*.

Opobalsamum, vide *Balſamum*.

Opochrisma, tale dicitur unguentum, quô ſi enſis aut aliud inſtrumentum vulnerans illinatur, vulnus adactum ſua ſponte ſanetur. Ex ὅπλα arma, & χρίω ungo.

Opodeldoch, nomen eſt alicujus emplaſtri vulnera & ulcera ſanantis: iſtius deſcriptiones inveniuntur apud *Paracelſum*, *F. Wurts*, *Mindererum*, aliosque authores. Nomen eſt Chymicum fictitium, nihil ſignificans: ſpecies eſt Emplaſtri ſtichtici. Ideoque etiam B. ſonat Steekpleiſter & wond-pleiſter. G. Stichpflaſter.

Opopanax, eſt gummeus ſuccus ex Herbæ Panacis Heraclei radicibus & caulibus ſauciatis ſtillans, ac concreſcens, primo eſt albidi coloris, ſed poſt ſiccationem flavum & quaſi croceum acquirit colorem, odor eſt gravis, ſapor amarus, friabilis eſt, intus albeſcit, & granulatim ſæpe invicem adhæret. B. Het Sap van het Panacekruid. G. Safft von Heil-kraut. Gall. *Opopanax*.

Oportet, quid in ſimplici ſenſu ſit nemini non notum, ſed *Helmontius* ita deſcribit: eſt, inquit, tribulus &

& spina terræ, in vita media hominis. Vel restrixit ad *Necessarium*, quo vitæ mediæ qualitates remanent in transmutatis. ideoque vocavit *Magnum oportet*.

OPPILATIO, idem quod *Obstructio*.

OPPRESSIO, dicitur de Cordis & Præcordiorum anxietate in febribus ardentibus, ob sanguinis liberum transfluxum impeditum oriunda.

OPTICA, vide *Opticus Nervus*.

OPTICUS NERVUS, sive visorius, in fundo oculi explicitus & *retina* dictus, excipit radios lucis, hincque rerum supra retinam depictarum ideæ in Cerebro ad sensorium commune deferuntur; utriusque nervi origo ex thalamis nervorum opticorum provenit, postea hi nervi coëunt, & cranium egressuri ab invicem sejunguntur, & per foramen rotundum ossis sphænoidis ad oculos veniunt. Ab ὄπτομαι, video. *Optica* sunt Medicamenta, quæ adversus oculorum affectus valent. B. De oogzenuw / gezichtzenuw. G. Der augen sennader. Gall. *Le Nerf optique*. A. Optick nerves.

OPUNTIA, Planta est ad altitudinem magnæ arbusculæ crescens: folia sunt magna, longa, crassa, viridia, dura, tuberculis spinosis instructa, succo plena, viscosa, nervosa: flores sunt rosacei, flavi, aut rubri; petalis plurimis in orbem positis constantes, innati apici ovarii, numerosissimis staminibus præditi: ovarium, cujus apex in ambitu speciem caliculi refert, fit fructus carnosus, umbilicatus, unicapsularis, excavatus, continens pulpam medullosam, rubram, saporem dulcem habens, fætus seminibus annulatis, saporis non ingrati; hæc planta crescit in Italia & in Gallia: si unum folium terræ mandetur, crescit, datque novam plantam: tota hæc planta foliis constat, fertque ficus edules, quæ satis gratæ: ab urbe Opunte nomen habet: estque Fici Indici species. Gall. *Figuier d'Inde*; *Raquette*, *Cardasse*.

ORBICULARE OSSICULUM, est auris internæ parvum, rotundumque ossiculum, incudis processui adnatum, quod articulatur cum stapede.

ORBICULARIS, sive CREPITUS LUPI, est Fungi species; sunt vel rotundi, vel semirotundi, sed incertæ magnitudinis. Nascuntur in campis desertis, nullum habentes pediculum, intus spongiosi sunt, & si recentes fuerint, aquam continent: siccati vero spongiosam, & pulverulentam

tam continent materiam instar ochræ subnigræ, quæ semen est; extus pellicula obducuntur ejusdem ferè coloris: utuntur Chirurgi in sanguine sistendo. B. Wolfsveest / Bovist / Vulst / Bulst. G. Bubenfist / Weiberfist / Wolffsfist / Pofist. Gall. *Vesse de Loup*. A. Wolfs-fart.

Orbicularis Palpebrarum, nomen est musculi, qui a cantho oculi majore orsus, circumeunsque oram cavi ossei oculi simul cum utraque palpebra, rursus ad eundem canthum redit.

Orbita oculi, est antrum sive cavitas, e processibus ossis frontis ad canthos oculi protensis, & osse maxillæ superioris illis conjuncto constans, oculi bulbum excipiens.

Orchis, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, simplicia, liliaceis similia: caulis est rotundus; finis pedunculi exit in ovarium oblongum, triloculare, trivalve, tribus fenestris pervium, continens pulverulenta seminula: flos insidet apici ovarii, mirabilis structuræ, hexapetalus, vix describendus: radix rotunda, carnosa, tuberosa, in triorchin, Didymos, monorchin, vel carnosam palmatam formam formata, succulenta, albida, paululum compressa, viscosa, subdulcis odoris seminalis: hæc planta crescit in locis humidis. est *Satyrion*, Latinis *Testiculus*, sic dicitur, quod ejus radices ex duobus, aut tribus constent globulis, quasi tot Testiculis, qui pro variâ formâ, varia quoque obtinuere nomina, ut Cynosorchis, Tragosorchis, &c. B. Hondekens-kruid / Standel-kruid / Kullekens-kruid. G. Knaben-kraut / Stendel-kraut. Gall. *Coüillon de Chien*, *Satyrion*. A. Dogstones.

Orchis, est testiculus, cujus substantia in viris nihil aliud est, quam minutissimorum vasculorum alborum, ordinatoque inflexu, in quibusdam dissepimentis locatorum, semen conficientium congeries; quæ sunt productiones ex arteriis seminalibus, hic tramite recto in vasa angustissima desinentibus, dum per laterales ramos & Anastomoses suum sanguinem venis infundunt; & nervi quamplurimi, uti & Lymphatica copiosa hic terminari in vasculis quibusdam videntur: figuræ est ovalis, cui superius incumbit supereminens corpus, Epididymis dictum, testis continuatio: at in fœminis longè aliter se res habet, componuntur autem in iis, Testes sive ovaria ex multis membranis ac fibrillis laxè sibi invicem unitis, in quarum intercapedine plurima corpora alba repe-

reperiuntur: testiculi fœminarum ova pariunt, ideoque rectè *Ovaria* vocantur. Vocantur item *Testes*, *Colei* Cic. & Mart. *Vasa* Plauto, Ὀρχεῖς, Διδυμοι, Μήζεα Hesiod. Μήδεα Homer. Ὀρχηδια, Ὀλκὸς Oppiano. Hoc etiam nomine gaudent radices Satyrii ejusque species. B. Balletjes / Klootjes. G. Hoden / Hödlein Gall. *Testicules*. A. Testicles, Stones.

Orchotomia, est testiculi excisio. Vide *Orchotomus*.

Orchotomus, est, qui testiculos exscindit, qua operatione animalia castrantur, ne cum aliis coëant, inde *Orchotomia*, sive testiculorum excisio, ex ὄρχις testiculus, & τέμνω seco. B. Een Lubber. G. Ein der die Hoden außschneidet. Gall. *Châtreur*. A. Gilder, or Stone Cutter.

Ordeolum, Barbaris idem quod *Crithe* & *Hordeolum*.

Oreoselinum, est Apium seu Selinum montanum, ex ὄρος mons & Selinum, vulgo *Petroselinum*. B. Berg-eppe / Kroontjes kruid. G. Berg peterlein. Gall. *Persil de montagne*.

Orexis, est ordinarius cibi appetitus; is oritur à fermento, tum à liquore gastrico ab arteriis cœliacis ventriculo inspirato, & laterum ventriculi mutuo contactu ob respirationem, quo tunica nervosa, ejusque nervi inordinatius moveantur, ad alimentum idoneum appetendum, ab ὀρέγομαι cupio. Honger / Eetlust / Graagheid. G. Hunger / begierde zu essen / lust zur Speiß. Gall. *Faim*. A. Appetite of meat, Hunger, Famine.

Organica Pars, est, quæ ex variis partibus, quarum natura & efficacia diversa est, constat, uti musculus constat ex carne, membranis, tendinibus, variisque vasis &c. & functioni cuidam præstandæ congruum organum existit: ei opponitur *Similaris pars*, de qua *suo loco*. B. Een Organyk deel. G. Ein Theil / bestehend auß vielen andeꝛen. Gall. *Partie Organique*. A. Organick part.

Organici Morbi, sunt, qui mutatione figuræ, magnitudinis vel situs, partium organicarum functionem impediunt; & opponuntur morbis similaribus, qui in fibris, membranis, vel vasis simplicissimis obtinent, fibrarumque eas constituentium cohæsionem mutant. B. Werktuigige Ziektens G. Werckzeugische Kranckheit.

Organum, est pars, quæ ad sui constitutionem, actiones-

onesque perficiendas, rectam & determinatam, sensibilemque conformationem requirit, ut brachium, musculus, cor, &c. B. Een werktuig. G. Werckzeug. Gall. *Organe*. A. Idem.

Orgasmus, est impetus & incitatio sanguinis vel spirituum, ut si quando spiritus animales cum impetu in nervorum genus ruunt, ab ὀργάζω. B. Drift. G. Schnelle Treibung. Gall. *Orgasme*. A. Quick Motion.

Orichalcum, vide *Aurichalcum*.

Orificium, notat extremitatem meatus cujusdam apertam, & ad fines vasorum applicatur; inprimis vero dicitur de ventriculo, qui duo *Orificia* habet, stomachum, per quem cibi potusque ingrediuntur, & pylorum, per quem exeunt.

Origanum, Est planta, quæ habet caulem durum, quadratum, villosum: folia majora Calamintham referunt, minima Majoranam, villosa sunt, odorata, saporis aromatici acris: flores in spicas squammosas congeruntur, monopetali, labiati; horum labium superius surrectum est, subrotundum, bifidum, inferius vero tripartitum: ex calice surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac veluti quatuor embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina subrotunda, minima, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita: radix est fibrosa, minima, lignosa: crescit in montibus: planta hæc Hippocrati maxime fuit commendata in morbis ubi calefaciendum, & stimulandum, inprimis in morbis frigidis pulmonum, qui per expectorationem levari possunt: dici volunt quod montibus gaudeat, ἀπὸ τῶ ὄρους à monte, & χαρᾶς gaudio, sed alii, quod visum exacuat, ab ὁρᾷν videre, & γανῶ clarifico, quasi aciem oculorum illustrans. Nonnulli nomen ex adverso datum putant, à ῥιγῶ quod est algeo, fieri ῥίγανον, quasi rigens, censent, & tandem ascita littera principe O, in Origanum esse confictum, contrario tamen sensu, quod minimè refrigeret. B. Orego / grove Marjolein. G. Dosten / Wolgemuth / Bergmuntz. Gall. *Origan*. A. Origany.

Originale, dicitur de morbis idiopathicis, inprimis illa Pthisis species, quæ a mala pulmonum dispositione, ut prima causa, pendet, Mortono vocatur *Originalis*.

Orminum, vide *Horminum*.

Ornamentum Foliaceum, extremitas tubæ Fallopia-

pianæ uteri muliebris fimbriata est, eum in modum comparata, ut quasi tot digitis ovum, ex ovario prodiens, melius comprehenderetur. B. Het Loof-werk. G. Der Blätteren oder Blätterechtige zierd. Gall. *Frange membraneuse, ou le Pavillon de la Trompe de Fallope.*

ORNITHOGALUM, Est planta, quæ habet folia longa, angusta ut Graminis, mollia, repentia, excavata, lineam albam in longitudinem habentia; caulis est rotundus, nudus, tener: finis pedunculi ex caule membranula est longa, tenuis: flos est liliaceus, ex petalis sex in orbem positis compositus, cujus singulis intus ad superiora adnascitur stamen: Ovarium tuba longa, apice sphærico instructa donatum, fit fructus subrotundus, fætus seminibus subrotundis, nigris: radix bulbosa aut tuberosa, bulbus est fere ut in Narcisso, seu ut in Porro, ita ut totus habitus ad Porrum accedat. Ornithogalum quasi diceres *Lac avium*, est bulbus, flores lactis colore albidos proferens, qui in alis aut ovis gallinarum observatur, estque Asphodeli species, ex ὄρνις avis, gallina, & γάλα lac. C. Veld-ajuin. G. Erdnuß / Feldzwibel / Acker zwibel. Gall. *Churles*. A. Dogs-onion.

ORNITHOGLOSSUM, sive lingua avis, sic vocatur semen Fraxini arboris, ab ὄρνις avis, & γλῶσσα lingua. B. Vogel-tong / Musschen-tong. G. Vogel-zung. A. Athen Keyes.

ORNITHOPODIUM, Est planta, quæ habet plures caules flexiles, debiles, ramosos, fere repentes, rotundos, villosos: folia Coluteæ foliis minora, sibi invicem opposita, & juxta unam costam disposita: flores sunt exigui, leguminosi, in spicas in summitate ramorum congesti: flori succedit siliqua oblonga, articulata, sulcata, undulata, singulo quoque articulo continens semen unum, rotundum; siliquæ vero ad unum pedunculum, & eundem exortum crescunt multæ simul: radix est parva, & alba: hæc planta crescit in pratis. Ornithopodium est avis pes, sic dicitur, quod ejus siliquæ pedem avis cum suis digitis, & articulis referant, ex ὄρνις avis & ποῦς pes. B. Vogel-voet. G. Vogel fuß. Gall. *Pied d'oiseau*. A. Birds-foot, Birds-clauw.

ORNUS, est fraxinus Sylvestris, an ab ornatu, ob elegantes rubicundos Fructus? an ab Hebraica voce Oren? B. Haver-essche / Qualster / Lyster-bezie / Quartelbezie/ of

of Quaal-boom. G. Mal-baum / Vogel-beer / Mas beer / Hagbuch. Gall. *Fresne Sauvage*, *Cormier Sauvage*, *Tormigne*. A. Wild-Ash.

OROBANCHE, est planta Orobum, aliaque Legumina angens & strangulans, ab *Orobus* & ἄγχω ango, strangulo: vocatur etiam *Limodoron*: habet caulem rectum, cylindricum, aut rotundum, fistulosum, fragilem, pallidum, villosum; folia non habet, nisi in principio quædam exigua, angusta, spongiosa, cito cadentia: flores juxta summitatem caulium nascuntur, a se invicem distantes, villosi, coloris purpurei, pallidi, flavi aut viridis, odorantes, post florem apparet fructus oblongus, per maturitatem dehiscens in duas valvas, fætus seminibus minutissimis, & albescentibus: radix est bulbosa, obrotunda, squammosa, pollicis crassitiei, extus nigra, intus albescens, aut flavescens, tenera, succum viscosum amarum habens, per siccitatem fit adeo dura ac os: crescit plerumque in locis arenosis. B. Smeerkruid. G. Sommerwurtz / schwartze Winden. Gall. *Orobanche*. A. Broomrape.

OROBOIDES, est hypostasis sive urinarum subsidentia, ervis aut orobis similis, ex ὄροβος ervum & εἶδος forma. B. Erwtachtig / of Erwten gelykende Pis. G. Erbsen gleiche oder ehnliche Harn.

OROBUS, est Leguminis species: habens caules exiguos, repentes: folia sunt oblonga, bina conjugata, adnata costæ in mucronem abeunti: flores in spicas congesti, sunt leguminosi, coloris purpurei aut albi; flori succedit siliqua teres, obrotunda, nigra, erecta, fæta seminibus subrotundis, angulosis, ovatis, fuscis, saporis paululum amaricantis & ingrati: crescit hæc planta in sylvis. dicitur παρὰ τὸ ἐρέπτεσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, quod boves ea vescantur & saginentur. B. Erven / Erwten. G. Erbsen. Gall. *Orobe*.

ORTHOCOLON, est articuli rectitudo, ex ὀρθὸν rectum, & κῶλον membrum.

ORTOPHNOEA, est species Asthmatis, sive vitiata respiratio, qua ægri, ne suffocentur, non nisi cervice erecta respirare possunt, ex ὀρθὴ recta, & πνοὴ flatus, spiritus, spiratio. B. De Ademhaling / die alleen recht opzittende geschieden kan. G. Athem kranckheit / da man nicht athmen kan als mit außgestrecktem hals. Gall. *Asthme*.

Orvietanum, vide *Orvietanus.*

Orvietanus, dicitur esse nomen alicujus agyrtæ vel circumforanei, alias *Hieronimus Ferrontes* dicti, qui inventione alicujus antidoti singularis, vel Electuarii alexipharmaci claruit contra omnia venena. Is enim primus ausus fuit in publico foro deglutire ignotum sibi quodlibet toxicum. Vulgo vocatur *Orvietaan.* Nomen traxit ab urbe Italiæ *Orvieto*, hinc *Orvietanum.*

Oryza, planta est culmifera, cujus semen in usu domestico familiare, album, oblongum instar Tritici, saporis farinacei dulcis, per coctionem abeuns in pultaceam mucilaginem, in Asiæ multisque Europæ locis crescens: habetque caulem Tritico crassiorem, per intervalla nodosum: folia longa, carnosa, Porrum referentia. B. **Ryst.** G. **Reiß.** Gall. *Ris.* A. Rice.

Os, Gr. Ὀςίον, est substantia totius corporis Animalis, durissima, compactissima, siccissima, alba, ex variis membranis lamellatim sibi incumbentibus, & firmiter sibi applicatis, perreptantibus mediis vasis contexta, ut sic corporis stabilimentum, ejusque motum facilem reddat, & in munimentum quibusdam partibus se præbeat, destinata. Ossium numerus *Achangeli* 249. constituitur. Alii communiter 304. quidam tot, quot unius anni dies numerant. Numerus tamen incertus est, quia ossa infantium ab adultis differunt propter epiphyses, quæ cum osse in unum continuum corpus concrescunt; item quod ossa sesamoidea & dentes in ipsis adultis, & senibus certo numero non determinantur. Variant figura, quædam rotunda, plana, acuta, obtusa, concava, spongiosa, solida, oblonga, triangularia &c Gr. Ὀςίον. B. **Been.** G. **Ein Bein.** Gall. *Un Os.* A. A Bone. Os etiam est primus alimenti introitus, qui duobus clauditur labiis: vel totum illud spatium, quod inter labia & fauces interjacet, & membrana communi tegitur. Primum vocatur Os externum, alterum internum. Gr. Στόμα. B. **De Mond.** G. **Der Mund / das Maul.** Gall. *Bouche.* A. The Mouth. Sumitur etiam Anatomicis eodem sensu, quo orificium, & inprimis ad aperturam Uteri applicatur. Phytologicis officuli vocabulum imponitur lapideis, seu ligneis corticibus, qui nucleos circumdant. B. **De Steentjes in de Vruchten.** G. **Ein Stein / im Obs oder in Steinfruchten.** Gall. *Noyau.* A. Nut shell.

Osatis, vide *Isatis.*

Oscheocele, idem est quam *Hernia scrotalis.* Κήλη enim Græcis est Hernia, & Ὄσχιον scrotum significat. B. De Balllozeuk. G. Hodensackbruch.

Oscillatorius Motus, proprie ille vocatur, qui æquitemporaneis itubus ac reditubus rotarum motum in horologio dirigit. Adplicatur vero ad Medicinam, diciturque a *Borello* locum habere in sanguine, cui aër in inspiratione admissus elasticitate sua motum oscillatorium perpetuum inducit. Melius recentiores similem motum adscribunt partibus solidis, quo functionibus suis, quibus inservire debent, continuandis idoneæ evadunt.

Oscitatio, est expansio omnium fere musculorum voluntariorum simul, maxime autem maxillarium, & explicatio ampla pulmonis, unde quam plurimum aëris lente & sensim inspiratur, qui aliquamdiu retinetur, & rarefactus iterum lente & sensim exspiratur: hæc Febrium quoque ordinarium symptoma est, sub initio incidens: attamen & alibi evenit, & iis quoque, qui sani utcunque habentur: sæpe, dum è lecto surgimus, oscitatione aliqua afficimur, maximè si somno non sumus expleti, aut quando pleno stomacho dormivimus; imo adeo frequens omnibus est Oscitatio, adeoque ei assuevimus, ut merito dictum sit, *Oscitante uno, oscitat & alter*, hinc qui imbecilles, pigri, lassi, defatigati, valetudinarii, & ii maximè, qui à morbis reconvalescunt, sæpius de die solent, aut spontè sua, aut aliorum exemplo velut excitati, oscitare. Dicitur & *Oscedo.* Gr. Χάσμη, & Χάσμημα. B. Geeuwing / Gaping. G. Das Genen. Gall. *Baillement.* A. Gaping, Yawning.

Oscula, sunt extremæ vasorum aperturæ, denotantque tunc idem quam *Ora* vel *Orificia.* Longe tamen alio sensu significant amicas labiorum in alterius faciem, aliasve corporis partes impressiones, quæ propterea notari debent, quia morbi contagiosi ab infecto hac ratione cum sanis communicantur.

Osculum Uteri, est illud foramem partis inferioris Uteri, per quod semen ex pene virili ejectum intrat in uterum; in virginibus tam exiguum est, ut stylum tenuiorem solummodo excipiat, & nullo conatu vel minimus digitus in eam intrudi possit, ex eo etiam menstrua fluunt. Prominet in vaginæ capacitate: tincæ piscis ori, aut ut *Galenus*

nus mavult, glandi virili persimile est; rimam habet transversam; in virginibus osculum illud exiguum, at in mulieribus, quæ sæpe pepererunt, majus evadit, si nimium laxetur, vel exulceretur, cicatrice obducatur, vel humidum nimis fiat, sterilitas sequitur. B. **De Mond van de Moeder / de Roze / de Kroon.** G. **Der Mund der Bärmutter.** Gall. *l'Orifice interne de la matrice.* A. The Mouth of the Womb.

Osmunda, est Filicis species, quæ dicitur *Regalis*, *Palustris*, *Aquatilis*, *Florida* &c. habet caulem viridem, striatum, ramosum, se in latum extendentem: folia sunt ampla, satis angusta, parva, disposita supra unam costam in unum foliolum terminatam; summitas caulis se in multos dividit, qui singuli rami sustinent multos racemos fructus minimos habentes, quorum fructuum structura non examinari potest nisi microscopii ope; singuli racemi habent capsulas membranaceas sphæricas, quæ in duas partes apertæ fundunt semina quædam oblonga: hæc planta nullos gerit flores: radix est nigra, & longa; crescit in locis aquosis & humidis: An Etymologia sit ficta, an Barbarica, an ab ore mundando, necdum compertum habeo. B. **Water-varen.** G. **Wasser farn.** Gall. *Osmonde, ou Fougere aquatique.* A. Osmond royal, water-ferne.

Ossa, vide *Os*, dicuntur & *Ossicula*, suntque duri & lapidei cortices, qui nucleos circumdant.

Os Sepiæ, piscis sepiæ os candidum est, oblongum, angustum, compressum, superna superficie durum & læve, inferiori autem fungosa quasi medulla ejusdem coloris repletum. Gr. Σήπιον, quia intra vesiculam in corpore liquor ater, ac si esset putridus, reperitur, nam σήπειν significat putrescere. B. **Zeeschuim.** G. **Fischbein / Blackfisch / Blackfittel.** Gall. *Sèche, ou Boufron.* A. The Cuttlefish.

Ossificatio, dicitur de partibus naturaliter mollibus, in duritiem osseam degenerantibus, qualis in vasis senum sanguineis, aliisque partibus, sæpius observata fuit.

Ostagra, est *Vosella* seu forceps, qua ossa eximuntur. Item, est instrumentum Chirurgicum, quo ossa vel attolluntur, vel deprimuntur, vel omnino loco moventur, ex ὀστέον os, & ἀγρέω capio.

Osteocolla, est lapis albo cinereove colore ossisque figuram æmulans. Nascitur Darmstatino in agro in Palatinatu, (**aan de Berg-straat.**) item in Saxonia, in Silesia

fta &c. crescit per arenam forma corallii albi. Putant hoc Remedio ossa cito conglutinari, & callo obduci, si intus sumatur, & Emplastris admisceatur. B. Walsteen / Beenlym. G. Bein bruch / Bruchstein / Beinwell / Walstein / Sandstein / Stein bein. Gall. *Osteocolle*, *Pierre des rompus*. A. The bone-binder.

Osteocopus vel Ostocopus, dicitur de illa doloris vel lassitudinis specie, in qua partes corporis profundæ tali molestia afficiuntur, quæ ægris videtur in ipsis ossibus, vel circa illa, hærere; sed tales sensationes proprie sunt dolores periostei aut nervorum ossa subeuntium: ossa enim quatenus ossa non sentiunt; talis vero sensus inter Symptomata Luis Venereæ & Scorbuti recensetur, ex ὀστέον os, & κόπος labor. B. Pyn der Beenen G. Schmertz der Beinen. Gall. *Douleur dans l'Os*. A. Pains in the Bones.

Osteogenia, est illa pars Anatomiæ, quæ generationem ossium in fœtu humano exponit.

Osteogenica, vel *Callum generantia* Medicamenta dicuntur, quæ in ossibus impedimentum tollunt, quorum virtute impediebatur, ne humor in iis concresceret. B. Beenmakende middelen. G. Beinmachende Artzneyen.

Osteologia, est de ossibus enarratio seu descriptio; hæc Riolano duplex, theoretica, quæ conformationem & usum ossium investigat; & practica, quæ sceleton componere docet. ex ὀστέον os, & λέγω narro. B. Beschryvinge der Beenderen. G. Beschreibung der Beinen. Gall. *Osteologie*.

Osteon, vide *Os*.

Ostracodermata, vocantur illa animalia, quæ testam pro cute habent, unde etiam vocantur *Testacea*, ex quibus Medicamenta, *Absorbentia* dicta, desumuntur.

Ostrutium, seu Astrantia, vel Magistrantia, est *Imperatoria*, dicitur & *Laserpitium*: primum videtur dictum, deinde depravata nomenclatura, *Osteritium*, postremo *Ostritium* cœpit appellari. Qui sane lapsus admodum fuit, abjecta nempe littera prima *Asteritium*, & dein mutato *a* in *o*, *Osteritium* ac postremo magis concisè *Ostrutium* nominare imperiti cœperunt. B. Meesterwortel. G. Meyster-wurtz / Magistrantz / Ostritz. Gall. *Imperatoire*. A. Pellitoire of spayne, Master-wort.

Osyris, est *Linaria*, sed illud nomen etiam aliis her-

bis

bis imponitur: vocatur ab hodiernis Græcis *Auxyris*. Vide *Auxyris*.

Otalgia, ſive aurium dolor, in omni quidem auris parte deprehenditur, maxime vero de eo dicitur, qui in partibus internis eſt: is ſæpe eſt graviſſimus & lacerans, atque adeo nonnunquam, ut non modo ſomnum omnem impediat, ſed delirium inducat. Jam ut hic dolor non fit ſine inflammatione, quæ aliquando exterius conſpicua eſt, ita frequenter in abſceſſum tranſit, pure ex auribus fluente: aliquando iſte dolor per vices affligit, & conjunctam habet odontalgiam, imo tinnitum & ſurditatem, ab ὦς auris, & ἀλγέω doleo. B. **Oorpyn.** G. **Ohr-ſchmertz/ ohr pein.** Gall. *Otalgie*, *douleur d'Oreille*. A. Paine in the Eares.

Otenchyta, ſeu Clyster Auricularius, Celſo, Αὐλὶς Ægin. eſt ſiphunculus, quo Medicamenta auribus immittuntur, ab ὦς auris, & ἐγχέω infundo. B. **Een Oorſpuyt.** G. **Ein ohr ſprütz.** Gall. *Siringue d'Oreille*. A. An Auricular Clyſter.

Otica, ſunt Medicamenta, adverſus aurium morbos, ſuntque vel interna, quæ plerumque etiam ſunt cephalica, quoniam in morbis aurium æque ad caput, quam ad aures ipſas reſpici debet; vel externa, quæ auri ipſi inmittuntur, vel ſpecie fumi ad eam diriguntur, vel prope eam illinuntur; ab ὦς auris. B. **Geneesmiddelen voor de Ooren.** G. **Artzneyen dienſtlich den Ohren.**

Ova, ſunt capſulæ ſeu thecæ, omnium animalium & vegetabilium prima rudimenta includentes; in iis enim continetur Hominis, Brutorum, ut & Vegetabilium primum ſtigma, quodque magis & magis ſolideſceus ſuum producibile producit: vel in feminis ſunt ſphærulæ, quæ deprehenduntur in ſuperficie ovariorum ſub membrana cingente, inferne per calicem craſſiuſculum concretæ ipſi ſubſtantiæ ovarii, pellucidæ, humore lymphatico, ad ignem concreſcente, repletæ, binisque membranulis concentricis ſibique invicem arctiſſime nexis conſtantes; Chorio ſcilicet & Amnios: Bullulæ vero hæ, calice ſuo hærent finibus minutiſſimis vaſorum ad ovaria euntium, poſt uſum veneris fere tantum apparent, ſenſim tumeſcunt, pedetentim magis pellucent, craſſeſcunt in membranis ſuis, membranam ovarii elevant, extendunt, in formam papillæ ſic dilatant, ut emineant, a pedunculo ſuo pendeant, inde ſepa-

parentur, cicatricem cavam relinquant in ſubſtantia & membrana eſtracta ovarii, ſenſim iterum coaleſcentem; tandem & in his bullulis hic loci adhuc hærentibus ovario, fœtus inventi fuere, unde nullum eſt dubium, quin in his conceptus fiat, & ſint tantum animalculorum receptacula, ubi nutriuntur, augentur, &c. B. Een Ei. G. Ein Ey. Gall. *Un Oeuf.* A. Egges.

Ovarium, teſtis muliebris dictus, ſitum habet in intima cavitate abdominis: utero ad diſtantiam binorum circiter pollicum utrinque lateraliter annectuntur per ligamenta valida duo Ovaria, quæ & ope membranarum aliarum a peritonæo ortarum obvoluta firmantur; in non gravidis eandem occupant altitudinem cum fundo uteri, in gravidis paulo depreſſiora ſunt: hæc corpora ſunt ſcabra, fere ovata; in ſuperiori tamen parte magis plana quam gibboſa apparent, in horum ſuperficie, ſub membrana cingente reperiuntur ſphærulæ ſive Bullulæ ova dictæ; ovariorum varia magnitudo eſt pro ætatis & temperamenti ratione, etenim in libidinoſis, & ætatis flore conſtitutis læviora & molliora ſunt, & plerumque ſeſquidrachmam pendent, in vetulis vero exſucca, parva, quaſi corrugata, vix ad ſemidrachmam aſcendunt, nunquam tamen evaneſcunt, in infantibus adhuc minora quam in decrepitis. Subſtantia eorum membranoſa eſt, fibroſa, plurimisque intertexta vaſis, ſpermaticis ſcilicet & hypogaſtricis, aliisque ante ingreſſum ſuum hic loci ita unitis, & cum nervis commiſtis & intricatis, ut fabrica haud deſcribi queat, & hoc modo faciunt ovarii ſtructuram. vide *Orchis*. B. Eierſtok. G. Eyerſtock. Gall. *Ovaire*.

Oviductus, idem quod *Tuba Fallopiana*.

Oviparum, eſt epitheton animalis, quod ad propagandam ſuam ſpeciem ova excludit, diſtinguiturque a *viviparo*, quod fœtus vivos in lucem edit.

Ovum, eſt ſpecies doloris capitis, quæ ſentitur magnitudine ovi: & ſic à figura, quam ovum occupat, denominationem accepiſſe videtur. B. Hooft-pyn een Ei groote. G. Hauptweh ſo groß wie ein Ey.

Ovum Philosophicum ſeu Chymicum, eſt vitrum inferius rotundum, quodque in ſuperficie fiſtulam ex eadem materia oblongam habet: hiſceque utuntur ad circulandos & exaltandos liquores, dicitur & vas Hermeticum.

B. Een

B. Een Philosophisch Ei. G. Philosophisch Ey. Gall. *Oeuf Philosophique*. A. A Philosophical Egg.

Oxalis, eſt *Acetoſa*, ex ὀξὺ acidum.

Oxelæum, eſt mixtio aceti cum oleo, ab ὄξος acetum, & ἔλαιον oleum.

Oxyacantha, eſt Berberis; ſic dicitur ab acidis baccis, & ſpinis, ergo ab ὀξὺ acidum & ἄκανθα. Vide *Berberis*.

Oxyacantha, eſt *Spina Acuta*, ſive *Vallaris*, aut *Sepicularis*; ὀξὺ enim eſt acutum, & ἄκανθα ſpina. B. Haag-doorn. G. Hagen-dorn / Weiß-dorn. Gall. *Aubeſpine*. A. Haw-thorn, White-thorn.

Oxycedrus, ſive acuta Cedrus, quod cedri folia in acutam deſinant aciem, ex ὀξὺ acutum, & cedrus.

Oxycratum, eſt aceti cum aqua miſtio, Puſca vel Poſca dictum, ab ὄξος acetum. & κεράννυμι miſceo. B. Water en Eek / Azynwater. G. Tranck auß Waſſer und Eſſig. Gall. *Oxicrat*, *l'Eau melée avec du vinaigre*. A. Vinegar mixt with water.

Oxycroceum, eſt emplaſtri cujusdam nomen, quod ex croco & aceto mixtum, pice aliisque rebus componitur, ex ὄξος acetum & κρόκος crocus. B. Saffraan pleiſter. G. Saffran pflaſter. Gall. *Oxycroce*. A. Idem.

Oxydercica, ſunt Medicamenta viſum acuentia, ex ὀξὺ acutum & δέρκω video.

Oxygala, eſt lac acidum, ex ὀξὺ, & γάλα lac.

Oxylapathum, eſt Lapathum acutum, ex ὀξὺ acutum & Lapathum. B. Patich / Peerdig. G. Spitzige Saurampfer / Mengel-wurtz / Streyff wurtz / Grind-wurtz / Zitterwurtz. Gall. *Pareille*. A. Dock.

Oxymel, eſt compoſitio in formam ſyrupi, ex aceto & melle, ab ὄξος acetum, & μέλι mel. B. Honing Azyn. G. Eſſig-meth Gall. *Oxymel*. A. Idem. Vide *Apomeli*.

Oxynosema, idem quod *Morbus Acutus*.

Oxyregmia, eſt acidus è ventriculo ructus, ab ὀξὺ acidum, & ἐρεύγω ructo.

Oxyrhodinum, eſt acetum roſaceum, ab ὄξος acetum, & ῥόδον roſa. B. Rozen-azyn of eek G. Roſeneſſig. Gall. *Vinaigre roſat*, *Oxyrhodine*. A. Idem.

Oxys, Eſt planta, quæ habet caules longos, flexiles, teneros, rotundos. purpureos aut rubicundos: folia ſunt terna, cordiformia, eidem pedunculo adnaſcentia, mollia,

lia, ſucculenta, ſaporis acidiuſculi & grati: flores ſunt campaniformes, monopetali: poſt florem ſequitur fructus membranaceus, quinquelocularis, oblongus, fœtus ſeminibus rubicundis, calyptra elaſtica involutis, ejusque vi cum impetu diſſilientibus; radix craſſa, ſquammoſa, fibroſa, alba, aut rubicunda, fibras longas & albas habens: hæc planta habet odorem gratum, ſed non penetrantem. *Trifolium Acetoſum*, *Alleluya*, & *Panis Cuculi*, vel quod Cuculus avis eo veſcatur, vel quia, hoc erumpente, cuculus vocem ſuam edere incipiat. B. **Koekkoeks-brood / Zuure klaver.** G. Haſenampfer / Haſen-klee.. *Oxys* vero vocatur ab acido ſapore. Vide *Oxytriphyllum*.

OXYSACCHARUM, eſt compoſitio ex aceto & ſaccharo. Nonnunquam in aceto prius infunditur vitrum Antimonii: & tunc dicitur *Vomitivum*; aliquando Scilla, & appellatur *Scilliticum*, ex ὄξος acetum, & σάκχαρον Saccharum. B. **Azynige Suyker.** G. Eſſig Zucker. Gall. *Oxyſaccharon*, *Vinaigre ſucré*. A. Oxy ſacchara.

OXYTRIPHYLLUM, eſt Trifolium acetoſum, ex ὀξὺ acidum, & τρίφυλλον Trifolium. B. **Klaver-zuring / Koekkoeks-brood / Koekkoeks-look.** G. Saur klee / Guckklee / Guck-ampffer / Guck brot / Guckgucks-klee / Gauch-klee / Haſen-klee / Gauch-brot / Haſen ampffer. Gall. *Alleluia*, *Pain à Coucou*. A. Wood-ſour, Wood-ſorrel.

OZÆNA, eſt ulceratio interioris naris, tetrum odorem ſpirans, oſſicula naſi, & tunicam palati ſerpendo erodens, oriunda ex lue venerea, polypo exulcerato vel catharris acribus; ab ὄζω olfacio. B. **Een ſtinkende Neus-zweer.** G. Ein ſtinckend Naſen Geſchwär. Gall. *Ozene*, *Punais*, *Poupe*. A. Stinking of the Noſe.

P.

P. Simplex Medicis *Pugillum* ſignificat, imo & aliquando *pondo* vel πι aut Πι, vel π ſimplex.

P. Æ. vel Part. ÆQ. denotat partes æquales.

P. N. idem eſt quod præter Naturam.

PAR. ſignificat *Paria*, Ex. g. Rec. No. par.

PART. ÆQ. vide Supra.

PABULUM, proprie pecoris nutrimentum, latiori ſenſu ſæpe idem denotat quam *alimentum*.

PACHUNTICA, ſunt Medicamenta incraſſantia, craſſis ra-

ramosisque partibus prædita, quæ dum succis tenuioribus permiscentur, partes eorum conjungendo, & inter sese connectendo, crassiorem & stabiliorem consistentiam ipsis tribuunt, ut Bolus Armena, Amylum, Nymphæa, Amygdala, Papaver. à παχύνω incrasso. B. Verdikkende middelen. G. Dickmachende Artzneyen Gall. *Remedes incrassans.*

Pædarthrocace, cariem ossis significat; est Scorbuti Symptoma, ex παῖς puer, ἄρθρον membrum & κακὸν malum. nam pueri hoc malo plerumque afficiuntur, verum & adultis quoque accidit, confunditur cum *Spina Ventosa.* Nihil aliud ergo est quam caries ossium, maxime circa puerorum articulos, cum dolore obscuro & apparente tandem articuli tumore conjuncta, orta à materia acri, dissolvente & corrodente, ab ossium medulla incipiens, ulterius serpendo ulcera sinuosa & maligni moris, fistulasque in vicinia producit. B. Been-vreeter. G. Bein Fresser. Gall. *Gangrene de l'Os.* Vide *Caries* & *Teredo.*

Pædotropica, est pars Hygieinæ, spectans ad puerorum regimen, ex παῖς puer, & τρόπος ratio, modus, vel à τρέφω nutrio. B. Opvoedinge der Kinderen. G. Erziehung der Kinder.

Pæonia, vide *Pœonia.*

Palætyrus, est caseus vetus, ex παλαιὸς vetus, & τυρὸς caseus, à τείρω sicco, caseus enim est lac siccatum.

Palatum, est superior oris pars, instar tholi leviter concavum, unde & oris cœlum appellatur, constans maxima parte osse quarto maxillæ superioris, & dein duobus ossiculis proprie palati dictis, quæ omnia obvolvuntur membrana crassa, glandulosa, rugas versus posteriora determinatas habente, & ad finem ante aperturam Pharyngis instar veli deorsum pendente. Item vocatur Υπερῷον, Οὐρανὸς, Οὐρανίσκος *Galeno.* B. Het Verhemelte des Monds. G. Der Rachen/ Gaume Gall. *Le Palais.* A. The Palate.

Palimpissa, vide *Pix.*

Palindrome, est morbus recidivus, ex πάλιν iterum & δρόμος cursus. B. Een wederkomende Ziekte.

Paliurus, Est arbuscula ad altitudinem arboris quandoque crescens; rami sunt longi & spinosi, sed spinæ foliis proximæ sunt minores, & minus noxiæ quam aliæ: folia sunt parva, obrotunda, acuta, coloris viridis, obscuri, quasi rubicundi; calix est monophyllus, pentaphylloides; flos rosaceus, flavus, pentapetalus, staminibus quin-

quinque prædictus: ovarium in fundo calicis fit fructus Cyperiformis, officulo fætus fere globoso, in tria loculamenta diviso, in quibus adsunt nuclei ejusdem formæ. dicitur quasi πάλλω οὖρον, urinam moveo, à πάλλω πάλος, vel dicitur quasi πάλιν οὖρος iterum urina, id est, bis mingens: Paliurus enim inter diuretica à quibusdam habetur. G. Eine dornechtige staud / Mehlbeer staud. A. Prickly bramble, White-thorn.

Palliatio, sive Cura Palliativa, est Therapeia, qua morbi incurabiles, quantum fieri potest, Medicamentis localibus mitigantur. B. Plaats-middelen / Streel-middelen. G. Platz Artzneyen / Lindernde Artzneyen.

Palma, est interior manus pars, *Vola* dicta. B. De Hand-palm. G. Die Flache Hand. Gall. *La Paume de la main.* A. The Palme.

Palma, in vegetabilibus dicitur majus vitis flagellum, unde nascuntur uvæ.

Palma, Gr Φοῖνιξ, arbor Asiatica, dicitur quod comam in cacumine habeat circumtensam, & ramos in digitorum modum protensos. B. Dadel-boom. G. Dattel-Palmen Baum. Gall. *Palmier.* A. Date-Tree.

Palma Christi, est *Ricinus*, sic appellatur, quod scilicet ejus folia in humanæ manus effigiem articulentur: ideoque etiam *Pentadactylum* vocatur. Vide *Ricinus.*

Palma Christi, est Satyrion Basilicum seu Regium, Arabibus *Bucheiden*, Avicennæ *Digiti citrini*, nomen invenit à similitudine, quam ejus radix cum humana habet manu.

Palmaria, est Planta, cujus folia palmam manus, & ob quinque divisiones, digitos referant. B. Handekeus-kruid. G. Kreutz-blum.

Palmaris Musculus, longus est & brevis; prior oritur a posteriori condylo ossis humeri, format ventrem gracilem, qui ilico abit in tendinem longum, planum, tenuem, oblique in priora descendentem ad ligamentum carpi internum, cui & interdum accrescit, latescens expandit se per volam manus, abitque in 4 portiones, ad singulos digitos procedentes, tandemque in pinguedine evanescit. Musculus hic dum agit, cutem volæ leviter contrahit & carpum in interiora flectit. B. De groote Palm-spier. G. Der Flache-hand mauss. G. *Le Cubital gresle ou le long Palmaire.* Posterior sive brevis est expansio carnea mox sub integumentis, exorta à ligamento carpi interno juxta pollicem, & principio Aponeurosis Palmaris longi, inde

4, 5, vel & pluribus fasciculis carneis ex transverso procedit versus digitum minimum, ibique iterum dictæ Aponeurosi innectitur. Quum agit, principium volæ contrahit, & cutim corrugat. B. **De kleine Palm-spier.** G. **Der kleine Flache-hand mauß.** Gall. *Le Palmaire Cutané.* A. The brauwne of the palme.

Palmites, dicuntur quæ è stirpibus ac surculis quotannis prodeunt, sic nominatæ quod in modum humanarum palmarum virgulas quasi digitos edunt. B. **Lage Dadel-boom.** G. **Nidrige Dattel-Palmen baum.**

Palmula, vide *Costæ*, & *Palma*.

Palmus, est tremor & palpitatio cordis, à convulsione aut irritatione nervorum, cujus causa in sanguine vel succo nervoso consistit, vel in aquâ pericardii, à πάλλω vibro, quatio. B. **Hert-beving of klopping.** G. **Hertzbebung/Hertzklopfung.** Gall. *Tremblement de cœur.* A. Shivering, or palpitation of the heart.

Palpebræ, Gr. βλέφαρα, sunt integumenta bina, oculos claudentia & tegentia: constant ex cute, membrana cellulosa, pinguedine tamen destituta, ne nimis crassæ, hincque ad motum minus aptæ forent, sub qua carnosa; musculis, tunica, tarsis & ciliis, suntque vel superiores vel inferiores. B. **De Oog-leeden.** G. **Die Augen-lieder.** Gall. *Les Paupieres.* A. Eyelids.

Palpitatio, seu Pulsatio Cordis, est motus convulsivus, non arteriarum, sed cordis, nam licet violenter & perturbato motu contrahatur, extendaturque, in carpo minus manifeste sentitur, sed ægri ipsi id percipiunt, non sine molestiâ aliquando maximâ; sæpe manu pectori applicatâ, palpitatio dignoscitur, & cum maxima est, sonitum edit, quem è longinquo audimus, aut costæ diffringuntur, vel si ossa mollia sint, extrorsum cedunt, & in ipso verò corde & auriculis, aut altera tantum, vel principio arteriæ sæpe maxima extensio, & Aneurisma inducitur. Adhæc Palpitatio Gradus habet, neque semper adeo ferax est, unde per Periodos incidit: at motu corporis vel animi perturbatione, æstu, vino, &c. intensior fit, quiete vero & somno lenior; cum Dyspnæa, Scorbuto, Cachexia, Chlorosi, &c. plerumque jungitur, aut hi cum ista. Causæ sæpe sunt cordis debilitates, unde repetitis contractionibus defectum virium supplere annititur, aut ejus obstructiones à sanguine coagulato, ossiculis, poly-

po,

po, arteriæ initio anguſtato; vermes in ipſo corde aut pericardio, abſceſſus in corde, excreſcentiæ cordi adnatæ, &c. B. Hert-klopping. G. Das Hertz-kloppfen. Gall. *Palpitation de Cœur*, *Treſſailement* & *Tremblement de Cœur*. A. Panting of the Heart.

Palpitatio, ſignificat etiam motum arteriarum in locis, in quibus naturaliter non ſentitur; & talis inter ſigna inflammationis, quæ in ſuppurationem tranſit, recenſetur.

Pampini, ſunt frondentium ramuſculorum comæ colliculique fructum foventes & ab impendente vindicantes injuria. Hinc pampinare, eſt pampinos ſuperfluos ex vinea detrahere, poſteaquam fronduit.

Pampiniforme Corpus, ſive Varicosum, aut Pyramidale, ſunt arteriæ & venæ, ad teſticulos euntes, quæ communi tunica includuntur, & corpus referunt pampinis criſpatis ſimile. Vide *Varicoſum Corpus*. B. Wyngaardsrank gelyke lighaam. G. Der Reb-blat oder Reb-laub gleiche Theil. Gall. *Corps ou vaiſſeaux Pampiniformes*. A. Vinebranchelike body.

Panacea, eſt Medicamentum univerſale, omnes morbos indifferenter curans; ſed an detur nemo facile affirmat: de tabaco, tinctura ſolis, tartaro vitriolato, lapide Philoſophico, plurimi jactant, ex πᾶν omne, & ἀκέομαι ſano, medeor. B. Een al-genees-middel. G. Ein algemeine artzney / die alles heilet Gall. *Panacée*. A. Idem.

Panaritium, idem quod *Paronychia*.

Panata, idem quod *Panatella*.

Panatella & Panata, eſt pultis genus, ægrotis utile, ex medulla panis triticei vel ſecalicei cum aqua in pultis formam coctum. Melioris nutritionis gratia ova interdum admiſcent. Sæpe ſemina Melonum adduntur, ut magis eſſet refrigerans: à pane nomen ſumpſiſſe videtur, licet Italica ſit vox. B. Brood-pap / Water-pap. G. Brodt-brühe. Gall. *Panatelle*, *Panade*. A. Idem.

Panax, & Panaces, eſt planta Paſtinacæ latifoliæ ſpecies, cujus radix benignum præbet nutrimentum: dicitur ἀπὸ τῦ πάντα ἀκεῖν, hoc eſt, à ſanandis omnibus morbis.

Panchymagoga, ſunt Medicamenta purgantia, quæ dicuntur vim habere, omnes humores vitiatos è corpore educendi; ſed an tale detur, merito dubitatur, ex πᾶν omne, χυμὸς ſuccus, humor, & ἄγω duco. B. Een algemein buikzuiverent middel. G. Die allgemein purgier artzneyen.

Pancoenus, idem quod *Pandemius*.

Pancratium, dictum videtur, à profligandis & vincendis morbis omnibus, ex πᾶν omne, & κρατέω vincio, fortiter teneo.

Pancreas, *Pancration*, *Pancreon*, *Callicreas*, *Callicreon* & *Lactes*, Synonima sunt. Gr. πάγκρεας. Est glandula conglomerata in abdomine, sub posteriori ventriculi parte sita & Duodeno intestino alligata, usque ad hepatis & lienis regiones extensa, cujus munus est succum lymphaticum volatilem & insipidum, leniter salsum in esurientibus animalibus, per proprium ductum ad duodenum, ulterioris chyli solutionis, subactionis, nec non bilis subjugationis & attemperationis gratia, ablegare. Glandula hæc maxima est in toto corpore, in hominibus mediocris, simplex, octo vel novem pollices longa, duos digitos lata, unum crassa; in canibus ulnæ magnitudinem non raro excedit, ex πᾶν omne, totum, & κρέας caro, quasi diceres totum carnosum. Vide *Callicreas*. B. Alvleis / buikhlier-bedde / schoon vleis / de groote klier. G. Das Gekrösgedruse / die Grosse druse. Gall. *Le Pancreas*. A. The Pancreas, allflesh, vel sweet-bread.

Pandalea, Neoterici ferè vocant idem quod Electuarium solidum, nisi quod *Pandaleon* integrum remanet. Etenim saccharum ritè coctum pixidi infunditur, ac solidescere finitur: æger fractam partem accipit instar eclegmatis: Pandaleon a Rotulis, Morsulisve non nisi forma differt.

Pandalitium, idem quod *Panaritium*.

Pandemius, sive morbus communis, est morbus ejusdem speciei, qui in una regione plures simul invadit, ex πᾶν omnis, totus, & δῆμος populus B. Een Algemeene Siekte G. Eine Allgemeine Kranckheit / eine Seuche. Gall. *Maladie Commune*, vel *Pandemique*. A. A Common disease.

Pandiculatio, Gr. Σκορδινιασμὸς, Σκορδίνημα, est convulsio brachiorum in altum sublatorum sub certâ figurâ, ac nonnihil versus lumbos contractorum, unde etiam ipsi lumbi nonnihil convelluntur, inflexo, & ad latus alterutrum commoto corpore, imo etiam collo, ut facies quoque ad latus spectet, caputque versus dorsum inclinetur; verum in Pandiculatione convulsio non est convulsio diuturna, sed cum lenta, tum brevis: atqui plus, quam rigor solitam corporis figuram efficit, qua de causa magis spectat ad Opisthotonon. Imo Pandicu-

latio sæpe cum Oscitatione una incidit; aut Oscitationem excipit Pandiculatio, vel hæc istam, & plerumque mutuæ vicissitudines fiunt inter Oscitationem, Pandiculationem & Horrorem, Rigoremque sese mutuo excipientes, aut alteram cum altera complicantes: nam Pandiculatio est tantum oscitationis maximus gradus. B. Uitrekking. G. Das rencken und strecken des leibes. Gall. *Extension*, *Pandiculation*. A. Stretching.

Panicula, dici potest quidquid sublonga vel subrotunda effigie tumet, ut quæ pendet à picearum ramis. Lanoam quoque comam in milio, panico, arundine, & qualem in arvis complures herbæ & in palustribus junci gerunt, Latini Paniculam dixere. B. Rietpluime. G. Kolblein am Rhor.

Panicum, est Milii species, cujus spica ex innumeris crassis, rotundis, albis aut flavescentibus seminibus in spicas minores digestis conflatur: à paniculis dici perhibent, Gr. Ἔλυμος ab ἰλὸς palus, quia locis paludosis gaudet, vel ab ἐιλύω involvo, quia multum seminis involvit. B. Panik-koorn G. Heydelpfenich / pfenich / fuchs schwantz / pfench / Welscher hirß. Gall. *Panis*. A. Panick.

Panicus, est repentinus terror & consternatio, dicitur à *Deo Pan*, qui minatus terrorem immittit: *Pan* Pastorum nomen olim fuit.

Panis Cuculi, vide *Oxys*.

Panis Porcinus, vide *Cyclamen*.

Panniculus Adiposus, est congeries multarum cellularum sub cute immediate positarum, membranis tenuissimis constantium, totum corpus ambientium ubi cutis est, in quibus ex vasis sanguiferis huc decurrentibus deponitur oleum sanguinis, quod ibi per tempus stagnare potest, verum a majori sanguinis motu per ductus suos in venas sanguineas iterum impellitur & circulationem obit: potest hæc congeries cellularum in obesis continere quamplurimum pinguedinis, in macilentis parum. B. Het Vlies / daar 't vet in bewaart word onder de huid en tusschen de spieren. G. Das Häutlein woin unter der Haut das feiste bewaret wird. Gall. *Pannicule adipeux*.

Panniculus Carnosus, Gr. Ὑμὴν Σαρκώδης, est panniculi adiposi membrana inferior, cellulas ejus determinans, & sustinens, & proprie ad eas pertinens, quæ in plurimis locis satis crassa & musculosa, in aliis iterum

membranosa, velamentum toti corpori præbet. Sed in brutis tantum reperitur, ejusque beneficio cutem movent, & muscas abigunt: in hominibus rarissime, & ad certa tantum quædam loca, inprimis in facie, fortasse, ut Heistero videtur, quia homo, ut pote vestibus instructus, eo aliis in corporis locis non ita indigebat. B. **Het Vleeschig vlies.** G. **Das fleischechte häutlein.** Gall. *Pannicule charneux.* A. The Fleshy Membrane.

Panniculus Nervosus, idem quod *Panniculus Carnosus.*

Pannus, oculi morbus est, quando vasa sanguinea ad angulos oculorum in tunica tendinosa excurrentia, propter obstructionem, sive inflammationem sanguine turgent. Postea crescente hoc malo, tela quasi carnosa oculum vel ex parte vel in totum in superficie, obducunt, adeo ut oculi à lumine maximè offendantur, & planè rubeant. B. **Een oog-lap** G. **Augen läpplein.** Gall. *le Panniculus, ou espece d'Ongle.*

Pannus, notat *Maculam* vel *Nævum* in cute sive ex lue gallicâ, sive ex alio morbo maligno dependentem: est macula grandior palmæ interdum magnitudinis, coloris subflavi, vel rubicundi, fusci vel subnigri, in facie sæpius proveniens, & sexum sequiorem deformans. B. **Honig-vlekken / Sonnebrand.** G. **Die Honig flecken / Sonnenbrand.**

Panochiæ, sunt Bubones, vel tumores in Inguinibus, orti ab inflammatione, vel mala Venere &c. glandulas inguinales occupantibus. B. **Klap-ooren.** G. **Beulen.** Vide *Bubo.*

Panus, est species bubonis sub axillis, faucibus, auribus & inguinibus, in partibus sc: glandulosis. Sumitur etiam pro *Phygetlo.* B. **Kliergezwel onder de oxelen.** G. **Schliergeschwulst / drusen geschwulst.**

Papaver, Est planta, quæ habet caulem ramosum: folia sunt oblonga, ampla, dentata, crispata, albescentia; vel ex atro viridia: calix bifolius, valde caducus: flos est rosaceus, quatuor plerumque petalis in orbem positis constans; ex cujus calice bifolio surgit pistillum, quod deindè abit in fructum, seu testam ovatam vel oblongam, capitello ornatam, sub quo in quibusdam speciebus series spiraculorum in circuitu aperitur in fructus cavitatem, variis per longitudinem foliis munitam seu lamellis, quibus tanquam placentis adhærent semina rotunda ut plurimum & mi-

minutiſſima, alba vel nigra, & valde oleoſa. Gr. Μήκων dicitur à μὴ κονεῖν non miniſtrando, quod ſuis fungi muniis veſcentes non patiatur. *Papaver* dicitur nomen habere à formoſo puero Papavere, in florem ſui nominis verſo, alii derivant à papo lacteo infantum, vel quod ejus ſemen infantum lacti admiſcetur, vel quia ejus folia lac fundant. B. **Heul / maankop.** G. **Magſamen / mohn.** Gall. *Pavot.* A. Poppy.

PAPILLA, eſt parva eminentia, in quam nervulus quidam, ſenſui inſerviens, deſinit. Tales inprimis in lingua conſpicere licet. B. **Tennw-tepeltje.**

PAPILLA, eſt prominentia rubra, teres, oblonga, fungoſa, valde ſenſilis, in medio mammarum conſita, cujus pori recipiunt omnes tubulos lactiferos, hic anguſtatos, à glandulis mammariis prodeuntes. G. Θηλή. B. **De Tepel / ſpeen.** G. **Bruſt wärtzlein / dutten / Wärtzlein.** Gall. *Le Mammelon, le bout de la mammelle.* A. The Nipple of a breaſt.

PAPILLÆ INTESTINORUM, ſunt protuberantiæ exiguæ, quibus intima inteſtinorum tunica referta eſt, ex ductibus glandularum, finibus nervorum, emiſſariis lymphaticorum & lacteorum contexta. Vide Anat. noſt.

PAPILLARE OS, idem quod *Sphenoides*,

PAPILLARUM proceſſus, ſunt extremitates nervorum olfactoriorum, membranæ mucoſæ viridi Schneiderianæ numeroſiſſime inſertorum, ſenſationi olfactus inſervientes, & hinc cum extremitatibus ſuis inſtar minimorum villorum eminentes. B. **De Tepelwyze uitſteekſels der reuk-zenuwen.** G. **Die Bruſt wärtzlein gleiche äuſſerſte der Geruch ſpannadern.** Gall. *les Mammelons des Nerfs de l'Odorat.*

PAPPUS, tam Græcis quam Latinis lanugo ex floribus & fructibus decidua eſt. Sic etiam lanoſi quidam villi, qui deflorescentibus aliquot herbis circum ſemen remanent, & poſtmodum in auras evaneſcunt, pappi ſunt, ut in Senecione, Soncho, & pleriſque aliis fit.

PAPULÆ, idem quod *Puſtulæ*, vide *Exanthemata.* Item ſpecies morbillorum, quæ etiam *Boa Sudamina*, *Fervidæ Eruptiones* & *Rubicundæ Cutis Aſpredines* dicuntur. B. **Rood-jong / Rood-hond / rood-jonk / rood-vonk.** G. **Zittermaahl / Hitzblätterlein.** Gall. *Puſtules*, *Bourgeons.* A. pimples, whelkes, bliſters.

PAPYRUS, eſt Arundinis ſpecies Niloticæ: à Papyro, Cognomen Papyrii πάπυρος deductum eſt, à quo Papyri-

riana tribus, estque res & vox Ægyptiaca, quia radice utebantur pro ligno ad ignem struendum: dici itaque posset à πάω & πῦρ, quod ignis pabulum esset. B. Papier Riet. G. Egyptisch Rohr. Gall. *Papier*. A. The Paper-Reed.

Par, dicitur de duobus nervis, in utroque latere, sibi invicem correspondentibus. Talia numerantur decem, quæ ex cranio; triginta vero, quæ ex medulla spinali exeunt.

Paracelsistica Medicina, idem quod *Hermetica*.

Paracentesis, sive punctio, est perforatio Thoracis, vel Abdominis, per cannulam cavam, quæ circa extremitatem cuspidem acuminatam habet. In thorace fit, quando repletus sit pure vel aqua, & punctio instituitur in latere, ad latitudinem sex digitorum transversorum a processu spinæ posteriori, intra quintam & sextam vertebram; in Abdomine vero cum illud Hydrope Ascite intumet, ad latus lineæ albæ abdominis, in musculis rectis & oblique ascendentibus: adsint vires robustæ, quia aliter eductis aquis novæ iterum accrescunt, vel æger ob spirituum dissipationem citius perit; & purgatio præcedat, etiam sint pulmones, intestina, reliquaque viscera incorrupta; quum umbilicus protuberet, aliam viam ne investigato, ibi vero apertionem moliri necesse erit. Pus aquamve ne simul educito, sic enim ægrum jugulares, sed per partes, ut septenis diebus libram, aut libram unam & semissem secundum ægri vires. Aqua effluente, abdomen fasciæ latæ ope sensim constringatur, ne visceribus uno momento laxatis & collabentibus, sanguis nimia copia in horum vasa non resistentia ruat, & partes superiores ejus affluxu orbentur. Operatione peractâ emplastro astringente & conglutinante vulnus obturandum. Si meatus & vasa intus sint rupta, ex Paracentesi auxilium quærere, esset oleum & operam perdere, unde sibimet hæc committenda, à παρακεντέω compungo. B. Buik-opening/ buik-steking. G. Eröffnung de Bauchs mit einen eisen. Gall. *Paracenthese*, *Ouverture du Ventre*. A. Perforation, of the Belly.

Paracheteusis, idem quod *Derivatio*.

Paracmastica, est febris continua decrescens: item ætas declinans, a παρακμάζω decresco. B. Een afgaande Koorts/ of afgaande Ouderdom. G. Ein abnemen des Fieber/ oder das abnemende Alter.

Paracme, vide in *Acme*.

Paracunanche, est inflammatio cum febre continua &

& respiratione difficili, in musculis laryngis exterioribus, excitata, ex παρὰ de, κύων canis, & ἄγχω ango. Vide *Angina*.

Paradysi Grana, vide *Cardamomum*.

Paralysis sive Resolutio, est movendi impotentia in his aut illis musculis, qui dicuntur arbitrio nostro subjecti, quod tamen non admodum strictè intelligendum: nullus adest dolor, vel sensus in parte, aliquando hic tamen est levis cum stupore, vel specie punctionis; semper sunt membra flaccida, in quo differt a Catalepsi, in qua ægri se etiam non movent, sed cum rigiditate partium superabili; sæpe etiam macilenta, & ad tactum frigidiora; subinde etiam sanguis quoque ablatus est, aut vermes quasi repentes in partibus percipiuntur; oriunda ab omni causa, quæ impedit influxum spirituum animalium in nervos partibus affectis dicatos, sive nervos abscindat vel comprimat, aut nimis humectet; vel quæ prohibet introitum sanguinis arteriosi in musculos partes eas moventes. Aliis morbis nonnunquam succedit, inprimis Apoplexiæ & dolori colico. Si in utroque latere fit in omnibus partibus infra caput, visceribus vitalibus exceptis, *Paraplegia* dicitur, si in uno *Hemiplegia:* si in hoc aut illo membro particularis appellari solet, a παραλύω resolvo. B. Lammigheid. G. Der schlag/ Lähmung der Glieder/ das Gut/ Troff. Gall. *Paralysie*, *Affolure*. A. The Palsy, Lameness.

Paralysis Herba, seu Paralytica, dicitur vulgo *Primula Veris*, & *Betonica Alba:* vocatur, quod paralyticis morbis medeatur.

Paramesus, est digitus medio proximus, minimoque vicinus, qui *Medicus* & *Annularis* dicitur, ex παρὰ, & μέσον medium. Vide *Digiti*.

Paraphimosis & Periphimosis, est penis vitium, cum cutis ita curta est, ut supra glandem adducta, contegere nequeat. Contingit hoc malum illis, qui nimis angustum a natura præputium habent, quod si retractum fuerit, & penis dein rigescat, ejusque glans intumescat, iterum reduci nequit. Est etiam inter symptomata Luis Venereæ, in qua præputium a materia virulenta penem inficiente & rodente inflammatione affligitur. Item, cum ea, quæ meatus præter sanitatem claudebant, remota fuerint. Item uteri angustia & contractio, ex παρὰ de, & φιμόω camo obligo.

Paraphrenitis, est delirium cum febre continua ex inflam-

inflammatione diaphragmatis, vel membranarum illud cingentium tum in Thorace, tum in abdomine oriunda, cum dolore intolerabili punctorio ob membranas nervosas, qui immaniter increscit in respiratione, tussi, sternutatione, unde ægri incidunt in spasmum cynicum, quo genarum musculi correpti efficiunt risum sardonium, & brevi convulsionibus & furore pereunt; unde est morbus Pleuritidi affinis, illa tamen major, ex παρὰ ex, & φρενῖτις phrenitis. B. **Bastaard razende Koorts.** G. **Ein rasend ffets Fieber.**

PARAPHROSYNE, sive DELIRIUM, est levis quædam imaginationis & judicii alienatio, orta ab inflammatione aliquam partem corporis occupante cum febre continua, a quibus in consensum trahitur cerebrum, ex παραφρονέω mente sum alienus. Vide *Delirium*.

PARAPLEGIA, est Paralysis, quæ omnes corporis partes capiti subjectas occupat, ab utriusque trunci medullæ spinalis obstructione, ex παρὰ de, juxta, & πλήττω percutio. B. **Lamheid des ganschen Lichaams.** G. **Algemeine Schlag des gantzen Leibes.** Gall. *Paralisie de tout le Corps*. A. Universal Palsy.

PARAPLEXIA, idem quod *Paraplegia*.

PARARHYTMUS, est pulsus alterius indolis quam ætas fert, ex παρὰ præter, & ῥυθμὸς modulus. B. **Een Pols/ die tegen de gemeene regel staat.** G. **Das Pulsschlagen wider der Art.**

PARASTATÆ, idem quod *Epididymis*, è παρίημι juxta sto.

PARASYNANCHE, est inflammatio musculorum ipsius pharyngis, seu faucium cum febre sæpe continua, exiguoque respirationis, sed majori deglutitionis impedimento, ex παρὰ præter, σὺν cum, & ἄγχω strangulo, Gr. Ἄγχω seu *Angina Porcina Aureliano*, quod suibus familiare sit malum. B. **Keelontsteking.** G. **Des Hals Entzundung.**

PAREGORICA, sunt Medicamenta mitigantia dolorem, tollendo asperitatem ejus, ut & acrimoniæ lædentis, quæ desumuntur ex emollientibus, obtundentibus, levemque somnum producentibus, a παρηγορέω lenio, mitigo. B. **Verzagtende of ppnstillende dingen.** G. **Schmertzen lindernde artzney.** Gall. *Paregoriques*, *Remedes qui calment les douleurs*.

PAREIRA BRAVA, est radix plantæ Brasiliensis, pollicem crassa, multis nodulis ornata, extrinsecus nigrescens, inte-

interius magis cinericea, saporis ad Liquiritiam accedentis. Recensetur hæc inter blanda diuretica, & virtutem specificam ad comminuendum calculum habere dicitur. Lusitanis vocatur Vitis sylvestris. Historiam hujus plantæ descriptam videre licet a M. F. Lochnero, in Centuria I. Ephemeridum Naturæ Curiosorum, quæ etiam Historiæ simplicium reformatæ, a M. B. Valentino in lucem editæ, est adjecta.

PAREMPTOSIS, est casus, vel coincidentia: exempli gratia: quando è corde constricto, in arteriam magnam delabitur cruor, à παρεμπίπτω incido. Vide *Coincidentia.*

PARENCEPHALOS, idem quod *Cerebellum*, ex παρὰ juxta, post, & ἐγκέφαλος cerebrum. Gr. Παρεγκεφαλὶς *Herophilo*, Ἔγκρανον *Galeno*, Ἐπικρανίς. *Poll.* Ὀπίσθιος Ἐγκέφαλος. Vide *Cerebellum.*

PARENCHYMATA, sunt viscera, quæ elaborant aliquid, quod usui communi totius corporis inservit: sic pulmo & cor conficiunt ex alimentis in primis visceribus contritis sanguinem per suam actionem & fabricam, & iterum ex sanguine conficiunt reliquos humores minores; Hepar elaborat bilem, quæ est Ciborum intimum resolvens & miscens: Pro omnibus visceribus aliquando paulo latius sumitur, à παρεγχύω transfundo. B. **Ingewanden / daar het bloed door vliet.** G. **Eingeweid / wodurch das Blut fleusst.** Gall *Parenchime.* A. Idem.

PARDALIANCHES ACONITUM, sic vocatur quod pantheras necet & pardos; πάρδος est pardus, & ἄγχω strangulo.

PARESIS, est laxa & inperfecta, sensim invadens inpotentia movendi musculos, motui animali inservientes, vel Paralyseos species, quæ post dolorem colicum inducitur, à παρίημι laxo, solvo. Vide *Paralysis.*

PARIETALE OS, idem quod *Bregma* vel *Sinciput.*

PARIETARIA, MURALIUM, Est planta, quæ habet caules rotundos, rubicundos, fragiles: folia oblonga, acuta, villosa, aspera, vestibus facillime adhærentia: flos est apetalus, quatuor plerumqne staminibus constans, ex calice quadripartito surgentibus, nunc campaniformi, nunc infundibuliformi, modo rotato: pistillum autem abit in semen, ut plurimum oblongum, in capsula, quæ floris calix fuit, reconditum. Ex hac herba in usum præprimis veni-

veniunt folia, quæ propter vim emollientem & leviter diureticam ad expurgandos renes a ſabulo valde laudantur. G. Ἑλξίνη & Περδίκιον, ſic vocatur à parietibus, & muris, quibus accreſcat, vel juxta proveniat. B. Glas-kruid. G. Tag und nacht / S. Peters-kraut / Glaß-kraut / Maur-kraut. Gall. *Parietaire*. A. Pellitory of the wall.

Paris Herba, ſeu Uva Lupina, & Uva Versa, eſt Aconiti ſpecies; quæ habet caulem mediocriter craſſum, rotundum, ſolidum, in parte ſuperiori viridem, in inferiori rubicundum: folia ſunt in crucem diſpoſita, oblonga, ampla, venoſa, rugoſa, aliquantulum acuta, nigricantia; calix quadrifolius, radiatim expanſus: flores ſunt tetrapetali, cruciformes, quatuor ſtaminibus donati; flori ſuccedit bacca mollis, globoſa, quatuor tubis inſtructa, in quatuor loculamenta diviſa, coloris obſcuri, odoris ingrati, continens ſemina oblonga, exigua, alba: radix longa, parva, nodoſa, repens: hæc planta creſcit in ſylvis. B. Wolfs-bezie / Dolwortel / Wolfs-wortel / Spinne-kop. G. Wolfsbeer / ein beer / Doll-wurtz. Gall. *Raiſin de Renard*. A. One Berrie & Herbe true love.

Paristhmia, ſive Amygdalæ, ita dicta, quia a lateribus faucium Amygdalarum ſpecie nonnihil protuberant, ſunt glandulæ duæ, in ore ad faucium initia poſitæ, ex convolutionibus in ſeſe conſtantes, quæ tenui, lataque productione inter ſeſe connectuntur; ſinum habent utrinque unum communem, amplum & ovalem in os apertum; uſus præcipuus eſt, materiam quandam mucoſam, ſive pituitoſam in fauces & os effundere. Vocantur etiam *Tonſillæ*, Ἀντιάδες, Μῆλα & Σπόγγος *Hippocrati*, *Antias*, ex παρὰ juxta, & ἰσθμὸς iſthmus. B. Amandelen. G. Mandel im Hals. Gall. *Amygdales*. A. Almonds.

Paronychia, Eſt planta, quæ habet caules nodoſos, ſe extendentes, & repentes; folia Polygoni, ſed minora & breviora: calix eſt pelviformis, ſectus in quinque partes cucullatas: flos quinque ſtaminibus conſtat: ovarium in calicis centro poſitum emittit tubam unam, erectam, fitque cum calice fructus pentagonus uno ſemine fætus: radix perennis, longa, ſatis craſſa, in multos ramos lignoſos diviſa, alba: hæc planta eſt alba, aut coloris argentei; & creſcit in regionibus calidis circa montes; herbula hæc ſic fortè dicta, quod malis circa ungues medeatur, ex παρὰ ad, vel juxta, & ὄνυξ unguis, quaſi ad unguem. G. Fin-

Fingernägel-kraut. A. Felon, Whitlow, Whit-low graſſ.

PARONYCHIA, PANARIUM, PANARITIUM, ſive REDUVIA, eſt inflammatio ſubcutanea in apice digiti manus, in perioſteo vel unguis radice hærens, quæ primo vix exterius conſpicitur, cum dolore nihilominus acerrimo, qui vigilias moleſtas facit, & cum ardore & pulſatione, ſed tumore penè nullo in principio, aut rubore manifeſto; tertio autem vel quarto die, cum tumor, tum inflammatio exterius elucent, & ſæpe ad manum vel humerum usque extenduntur. Nonnunquam poſt inflammationem caries digiti quædam oſſicula invadit, cujus extremum, utpote minutum, ſæpe excidere viſum fuit. Originem habet ex quacunque cauſa has partes inflammante, tum ex acri, & corrodente humore, tendines, nervos, perioſteum, imo os ipſum corrodere valente, ex παρὰ juxta, & ὄνυξ unguis, quia malum circa radicem unguium hæret. Lat. *Panaritium.* B. Nyd-nagel / de Vyt / Worm / ziekte zonder naam. G. Finger wurm / Nägel-geſchwär. Gall. *Paronichie*, *Panaris.* A. A Felon, or whitlow.

PAROPIÆ, ſunt anguli oculorum minores, tempora verſus ſpectantes, ex παρὰ juxta, & ὄπτομαι video. Vide *Canthus.*

PAROPTOSIS, antiqua quædam aduſtionis ſpecies eſt, quæ in variis morbis uſu veniebat: item ſignificat ſudoris provocationem in balneo ſicco cum prunis ardentibus, à παροπτάω aduro. B. Branding / Drooge ſtoving. G. Das ſchwitzen im t ocken bad / oder bey dem ofen

PAROTIDES, ſunt glandulæ duæ poſt aures ſitæ, occupantes foveam inter proceſſum mammillarem, condyloidem & os jugale factam, quæ a carotidibus externis ſanguinem accipientes, ſalivam in magna copia conficiunt, communi ductui infundunt, qui circa tertium dentem molarem ſuperiorem perforando muſculum buccinatorem in os hiat. Item tumores glandulis, poſt aures, contingentes, qui ſi non ſuppurantur, ad indolem ſtrumarum accedunt; ſed in morbis inflammatoriis materiam morbificam in ſe recipiunt, & per abſceſſum evacuant. ex παρὰ pone, juxta, & οὖς auris. B. Oor-klieren / gezwellen achter 't Oor. G. Die Ohrendrüſen / harte Beulen / Geſchwulſt hinter den Ohren. Gall. *Parotides.* A. A Swelling behinde ones eares.

PAROXYSMUS, eſt pars periodi morborum, qua intenduntur

duntur & exacerbantur: estque vel ordinatus, qui certis temporibus intensionis affligit, ut in febri tertiana, vel inordinatus, qui nullum certum intensionis tempus observat; sed nunc hoc, nunc illo die redit; nunc citius, nunc tardius infestat, ut in febre erratica. Vocatur & *Periodus*, *Accessio* Celso, *Exacerbatio* & *Invasio*, aliis Παροξυσμὸς, Ἐπιβολὴ *Gal.* Λῆψις *Arist.* cujus ipsius initium Ἀρχὴ & Ἐπατημασία Galeno dicitur, à Παροξύνω exacerbo. B. **Aanval / Verheffinge.** G. **Anschärpfung der Kranckheit / der Anstoß / anfall.** Gall. *Accès*, *Paroxysme.* A. Fitte of the disease.

Pars, est corpus toti cohærens, communique vita conjunctum, actionibusque perficiendis comparatum. Partes dicuntur sensibiles, spermaticæ, & sanguineæ: similares & dissimilares; organicæ vel inorganicæ; principales & ministræ; continentes & contentæ, &c. Gr. Μέρος & Μοῖρα. B. **Een Deel.** G. **Ein Theil.** Gall. *Partie.* A. Part.

Parthenis & Parthenium, est planta, cujus nomen variis imponitur herbis: sic appellatur, quod morbis uterinis mulierum, præsertim virginum, medeatur: sic vocatur Matricaria, & Artemisia. παρθένος enim virgo est, in specie aliquando Camomilla fœtida est Fuschio, quod vocat *Amaracum*, *Solis oculum*, *Millefolium:* Thuscis *Canta* est; officinis & Herbariis *Cotyla fœtida* est, vide *Cotyla.* B. **Moeder-kruid.** G. **Mutter-kraut.**

Partus, est fœtus maturi in lucem editio: in partu ordinario fœtus membranis ruptis, caput antrorsum vertit, eoque versus uteri collum inclinato, egressum conatur; solito more fœtus mense nono excluditur; partus in sanis etiam laboriosus esse debet, si ratio ineatur molis fœtus, & orificii quo egreditur, hinc non fit absque motu convulsivo musculorum abdominis, dorsi, Diaphragmatis & aliarum partium: imo etiam non sine dolore, anxietate & molestia, mereturque sane morbis accenseri convulsivis. Gr. Τόκος, Τέξις, Κύησις. B. **De Baring.** Sumitur & pro ipso fœtu. B. **De Vrugt.** G. **Gebärung / Geburt / Kindsnoth / Leibs-Frucht.** Gall. *Le Fruit.* A. Delivreance. Gall. *l'Accouchement*, *Travail*, *Delivrance.* A. Child Bearing.

Partus Cæsareus, est, quando infantes in difficili partu, ex abdomine & utero exscinduntur, vivente vel mortua matre. *Scipionem Africanum* primo ex utero sectum

ctum testatur antiquitas, adhuc superstite matre; idem de *Manlio* aliisque creditur, unde omnes Romani Cæsares nomen accepisse vulgo creduntur, quia ex eadem familia erant.

Qui Cæsaris nomen sit sortitus,
E Matris Cæsum fuisse utero.

B. De Keizerlyke Sneede. G. Der Keiserliche Schnit. Gall. *Section ou Operation Cesarienne.* A. The Imperial cutting.

PARTUS DIFFICILIS, idem quod *Dystocia.*

PARVIVISCERULUS, Gr. Σπλαγχνίς, est, qui parva viscera habet, & nonnunquam prava. B. Klein van Ingewanden. G. Der Klein Eingeweid hat.

PARYLIS, est inflammatio, putredo, aut excrescentia juxta gingivas, quæ nonnunquam ex vehementioribus dentium doloribus ortum habet, ex παρὰ juxta, & οὖλον gingiva. B. Tandtvleesch gesweer. G. Ein geschwär in dem zahnfleisch.

PASMA, idem quod *Diapasma.*

PASSA, & PASSULA UVA, est uva sicca solem passa.

PASSERINA, est Alsines species, sic dicta, quia passeres hac herba gaudent.

PASSIO, idem quod *Pathema.*

PASSIO BOVINA, vide *Phthiriasis.*

PASTA REGIA, idem *Martius panis.*

PASTILLUM, est pomum odoriferum; fit ex odoratis pulveribus, qui cera, styrace liquida, Balsamo Indico, Tragacantho cum tantulo Terebinthinæ excipiuntur, & in globum formantur: usus est, ut gratus odor concilietur; sumitur aliquando pro trochisco. B. Een Ruikballetje. G. Geruch Küchlein. Gall. *Pastille.* A. Pomander Balles.

PASTINACA, Est planta, quæ habet caulem crassum, firmum, striatum, vacuum, ramosum: folia ampla, villosa, in margine dentata, pinnata, ex aliis sat crassis, & costa magna sustentata composita, saporis grati & aromatici: flos est luteus, rosaceus: radices sunt crassæ, carnosæ, longæ, esculentæ, exterius flavo-fuscæ, vel dilutius flavescentes, intus albicantes: semina sunt parva, ovata, margine donata, per maturitatem sacculum deponentia: ejus nomen à pascendo dictum videtur; alit enim corpus & Venerem excitat, vel quod sponte in agris na-

ſcatur, eaque plebs ſæpiſſimè depaſcatur: vel quod paſtinum habeat, & ibidem referat radix (paſtinum eſt ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur, & Paſtinaca vulgaris tale ferramentum unica furca refert: ſic & piſcis paſtinaca, à tela paſtino ſimili nomen accepit) certè poſtulat ratio ut paſtinaca eodem modo dicatur. Gr. Σταφυλῖν☉. B. Paſtnaken / Pinſternakelen / witte wortelen. G. Paſtenach / Weiſſe Mohren oder Ruben. Gall. *Panais*, *Paſtenade*. A. Parſneps.

Patella, idem quod *Mola*, *Genu*.

Pathema, eſt omnis paſſio, morbus, ſeu affectus præter ordinem, quo corpus noſtrum laborat; Gr. πάθ☉ & πάθημα, παθήματα τῆ ψυχῆς, ſunt animi affectus, à πάσχω patior. B. Lydinge / bewegínge des gemoeds. G. Bewegung des gemühts. Gall. *Affection*, *Diſpoſition*, *Paſſion*. Ita quoque A.

Patheticus, eſt nervus quarti paris intra cranium: quarto pari apud *Williſium*, & octavo apud *Fallopium* accenſetur; hic cranio egreſſus per foramen tertium magnum oblongum, videtur totus impendi in muſculum Trochlearem oculi, à πάσχω patior. Dicitur ita, quoniam animi pathemata oculis ſignificantur. B. De lydende zenuw. G. Die leidende ſpannader. Gall. *Le Nerf Pathetique*. A. The pathetick nerf.

Pathognomonicum, eſt ſignum proprium inſeparabile, quod ſingulari morbo convenit, ejusque eſſentiam indicat, quod etiam à principio ad finem durat: ut in Pleuritide vera ſemper adeſt febris continua, reſpiratio moleſta, lateris dolor punctorius & tuſſis, ex πάθ☉ affectus, & γινώσκω cognoſco. B. Een eigen Teiken der ziekte. G. Das eigentliche Kennzeichen der Kranckheit. Gall. *Signe Pathognomonique*.

Pathologia, eſt pars Medicinæ, docens morbos corporis noſtri, morborum differentias, origines, progreſſus, peculiares indoles, eventus, eorumque cauſas unde oriantur, & effecta quæ in corpore præſtent, ex πάθ☉ affectus, & λέγω dico, narro. B. Verhaal der ongezondheid / Ziektekunde. G. Erzehlung der Kranckheit.

Pathos, idem quod *Pathema*.

Patientia, eſt corrupta vox ex Lapathum; ſi enim auferatur *La*, manet Pathum, ut patientiæ nomen reſultare videatur.

Pa-

PATIENTIÆ MUSCULUS, idem quod *Levator Scapulæ.*

PECHIAGRA, est Arthritis circa articulationem cubiti, ex πῆχυς cubitus & ἀγρεύω capio. Vide *Arthritis.* B. Elleboogs jigt. G. Ellenbogen Zipperlein.

PECTEN VENERIS, ACULA, Gr. Σκάνδιξ, est species Chærefolii sylvestris: dicitur quod ejus seminum thecæ vel pecten referant, vel si singuli dentes sumantur, acui similes sint. B. Naalde kervel. G. Nadel-körbel / Wilde-körbel. A. Pinkeneldc, storkes-bill, wild chervil.

PECTINÆUS MUSCULUS vide *Lividus.*

PECTINIS OS, idem quod *Os Pubis.*

PECTORALIA, seu BECHICA, sunt Medicamenta, quæ agunt vel attenuando, vel incrassando & leniendo, ut ea quæ pulmonibus inhærent & tussim excitant, ad expectorandum apta reddantur, quæ ergo desumuntur partim ex incidentibus & resolventibus, partim ex dulcibus & mucilaginosis. G. Βηχικά. B Borstmiddelen. G. Brust Artzneyen. Gall. *Remedes pectoraux.*

PECTORALIS MUSCULUS, duo sic vocati sunt musculi, alter est *Pectoralis major*, alter est *Pectoralis minor. Major* oritur a facie exteriore omnium costarum verarum & claviculæ, & inseritur ad latitudinem quatuor digitorum infra caput ossis humeri spinæ exteriori ejusdem; hujus musculi tendo duplicatur, & quasi intorquetur, ut in tam parvo loco tot fibræ tendinosæ implantari possint; aliquæ etiam ejus fibræ carnosæ confunduntur cum Deltoide: functio hujus musculi est Humerum ad pectus adducere. *Minor* oritur à facie externa 2. 3. 4. 5. costæ dentatis productionibus circum circa ubi costæ cartilaginibus sterni junguntur, & inseritur processui coracoideo scapulæ, hinc anteriorem & superiorem scapulæ partem versus inferiora & anteriora flectit. B. De Borstspier G. Der Brust mauß. Gall. *Muscle Pectoral.* A. The Muscle of the Breast.

PECTORIS OS, vide *Sternum.*

PECTUS, Gr. Στῆθος, Θώραξ, est pars thoracis anterior, quæ sub juguli clavicula est usque ad diaphragmatis regionem extensa, cujus posterior pars *Dorsum* appellatur. B. De Borst. G. Die Brust. Gall. *La Poitrine.* A. Breast.

PEDAMENTA, sunt, quibus stat recta vinea, hoc est, quibus veluti pedibus nititur. Nominantur quoque *Pedamina*

Pedicularia, & Pedicularis, dicitur Staphis agria, sic dicitur, quod pediculos necet.

Pedicularis, Est planta, quæ habet folia crispata instar cristæ galli & crenata; caules angulosos, debiles, excavatos, partim repentes, partim rectos: flores sunt monopetali, personati, bilabiati, labio superiori galeato, in inferiori trifido, coloris purpurei, aut rubicundi, aut albi; post florem sequitur capsula compressa, acuta, fere ovalis, inter duo folia latens, & dissiliens in duas partes, plurimis seminibus compressis & nigricantibus & figuram renum referentibus fœtas; radix est digitum minimum crassa, aspera, alba, in multas crassas fibras divisa, saporis amari: hæc planta crescit in pratis & in locis humidis. Gall. *Pediculaire des prez.* ab effectu nomen habet, si enim à pecoribus, ut fertur, inter cætera pabula devorata fuerit, pediculorum ingentem copiam procreat. Gr. Ἀλεκτορόλοφος ceu crista galli censetur, cui folia similia gallinaceæ cristæ sunt, imo ob florum congeriem, multiplicis & densæ gallinaceæ cristæ modo fastigiatam, sic posteriores dici putant: aliqui *Fistulariam* nominant, quod ad fistulas & sinuosa ulcera utilis esse credatur. Vide *Alectorolophos*. B. Luis-kruid. G. Läuß-kraut.

Pedicularis Morbus, idem quod *Phthiriasis*.

Pediculus, idem est quod *Petiolus*, quo nempe folium, fructus aut flos dependet. B. De Steel. G. Stiel am Obs. Gall. *La Queuë*.

Pediculus, est insectum homini præsertim infestum. B. Een Luys G Eine Lauß. Gall. *Un Pous*. A. The Louse.

Pediculus Elephantis, est *Anacardus*, sic ob magnitudinem, & fortasse ob analogiam ita appellatur.

Pediluvium, est balnei species, lavandis pedibus utilis, uti ipso vocis sono liquet: paratur vel ex aqua sola, vel sal, furfures, Chamomillæ flores, aliaque adjiciuntur. B. Een Voet-bad. G. Ein Fuß-bad. Gall. *Bain pour les pieds*. A. A Foot-bath.

Pedium, idem quod *Planta pedis*.

Pedra de Cobra, est lapis ovalis figuræ, ex uno latere planus, ex altero gibbosus, coloris fusci & splendentis, poris aliquot interspersus, reperiundus in serpente indico coronato, diademate seu conspicillo insignito, cujus virtus est alexicaca, cum applicatur serpentum morsibus.

bus. ita dictus lapis vocabulo a Lusitanis imposito, adversus viperarum morsus præstat auxilium, externe applicatus. In serpente, dicit Cl. *Kæmpferus*, quod vulgo credunt, non invenitur, sed arte secreta fabricatur a Brahmenis. Pro dextro & felici usu, oportet adesse geminos, ut cum primus veneno saturatus vulnusculo decidit, alter surrogari illico in locum possit; hinc geminos habere debent indigenæ, quos cum gossypio capsulæ inclusos probe asservant: loquitur idem laudatus Autor de alia Ophitide, quam possidebat, instar silicis durissima, ponderosaque, uncialis longitudinis, figuræ quodammodo tornatilis, & quasi ex annulis compactæ; quales inveniri in capitibus maximorum serpentum credulus persuadetur vulgus: ille vero Autor apophysin alius petræ, vel in ipsa petra molliori genitam judicat, velut lapides bufonius, aëtites, lyncius, oculus catti, glosso-petra, & si quos alios vulgi error transcribit ex animalibus. Fidem ipsi fecit collis petrosus, quem bidui itinere ab Isphahano urbe offendit, cujus sabulum ex petra dissolutum, innumeros exhibebat variæ figuræ bufonios & judaicos, quibus vel plaustrum implevisset. Quo ipso fertur, ut istis lapidibus nihil efficaciæ inesse credat, nisi quam actuali frigiditate sua, vel absorbendo præstant.

Pedra de Porco, est lapis quadrupedis Histricis dicti, constans ex tomento, fibrillis, & materia friabili, subruffa, amaricante, & deforis quibusdam in partibus, cetaceis, & subnigris quasi unguibus coopertus, substantiæ solubilis facile, ad linguæ attactum summe & illico amaricans; ejus vis sudorifera est insignis. dicitur etiam lapis Hystricinus: juxta Doctiss. *Kæmpferum*, coagulum est biliosum, rotundum, satis compactum, ut plurimum nucis myristicæ vel juglandis magnitudine, leve, coloris rufi, substantiæ quodammodo unguinosæ, saporis subtilissime amarescentis. Reperitur in vesicula biliaria Hystricum terræ Malaicæ. Hoc coagulum bovino longe suo pretio ac virtutibus antecellere dicit, pro ut Bezoar Orientalis Occidentali dicto, vel aurum cupro præstat. Rarius generari accidit, quod ipsum inprimis, præter eximias & præsentissimas facultates, pretium ejus extollit, ut in ditiorum duntaxat & principum nigritarum manibus versetur, qui illud sphæris aureis argenteisve armari curant, adnexâ ex eodem metallo catenula, cujus adminiculo tra-

ctari valeat: Usus ejus est, ut suspendatur per horas aliquot, vel una alteraque vice agitetur in haustu aquæ communis, quam, vix grani pondere imminutus, amarore imbuit: haustus, ita præparatus, habetur summe cordialis & alexipharmacus, tum in ictero, febribus putridis, malignisque, & in quibuscunque viscerum obstructionibus Medicamentum efficacissimum; addamus & mirabilissimum, qui tot & tam oppositos effectus valet producere, inprimis si illi major, quam fides Medica adhibeatur. Vocatur etiam Bezoar Hystricis, daturque duplex, *Malacensis*, qui pretiosissimus est, & *Ceylonensis*, qui major, sed levior est, nec tantis viribus gaudere dicitur.

Peganum, vide *Ruta*.

Pelada, sic vocatur species capillorum defluvii, præsertim ex morbo gallico oriundi.

Pelecanatio Chymica, idem quod *Circulatio Chymica*.

Pelicanatio, vide *Pelecanatio*.

Pelicanus, est instrumentum Chirurgicum, dentibus evellendis destinatum; forfex est rostro incurvato, dentibusque intus, melioris apprehensionis gratiâ, munito. Item Instrumentum est Chymicum circulatorium dictum à figurâ pelicani rostro pectus suum fodientis nuncupatum, amplo ventre sensim in angustius collum vergente, quod retortum & recurvum os rursum in ventrem immittit. Hoc vas in fundo canalem, per quem liquor infunditur, habet, qui, liquore infuso, hermetico sigillo occluditur, & calori admovetur. B. Een Pellicaan. G. Ein Pellican. Gall. *Pellican*, A. Idem.

Pelidnus, est color faciei plumbeus & lividus, Melancholicis frequens, à πέλος niger, fuscus. B. Loodverwige Coleur. G. Bleijern Farb.

Pellicula, idem quod *Membrana* vel *Tunica*.

Pellis, cutis est brutorum, pilis aut lana necdum orbata, alias, si præparationem subiisset, corium appellaretur. B. De Huid/ Vel, G. Die Haut/ Fell mit den Haaren. Gall. *la Peau*. A. The Skin, Hide.

Peltalis Cartilago, idem quod *Ensiformis Cartilago*.

Pelvis, est locus ille in ventre imo, quo vesica & uterus continetur, & circumscribitur ossibus ilium, coxen-

xendicis, pubis, & osse sacro: in mulieribus hæc ossa magis a se invicem distant, & tenuiora sunt quam in viris, præsertim ossa pubis, ut sic cavitatem pelvis, & angulum inter ossa pubis & Ischii, majorem efficiant, pro fœtus commodiori gestatione, faciliorique in partu exclusione. B. **Het Bekken.** G. **Das Becke.** Gall. *Le Bassin.* A. The Basen.

Pelvis Aurium, vide *Cochlea*.

Pelvis Cerebri, vide *Choana*.

Pelvis Renum, est receptaculum membranaceum in utroque rene, quod productiones emittit, *Tubulos* dictas, papillas renales amplectentes, ex quibus urinam recipit, & in ureteres effundit. B. **Het Nierbekken** G. **Das Nieren-becke.** Gall. *Basin des reins.* A. Basen of the Kidney.

Pemphingodes Febris, est, quæ ob caloris intensionem pustulas & bullulas producit: aliis placet febrem esse ventosam & flatuosam, seu *Ampullosam*, ex πέμφις flatus, bulla, pustula, & εἶδος forma.

Pemptæos, Quintana dicitur febris intermittens, quinto quoque die recrudescens. Sed an detur, in praxi mea necdum observare licuit, à πέμπτη quinta. B. **De vyfdendaagsche koorts.** G. **Das funfftächlig Fieber.**

Penicilla, idem quod *Turundula*.

Penicillus, est instrumentum Chirurgicum ex pilis aut linteo carpto accommodatum, eluendisque ulceribus aliisque medelis destinatum. Gr. Κερχίσκος. B. **Een Quastjen.** G. **Ein Pensel / Meissel.** Gall. *Brosse*, *Pinceau.* A. A Pencil.

Penidium, est sacchari clarificati, & depurati species, quæ in bacillos arte redigitur. B. **Penyn-sukker.** G. **Peny-sucker.** Gall. *Penide ou Espenide.*

Penis, *Muto*, *Bolis*, *Colis*, *Veretrum* Suetonio: *Fascinus Virilis* Arnobio, *Caulis* Lucillo, *Nervus* Juvenali, *Tentum* Catullo, *Verbus*, *Virile*: *Virile membrum* Cic. *Scapus* Virgil. *Membrum genitale*, *Cercolipa* Catull. & *Sicula*, à Sica. *Mentula*, *Virga*, *Priapus*; *Hasta*, *Cauda salax*, Σάθη, Πέος, Ἀναγκαῖον Artemidoro, Σάννιον Cratino, Ταῦρος Suid. Δέρμας Plat. in comm. Ἔμβολον, Βάλανος, Aristoph. Ἐρέβινθος, Οὐρὰ Eupolidi, Μύκης, Σίνος, Στῆμα, Τύλος, Κάπρος, Αἰδὼς Hom. Καυλὴ Aristoph. Φλὲψ Γονίμη Epigr. quasi genitalis vena. Ῥοδωνιά, Ψωλή, Κοίνη in oraculo quodam. Ποσθὴ Xenop. Κελθή, Νεῦρον, Τελέμβολον, Ψοά, Κορκνώτης, Ἀνδρεία Artem. est membrum virile,

le, seminis ejaculationi, & urinæ expurgationi inserviens, quod constat ex duobus corporibus nervosis, oblongis, septo medio lateraliter junctis, a pube incipientibus; urethra, glande, cute, præputio &c. B. De Mannelyke Roede. G. Das Männliche Glied. Gall. *Verge*, *le Membre Viril*. A. Mans yard.

PENIS CEREBRI, idem quod *Conarium* seu *Glandula Pinealis*.

PENIS MULIEBRIS, idem quod *Clitoris*.

PENSILIS VERRUCA, vide in *Verruca*.

PENTACULA, seu PERIAPTA, sunt signa, sigilla & delineamenta admirandis & incognitis aliquando literis & characteribus implicata, quæ collo appensa creduntur à malignis spiritibus, & quovis fascino præservare. Idem quod *Periamma*.

PENTADACTYLON, vide *Palma Christi*, ex πέντε quinque, & δάκτυλος digitus.

PENTAMYRON, est unguentum ex quinque ingredientibus compositum: constat enim ex styrace, mastiche, opobalsamo, cera & unguento nardino, ex πέντε quinque, & μύρον unguentum.

PENTAPHARMACUM, non tantum est Medicamentum ex quinque constans Medicamentis, verum etiam ex quinque alimentis, ex πέντε quinque, & φάρμακον Remedium.

PENTAPHYLLUM, est *Quinquefolium*, quia quinque folia habet, unico insistentia petiolo, ex πέντε quinque, & φύλλον folium. B. Vyf-vinger-kruid. G. Funff finger-kraut / Funff-blad. Gall. *Quinte feuille*. A. Cinkfoil, five finger grass, five leaved grass.

PENTAPLEURUM, est *Plantago minor*, *quinque nervia* dicta, eo quod ejus folia costis quinque tanquam nervis distincta sunt, ex πέντε quinque & πλευραὶ costæ. Vide *Plantago*.

PENTATHETON, est emplastrum ad collisa, vibices flagellorum & cutim excoriatam destinatum, ex πέντε quinque, & τίθημι pono, quasi diceres ex quinque rebus compositum.

PEPANSIS, est vitiati, corruptique humoris in convenientiorem sanitatis statum deductio, à πεπαίνω excoquo.

PEPASMUS, Vide *Coctio*.

PEPASTICUM, est Medicamentum mitigans, & cruda con-

concoquens, à πιπαίνω excoquo. B. **Verteering Middel.** G. **Verdauende Artzney.** Gall. *Digestif.*

PEPLION, PEPLIS & PEPLUS, est Esulæ species: sic nominatur, quod ramulorum ambitu, & quasi rotundo amictu velum efformet, ac tellurem operiat: peplus enim sive peplum, sidon est, sive vestis prætenuis, proprie mulierum, vel nomen πέπλον accepit, ob purpuream foliorum superficiem sive xerampelinam, quæ huic in vinetis nascenti, & Peplidi in maritimis sabuletis degenti, ut plurimum inest. Interdum ob colorem flammeum *Flammeolam* vocant. B. **Duivels-melk / wilde Porselein**. G. **Teufels milch**. Gall. *Reveille matin des Vignes*. A. Devils-milk, Petty Spurge.

PEPO, est planta, quæ habet caules sarmentosos, crassos, repentes, in longum & latum se extendentes, cum capreolis vicinis plantis vel lignis adhærentes: folia sunt ampla, magna, incisa, dura, aspera, dentata, coloris viridis, subfusci, splendentia, caulibus longis, duris, aut spinosis adhærentia: flores sunt monopetali, campaniformes, lanuginosi, aliquantulum odorantes: flori succedit fructus oblongus vel rotundus, carnosus, corticem durum, & quasi lignosum habens, trifariam divisus, fœtus seminibus planis, oblongis, annulo quodam cinctis, quæ habent sub cortice amygdalam albam dulcem, & gratam: hæc planta in hortis colitur. Gr. Πέπων, à πέπτω coquo, vel à πεπαίνεσθαι maturescere, est Melonum species, quæ mitis est & tenera, ac maturitate nactâ, facile flaccescit. B. **Pompoen / Pepoen** G. **Pfeben.** Gall. *Citrouille. Pepon.* A. Pompion Gourde.

PEPSIS, est coctio, sive actio ventriculi, intestinorum, salivæ, liquoris gastrici, pancreatici, & bilis in cibos assumtos, qua acquirere incipiunt naturam a sua priori diversam, & similem ac corporis in quo continentur, & attenuantur, subiguntur, miscentur, ut cum modo dictis liquoribus in bonum chylum redacti per lactea vasa transire possint, à πέπτω coquo. Vide *Coctio* & *Fermentatio*. B. **Verteering**. G. **Verdäuung**.

PERACUTISSIMUS MORBUS, vide *Acutus Morbus*.

PERACUTUS, vide *Acutus*.

PERCIPIOLUM, est Medicamentum ad Morbum comprobatum. B. **Een geprobeert middel**. G. **Bewährte Artzney**. Gall. *Remede éprouvé, experimenté*.

Percolatio, eſt quando liquor turbidus per pannum linteum, chartam, pannum laneum &c. transmittitur, ut mundior reddatur. B. Een doorzyging / doorkleinsing. G. Das durchseigen / durchseihen. Gall. *l'Action de faire couler une liqueur, pour la rendre plus claire.* A. Straining.

Perdicium, eſt planta, ſic dicta, quod perdices ſe ad id volutent, terramque ſuffodiant Vide *Helxine.*

Pereterion, eſt Modiolus vel Terebellum rectum & acutum, à περάω transfodio. B. Een Boortuig. G. Ein Trepan / Böhrlein. Gall. *Trepan.* A. Borer.

Perfecta Crisis, vide *Criſis.*

Perfoliata, Eſt planta, quæ caulem habet tenuem, firmum, ſtriatum, nodoſum, ramoſum, ſaporis aliquantulum aromatici: folia ſimplicia, alternatim diſpoſita; ovalia, ſed fere circularia, dilute virentia, ſapore oleraceo ſed fervidiore: flores in ſummitate ramorum naſcuntur parvi, in umbellas flavas diſpoſiti, ſingula ex quinque foliis componitur, in orbem poſitis: radix ut minimi digiti craſſa, ſimplex, lignoſa, alba: ſemina longa, ſtriata, nigricantia. dicitur, quia folia circa caulem ſeſe ita comprehendunt, ac ſi eſſent mutuo coalita, ut Vaccariæ, Braſſicæ &c. ſpecies quædam. B. Deur-waſch / Deur-blad. G. Durchwachs / Bruch-wurtz. Gall. *Percefeuille.* A. Thorow-wape, Thorow-Teaſel.

Perforans Musculus, Perforato muſculo ſubſternitur *Perforans*, qui ſuperiori cubiti, radiique parti adnatus, tendine quadripartito priorem Perforans, in tertium uſque excurrit articulum. Unde hos duos muſculos, ex pluribus ſuorum generum ſimplicibus conſtitutos eſſe cenſendum eſt. Vaginis includuntur, præter quæ ex carpi armilla erumpit, membranaceo cartilagineis, unumquodque circa internodium ſemiciculari obductis ligamentulo. Emittunt præterea vaginæ hæ varias emiſſiones atque vincula, & digitos cum perforatore flectunt. Ita ut manus, ſic & pes ſuum perforantem obtinuit. Supernæ tibiæ, ut & tibiæ ex parte oſſis extremitati poſterius alligatus in quatuor inferius diſſectus tendines, tertiis affigitur digitorum officulorum integumentis, perforat hic ut prior tendines muſculi Perforati. B. De doorborende Spier. G. Der durchbohrende Mauß. Gall. *Muſcle perforant communement le Profond.* A. The Perforating Muſcle.

Perforata, eſt Hyperici ſpecies, cujus folia plurimis punctis

punctis videntur pertusa. B. St. Jans kruidt. G. St. Johannskraut. Gall. *Mille-pertuis.*

PERFORATUS MUSCULUS, prior musculorum digitis adhærens, *Perforatus* dicitur, interno humeri ossis tuberculo alligatus; circa carpum tendines dispergit robustos quatuor, qui prope finem rima quadam Perforanti musculo transitum præbente finditur, tandemque digitorum internodio secundo affiguntur, & cum Perforanti digitos flectit. In pede in planta situs est, superius calcis ossi adnatus; quatuor adhæret articulationibus secundis. Sic & *Coracoideus* etiam *Perforatus* dicitur, B. De doorgeboorde Spier. G. Der durchgebohrte mauß. Gall. *Muscle Perforè communent le Sublime.* A. The perforated muscle.

PERIAMMA, *Periapton*, *Amuletum*, *Xenechton*, Medicamentum est, quod de collo suspensum morbum arcere creditur, ac præcipuè pestem, ex περίαπτω circumverto. B. Een halsdracht van Geneesmiddelen. G. Artzney / so man anhenckt am halß oder arm. Gall. *un Amulet.* A. An Amulet.

PERIANTHIUM, sive Calix, id est, circumvolutum flori integumentum, quod partim pro basi & fulcimento, partim pro tegmine erupturis deinceps petalis & staminibus inservit, pro quorum vario exortu variæ magnitudinis & figuræ deprehenditur, estque vel Μονόφυλλον ut in Quinquefolio, Fragaria, Caryophyllata, Filipendula, & similibus; vel Δίφυλλον, ut in Papavere, vel Τρίφυλλον, ut in Chelidonio minore, vel Τετράφυλλον, ut in Bursa Pastoris non raro observatur, vel πέντεφυλλον & Ἑξάφυλλον, ut in Ranunculo: imo quandoque in secedim & ultra solvitur folia, quæ iterum in summitatibus vel levioribus vel profundioribus gaudent segmentis, & copiosis interdum pilis, fungis & spinis operiuntur, ut in Rubis, Rosis, & similibus apparet; angulare enim calicis foliolum tenui capillitio obductum laterales profert appendices, quarum extremitates rubicundis fungis liquidum quoddam fundentibus terminantur.

PERIAPTUM, vide *Periamma.*

PERICARDIUM, *Involucrum*, *Capsula*, *Bursa*, *Scrotum* seu *Sacculus Membranaceus Cordis*, est involucrum membranaceum, quo totum cor investitur, & in quo libere hæret, tantum ab ipso corde distans, quantum pro motu

tu ejus requirebatur; quod ex glandulis vel ipsi, vel cordis basi insidentibus accipit perpetuo humidum aliquod tenuissimum, pingue, exhalans sponte, quodque perpetuo iterum absorbetur, & inservit humectando & flexiles tenendo fibras Cordis, liberumque, & motui necessarium spatium inter cor ejusque capsulam conservando; duplici constat membrana, quarum exterior communis cum mediastino; interior propria, lubrica est, cum tunicis majorum vasorum continua: vasa accipit ex ramis mediastinis & diaphragmaticis, ex περὶ circum, & καρδία cor. B. Herte zakje / Hertebeurşje. G. Hertz-bändel / Hertzhäußlein / vel Täschlein. Gall. *Pericarde*, *l'Enveloppe du Cœur*. A. The purse of the Heart.

Pericarpium, illud est, quod semen vel fructum ambit, in quibusdam edule est; ut in pomis, pyris, in aliis non, ut in nucibus, castaneis, &c. dicitur & *Folliculus*, & *Siliqua*. B. Pecle / Peule. G. Die Hulsen / darinn der Samen steckt. Gall. *la Gouse ou l'Enveloppe*. A. The Huske of seed.

Pericholus, est præter modum biliosus, ex περὶ valde, & χολὴ bilis.

Perichondrium, vocatur membrana, quæ cartilagines exterius immediate investit.

Periclymenum, est *Caprifolium*, cujus nomine & alii frutices scandentes, & circumvolventes vocantur, a περικλύζω circum volvo: nam circumvolvendo se viciniis arboribus vel fruticibus sæpe tam pertinaciter adhæret, ut in iis manifestum inprimat vestigium. Vide *Caprifolium*.

Pericranium, est membrana, periosteo cranii super inducta, ab aliis ipsum periostium cranii dicitur pericranium ex περὶ circum, & κράνον caput. B. Het Pandvlies. G. Das Hirn schalen häutlein. Gall. *Pericrane*. A. The carnous membrane of the Skull of the head; or the Hairy scalp.

Perinæum, seu Interfemineum, est sutura illa ligamentoria inter anum & Scrotum, quam *Aristophanes* Κοχώνην videtur dixisse, & Παγαῖον. *Archippus* Περιχώνην locum sub pudendo, inter femora & nates medium, uti cum *Polluce* sentit *Aristoph. Scholiast*. B. De Bil-naad / Aars-fleuf. G. Der Ars nath. Gall. *Perinée*, *Rhaphé*, *Periné*. A. Buttocks suture.

Perinyctides, sunt papulæ, pustulæ & tubercula papulis similia.

Per-

PERIODUS MORBORUM, est tempus in morbis intermittentibus ex intensione & intermissione constans, ex περὶ circum, & ὁδεύω iter facio. Galeno morbi ejusdem eodem ordine reversio, ut singulis accessionibus redintegrari renovarique videatur.

PERIODUS SANGUINIS, seu CIRCULATIO, & CYCLOPHORIA, est continua sanguinis per totum corpus circumgyratio. Hæc est duplex, vel est in *Adulto*, vel in *Fœtu*: in *Adulto*, sanguis omnis in venam cavam redux influit in sinum venosum ante dextram auriculam, inde inpellitur in auriculam dextram cordis, hinc in cordis ventriculum dextrum, ex quo vi magna impellitur in arteriam pulmonalem, cum qua minima omnia loca pulmonis perfluit, & intrat venas pulmonales, quæ ante auriculam sinistram in unum saccum quoque desinunt, ex hoc sacco pellitur in auriculam sinistram, inde in ventriculum cordis sinistrum, ex hoc iterum in arteriam magnam, quæ cum dispergatur ad omnia corporis viscera & loca, nullo excepto, sanguinem quoque ad omnes partes circumvehit; desinit autem vel immediatè quævis arteria in venam, vel mediante cellula (ut in pene Virili &c.) hinc sanguis ex Arteriolarum finibus infunditur initiis Venarum, quæ omnes confluunt in venam cavam superiorem, inferiorem, & azygon, quæ conjunguntur in sinum venosum ante auriculam dextram, soletque hoc circuitu continuo ferri: Verum in *Fœtu* magna intercedit differentia ob placentæ Uterinæ vasa, canalem venosum in Hepate, canalem arteriosum ex Arteria pulmonali in Aortam hiante, & foramen ovale, quæ cuncta percolantur in fætu, & in adulto concreverunt; hanc circulationis differentiam vide in Anatomicis, ex περὶ circum & ὁδεύω iter facio. B. **De Omloop des Bloeds.** G. **Umbgang des Bluts.** Gall. *Circulation du Sang*. A. Circulation of the blood.

PERIOSTEUM, est membrana tenuis & fere pellucida, constans ex variis fibrarum stratis, sibi invicem appositis, ossa, paucis exceptis, immediatè investiens, eorumque nutritioni per innumera vasa arteriosa, inde in osseam substantiam demissa, inserviens, ex περὶ circum, & ὀστέον os: datur etiam Periosteum internum, quod est membrana tenerrima, cavam ossium partem tegens, constans textura vasorum innumerabilium, quæ ex periosteo externo emissa per foramina ossium ingrediuntur. B. **Het Been-vlies.** G.

Das

Das häutlein der Beinen / so die Gebein umgibt. Gall. *Perioste, Membrane des Os*. A. A Nervous membrane covering the bones.

PERIPHERIA, est corporis vel alicujus visceris ambitus aut circumferentia, à περιφέρω circumfero. B. De Omtreck. G. Ein Umbkreiß. Gall. *Circonference*. A. The roundnes of any body.

PERIPHIMOSIS, vide *Paraphimosis*.

PERIPHIMOSIS, vide *Phimosis*.

PERIPLOCA, sive APOCYNUM, Est planta, quæ habet caules longos, lignosos, flexiles, nodosos, rubicundos, repentes, scandentes, & arbores vicinas amplectentes: folia sibi invicem opposita, ampla, oblonga, venosa, acuta: flores sunt rotati, monopetali, quinquifidi: villosi, tamen sine lanugine: radix est fibrosa, repens, reliqua ut in Apocyno scandente: hæc planta succum lacteum in magna copia dat, & crescit in sylvis: est Convolvuli species; sic vocatur, quia circumvolvit & implicat cæteras herbas, à περὶ circum, & πλέκω plico, necto, texo. A. Dogs-bane.

PERIPNEUMONIA, est vasorum arteriosorum pulmonalium, tum arteriæ pulmonalis, tum bronchialis inflammatio, cum febri acuta, respirandi difficultate, tussi, & dolore gravativo, rubore omnium partium faciei, oculorum protuberantia, venarum in collo intumescentia, lingua sicca, primo flavescente, dein nigra, crassa, & tandem etiam fissa, pulsu exili, molli & omni modo inæquali, & maxima anxietate conjuncta, citam sæpe mortem adferens, si malum hoc utrumque pulmonem simul, & valide infecerit: distinguitur ab autoribus in *Veram* & *Notham*. *Vera* oritur ex sanguine phlogistico, *Notha* ex sanguine pituitoso, in qua etiam manifesta inflammationis signa se produnt, sed minora longe & obscuriora, quam in *vera*: ex περὶ circum, & πνεύμων pulmo, à πνέω spiro. B. Een ontstekinge der longe / longe ziekte of zucht. G. Lungensucht / Entzundung der lungen. Gall. *Inflammation des Poulmons*, *Peripneumonie*. A. An Inflammation or disease in the Lightes or lungs.

PERIRRHOEA, vocatur talis humorum effluxus, qui ex universo corporis ambitu fit, & per quem totum corpus superfluis humoribus repurgatur.

PERISCYPHISUS & PERISCYPHISMUS, est sectionis Chi-

Chirurgicæ genus in sincipite ad calvariam usque, una tribusve lineis.

Peristalticus Motus, est vermicularis intestinorum motus, incipiens a pyloro & desinens circa crassiora Intestina, contrahens Intestina perpetuo, quasi vermes repentes essent, quo motu mediantibus spiritibus animalibus, & reciproca tunicæ muscularis actione, nulla Chylo conceditur quies, qui hac pressione in oscula vasorum lacteorum inpellitur, flatibus & excrementis alvinis eadem actione sensim propulsis, donec foras explodi, excernique queant, à περιστέλλω contraho, arcto. B. Nederwaarts drukkende beweginge, ingewands beweginge. G. Eingeweids bewegung niderwerts. Gall. *Mouvement peristaltique*.

Peristeron, vocatur *Verbena:* Lat. *Columbina*, & *Columbaris*, quia columbæ hujus plantæ præsentia valde delectantur: περιστερὰ enim est columba, dicitur etiam ἱερὰ βοτάνη, sive *Sacra Herba*, quod ea olim apud Romanos domus purgabatur, familia lustrabatur, Jovis mensam ad sacrificium & epulas verrebant, & fœciales in sacris legationibus illa coronabantur; vel quod in expiationibus suspensa & alligata mirè utilis sit. *Sagminalis* etiam vocatur, quod inter sagmina, hoc est, gramina ex loco sacro, præsertim arce Capitolii, cum sua terra evulsa, primum hæc honorem haberet. Vide *Verbena*.

Peristromata, sunt stragula, quibus ægri solent insterni. Item, tunicæ visceribus circumjectæ, inprimis tunica illa crustosa, aliis villosa, qua interior intestinorum superficies obducitur, ex περιστρώννυω circumsterno.

Perisystole, est tempus quietis inter Systolen & Diastolen cordis. B. De stilstandt. G. Das stillstehen.

Peritonæum, est membrana tenuis, polita, exteriori superficie, qua diaphragmati aliisque partibus adhæret, asperiuscula, interiori magis lubrica, & satis robusta, adeo ut sine metu rupturæ extendi possit, elastica tamen, ut remotis causis dilatantibus ad pristinum tonum redeat; musculis abdominis transversalibus proxime adhærens, quæ totum abdomen interius, ejusque viscera exterius circumvestit, & vasa spermatica ad scrotum usque comitatur, simulque cum testibus continet: constat ex tunica velut duplici, innumerisque vasis sanguineis, Lymphaticis, & absorbentibus scatet. Arab. *Siphac*, à περιτείνω circumtendo. B. De Penszak, het Buikvlies. G. Das Netz, oder

fell

teli / so umb alle Eingeweiden gezogen ist. Gall. *Le Peritoine*. A. The paunchneece.

Perittoma, est excrementum, post humorum co-ctionem in corpore relictum. Item reliquiæ morborum, à περιττεύω redundo.

Perizoma, est cinguli species herniosis præsertim utilis. Vide *Amma*.

Perla, vide *Margarita*.

Pernio, Gr. χίμετλον, & Μάλκη, *Theoni* est tumor rubens, pruriens, dolens, præternaturalis à frigore brumali, præcipue in pedibus & manibus excitatus, qui tandem in scissuras & ulcerationes terminatur. B. Kakt-hielen / winter-hielen / schyt-hielen / kalven. G. Die frostbeulen / das auffbrechen der erfrornen händen und fersen. Gall. *Mules aux talons*. A. A Kibe or chiblain.

Perona, sive Fibula, sic dicta, quod tibiæ musculos conjungere videtur; etiam *Sura*, *Canna Minor*, *Focile Minus*, &c. est os minus & tenuius tibiæ extrinsecus attensum, ut Radius Cubito, unde *Peronæus* tibiæ primus secundus & tertius musculus sic appellantur. Vide *Fibula*. B. Het kuit-been. G. Waden-Schienbein / die Röhre im untern schenckel. Gall. *Le Peroné*. A. A The ex small bone of the leg.

Peronæi, Hujus nominis tres dantur musculi a fibulâ oriundi, inde descendentes & procedentes ad pedem extremum, cui variis in locis se inserunt, quemque in exteriora trahunt.

Perperacutus, vide *Acutus*.

Persea, est arbor, fortè à regione Persia, quia ibi, ut malus persica in Perside, exitiosa esset, sed ambæ in Ægyptum translatæ, mutari & in cibum recipi dicuntur.

Persica Malus, est arbor, cujus rami sunt longi, extensi, fragiles: folia oblonga, angusta, acuta, in margine dentata, saporis amari: calix monophyllus, in quinque vel sex segmenta profunde sectus, expansus, cavus, intra hunc flos rosaceus, pentapetalus, vel hexapetalus, petalis ex margine calicis cavi interna enatis, & staminibus triginta fæcundus: ovarium in imo fundo calicis, instructum tuba longa apice globoso, scabro, prædita, fit fructus carnosus, fere globosus, juxta longitudinem sulcatus, fætus officulo profundis scrobiculis exsculptis ornato, in quo nucleus rubicundus, oblongus, plerumque unus, ejus

ejus caro est medullosa, vinosa, succulenta, saporis grati; nucleus est compressus, saporis aliquantulum amari sed grati; hæc arbor colitur in hortis, hujus fructus in Persia dicuntur perniciosi, sed in Ægyptum traslata, vitiosam vim deponere creduntur. Hinc sic fortè appellata, quod ex Perside primum advecta sit. B. Persik-boom. G. Pfersich-baum. Gall. *Pecher*. A. Peach-tree.

Persicaria, Est planta, quæ habet caules rotundos, excavatos, rubicundos, ramosos, nodosos: folia Persicam referentia, aliquando maculata, aliquando non: flores spicati ex alis foliorum supremorum nascuntur, longis pedunculis adhærentes, quinque staminibus donati, coloris purpurei, aliquando albi; calix quadrifidus: ovarium in centro calicis compressum, ovatum vel orbiculare, tuba bifida, fimbriata præditum: semen planum ex ovato acuminatum, nigricans; radix fibrosa; crescit hæc planta in locis aquosis, & habet saporem ad acidum vergentem: sic dici videtur, quod ejus folia Persicæ mali videantur æmula. B. Persik-kruid / vloo-kruid. G. Mucken-kraut / flöh-kraut / wasser-pfeffer. Gall. *Persicaire*. A. Fleabane, ars-mart, peach-wort.

Persicus Ignis, denotat morbum causticum & igneæ indolis, estque vel *Anthrax* ipsa vel ei similis. Vide *Anthrax* seu *Carbunculus*, sumitur quoque pro *Gangræna*.

Persistens Febris, quibusdam vocatur talis intermittentis species, cujus paroxysmus exacte eandem periodum servat.

Persolata, est *Bardana*, dicta ob foliorum magnitudinem, quibus si persona faciem tegat, eam à solis calore defendat, idem quod *Personata*.

Personata, & Personatia, Gr. Περσώπιον, προσωπὶς, Ἄρκειον, est *Lappa* seu *Bardana*, appellata, quod ob foliorum magnitudinem, personæ faciem tegat, atque à solis calore defendat. *Personatia* hac quondam ad personas utebantur, quoties in theatris aliisve locis, qui cognosci à populo nollent, egisse quippiam volebant. Vide *Lappa*. B. Groot Klissen-kruidt. G. Gross kletten-kraut.

Perspiratio, idem quod *Diaphoresis*.

Persultatio, idem quod *Diapedesis*.

Perturbatio Critica, est congeries Symptomatum, quæ in summo morbi vigore ægrum affligunt, dum

causa ejus corpus nostrum adgreditur, & vires vitæ conantur eam subigere.

Pervigilium, idem quod *Agrypnia.*

Pervinca, vide *Clematis Daphnoides.*

Pes, Gr. πȣ̃ς, sumitur latè pro femore, tibia, & pede ipso. Vel strictè pro pede, qui dividitur in tarsum, metatarsum & quinque digitos. B. De voet. G. Ein Fuß. Gall. *Un pied.* A. The feet.

Pes Anserinus, est species Atriplicis: sic dictus quod ejus folia pedem anserinum referant. Gr. *Chenopus*, vide suo loco. B. Ganzen-voet / Verkens-dood. G. Gansfuß / schwein-todt / sautodt. Gall. *Pied ou Patte d'oye*, *mort aux porceaux.* A. Goose-foote. Anatomicis etiam ita vocatur illa portionis duræ nervi auditorii portio, quæ per musculos temporum, frontis, & palpebrarum distribuitur.

Pes Columbinus, est Geranii species, ob similitudinem cum pede columbino dictus. B. Duiven-voet. G. Tauben-fuß / starter-kraut. Gall. *Pied de pigeon.* A. Pigeon or dove foot.

Pes Cornicis, vide *Coronopus.*

Pes Leonis, vide *Alchimilla.*

Pes Leporis, Idem quod *Lagopus.*

Pessarium, est Medicamentum oblongum, quod adversus varios uteri affectus, in crassioris, longiorisque digiti figuram efformatum, in medio excavatum, & cera obductum, in cervicem ejus immittitur. B. Steek-pillen / Moeder-pillen / Vrouwen zet-pillen. G. Mutter zäpflein. Gall. *Pessaire.* A. Idem.

Pessulus, idem quod *Pessarium.*

Pessus, idem quod *Pessarium.*

Pestis, est morbus epidemius, in quibusdam regionibus, inprimis calidis, frequentior & periculosior quam in aliis, contagiosus, ex miasmate venenato aëris nimis aculeato, & evecto, primum suscepto, deinde per contagium propagato, ortum ducens, qui occultè & latenter homines plurimos simul subitissime aggressus, febres validissimas, spirituum extinctiones, cruoris solutiones vel coagulationes, ipsius & partium solidarum siderationes & Νεκρώσεις infert, cum apparentia Exanthematum, Bubonum aut Anthracum, nec non horrendo aliorum symptomatum apparatu, ægros in vitæ periculum adducit. Gr.

Λοιμὸς

λοιμὸς. B. De Pest / besmettelyke ziekte. G. Pestilentz. Gall. *Peste*, *Contagion*. A. The pest or plague.

PETALA, Botanicis vocantur folia illa colorata, ex quibus omnium plantarum flores componuntur. B. Bloembladen.

PETALE, idem quod *Phthiriasis*.

PETALOIDES, est urina foliacea aut squammea, ex πέταλον folium, squamma, lamina, & εἶδος forma. B. Schubachtige pis. G. Blättern Harn.

PETASITES, Est planta, quæ habet caules plures, crassos, excavatos, lanuginosos: folia initio angusta, acuta: ubi caulis est deciduus, oriuntur folia ampla, fere circularia, aliquantulum in margine incisa, superius virido fusca, inferius lanuginosa & albescentia, pedunculis longis adhærentia, crassis, rotundis, carnosis: radix oblonga, digitum crassa, ramosa, resinosa, foris fusca, albicans, saporis acris, aromatici, amaricantis, odoris fragrantis: nomen accepit à foliorum magnitudine, pileum seu petasum referentium. B. Dokke-bladen / pestilentie-kruidt of wortel. G. Pestilentz-wurtz / nagen krafft. Gall. *Chaperonniere*, *Herbe aux teigneux*, *Glouteron*, *Petasite*. A. Butterbur, lagwort.

PETECHIÆ, sive PETECHIALIS, Italica vox est, *Pulicaris* dicta, est febris, qua cutis maculis, pulicum morsui similibus, variegatur: derivatur à voce Italica *Pettecbio*, significans variolas purpureas. B. Peper-koorn / bluts-koorts. G. Fleck fieber / blut flecken. Gall. *Fievre Petechiale*. A. Petechial feaver.

PETIA, est linteamentum, ex quo sacculi formantur in usum Medicum. B. Een zakje. G. Ein säcklein. Gall. *Sachet*. A. Sachell.

PETIGO, idem quod *Lichen*.

PETROLEUM, seu OLEUM PETRÆ, est liquamen, sive axungia Macrocosmi, pingue, liquidum, ex bitumine fuso expressum, tenuissimum, levissimum, graveolens, inflammabile penitus, aquæ fontanæ sæpe innatans, oleo stillatitio simillimum, è Petris & saxis effluens. In Italiæ regione Mutinensi stillat candidum & ruffum. In Siciliæ fontibus innatat. Apud Mejanum pagum in tractu Parmensi album est. Babylonicum autem in suo fonte flagrare dicitur, secus Italicum. B. Steen-oly / Peter-oly. G. Stein

G. Stein-öl. Gall. *Petrole, ou huile de Petrole.* A. Stone-oyl.

PETROSELINUM, eſt Apii ſpecies notiſſima, cujus radices, folia & ſemina in culinis æque quam in Medicina frequentiſſime uſurpantur: ſic appellatur, quod in petroſis rupibus, ſaxisve, locisque præruptis naſcatur: vel quod calculi frangendi vim habet: vel quod Oreoſelinum (id eſt Selinum montanum) à linguæ græcæ imperitis, in Petroſelinum mutatum ſit. B. Peterſelie. G. Peterſilgen/ garten Eppich. Gall. *Perſil.* A. Parſly.

PETROSUM OS, eſt interna oſſis temporum facies, ſic ob lapidis petroſam duritiem appellatum, canales tres ſemicirculares & cochleam continens, ex πέτρος lapis, & εἶδος forma. B. Het ſteen-been. G. Das ſteinharte-bein. Gall. *Os petreux.* A. The ſtony bone.

PETUM, eſt Tabacum, dicitur Americanis *Petune*, hinc quia eſt vox barbarica, ejus etymologiam deſcribere neſcimus, vide *Tabacum* & *Nicotiana.*

PEUCE, eſt *Pinus*, *Larix*, an à πευκὸς amarus, an quia πῖος ἔχει aut à πίσσα pix?

PEUCEDANUM ſeu PEUCEDANUS, Eſt planta, quæ habet caulem excavatum, ramoſum: folia Fœniculi foliis majora, laciniata, trilobata: ſemina ſunt ovata, ampla, marginata, oblonga, involucrum deponentia: radix eſt craſſa, longa, externe nigreſcens, interne albeſcens, ſaporis pinguis, acriuſculi, ut Fœniculi radix, odoris ſulphurei, eſt Fœniculus porcinus; nomen accepit à Pinu, quæ Gr. Πεύκη dicitur, cui odore, ut & ſapore quodammodo par eſt. Hinc poſteriores Lat. *Pinaſtellum* eum vocarunt. B. Solfer-wortel/ Verkens-venkel. G. Haarſtrang/ ſau-fenchel/ ſchwebel-wurtz kraut. Gall. *Queue de Pourceau*, *Peucedane*, *Fenouil de Porc.* A. Hogs-fennel, ſulphur wort, horſe-ſtrange, horſe-ſtrong, ſow-fennel.

PEZA: ſignificat imam plantam vel pedis malleolum.

PHACE, Gr. Φακὴ & Φακὸς, eſt *Lenticula*, quaſi ἡ τὰ φάη κακῦσα, ἤτοι φαῦλα ποιοῦσα, vel φάκακος, quod oculos lædat & hebetet. Vel dicitur, quod ſemen ejus formam & ideam maculæ faciei, ſive oculi referat. B. Linſe. G. Linſe. Gall. *Lentille.* A. Lentil.

PHACIA, idem quod *Lenticula.*

PHACOS, eſt macula faciei lentem referens; unde *Lenticula* & *Lentigo* appellatur. B. Een Sproete. G. Schweiß-flecken/

flecken/ Sommer-flecken. Gall. *Lentilles ou taches de rousseur, qui viennent au visage & aux mains de la figure d'une lentille.* A. Freckle.

Phacotos, est scalpri Chirurgici genus, lentem referens, à φακὸς lens.

Phænomena, sunt omnia quæ secundum & præter sanitatem in corpore nostro apparent, & a nobis sensibus observari possunt, à φαίνω appareo. B. Verschynselen. G. Erscheinungen/ zeichen. Gall. *Phænomenes, Apparitions, Accidens.* A. An Appearance or sign.

Phagedæna, est cancer exulceratus, à φάγω edo & δάινω rodo. B. De Wolf. G. Der Wolff/ ein umsich fressend Geschwär. Gall. *Cancer, Loup.* A. Wolfe. Item enormis edacitas, ut in *Bulimia.*

Phagedænica, sunt Medicamenta carnem superfluam ulcerum, eorumque latera callosa exedentia; à φάγω edo, & δάινω rodo. Idem ulcera tumida, profunda, subjectas carnes erodentia, labia callosa habentia, & sanationi resistentia sic vocantur.

Phalacrosis, est calvities, sive capillorum decidentia & profluvium, ex ἄκρος summus & φάλος albus. B. Uitvallen des Hairs. G. Das auffallen des Haars. Gall. *Pelade.* A. The falling of ones Haire.

Phalangium, & Phalangites, est planta florifera, cujus flos est nudus, hexapetalus, amplectens ovarium subrotundum, fætum seminibus angulosis: folia sunt longa, angusta; caulis ex imo foliorum erumpens, rotundus; sic vocatur, quia creditur morsus Phalangii animalis posse sanare.

Phalangosis, est palpebrarum vitium, quando duplicem aciem pilorum repræsentant, vel quando interius crescunt, ita ut oculos pungant & lachrymas excitent, à φάλαγξ acies. Item est vitium palpebræ superioris, quod nimium sit relaxatum, oculique aperturam & visum impediat, nisi æger palpebram manu elevet: nasci autem istud vitium fere semper solet, quoties aut palpebræ musculus elevator resolvitur, aut cutis superior a quacunque causa nimium relaxatur. B. Winkbraauwen omkrulling. G. Das Augbrauen-haar kräusen. Gall. *Espece de Trichiase.*

Phalanx, est ossium digitorum series, velut in aciem structa. B. Een Order. G. Ein Ordnung. Gall. *Phalange, Ordre, Disposition.* A. An Order.

PHALARIS, ſive Canarina, eſt planta, quæ habet caulem nodoſum; folia Tritici, ſed minora; ſpica eſt craſſa, confecta ex glumis, ſemina oblonga, alba, ſplendentia condentibus, ſquammatim congeſtis; glumæ binæ, cavæ, carinatæ, ſemen medium utriculo involutum tenentes, faciunt ſquammulas apparentes: hæc planta creſcit in Hiſpania & regionibus calidis. nomen habet ἀπὸ τῆ φαλαριᾶν, quod ſemen ſplendidum, candidumque reddat. B. Kanarie zaad. G. Kanarien kraut. Gall. *Semence de Canarie.* A. Graſſe-corne, Petie-panick, Canary-ſeed.

PHANTASIA, eſt ſenſus internus ſeu *Imaginatio*, qua aliquid menti repræſentatur & imprimitur, ut ſuo tempore cum ejus expreſſione proferatur. Videtur quod imaginatio ſit ſpirituum animalium quædam undulatio, interius in cerebri meditullio, & deinde verſus ambitum ejus undequaque expanſa. Singularia ſunt ejus effecta tam in ſano homine, quam in ægrotante. In ſano ab ea dependent multi appetitus, dormientium inſomnia, &c. Ægri inde inanibus ſpectris deluſi verum eſſe putant, quod ſibi tantum imaginantur, ſive febri laborent, ſive non, quod multis exemplis patet in phreniticis & melancholicis. Imo effectus ſuos exſerit in fœtum, utero matris contentum, adeo ut ille ab hac cauſa maculis aliiſque deformitatibus inficiatur. à Φάινω repreſento. Gr. Φαντασία. Lat. *Imaginatio.* B. Inbeelding G. Einbildung. Gall. *Phantaiſie, Imagination.* A. Imagination.

PHANTASMA, idem quod *Phantaſia.*

PHARMACEUTICA, idem quod *Pharmacia*, vel ſunt ea, quæ ab arte Pharmaceuticâ dependent.

PHARMACIA, eſt ars ſimplicia Medicamenta colligendi, depurandi, ſolvendi, componendi, aliis miſcendi pro ſcopo Medici in uſum ægrorum: Eſt hæc una ex tribus Medicinæ partibus, cujus auxilio Inſtrumenta, quibus morbi profligantur, ſuppeditantur: aliæ enim duæ partes audiunt Chirurgiam & Diæteticam, à Φαρμακεύω Medicamentis purgo. B. Konſt der Apotheken / Artzeny-bereiding / Kruid-meng-konſt. G. Der Artzneykunſt / der Apotheckerkunſt. Gall. *La Pharmacie.* A. Preparing of Medicaments.

PHARMACOPÆA, eſt doctrina ſive deſcriptio rerum Medicamentalium quoad notas diſtinctionis, colligendi & depurandi modum, earumque vires & doſin exhibens, in uſum Medicorum & Pharmacopæorum: ſeu eſt doctrina

Me-

Medicamentorum, adeoque & *Pharmacologia* eodem sensu dicitur. Vide *Dispensatorium*, à φάρμακον Medicamentum, & ποιέω facio. B. Artzeny-konst / Artzeny-meng-konst. G. Apothecker Tax / Artzney-bereitung. Gall. *Pharmacopée*, *Apothicairie*, *boutique d'Apothicaire*. A. An Apothecaries Shop.

PHARMACOPÆUS, sive SEPLASIARUS, est vir Pharmaciæ peritus, qui novit Medicamenta colligere, eligere & componere: estque Medici manus sinistra, quamvis arte & scientiâ Chirurgus anteponendus ipsi.

Læva manus *Medici Doctoris*, *Pharmacopæus*:
Dextraque *Chirurgis* jure vocandus erit.

Ex φάρμακον Medicamentum, & κόπτω tundo, vel ποιέω facio. B. Een Apotheker / Artzeny-bereider / kruid menger. G. Ein Apothecker / Artzney bereiter. Gall. *Apothicaire*. A. A seller or preparer of medicin.

PHARMACOCHYMIA, est illa Chymia, quæ tantum præparationes Medicamentorum tradit, quæ sanitati humanæ inserviunt, ideoque hac in parte à *Metallurgia*, arte *Spagyrica* & *Chrysopoietica*, facile distinguitur. B. Een Chimische Artzeny / Scheikonstige kruid-menging. G. Chymische Artzney bereitung. Gall. *Medicine Chymique*. A. Chimical Medicine.

PHARMACOPOLA, est is, qui Medicamenta divendit, ex φάρμακον Medicamentum, & πωλέω vendo. B. Apotheker / kruid-bereider. G. Apothecker. Gall. *Apothicaire*. A. A Seller or preparer of Medicin. Locus etiam, præparandis & vendendis Medicamentis destinatus, vocatur *Pharmacopolium*.

PHARMACUM, REMEDIUM, seu MEDICAMENTUM, est quicquid manente vita morbos in corpore humano impugnat & profligat, estque vel *actuale* vel *potentiale*: *simplex* vel *compositum*: *dogmaticum* vel *empiricum*: *externum* vel *internum*: naturale vel *artificiale*, à φαρμακεύω Medicamenta conficio, vel à φέρειν ferre, & ἄκος medela. B. Een Medicament / Geneeß-middel / kruid-mengsel. G. Eine Artzney. Gall. *Medicine*, *Remede*. A. A. Medicine, Remedie. Aliquando tamen hæc vox etiam *Venenum* denotat.

Pharyngetrum, nunc pro pharynge, nunc pro osse hyoïdis sumitur.

Pharyngotomia, idem quod *Laryngotomia.*

Pharynx, est superior pars Oesophagi, Vertebris colli incumbens, interius membrana mucosa tecta, movetur & constat ex tribus musculorum paribus, *Cephalopharyngæo*, *Sphenopharyngæo*, & *Stylopharyngæo*, quibus accedit *Sphincter* qui & *OEsophagæus*, vocatur, à φάγω comedo, deglutio. Latinis & *Fauces*, & *Frumen* Donato. Gr. Φαρύγγετρον, Ἀσφάραγος, βρόγχος. B. Het steel-gat. G. Der Rachen / Schlund. Gall. *Le Pharynx*. A. The Upper part of the Gullet.

Phaseolus & Phaselus, Est planta, quæ habet folia terna, Hederam terrestrem referentia, sed molliora, venosa: flores sunt leguminosi, papilionacei, albi: flori succedit siliqua longa, in acumen desinens, in initio viridis, post maturitatem albescens, in duas partes dehiscens: fœta seminibus reniformibus, quæ semina Phaseoli dicuntur, plerumque albi, tamen aliquando inveniuntur nigri, rubicundi, & vario colore instructi; prima sunt ex Thracia delata, hinc Fabæ Turcicæ vocantur. G. Δόλιχος, utrumque nomen ab effigie & longitudine siliquarum, aut fructus accepit, qui lintrem, Lembumque seu Naviculam exprimunt. *B.* Turksche / of Roomsche boon. G. Welsche bonen. Gall. *Haricots*. A. Kidney Beanes.

Phegopyrum, idem quod *Fagopyrum.*

Phellandrium, est aquatica planta Cicutæ ferè æmula, odore Sii, habetque caulem crassissimum, striatum, excavatum, nodosum, in multos ramos divisum, qui rami se in alas extendunt: folia ampla, in margine incisa, saporis grati, aliquantulum acris: flores in summitate caulium crescunt; semina sibi invicem juncta, Aniso crassiora, obrotunda, fere ovalia, compressa, odorata, nigricantia, reliquum simile est Cicutæ; crescit in locis aquaticis, fortè à φελλεύω fluito suberis more & ἀνδρεῖομαι virile robur assumo, in aquis enim non tardè fluentibus intrepidè quasi & viriliter se erigit. A. Water Hemlock.

Phellodrys, suberis est arbor, à φέλλος suber, & δρῦς quercus. B. Kurkeboom. G. Korckeiche baum / Pantoffelholtz.

Phellos, vide *Suber.*

Pheuteuma, an à φυτεύω dicatur, dubium non puto.

to. Φυτεύω non tantum *plantare* significat, sed etiam *producere*, *generare*, ac *parere*.

Phiala, dicitur vas vitreum ex ventre amplo in modum sphæræ rotundæ, gracilem canalem in proceritatem emittens; ejus usus frequens Chymicis in coagulationibus & solutionibus. B. Een Phiool-glas. C. Ein Viole / Phiol. Gall. *Une Phiole*. A. A Vial, phial.

Philadelphus, est Aparine, sic dicitur, quod ob asperitatem vicinis herbis tanquam fratribus adhæret, ex φίλος amator, & ἀδελφὸς frater. Vide *Aparine*.

Philanthropos, est Aparine: sic dictus, quod prætereuntium vestibus adhæret, ex φίλος amans, & ἄνθρωπος homo. Vide *Aparine*.

Philiathros, est is qui Medicam artem amat & illi operam dat, ex φιλὸς amatos & ἰατρὸς Medicus. B. Een Liefhebber der Artzeny. G. Liebhaber der Artzney.

Philipendula, est idem quod *Filipendula*.

Phillyrea, & Phillyra, est Tilia, habetque folia oblonga, conjugata, semper virentia: flos est monopetalus, campaniformis, quadripartitus; calice quadrifido contentus: ovarium in fundo calicis fit fructus semine rotundo. Dictam volunt, quod in tenues assulas, sive Philyras discerpatur, alii derivant à φλοιὸς cortex, propter corticis utilitatem, vel dicitur à Phillyra Saturni filio. *Philyrea* propriè arbor est alterius generis. B. Steelstruit / Rynwilge. G. Rhein weiden. Gall. *Filaria*.

Philochymicus, dicitur is, qui Chymiam amat, ex φιλὸς amator, & χυμικὸς artis Chymicæ peritus. B. Een Liefhebber der Chymie. G. Ein Liebhaber der Scheidkunst.

Philonium, est Medicamentum Electuarii consistentia, & quia recipit Opium, Opiatis annumeratur. Ita ab inventore *Philone* vocatur: sed hujus Medicaminis variæ occurrunt Descriptiones.

Philosophica Calcinatio, vide *Calcinatio Philosophica*.

Philtrum, est concavitas labro superiori impressa & dividens, sic quasi amabile dicitur. Sumitur quoque pro Medicamento amorem conciliante, *Amatorium virus* Plin. *Amatorium poculum* Cic. est, quale *Deliniamentum* vocat Afrianius. Gr. Φίλτρον, Ἴυγξ. B. Minnedrank / volgt my na. B. Ein Liebetranck / lauff mir nach. Gall. *Philtre*. A. A Love Drink.

Phimosis, est quando præputio arctè adeò obtegitur glans, ut denudari nequeat, a φιμὸς obturamentum.

Phleborrhagia, est venarum ruptio, à φλὲψ vena, & ῥήγνυμι rumpo. B. Een Ader berst. G. Ader bruch Gall. *Rupture de Veine.* A. The Breaking of a Vein.

Phlebotomia, est venarum sectio per lancettam, quæ non tantum sanguinis minuendi gratia, sed ad varios alios fines instituitur. Vide *Venæ sectio*, ex φλὲψ vena, & τέμνω seco. B. Bloedlating / Aderlating. G. Das Aderlassen / öffnung der Aderen. Gall. *Saignée.* A. Cutting. of a Veine or bleeding.

Phlebotomus, est is, qui venas secat: item instrumentum, quo venæ secantur, ex φλὲψ vena, & τέμνω seco. B. Vlym / Lancet / Laat-yzer / Laatmes. G. Ein Lancete / Fliete / Laßeysen. Gall. *Lancette.* A. Idem.

Phlegma sive Pituita, est materia subalbida, limpida, tenax, sero sanguinis crassior, ex sanguine crudo viscidoque, vel stagnatione diuturna lymphæ tenuioris in cavis suis collectæ, & tenuissimis particulis spoliatæ, oriunda; & inprimis in cavis narium, ventriculi, Intestinorum &c. hærens, quæ naturalis, & corpori nostro utilis, illis partibus obliniendis inservit. B. Slym / Snot / Fluimen. G. Rotz, Schleim. Gall. *Phlegmone*, *Pituite.* A. Fleame, Snevil. *Phlegma* item est destillatus aquosus, spirituoso liquori contra distinctus liquor; item nubeculæ, quæ in aquis destillatis aliquando apparent, *Phlegma* vocantur. B. Slymig zetzel in het gedistilleerde Water. G. Schleim. A. Phlegm & Flegm. Apud *Hippocratem* inflammatio sic sæpè sonat. Sumitur interdum pro excretione viscida. Item morbus gallinarum est. B. De Pip. G. Pfipse der Huneren. à φλέγω uro, incendo.

Phlegmagoga, sunt Medicamenta pituitam educentia, ex φλέγμα pituita, & ἄγω duco. B. Slymdryvende of loosende middelen. G. Schleim außtreibende Artzneyen.

Phlegmasia, est inflammatio, æstus, ardor, à φλέγω uro. Vide *Phlegmone.*

Phlegmatici, sunt, qui nimiâ pituitâ abundant. B. Slymige Luiden. G. Ein Schleimblütiger.

Phlegmone, sive Inflammatio, Gr. Φλεγμονὴ & Φλεγμασία, veteribus dicebatur omnis calor, naturæ modum excedens, recentioribus autem definitur stagnatio sanguinis rubicundi in vasis arteriosis, angustioribus quam ut par-

particulæ ſanguinis tranſire poſſint, cum attritu ſanguinis a tergo prementis, hinc conjungitur cum tumore, calore, rubedine, pulſatione & dolore loci: etiam contingit quia vaſa naturaliter lympham vehentia admiſerint in initio ſuo globulos rubros ob liquidi velocitatem & preſſionem, vel quod ipſa vaſa ſanguinea fuerint anguſtata, vel quod liquidum tranſmittendum ſit nimis craſſum, à φλέγω inflammo, uro. B. Een Ontſteking. G. Entzündung/Hitzig Geschwär. Gall. *Phlegmon*, *Inflammation*. A. Inflammation.

Phlegmonodes, eſt inflammatio levis, tumens, phlegmoni ſimilis, ex φλεγμονὴ inflammatio, & εἶδος forma.

Phlogium, eſt Violæ ſpecies, ejus nomen videtur impoſitum ἀπὸ τῆ φλογὸς à flamma, & ἴον viola, quod ex violæ ſit genere, floremque, in quo flammei quid emicet, habeat.

Phlogosis, idem quod *Phlegmone*, à φλογόω incendo: aliis tantum eſt minor inflammationis gradus, quum ſcilicet ſubito in facie oritur rubedo cum quadam incaleſcentia brevi evaneſcente. B. Ontſteking. G. Entzündung.

Phlogmos ut & Phlomos & Phlox, vocatur *Verbaſcum*, quia flammæ ſeu facis in modum aſſurgit, φλὸξ enim eſt flamma. B. Wolle-kruid/ Wolle-bladen/ Toorts-kruid. G. Wull-kraut/ Kertzen kraut/ Brenn kraut/ Himmel kraut/ Königs-kertz/ Himmel-brand/ Unholdenkertzen. Gall. *Bouillon blanc*, *Mollaine*, *ou Bon-homme*. A. Higtaper, Wolwort, Mulien, Milleyne.

Phlyctæna, ſive Papula, eſt puſtula vel veſicula in cute excitata, alba, oriunda a ſtagnatione lymphæ in vaſis lymphaticis, vel a ruptione & effuſione lymphæ ex ſuis vaſculis. B. Waterpuiſt/ Blaren. G. Waſſerblattern/ blätterlein. Gall. *Bouton*, *Phlictene*, *Puſtule*. A. Blitters. Item ſub cornea tunica, ab ulcuſculo puris collectio, vocantur & Φλυκτίδης, φλυζάκια & φλύζεις. Arab. *Saphati*, ab aliis *Ignis Silveſtris* appellatur. Item φλύκταινα, φλυκτὶς, φλυζάκιον Galeno a φλυκταινοῦμαι in puſtulas erumpo, vel ἀπὸ τῦ φλύειν vel φλύζειν quod bullire & fervere eſt, puſtulæ & veſiculæ quaſi à ferventibus & acerrimis humoribus excitatæ, iis, quæ ab igne vel fervente aqua excitantur, ſimiles. B. Het wild vuur/ vuurige Blaartjes. G. Hitz-pocken/ hitzige Blattern/ das wilde feur/ Nachtbrandt/ Blattern. Gall. *Phlictene*, *ſeu volage*. A. The Wilde Fire.

Plyctænodes, ſunt puſtulæ Phlyctænis ſimiles.

Phly-

PHLYSIS, idem quod *Phlyctæna*.

PHLYSACIUM, idem quod *Phlyctæna*.

PHOENICIUS MORBUS, idem quod *Elephantiasis*, sic vocatus forte, quia in Phœnicia aliisque Orientalibus plagis grassatur, vel à colore rutilante, est & nomen alicujus Emplastri.

PHOENIGMUS, est Medicamentum, quod in cute per aliquod tempus applicatum, sua valida actione rubedinem excitat, uti & *Dropax* & *Sinapismus*, à φοινίσσω rubefacio. B. 't Vel roodmakend en blaartrekkend middel. G. Die fell rohtmachende und Blattern ziehende Artzney.

PHOENIX, est Palma seu Dactyli arbor, quasi φοίνιξ, à sanguineo cruentoque quarundam palmarum dicitur colore, a φοινίσσω rubefacio. B. Dadel-boom. G. Dattelenbaum. Gall. *Palmier*. A. Date-tree, Palm-tree.

PHOSPHORUS, *Hofmanno* definitur corpus sulphureum subtilissimum, cujus partes constituentes motu rapidissimo intus agitantur, qui motus dum oculi tunicam retinam ferit, ideam luminis excitat, & si per fortiorem attritum augetur, in apertam flammam convertitur: talis est lapis Bononiensis, qui certo modo calcinatus, in tenebris lucem de se mittit. Sic quoque vocatur oleum Urinæ, quod summam ignis torturam passum, ignem in se intricat, & destillatione ex terrea retorta transscendens, in aqua exceptum, formulis adaptatis infundi & figurari potest, & in tenebris se verum esse ignem ostendit, ex φῶς lumen, & φέρω fero. G. Ligt-brenger. G. Licht-trager / phosphorus Gall. *Phosphore*, *Porte Lumiere*.

PHRAGMITES ARUNDO, sic dicitur, quod inde sepes fiant, è φράσσω sepio: φραγμὸς enim est septum.

PHRENES, sunt *Præcordia*, idem quoque quod *Diaphragma*.

PHRENESIS, idem quod *Phrenitis*.

PHRENITIASIS, idem quod *Phrenitis*.

PHRENITICI NERVI, sunt qui ad diaphragma pertinent.

PHRENITIS, PHRENITIASIS, seu PHRENESIS, est delirium cum febre acutâ continuâ, sæpè cum loquacitate, furore & excandescentia, inquietudine, rubore oculorum & faciei, aspectu truculento, pulsu duro, respiratione rara & magna, motu tremulo convulsivo, screatu frequenti,

parca

parca potus assumptione conjunctum, à spirituum animalium inordinato motu, ab exesionibus meningum, inflammationibus &c. ut plurimum in ætate juvenili, tempore vernali & æstivo, post spirituosorum abusum, vel vehementia animi pathemata, productum; nam ab irritationibus istis convulsiones totius cerebri fiunt, unde imaginatio perturbatur, & objecta animæ non debitè repræsentantur. Est vel primaria, quando cerebrum immediate afficitur, vel secundaria, quæ febribus ardentibus succedit, quando humoris morbifici portio ad cerebrum transfertur. Clariss. *Willisius* Phrenesin hoc modo definit, quod sit nempe, totius animæ sensitivæ, sive spirituum animalium quoad totam eorum Hypostasin, phlogosis sive inflammatio, à φρὴν mens, quia mens laborat. B. **Krankzinnigheit / Razende koorts.** G. **Taub fieber / taub sucht.** Gall. *Phrénésie.* A. The Frensy.

Phrice, idem quod *Horror.*

Phricodes, est febris horrifica, in qua una cum calore horrores sentiuntur, ex φρὶξ horror, & εἶδος forma. B. **Bevende koorts.** G. **Zitternde Fieber.** Gall. *Fievre Tremblante.* A. Trembling Feaver, dreadful Feaver.

Phryganium, sive Cremium, est Suffrutex: sic fortè dicitur à cremando, φρύγειν enim seu φρύττειν est cremare, arefacere, quia ejus sarmentis ignes struuntur.

Phtharticum, est Medicamentum corrumpens & deleterium, à φθείρω corrumpo.

Phtheiroctonon, est *Staphys Agria*, sic dicitur, quia ejus semen pediculos enecat, à φθεὶρ pediculus, & κτείνω occido.

Phthora, est Napelli deleterii species, à φθείω corrumpo, perdo, tela enim hujus succo illita parant vulnera deleteria, nisi excisione pernicies antevertatur. Vide *Staphys Agria.*

Phthiriasis, sive Morbus Pedicularis, est affectio, qua verminat corpus, scatetque pediculis. In hominis corpore primo exiguæ excitantur pustulæ, quæ si aperiantur, facile curantur, sin minus in gravem morbum pedicularem incidunt. B. **Luys-ziekte.** G. **Lauss-sucht.** Gall. *Maladie Pédiculaire*, *Pouilleux.* A. The Lowsy Evil. Aliud genus est, quod dicitur ἄγριον sive ferum, qui ita corpori tenacitur adhærent, ut divelli nequeant, & priori durius est. Gall. *Morpion* & *Pitas.* G. **Filtzlauſe.** Aliud

ud Genus dicitur *Petale:* ſunt lati pediculi in barba, palpebris, pectine & ſub axillis nidificantes. B. **Platluizen.** G. **Filtzläuß.** A. Crab-louze. Huc referuntur *Syrones*, *Dracunculi*, *Paſſio bovina*, *Ricinus* &c. quandoque infantibus *Pedicelli* ſuccreſcunt pedibus. B. **Luis-ziekte / Luis-zucht.** G. **Läuß-ſucht.** Gall. *Maladie Pediculaire.* A. The Lowſy evil.

Phthiriasis, eſt palpebrarum ſcabies furfuracea & ſquammoſa, à φθειριάω pediculis ſcateo.

Phthirion, idem quod *Phtheiroctonon.*

Phthisicus, eſt qui pulmonum tabe laborat, à φθίω corrumpo. B. **Die de Teeringe heeft.** G. **Der die Schwind-ſucht am halſe hat.** Gall. *Etique.* A. A conſumption.

Phthisis, Tabes, Gr. Φθόη, φθίσις, φθίνας νοσ@ Plutarch. Τηκεδὼν πὺν Aretæo, eſt univerſi corporis conſumptio, ex pulmonum, vel alterius viſceris nobilioris ulcere orta, cum febri lenta & continua conjuncta; quam reſpiratio difficilis, genæ rubræ, oculi cavi, ungues curvi, anhelitus fœtens, ſputa purulenta, & tuſſis comitantur; quæ ſæpe hæreditario quaſi jure a parentibus contrahitur, vel perverſam thoracis conformationem, hæmoptœn, vel neglectos aut male curatos organorum reſpirationi inſervientium morbos inflammatorios ſequitur, à Φθίω corrumpo. B. **Longe-zweer / Teering.** G. **Schwind-ſucht / Lungen-ſucht.** Gall. *Phthiſie*, *Ethique.* A. Ulceration of the lightes, conſumption.

Phthoe, idem quod *Phthiſis.*

Phu ſeu Phy, eſt Valeriana: illa vox à Ponti incolis Græcis mutuata: dici volunt à putore gravique odore, mixto Nardeæ ſuavitati, quem *Phu* ſeu *Phy* adverbio admirantis, & abhorrentis adverſamur ſubodorati. Vide *Valeriana.* B. **Speer-kruid / St. Joris-kruid / Valeriane.** G. **Baldrian.** Gall. *Valeriane.* A. Valerian.

Phygethlon, ſive Panus, eſt tumor ex inflammatione glandularum ortus, ut in Peſte circa inguina, &c. B. **Een Buil / Klierontſteeking.** G. **Ein hart rothe Geſchwulſt.** Gall. *Tumeur.* A. Tumour.

Phylacterium, eſt amuleti ſpecies, qua venenati morbi arceantur, ut Zenexton & alia.

Phyllirea, vide *Philly rea.*

Phyllitis, quaſi folioſa herba, cum tota quaſi folium ſit; vocatur etiam *Lingua cervina*, & eſt Scolopendriæ ſpe-

species: sic dicitur quod foliosus cespes appareat, ex φύλλον folium.

Phyllum, est Mercurialis: an sic dicatur per excellentiam ob frondes & folia? frondosa & foliosa enim est planta, & φύλλον est folium.

Phyma, sive Tuberculum, generaliter sic vocatur omnis tumor p. n. præsertim in ambitu extremo corporis a causa quacunque interna proveniens. Gr. Φῦμα & Φυτὸν quatuor vel quinque generum sunt, Verrucæ, Calli, Vari, Furunculi & Hydroa sive Desudationes, de quibus suo loco. Aliis est tumor glandularum duntaxat qui statim augetur & ad suppurationem festinat, à φύω cresco.

Phymatodes, est tuberculum *Phymati* simile.

Phymosis, idem quod *Phimosis*.

Phymus & Phymosis, idem quod *Phyma*.

Physalis, est Lupulus, vel potius ejus flores seu umbellæ: fortè dicitur à φυσάω inflo, quia cerevisia cum Lupulo cocta facile in bullas elevatur. Eodem quoque nomine vocatur Solanum vesicarium ob vesicas, φυσαλὶς enim est bulla, vesica. Vide *Lupulus*.

Physalos, est Bufo, qui se mirum in modum inflare potest, à φυσάω inflo.

Physema seu Physesis, est inflatio in quacunque corporis parte, intestinis vel abdomine, ut in Tympanitide. Item Resina pini, à φυσάω inflo.

Physesis, idem quod *Physema*.

Physica, examinat omnia, quæ in toto universo sunt, corpora, eorumque naturam, proprietates, actiones, &c. indagat. Medicina propterea est pars Physicæ, quatenus corpus humanum, omniaque, quæ ad salutem ejus tendunt, pro objecto habet, hinc Medici nonnunquam vocantur Physici, quod Anglis inprimis usitatum est. B. **Natuurkunde.** G. **Naturkunst** Gall. *Physique*.

Physiognomia, est peritia in natura, hoc est, in creatis cognoscendis, à γινώσκω cognosco & φύσις, natura.

Physiognomica, sunt signa, quibus nonnihil ex vultu præsagiri potest, ex φύσις natura, & γινώσκω cognosco.

* Physiologia, est Medicinæ pars, quæ docet corporis humani constitutionem quatenus sana est, quoad omnes ejus partes, fabricam tam solidorum quam fluidorum, ex quibus constat, exhibens, legesque tradens juxta quas hæc in se agant, quænam effecta producant, & cui usui omnia de-

destinata sint, ex φύσις natura, λέγω narro. B. Natuur-redening. G. Gespräch von natürlichen dingen.

Physis, idem quod *Natura*.

Physocele, idem quod *Pneumatocele*.

Physodes, est quod flatibus abundat: à φυσάω inflo, & εἶδος forma.

Phyteuma, est species Linaniæ vel Stæbes, &c. hujus Etymon etsi omnibus plantis coommune videatur (quia φυτεύονται omnes) tamen φυτεύειν non tantum *Plantare*, sed *Producere*, *Generare* ac *Parere* significat. Hæc cum ad amatoria maximè apta sit, & sic ad generationem, præ aliis φύτευμα est appellata.

Phytologia, est pars Medicinæ, quæ strictè ad *Pharmacologiam* & latè ad Physicos pertinet. Est enim vegetabilium & plantarum cognitio, ex φυτὸν planta, & λέγω dico. B. Plantkenning. G. Plantz erkandtnuss. Vide *Botanica*.

Pia Mater, vide *Mater Tennis*.

Pica, est appetitus vix superabilis eorum, quæ in nutrimentum commutari queunt, vel eorum quæ neutiquam apta huic operi: hujus mali causam observationes docuere esse humorem acrem prædominantem in visceribus chylopoieticis, vel ad stomachum & intestina delatum, vix nisi insueto assumto compescendum, circuitum cruoris mutatum, imaginationem depravatam; unde virgines, gravidasque mulieres, inprimis, mirabilis hic affectus occupat; raro autem viri eo infestantur, nisi qui aliquomodo Hypochondriaci. Dicitur ita ab ave ejusdem nominis, quæ globulos terræ esitare perhibetur. vide *Citta*.

Picatio, vide *Dropacismus*.

Picea, Gr. πίτυς, est Abietis species, picem proferens.

Picra, vide *Hiera Picra*.

Picris, sic nominatur Cichoreum, aliquando Hieracium, idque propter amaritudinem: πικρὸν enim est amarum.

Picrocholus, est is, qui amaram bilem eructat, eaque abundat, ex πικρὰ amara, & χολὴ bilis. B. Galachtig. G. Cholerisch / voll von Gall / dem die gallen über laufft. Gall. *Bilieux*. A. Gallish.

Pictonum Colica, in Indiis Occidentalibus familiaris, propter dolorum atrocitatem etiam *Colica nervosa* audit.

Pie-

PIESTRUM, est instrumentum Chirurgicum ad contundenda ossa capitis in extrahendo fœtu mortuo; dicitur & *Pissorium* & *Contusorium*, & *Embryothlastes*.

PIGRITIA, est maxima corporis tarditas cum appetitu otii & somni, metuque defatigationis, lassitudinisque, sed pigri raro sunt macilenti, unde Pigritia non tam in macie vel tabe pinguedinis carnisque & succorum defectu, quam in succis non satis agilibus, & fibris motricibus hinc inde obstructis, consistit. Ideo qui pingues, carnosi, crassique sunt, longi item & ventre tumidi, solent pigri esse: at pigritia unum est ex præcipuis Scorbuti dicti symptomatis; quæ vero Pigritia aliquos tenet, qui cum alacres sunt uni rei, ad aliam segnes existunt: Exempli gratia, qui ad studia lenti, magis amant vitam in strepitu, in militia, labore, peregrinatione, venatione, lusu, alea, joco, saltatione, &c. quam tranquilliorem & sedentariam: ea segnities non morbus in motu corporis tardiore, sed animi ægritudo est ex aliis causis cum corpore nimium agili. Gr. Ὄκνος. B. Luyheid / Traagheid. G. Faulheit / Trägheit. Gall. *Paresse*. A. Slothfulnes, idlenes.

PILA, species mortarii est, ex varia materia fabricata, ut ænea, lapidea, vitrea, fictilitia, &c. sumitur & pro pistillo. B. Een Mortier. G. Ein Mörsel. Gall. *Un Mortier*. A. A Morter.

PILARIS MORBUS, idem quod *Phalangosis* & *Trichiasis*.

PILEUS, idem quod *Galea* in Fœtu. Item est instrumentum Chirurgicum metallicum, undique in vertice perforatum, quod exulceratis papillis nutricum applicari solet pro commodiori lactatione. B. Een Hoedtje. G. Ein Hütlein.

PILI, sunt corpora teretia & tenuia, filamenti instar solida, & facillime in quamcunque partem flexilia, variæ formæ & coloris, intus cava, in locis nonnullis exterioris ambitus corporis eminentia, per cutis poros penetrantia, radicem sub ea figentia bulbosam, multis vasculis ornatam, per pili substantiam distributis; inservientia fotui partium, quibus supereminent, pororumque exhalantium defensioni ne ab externis comprimantur. Dicuntur & *Crines*, & *Capilli*, quamvis capilli capiti solummodo attribuantur, quasi essent pili capitis. Dividuntur in *Connatos*, quales sunt pili capitis, palpebrarum, &c. Et *Postnatos*, sive qui

post nativitatem crescunt, ut pili genarum, pudendorum, &c. B. Hair. G. Das Haar. Gall. *Cheveux*, *Poil*. A. The Haire.

Pilosella, est Gnaphalii species, dicta à copiosis pilis, quibus folia investiuntur. Vocatur etiam *Auricula muris* a similitudine foliorum. Vide *Filago*.

Pilula, sive Catapotium, est Medicamentum solidum sphæricæ figuræ, pisi magnitudine, ex pulveribus, gumminis, extractis, &c. glutinoso liquore exceptis, efformatum, deglutitioni faciliori inserviens. Suntque *purgantes*, *vomitum concitantes*, *sudoriferæ*, &c. B. Pillen. G. Pillulen / Artzney-kügelein. Gall. *Pillules*. A. Pilles.

Pilum, idem quod *Pistillum*.

Pimpinella, Est planta, quæ habet caules rubros, angulosos, ramosos: folia oblonga, aut obrotunda, in margine dentata, bina uni costæ adhærentia: flores sunt monopetali, rotati, plerumque quadrifidi ad centrum usque, quatuor vel multis ornati staminibus, prælongis, bracteis vero herbaceis, minutis, vix conspicuis, unde apetalon alii pronunciant: ovarium fit fructus quadrangularis plerumque, utrimque acutus, modo unicapsularis, modo bicapsularis, fætus seminibus oblongis, coloris fusci vel subrufi, saporis subamari, adstringentis; odoris tenuis non ingrati: hæc planta crescit in pratis & montibus: dicitur etiam Pampinella, Bipinella, seu Bipennula, quibusdam *Pompenella*, quia pepones olet: ideoque corrupta vox à pepone erit: nisi velis deducere à Germanica voce *Bibinell*, sive à bibendo, quod vino indita illud ob meliorem saporem & gratitudinem, bibere facit: mutatis nempe ambo b. in p. facile invenies nomen Pimpinellæ. Alii nomen deducunt a foliorum binis ordinibus pinnatim sive plumatim digestis. Vocatur etiam *Sanguisorba*, quoniam radix ob virtutem suam adstringentem sanguinem quasi absorbet, & in hæmorrhagiis conducit. B. Pimpernel. G. Bibernell / Bibinell / Stein peterlein / Bocks peterlein / Kolbleskraut / Blut-kraut / Megel-kraut. Gall. *Pimpernelle*, *sanguisorbe*. A. Burnet, Stone-parsley.

Pinealis Glandula, vide *Conarium*.

Pinguedo, vide *Adeps*.

Pinna Auris, est superior & latior pars ipsius auris, quæ *Ala* dicitur. B. De Oor-top. G. Das gantze aufstehende des Ohrs.

Pinna Nasi, vide in *Pterygium*, & *Ala*.

Pinus, truncus hujus arboris eſt magnus, elevatus, rectus, craſſus, in parte inferiori nudus, in ſuperiori vero ramoſus, corticem aſperum & rubicundum habens, lignum durum, flaveſcens, & odoratum: folia Abietis foliis longiora, bina ſemper ex una communi vaginula orta, parva, dura, ſemper viridia, acuta: flos mas amentaceus ſtaminibus conſtat plurimis in uno plantæ loco: fructus in eadem planta loco a flore mare remoto fit conus, tuberculis tetragonis conſtans; inter ſquamas duobus ſcrobibus excavatas, ſunt duo oſſicula, ſæpe alata, fæta nucleo oblongo, candido, pingui, qui ſi recens ſit, ſaporem ſubdulcem habet; hæc arbor colitur in hortis, & creſcit in montibus. Gr. Πεύκη, an pinus à *πίτυς* picea à mutato *t* in *n*? an à ſpina: quod folia habeat quaſi ſpinoſa, ablato tantum *s*, quaſi ſpinus? B. Pyn-boom / Pyn-appelboom. G. Hartz baum / Fichten baum / Kinholt / Foren-holtz / Zinnenbaum. Gall. *Le Pin*. A. Pine-tree.

Piper, ejus ſunt variæ ſpecies, uti *vulgare Piper* ſive *nigrum*, *Melanopiper*. Gr. dictum. Secundo, *Album*, ſive *Leucopiper*, & *Longum* Gr. *Macropiper*; in Malabar maxima Piperis provenit quantitas; naſcitur & in Malacca, inſulis Javæ vicinis, Sunda & Cuda, aliiſque locis. Scritur ad radices alterius arboris, ad cujus usque faſtigium ſeſe convolvendo ſcandere ſolet, foliis raris, Mali aſſyrii effigie, ſed minoribus, & per extremum acutis, virentibus, guſtu acri. Fructus uvarum ferè modo racematim cohæret, quamvis racemi & fructus minores ſint: inter nigri & candidi plantam tam exigua eſt differentia, ut à nemine quam ab incolis dignoſci poſſint. Longum naſcitur in Bengala, cujus planta eadem quidem, ſed folia teneriora & pallidè vireſcentia habet, imo & petiolum breviorem. Virtute omnia calefaciunt, ſed album ſuperat nigrum, & illud iterum longum ſua præſtantia. Condimentum eſt communiſſimum, culiniſque magis quam uſui Medico inſervit. B. Peper. G. Pfeffer. Gall. *Poivre*. A. Pepper.

Piperitis, eſt planta, cujus folia & præſertim radices acrem & mordicantem habent ſaporem, ideoque à piperis acrimonia nomen mutuatur. Gr. Λεπίδιον. B. Peper-kruid. G. Pfeffer-kraut / Pfifferling Gall. *Paſſerage*, *Poivrée*. A. Dittanner, pepper-wort.

Piso, idem quod *Mortarium*.

Pissaphaltus, est nativus vel factitius. *Nativus* describitur a Dioscoride, quod nascatur in Apollonia Epirotarum. Item, quod ex Ceraunijs montibus devolvatur, & impetu fluminis raptum rursus æstu in littus expuatur, ibique concrescat. Et hac ratione nihil aliud esse videtur quam *Asphaltus*, de quo vide suo loco. *Factitius*, est mixtura ex pice ac bitumine, (unde & nomen accepit) videturque id esse, quod nostrates *Asphaltum* vocant, seu *Bitumen Judaicum*. Non desunt qui putant Arabum esse *Mumiam*. attamen ipso vocis sono medium quid picem inter & bitumen notat; nigrum, terrenum, graveolens; forsitan variis coëuntibus pinguibus cum bitumine fusco concrevit arte vel & natura. G. Pech mit Asphalto vermischt Bergther.

Pisseleon, vide *Pix*.

Pistacia, Pistacium, est arbor nucifera, cujus nomen à Syris inditum, ideoque ejus originem nescimus. Nucleos fert oblongos, Amygdalis minores, angulosos, acuminatos, saporis oleosi atque subdulcis. B. Pistassi-boom / Fisticen / Pimpernoot-boom. G. Pimper-nuß baum. Gall. *Pistachier*. A. Pistach-tree.

Pistillum, est instrumentum Pharmaceuticum, quo res in mortario tunduntur. In Botanicis sic vocatur pars illa floris, quæ ejus centrum inter stamina occupare solet, & pistilli oblongi pharmaceutici formam habet. Sumitur a Cl. *Tournefortio* pro ovario sive seminali conceptaculo; eoque sensu est femininum plantæ organum semper bene tectum, & in intimo floris centro ut plurimum dispositum, quod semina, quæ vera sunt ova, usque in perfectam maturitatem continet, conservat, & ab externis injuriis defendit, & postquam fæcundata sunt, uteri vicem gerit; hæc autem singula fætus ad instar umbilicali fune instructa assurgenti ex utero stylo annectuntur, qui intus cavus est; & ad superiora exporrectus in veram vaginam expanditur, quæ diversa plerumque figura prædita mirum in modum in extremis oris fimbriata apparet; hinc quum totum styli corpus, maxima autem ejus superior pars Tubis Fallopianis non absimilis sit, eodem a nonnullis nomine insignitur; non, quod ipsa fæcundi pulveris grana, quæ staminum apices ejaculantur & in vaginam excutiunt, ad impraegnata nondum ova deferat (hæc enim tantummodo vehiculi

vices

vices gerunt.) Sed, quod ſpirituoſus ille halitus pulvere ſuo expeditus, & vagina exceptus, per Tubas Fallopianas ſeu ſtylum delatus contenta ovario fœcundet ſemina. B. **Een Stamper.** G. **Ein Ruhr-piſtill / Stöſſel / Stämpffel.** Gall. *Un Biſtortier, un Pilon.* A. A Peſtle.

Pistolochia, eſt Ariſtolochiæ ſpecies fideliter partum expellens: hinc ejus nomen à πιςὸς fidelis & λοχὸς puerpera, gravida, à λέγω, id eſt κεῖμαι jaceo, ſcil. ἐν τῷ λέχει, in lecto.

Pisum, Eſt planta, quæ habet caules longos, cavos, fiſtuloſos, fragiles, coloris viridis, albeſcentis, ramoſos, repentes: folia ſunt oblonga, a caule quaſi penetrata, cætera pinnata, coſtis appoſita: flores ſunt leguminoſi, albi, punctis purpureis inſtructi, flori ſuccedit ſiliqua longa, inflata, cylindrica, fæta ſeminibus ſubrotundis, viridibus: ſed poſt ſiccitatem anguloſis, albis, aut floreſcentibus: radix eſt parva. Piſum primo diſtinguitur a magnitudine, ſecundo a colore, tertio a figura. Gr Πίσον, πίσσον, & λίκυθος vel λίκιθος, nomen accepit, vel ἀπὸ τοῦ πτίσσειν quod *Decorticare* ſignificat; vel ab agro vel urbe Piſa, circa quam copioſiſſimè olim naſcebatur. *Lecythos* eſt ovi vitellus cortice obductus, hinc piſa, quia cortice etiam veſtiuntur, Gr. λεκίθους nominant. B. **Erwte.** G. **Erbs** Gall. *Pois.*

Pittacium, eſt pannus modicus, qui Medicamento illitus, affecto loco imponitur. Πιττάκιον, Πλάτυσμα, qui latior videtur, ut *Splenium* oblongior: *Splenium* Plinio à ſplenis figura, longiuſculum propriè emplaſtrum eſt. B. **Wondplaaſter.** G. **Wundpflaſter.** Gall. *Emplaſtre pour les playes.* A. A Wound plaiſter.

Pituita, idem quod *Phlegma.*

Pituitaria, vocatur *Staphys agria*, quia maſticando pituitoſam ſalivam copioſè elicit.

Pituitaria Glandula, vide *Glandula Pituitaria.*

Pityriasis, vide *Furfuratio*, à πίτυρον furfur. B. **Zemelachtig Vel.** G. **Kleyen fell.**

Pityroides, eſt urinæ ſedimentum furfuraceum, ex πίτυρον furfur, & εἶδος forma. B. **Zemelachtige Pis.** G. **Kleyen Harn.**

Pitys, eſt *Pinus, Picea*, quaſi à πῖος, quia pingui abun-

abundat, vel à πίτλα, siquidem ex ea pix defluit. B. **Pik-boom.** G. **Pechbaum.** Vide *Pinus.*

Pityusa, est Ezula, cujus folia Pini foliis proximè accedunt: hinc nomen venit à πίτυς Pinus.

Pix, Gr. Πίσσα, est pars resinosa ex arboribus resinosis, uti Pinu, Abiete, Larice, Terebintho, Cedro &c. vi ignis extorta, modus fit per descensum. Primo venit pix liquida, deinde crassior & crassissima, affertur copiosè ex Finlandia, aliisque circa Norvegiam locis. Pix liquida dicitur *Pisselæon Dioscoridis.* Pix illa ubi denuo coctione purgatur, seu si mavis dephlegmatur, crassescit magis & magis, diciturque pix sicca, *Palimpissa, Pix navalis,* (quod navibus picandis adhibeatur) non quod à navibus maritimis derasa sit, quippe hæc appellatur *Zopissa.* B. **Pek / pik.** G. **Pech.** Gall. *De la Poix.* A. pitch.

Pix Græca, vide *Colophonia.*

Placenta Uterina, seu Hepar uterinum. B. **De Moeder-koek.** Est substantia rubra hepati similis, plurimis acinis glandulosis & innumeris vasorum tenuissimorum myriadibus referta, figuræ orbicularis, pedem circiter lata, duos digitos crassa. Habet venam unam, & arterias duas ex funiculo umbilicali, & vasa fortè lymphatica à partibus vicinis. Parte exteriore utero adhæret, alterutri lateri indifferenter; frequenter tamen in medio, quemadmodum fructuum petiolus arbori, interius Chorio obducitur, & qua parte utero adhæret, membrana quoque intercurrit: ex uteri vasculis minimis huc currentibus & cum orificiis vasculorum placentæ communicantibus succum nutrientem, (non secus ac in papillis intestinorum contingit, quæ chylum imbibunt & vasis lacteis communicant) accipit, qui per venam umbilicalem, una cum sanguine refluo, in usum fœtus facessit, cujus pars superflua ab arteriis in amnion fortè deponitur, ut fœtus etiam per os nutriatur. Forte vasa sanguinea placentæ, cum vasis uteri sanguineis communicant. Placenta illa una cum membranis, post enixum fœtum, etiam expellitur, & *Secundinarum* nomine venit. B. **De nageboorte / Geboorte-koek.** G. **Leber kuchlein / die nachgeburt / after-burt.** Gall. *Le Gateau, ou l'Arriere faix.* A. Womb-cake, the womb-liver or Secondine.

Pladarosis, sunt parva & mollia tubercula, internæ

næ parti palpebrarum accrefcentia. B. **Stukjes vleeš aan de oog-schelen.** G. **Stucklein Fleisch an den Augbrauen.**

PLAGULA, vide *Splenia*.

PLANETICA ARTHRITIS, πλανάω erro, vagor. Idem quod *Arthritis Vaga*.

PLANTA, eft vegetabile integrum, five arborem velis, five fruticem, five herbam, eftque corpus Hygro-organicum, id eft, quod conftat diverfa folidarum partium fabrica, in quibus varii generis liquores continentur, moventurque; per radicem terræ affixum, unde nutrimentum capiens crefcit, ficque diftinguitur a reliquis rebus crefcentibus, viventibufque. B. **Een Plant.** G. **Ein Gewächs / Kraut / eine Pflantz.** Gall. *Une Plante*. A. A plante.

PLANTAGO, Gr. Ἀρνόγλωσσον: nomen devenit à planta. Vide *Arnogloffum*.

PLANTA NOCTIS, idem quod *Hydroa*, & *Sudamina*, fic dicitur, quod à frigore nocturno potiffimum inducatur.

PLANTA PEDIS, eft pedis inferior carnofa & concava pars, inter digitos & calcem, cujus mufculi ne lædantur, teguntur firma Aponeurofi, quæ a calcis inferiori parte orta per totam plantam decurrit, omnesque adit digitos, fenfimque in pinguedine evanefcit. B. **De Voetzool.** G. **Die fußsolen.** Gall. *Plante du pied*. A. The Sole of the Foot.

PLANTARIS MUSCULUS, ita eum vocarunt antiqui, quod credebant, mufculum hunc, ut Palmaris longus volæ manus, eodem modo Aponeurofin dare Plantæ pedis, fed nequaquam ad illam pertingit. Oritur autem brevi ventre a condylo externo offis femoris, decurrit inter Gaftrocnemium & Soleum longo tendine, qui ab interiori parte juxta tendinem Achillis inferit fe calci. B. **De Plant-Spier.** G. **Der fußsolen Mauß.** Gall. *Le Jambier Grefle, dit vulgairement Plantaire*. A. The Mufcle of the Sole of the Foot.

PLANUM OS, a nonnullis ad maxillæ fuperioris offa refertur, ab aliis vero pro parte ethmoidis offis habetur; eftque offium fpongioforum lamina exterior, quæ fuperiorem lateralemque cavi narium partem conftituit.

PLASTICA VIRTUS, dicitur quæ vim habet aliquid formandi. Veterum eft locutio & ignorantiæ afylum; quod enim rectè explicare non poterant, vim plafticam vocabant;

bant: ut eſt vis oſſifica, oſſifraga, expultrix, attractrix &c. à πλάσσω fingo. B. Vormkunst-kracht. G. Geſtalt-kunſt kraſt. Gall. *Vertus Plaſtique.*

PLANTANARIA, eſt arundinis ſpecies, ob ſimilitudinem fructuum, quam globuli arboris Platani habent, nomen accepit. B. Riet-gras. G. Igels Knöpfen. A. Reed-graſſ.

PLATANUS, eſt arbor, de qua Herodotus, aliique ſcriptores tam multa locuti ſunt, dicitur & Platanus latus, quia hæc arbor in Aſia tam mirifice ramos expandit, ut plus quam mille homines ſua grata umbra tegat; ſub tali arbore dicitur Hippocrates inveniſſe Democritum, eumque eſſe allocutus. nomen habet, ob folia lata & ampla, à πλατύνω dilato, ramos diffundo. B. Ahornboom. G. Ahorn / Maß holder baum. Gall. *Platane*, *ou Plane*. A. Plane-tree.

PLATYPHYLLOS, eſt Eſculus: vox ſonat *Latifolia*, ergo à πλατὺ latum & φύλλον folium.

PLATYSMA, eſt linteum latum, quod ulceribus ſuperimponitur, à πλατὺ latum.

PLATYSMA MYODES, vide *Myodes*.

PLECTRUM, vide *Cion*.

PLENITUDO, eſt *Plethora*, ſive boni ſanguinis abundantia; quæ dicitur eſſe vel ad vaſa vel ad vires. Vide *Plethora*.

PLENUS PULSUS eſt, qui ſub tactum cadit diſtentus adeo, ut ipſa quidem craſſior facta videatur arteriæ tunica.

PLERES ARCHONTICUM, eſt pulvis quidam cephalicus: ſignificans *Implens Principale*, à πληρόω impleo, & ἀρχὴ principium.

PLEROTICA, ſunt Medicamenta carnem reſtaurantia & implentia. Vide *Sarcotica*, à πληρόω impleo. B. Vleeſ-makende middelen. G. Fleiſch machende artzneyen. Gall. *Remedes incarnatifs*.

PLETHORA, eſt cum ſanguis, alendo corpori utilis, in vaſis ſupra mediocritatem abundat, ita ut a minimo motu vehementiori, in ſtatu ſanitatis requiſito, ſtatim morbus inducatur: diciturque eſſe vel ad vaſa, cum ſanguis ita abundet, ut vaſa, quibus continetur, mole ſuâ diſtendat, vel ad vires, quando tanta eſt ſanguinis copia, ut vaſa quidem non ſupra modum repleat; viribus tamen ſit gravis. Sed illa differentia potius ad morbos referri debet,

bet, quam ad sanitatem: nam si vasa distendantur, vis eorum contractilis minuitur, & humorum circuitus retardatur, hinc crassum sanguinem & obstructiones indicat: & si homines viribus fuerint graves, obstructiones & compressiones vasorum minimorum & nervorum significat, à πλήθω impleo. B. Bloed-rykheit / overvloedt van Bloedt. G. Voll Bluttigheit / überflussige Feuchtigkeit. Gall. *Plein de sang*, *Plethore*.

Plethoricus, est is, qui multo sanguine & succis abundat, à πλήθω repleo. B. Een die veel bloed heeft. G. Ein der überflüssige Feuchtigkeit hat. Gall. *Plethorique*, *sanguin*. A. Bloudy, bloudish.

Pleura, sive Membrana Subcostalis, est membrana satis tensa, acutissimo sensu donata, thoracem ejusque viscera intus succingens, inserviens lateribus thoracis lævigandis, ne lædantur pulmones. B. Het borst-vlies / ribbe-vlies. G. Das brust fell / so die rippe deckt / rippen-fell. Gall. *Pleure*. A. The Breasts internal Membrane.

Pleuritis, in genere est morbus laterum, eodem modo ut Arthritis morbus articulorum: proprie vero ita dicitur pleuræ & musculorum intercostalium inflammatio, cum febre acutâ, continuâ, punctorio lateris dolore, aucto in inspiratu, in exspiratu, vel animæ retentione mitiori, quare conjungitur cum difficili respiratione, pulsu duro, tussi fere perpetua, sed ob dolorem, quem infert, ut plurimum suffocata, sputoque interdum cruento, estque vel *Vera*, ut supra definivimus, vel spuria, sicca vel humida, idiopathica vel sympathica, à πλευρὰ latus. B. Zyde wee / Pleuris. G. Das Seiten stechen / Seitenweh / brust geschwär / stich / das Stechen. Gall. *Pleuresie*, A. The pleurisie.

Pleuritis Notha, seu Spuria, est species Pleuritidis, in qua musculi intercostales externi, vel musculi alii his incumbentes vera inflammatione corripiuntur, cum signis nonnullis Pleuritidis modo discriptæ. B. Een bastaart pleuris. G. Bastart Seitenweh. Gall. *Fausse Pleuresie*, *Pleuresie batarde*.

Pleuropneumonia, morbus est, ex pleuritide & peripneumonia compositus.

Pleurortophnoea, est lateralis morbus, in quo non nisi erecto collo respirare possumus, ex πλευρὰ latus, ὀρθὸς rectus, & πνέω spiro.

Plexus Choroides, supra glandulam Pinealem, velut

lut supra fibulam suspendi videtur: iste plexus ad hunc modum constituitur: ex utroque medullæ oblongatæ latere, ubi cerebri limbus ei connectitur, duæ arteriæ è posterioribus carotidum ramis, ubi vertebralibus uniuntur, oriundæ, recta ascendunt; quæ statim divisæ, velut plures rivi juxta consiti, versus glandulam pinealem evehuntur, ibidemque mutuo occursu terminari videntur; atque illic loci è sinu quarto surculi venosi utrinque prodeunt, qui pariter in filamenta divisi, arteriis capillaribus obviam fiunt, inque illos pluribus in locis inosculantur, & varie complicantur; adeoquè hæc vasa, inter se plurimum irretita, & glandulis interserta, plexus admirandos constituunt. B. De netwys gevlogten vlegting. G. Die netzgleiche geflochtene blut gefäse. Gall. *Le Plexus, ou Lacis Choroide.* A. The Net Choroides.

Plexus Ganglioformis, dicitur. quando varii nervi in unum nodum glanglio sive nodo similem coalescunt. B. Zenuw-vlegts knoop. G. Spannader geflochten knopf.

Plexus Nervosus, dicitur, cum duo vel plures nervi coëunt, & extuberantiam velut nodum constituunt. B. Zenuw-vlechten/ Zenuw-knooping. G. Ein Geflochten sennaders knopff. Gall. *Noeud Nerveux.* A. The nervous plex.

Plexus Reticularis seu Retiformis, vide *Plexus Choroides.*

Plica, est morbus *Polonis* endemius, quando capilli capitis in unum cirrhum, vel plicam concrescunt, instar caudæ vaccinæ, adhæc etiam gibbi fiunt, laxantur artus, membra conglobat & retorquet, pediculos fundit, aliaque symptomata inde proveniunt. Diligentissimus *F. Ruisch* mihi plicam ostendit, quam in musæo inter alia rariora servat. B. Een vlecht. G. Maren-flecht & schrötleins zöpff/ salben zopff/ alii maren-lock/ vel moren-lock/ Wichtel Zopffe/ judenzöpffe.

Plumaceola, idem quod *Splenia.*

Plumbago, idem quod *Molydæna.* Gall. *Plomb de mer, Plumbagine, Mine de plomb noire, Plomb de Mine.*

Plumbago, est Persicaria, dicta quod maculas habeat plumbeas.

Plumbum, est metallum mollissimum, ante ignitionem in igne liquescens. fumando avolans, & diu fusum per vasa pleraque transit, ante ignitionem calcem ejicit, vitrescit

ſcit cito, tum fuſum nullo vaſe in igne contineri ultra poteſt: cum metallis impuris vitreſcit, tumque eadem ſecum ex cava ſuperficie catilli documaſtici abripit, ſolum aurum & argentum pura à cæteris relinquit; in aqua forti, non in aqua regia ſolvitur, ſalemque dat dulcem. minime ſonorum eſt, coloris lividi, ſpecificæ gravitatis ad aquam, ut 11345. ad 100. B. Loot. G. Bley. Gall. *Plomb.* A. Lead.

Pneumatici, olim vocabantur Medici, qui a flatu vel ſpiritu corpora ſubeunte omnia vel ſecundum naturam ſe habere, vel in morbos incidere cenſebant.

Pneumatocele, eſt ramex ſeu Hernia ventoſa: cum ſcrotum à flatibus diſtenditur, adeo ut etiam tranſlucere, præſertim lumine admoto, videatur, à πνεῦμα ventus, & κήλη tumor. B. Wind-breuk G. Windbruch. Gall. *Pneumatocelle*, *Hernie venteuſe*. A. A windy rupture.

Pneumatodes, eſt anheloſa reſpiratio, à πνέω ſpiro, & εἶδος forma.

Pneumatomphalus, eſt umbilici, à flatibus in ventre collectis, protuberantia, ex πνεῦμα flatus, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. Een windbreuk in de navel. G. Des nabels windbruch. Gall. *Hernie Venteuſe du nombril*, *ou Pneumatomphale*. A. Windy rupture in the navil.

Pneumatosis, eſt ſpirituum animalium generatio, quæ fit in glanduloſa corticis cerebri ſubſtantia, niſi forte vaſcula ex ſanguineis recte oriunda ſint nervorum communicatoria: illic arteriolæ deplentur, & ſpiritus extillantur, qui poſtquam cerebri meditullium ſubierint, totum nervoſum genus, motibus actionibuſque ſenſitivis perficiendis, irradiant, à πνεῦμα ſpiritus, & τίθημι conſtituo. B. Geeſtmakinge. G. Geiſtmachung. Gall. *Generation ou Production d'eſprits* A. Generation of ſpirits.

Pneumon, Gr. Πνεύμων, Lat. Pulmo, à πνέω ſpiro. Vide *Pulmones*.

Pneumonanthe, eſt Campanula autumnalis: & vox ipſa ſignificat *Florem Pulmonalem*, ſed an inſerviat morbis pulmonum, needum compertum habeo, ex πνεύμων pulmo, & ἄνθος flos, Longe Bloem. G. Lungen blum. A. Marsh-gentian.

Pneumonica, ſunt quæ reſpirationem facilitant, à πνέω ſpiro.

Pni-

PNIGALIUM, idem quod *Epialtes*, à πνίω suffoco. B. De nachtmaar. G. Alp / Nachtschretelein.

PNIGMUS, est suffocatio, seu strangulatio, à πνίγω strangulo.

PODAGRA, est Arthritis pedum, quæ prima vice regulariter media nocte, verno tempore, adgreditur articulum majorem pollicis pedis, eumque sensim rubedine suffundit, cum exigua intumescentia, vide *Arthritis*, ex πȣ̃ς pes, & ἀγρεύω capio. Cic. *Pedibus Captus*. B. Voeteuvel / voetflerecyn. G. Das Zipperlein an den fussen. / Fuß Gicht. Gall. *Goute aux pied*. A. The gout in the feet

PODAGRA DENTIUM, idem quod *Odontalgia*.

PODAGRA LINI, idem quod *Cassutha*.

PODEX, idem quod *Anus*.

POEONIA, est planta, quæ habet caules rubicundos, in multos ramos divisos; folia ampla, polita, splendentia, in parte superiori lanuginosa, caulibus rubicundis adhærentia: flores sunt rosacei, pentapetali, aut polypetali, rubentes, saporis fatui, odoris nullius; pistillum floris abit in fructum, multis siliquis univalvulis constantem, in inferiori parte conjunctis, in superiori a se mutuo secedentibus per maturitatem, repletis seminibus crassioribus, oblongis, rotundis, nigris, lucidis, sub cortice crassiusculo, membranaceo, includentibus pulpam albam, saporis subdulcis, odoris nullius: radix est oblonga, crassa, tuberosa, foris fusca, intus pallida, saporis dum recens est, subacris, cum levi quadam amaritie, odoris nullius. Gr. Γλυκυσίδη & Παιωνία, Casta Herba Latinis. Γλυκυσίδη dicta, quod grana Mali Punici acinis similia habere videatur. Nam sidia mali punici grana à Bœotis nominantur. *Pæonia* ab ejus inventore, Medicinæ peritissimo, Pœone appellata est, qui ea nempe vulneratum Plutonem ab Hercule curasse perhibetur. Nisi fortè nomen illud acceperit ἀπὸ τȣ̃ παίομαι, sive παίω, vel τύπτω ferio, percutio. Vel à παίων vel παιωνίζω hymnos cano, quod ob insignes virtutes multum laudaretur; inprimis mirificam quandam facultatem contra Epilepsiam habere dicitur. B. Peoni / Pinxterblom. G. Peonie / Benigroen / Pfingst rosen / Gicht rosen / Königs-blum. Gall. *Pivoine*, *Peone*. A. Peony, piony.

POLEMONIUM, nonnullis *Been Album*, est planta flosculos albos producens, an habeat nomen à Cappadociæ urbe

urbe *Polemonium* dicta, asserere non audeo. B. **Wit Veen.** G. Tauben kropf / Liebweich. A. wild sage.

Poliater, vocatur Medicus, jussu & auctoritate Magistratus artem suam in civitate quadam exercens.

Polium, est planta graveolens, quæ habet caulem obrotundum, tenuem, durum, lignosum: folia oblonga, lanugine flava instructa, dentata, crassa: flos est monopetalus, labiatus, cujus labii superioris locum occupant stamina, labium vero inferius in quinque partes dividitur; ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita, obrotunda, minima; flores in capitulum collecti summis ramulis & caulibus innascuntur, suntque aurei coloris, odoris penetrantis, aromatici, saporis amari: crescit hæc planta in regionibus calidis in montibus. dicitur à canitie, canisque capillamentis & tomento hirsuto, quæ non modo capitula corymbacea, sed etiam universam plantam incanam reddunt, perinde ac Gnaphalium. Gr. πολιὸς canus est. B. **Gyps-kruut.** G. **Grau-kraut.** Gall. *Polium.*

Pollex, vide *Digitus.*

Pollinctura, idem quam *Conditura*, sive cadaverum Balsamatio.

Pollutio Nocturna, est involuntaria seminis, cum titillationis sensu, per libidinosa insomnia, excretio. B. **Onwillige zaadloozinge.** G. Saamen fluß. Gall. & A. *Pollution.*

Polyacanthas, est Cardui spinosi species, ex πολὺ multum & ἄκανθα spina.

Polyanthemum, est planta multos flores proferens, ex πολὺς multus, & ἄνθος flos.

Polychreston, est Medicamentum multis morbis accommodatum: hinc Nitrum, cui intra crucibulum ad ignem fuso parum sulphuris simul injicitur, eousque pergendo donec deflagratio peracta sit, exhibet sal, quod in aquæ fervidæ quintuplo solutum, colatum, post evaporationem collectum, albescens, amarescens, neutrum, hoc nomine donari solet. B. **Een middel tot veele ziekten.** G. Artzney zu vielen kranckheiten.

Polychronius, est morbus diuturnus, qui ad menses & annos plurimos sæpe extenditur, ex πολὺς multus,

&

& χρόνιος diuturnus. B. Een langduurige ziekte. G. Lang-währende kranckheiten / eine stete kranckheit. Gall. *Maladie longue*, *Chronique*. A. A Long disease.

Polygalactos, est fœmina, quæ multo lacte abundat, ex πολυ multum, & γάλα lac. B. Die vol sog / ofte melk is. G. Die viel milch hat.

Polygala, est herba lac generans, vel multum succi lactei habens, ex πολὺ multum, & γάλα lac: habet caulem tenuem, sat durum, alterum rectum, alterum repentem: folia exigua, graminea, altera acuta, altera oblonga, & obrotunda: flores sunt monopetali, personati, perforati, exigui, in spicas congesti; labio superiori erecto, & inferiori bifido, quod magis prominet: post florem sequitur fructus compressus, in duo loculamenta, semina oblonga continentia, divisus; floris calix quinquifidus hunc florem involvit: radix lignosa, exigua, dura, saporis amari & aromatici: crescit hæc planta in locis incultis; oves præ omnibus graminum speciebus hanc eligunt; nullas vires præter eas, quæ gramini communes sunt, habere videtur.

Polygalum, idem quod *Polygala*.

Polygonatum, est *Sigillum Salomonis*, planta hæc habet caules rotundos, politos, nullos ramos dantes, in summitate aliquantulum incurvatos: folia ad caulem alternatim & quasi pendula disposita, oblonga, ampla, nervosa, coloris subfusci: flores sunt monopetali, campaniformes, tubulati, nudi, multifidi, uni cauli adhærentes pedunculis brevibus, in sex segmenta fissi, sex staminibus e latere interno floris enatis præditi: ovarium ex floris centro natus tubam emittit longam, apiculo fimbriato instructam, & fit bacca mollis, fere rotunda, ovalis, viridis, aut purpurea, continens semina ovalia, dura, alba: radix est longa, digiti crassitiei, per intervalla articulata, & nodosa, aut tubulata, alba, multas fibras possidens, saporis subdulcis. hæc planta crescit in sylvis & locis umbrosis: sic dicitur à radice geniculorum frequentibus nodis ex intervallis tumente, inpressis pluribus sigilli instar vestigiis, ex πολὺ multum, & γόνυ genu, seu nodus. B. Salomons zegel. G. Weiß-wurtz. Gall. *Seau de Salomon*, *Signe de salomon*, *Genouiliere*, *Geniculere*. A. Solomons-seal.

Polygonum, seu Centum Nodia, est planta, quæ habet caules longos, tenues, rotundos, solidos, tenaces, plerumque repentes, creberrime geniculatos: folia oblonga,

ga, angusta, acuta, viridia, caulibus brevibus adhærentia, & alternatim disposita; calix est quinquifidus, infundibuliformis, qui per maturitatem fit capsula seminalis: flores apetali, plurimis staminibus constantes, parvi, qui ad foliorum alas oriuntur: semen perfecte triangulare est, sat crassum, coloris castaneæ; radix longa, satis crassa, simplex, dura, lignosa, fibrosa, valde repens, saporis adstringentis: hæc herba in viis frequens, ex πολυ multum, & γόνυ genu. Vocatur etiam *Proserpinaca*, fortè à proserpendo: & *Seminalis*, à seminis multitudine: & *Sanguinalis*, à sanguine cohibendo: ut & *Corrigiola*, an quod morbos corrigat? B. Duizend-knoop / Verkens-gras / kreupel-gras / knoop-gras G. Weg gras / weg-tritt / denn-gras / blut-kraut. Gall. *Sanguinaire*, *Centinode*, *Renouée*. A. Knot-grass.

Polygophora, sunt potus seu vina plurimis spiritibus pollentia, ex πολὺ multum, & φορέω fero. B. Sterke wyn / krachtige wyn. G. Starcke Tranck oder Wein.

Polymorphum Os, vel Latinis *Multiforme*, ita dicitur ob varios, quibus interius & exterius exasperatur, processus, estque idem quod *Cuneiforme*, *Basilare*, *Sphenoides Os* & *Cuboides*.

Polyneuron, vide *Arnoglossum*.

Polyphagia, est multi alimenti assumptio, ex πολὺ multum, & φαγω edo. B. Veel-eting. G. Fresserey.

Polypharmacon, idem quod *Polychreston*, ex πολὺ multum, & φαρμακον Medicamentum.

Polypodes, dicti *Aselli* & *Millepedes*: est insectum diureticum B. Zeugen / Pisse-bedden / Krobben / Ezelkens. G. Ein kellerwurm / schäffelein. Gall. *Cloportes*, *Pourcelets de saint Anthoine*. A. Sows, Hogs-lice, Manyfeet.

Polypodium, est plantæ genus nequaquam ramosum, cujus folia ad nervum pene in partes angustas & oblongas secari solent: fructus foliis innascuntur, capsulæ scilicet membranaceæ sphæricæ in acervulos congestæ annulo carentes, quæ fibrarum contractione rumpuntur & semina fundunt minutissima: radix est oblonga, minimi digiti crassitie, foris rufescens, intus herbacea, ex viridi pallescens, multis nodis & tophis quasi acetabulis geniculata, saporis subacris dulcis, quodammodo adstringentis & nauseosi: est species Filicis, in opacis sylvis & montibus ad petras muscidas, imprimis ad radices caudicesque vetustos arbo-

arborum Fagi, Coryli, Quercus nascitur. ex πολὺ multum & πῦς pes: repit enim quasi plurimis pedibus, vel nomen accepisse ferunt à radice sc. quæ scirrhos & acetabula polyporum modo habet. *Filicula* etiam vocatur à similitudine foliorum cum Filice. B. **Veelvoet / boom-vaaren / engel-zoet / eiken-vaaren.** G. **Engel-süß / Süßfarn / Baumfarn.** Gall. *Polypode.* A. Polypody, Oake-ferne.

POLYPUS, est tumor in cavitate narium excrescens, estque duplex, vel turundæ formam refert, & *Sarcoma* generali nomine vocatur: vel ramulis aut pedibus variis ad oris interiora aut nasi exteriora se extendit, easque partes sic obstruit, ut loquendi, spirandi, & mungendi libertas intercipiatur; color est albus, instar muci concreti, vel propter vasa sanguinea in eo conspicienda sæpe ad rubedinem vergit; modo mollis, & dum trahitur, valde prolongandus, vel durior; aliquando lividus, & niger, ad carcinomatis naturam accedens, & tunc admodum dolens & periculosus; hujusmodi excrescentiæ in naribus, & finibus crassæ meningis aliquando contingunt; In Corde quoque & Arteriis majoribus sanguis pro tempore stagnans ob animi deliquia, &c. concrescit in massam solidam, tenacem, postea non dissolvendam, quæ vel libere in vasis illis aliquamdiu fluctuat, donec impellatur trunco uni alterive, vel accrescit lateri vasis quod summe extendit, & vocatur *Polypus*, ex πολὺς multus, & πῦς pes. B. **Een flym gezwel / veel voet.** G. **Viel-fuß / ein Nasen geschwer.** Gall. *Polype.* A. Tumour with many leggs.

POLYSARCIA, est nimia corpulentia corporis, ex πολὺ multum, & σὰρξ caro. B. **Corpulentigheit / grof-lyvigheit.** G. **Ungemeine dicke / fettigkeit des leibs.** Gall. *Corpulent, Charnu.* A. Corpulent.

POLYSPASTON, est trochleæ compositæ species, & machinamentum articulis extendendis & reponendis accommodatum: ita dictum, quod multis orbiculorum circuitionibus facilitatem præstat, & vim attrahendi usque adeo insigniter amplificat, ut, notante Heistero, qui machinam hanc descripsit & delineavit, hujus beneficio unicus homo plus, quam decem pluresve homines sine illa efficiat, ex πολὺ multum, & σπάω traho.

POLYSPERMOS, qui semine dives est, ex πολὺ multum, & σπέρμα semen. B. **Veel-zadig.** G. **Der viel Saamen hat.**

Po-

Polytrichum, est Capillus Veneris, sic dicitur ob capillarem faciem, ex πολυ multum, & θρὶξ capillus; dicitur quasi *Multicomum*, quod capillos densos ac multos faciat, ejusque defluvia expleat. Est & aliud *Polytrichum*, quod Musci species est, aurei coloris, sic dicta à ramulis, qui capillorum instar tenues sunt. B. **Vrouwen-hair / Venus-hair**. G. **Frauen-haar / Maurrauten**. Gall. *Polytric, Gurguet, Rue de mur*. A. Maiden-hair.

Polytrophia, est nutritio multa, quando nempe quis maximopere nutritur. B. **Veel-voedinge**. G. **Viele Nahrung**.

Pomambra, dicitur quasi pomum ex ambra aliisque odoramentis compositum. Ingredientia sunt plerumque Ambra Grysea, Moschus, Zibethum, Ladanum, Benzoin, Styrax calamita, oleum Cinamomi, oleum Caryophyllorum, &c. ex hisce cum mucagine alicujus gummi, globuli majores seu poma odoris gratia componuntur. B. **Een Amber-bal / Reuk-bal**. G. **Geruch-bal / ein wolriechende bal**. Gall. *Pastille*. A. A Smell-ball, Pomander, Muske-ball.

Pomatum, est unguentum grati odoris, pinguedinem porcinam & poma recipiens, unde nomen. B. **Appel-zalf**. G. **Apffel-salbe** Gall. *Pomade*.

Pompholigodes, urina est, cui in superficie plurimæ bullæ innatant, quæ plerumque in flatibus & doloribus corporis observatur. à πομφολιγόω, bullas excito. B. **Schuim-achtige Pis**. G. **Schaumechtige Harn**.

Pompholyx, est favilla tenuissima & volatilis, quæ dum æs in fornacibus perficitur, supernæ earum parti adhærescit. Coit ibidem in glomusculos vellerum lanæ similes, contactæque farinæ modo dispergitur. Eodem modo & Cadmia, vi ignis violenti in favillam seu Tutiam redigi potest. Arab. *Tutia*, Lat. *Bulla*, nam πομφόλυξ Bullam significat, à πέμφιξ flatus; officinis *Nil*, unde Belgis **Niet / five Witniet /** ad differentiam Tutiæ, item dicitur *Nihili album*. G. **Weiß nicht**. Gall. *Calamine ou Tutie Blanche*. A. The White Tutty.

Pomum & Pomus, latius patet quam Malum, comprehendit enim fere omnes fructus molliorem corticem habentes: fortè sic dictum, quod eorum plurima etiam sitim tollant, ita ut simul sint cibo & potui. Gr. Μῆλον, Ὀπώρα. Nonnulli à πόμα potus derivant. B. **Allerly Ooft / fruit**. G. **Obst / Apffel**.

Pomum, vel Malum, vocatur etiam illa rupturæ corneæ species, per quam uvea tunica prorumpens eminentiam format, quæ pomi figuram utcunque refert.

Pomum Adami, est protuberantia illa in collo anterius conspicua; sic dicitur, quia vulgò persuasum est, in Adami faucibus Pomi partem ex pœna divina remoratam esse, & ad posteros translatam. Nihil aliud est quam capitis laryngis protuberantia. B. Adams Appel. G. Adams Apffel. Gall. *Pomme d'Adam*. A. Apple of Adam.

Pomum Adami, est Mali Aurantii species: nomen accepisse ferunt, quod cortex rimis quibusdam exasperatur ac si dentibus demorsus esset.

Pomum Amoris & Pomum Aureum, seu Malum Aureum, sic vocatur ob pulchrum & amabilem aspectum. Dicitur etiam *Lycopersicum*, & cum Solano & Mandragora viribus convenire perhibetur.

Pomum Odoriferum, idem quod *Pomambra*.

Pondo, de ponderibus *Joh. Rhodius* hæc habet: inter pondera Romana reliquorum omnium tam Ponderum quam Mensurarum veluti regula primas partes merito poscit *Libra*. Cujus schema *P. Celso* sine ulla adjectione, notat pondo solum, hoc est, Libram, non Mercalem, negotiatoriam, Στατικὴν *Polluci*, Gallis Regiam, quæ Senum Denum *Budæo*, de Ass. lib. 2. fol. 38. Sedecim unciarum *H. Junio*, sed Romanam, quæ tam mensuralis à mole, quam a gravitate ponderalis. Assis instar, Romanis usitatissimè XII. Unciarum sive 14. Denariorum erat: non quidem levi conjectura sed computatione legitima, nostræ æqualis. Hoc tamen discrimine, ut Libræ Unciæ XII. Mensurales, X. ponderales respondeant, ex *Galeni* lib. 6. de comp. Med. S. gen. cap. 8. Siliquod sciam, *Budæo* de Asse, duodecim & dimidiæ, cujus sententiæ momenta *Agricola* solidè infregit lib. 4. de ponderibus & Mensuris, nostris sic notatur Pond & Lib. pro Regionum imo & urbium diversitate innumera penè dantur ponderum genera. Vide etiam *Libra*. B. Een pond. G. Ein Pfund. Gall. *Une Livre*. A. A Pound.

Pons Varolii, sunt Processus quidam cerebelli globosi, propè vermiformes, sic à *Varolio* inventore dicti, qui postea a Willisio *Prominentia annularis* vocatus fuit. B. De Brug van Varolius. G. Eine Brucke von Varolius. Gall.

Gall. *Pont de Varolius*, *Appendices vermiformes*. A. Bridg of Varolius.

PONTICUM ABSINTHIUM, nomen habet à Ponto regione, in qua nascitur. *Ponticum* etiam epitheton est saporis cujusdam salini, cum acore & fæculentia conjuncti.

POPLES, est articuli istius, quo os femoris articulatur ossi tibiæ, pars interior, sive posterior, qua crus flectitur. Gr. Ἰγνὺς & Ἰγνύα. B. De Haassen/ Knieschyve. G. Die Kniebeuge/ Kniescheibe. Gall. *Le Jaret*. A. The hollow of the afterpart of the Kneethe Harm.

POPLITÆA VENA, ex duplici ramo crurali misto constat, & sub cute tecta posterius per medium poplitis flexum, excurrit usque ad calcem, aliquando ad malleoli cutim. B. De Haassen Ader. G. Der Kniebeugen Ader. Gall. *Veine Poplitée*, A. Idem. Huic respondet Arteria, quæ arteriæ cruralis internæ ramus est.

POPLITÆUS MUSCULUS, est unus ex iis, quo tibia movetur. Externo infernoque femoris osseo tuberi adnatus, obliquè, itidem tibiæ superiori posteriorique eminentiæ quadrata ex parte figura inseritur. B. De Haassen spier. G. Der Kniebeugen mauß. Gall. *Muscle Poplité*, *ou Jarretier*.

POPULAGO, Est planta, quæ habet caules ramosos, rotundos; folia rotunda, ampla, polita, leviter crenata in margine, coloris virido-obscuri, Chelidonii minoris foliis satis similia: flores sunt polypetali, rosacei, nudi, ranunculoidei: pistillum floris abit in plurimas vaginulas, quæ deorsum pendentes ferunt plurima semina plerumque oblonga: radix fibrosa, albescens: hæc planta crescit in locis aquosis: est *Tussilago* altera, dicitur & Caltha palustris, & Chelidonia palustris, sic dicta ob foliorum albedinem, quam cum Populo arbore communem habet. B. Poef bladeren. G. Dotter-blum/ Mosblum. Gall. *Peuplier*.

POPULARIS MORBUS, idem quod *Endemius* seu *Epidemius*.

POPULEUM, est unguenti nomen, sic dictum, quia componitur ex oculis seu Gemmis Populi, quibus additur *Bardana*, *Hyoscyamus*, *Lactuca*, *Mandragora*, *Papaver nigrum*, *Sempervivum Majus* & *Minus*, *Solanum*, *Violaria*, *Umbilicus veneris*, *Rubi cymæ*, & *Porci axungia*. B. Populier Zalf/ Popelioen Zalf. G. Pappel-baum salb.

POPULUS, seu FARFARUS, est arbor procera, quæ ha-

habet folia fere circularia, incisa, dura, nigricantia, semper tremula, licet nullus adsit ventus: flos est amentaceus, plurimis nempe foliolis apicibus donatis constans, sed sterilis; teneri enim fructus innasci solent iis Populi speciebus, quæ floribus carent, spicati, plurimis foliolis compositi, sub quibus latet campana quædam embryonem complectens; is autem abit deinde in siliquam membranaceam, bifariam dehiscentem, spicatam, seminibus fætam pappis instructis: initio Veris oculos seu gemmas producit, mucronatos, odorato, luteo, pingui, ac tenaci succo prægnantes: an à πάλλω vibro, quatio, concutio, quia à minimo aëris motu, Populi tertiæ speciei folia concutiuntur. B. **Populier-boom / Abeel-boom / Ratelaar / Popelaar.** G. **Alberbaum / Pappel-baum / Aspen.** Gall. *Peuplier*. A. Asp-tree, popler-tree.

Porcellus, est insectorum species, quæ & *Aselli* & *Millepedes* dicuntur. B. **Zeugen / Krobben / Pissebedden**, ob odorem urinæ, quem spirant. G. **Kellerwurm.** Eorum pulvis valde diureticus est.

Pori, dicuntur meatus exigui & insensiles cutis aliarumque partium, per quos sudor & effluvia vaporosa ex corpore decedunt. B. **Sweet-gaten / Pypjes / Lucht-pypjes.** G. **Schweißlöcher.** Gall. *Pores*. A. Idem.

Porocele, est Hernia ex callo aut calculo excitata, in membrana erythroide hærens, renitens, dura, & inæqualis, ex πῶρος callus, & κήλη tumor.

Poromphalus, est calculus aut callus, in umbilico protuberans, ex πῶρος callus, & ὀμφαλός umbilicus.

Porosis, est calli generatio, à πωρόω callum induco. B. **Eeltmaking.** G. **Schwille machung.**

Porositas, dicitur de corporibus, meatus exiguos habentibus; hinc applicatur ossibus, in quorum lamellis plurimæ aperturæ observantur, per quas medulla ad omnia ossium puncta duci potest.

Porotica, sunt Medicamenta callum generantia, seu quæ exsiccando, incrassando, & astringendo partis alimentum in callum convertunt, à πωρόω callesco.

Porphyrites, est lapis ex silice aut porphyre, superficie lævi & æquali, super quo, ancillante alio lapide, cursore dicto, alii lapides, gemmæ, &c. in subtilem pulverem rediguntur. B. **Een Wryf-steen / Prepareer-steen.** G. Reib-

G. Reib-stein / Preparier-stein. Gall. *Porphyre*. A. Prepared-stone.

Porracea Bilis, vide *Bilis*.

Porrigo, idem quod *Furfuratio*.

Porrum, est planta, quæ habet folia ex tunicis radicis enata, plana, quandoque carinata; caulis est rectus, crassus, solidus, succulentus: flos hexapetalus, quasi campaniformis, ornatus staminibus latis, planis, in tria capillamenta exeuntibus, quorum medium apice donatur; flos in fasciculos globosos colligitur: ovarium fit fructus subrotundus, trilocularis, fœtus seminibus subrotundis; bulbi sunt oblongi, angusti, fere cylindrici, tunicati, politi, splendentes, albi: tota hæc planta habet odorem Allii, & colitur in hortis; planta hæc ita tunicata est, ut bulbus totus in tunicas possit resolvi, & folia sint tantum elongatæ squammulæ bulbi: nomen habere dicunt, quod porrò eat & longè lateque grassetur. Gr. πράσον, a πρήθω incendo, est enim calidum: habentur variæ species. B. Prei. G. Lauch. Gall. *Poireau*. A. Leke.

Porrus, est Verrucæ species, quæ habet quasdam radices ad extra, ad similitudinem porrorum, & ita minutim fixa. Talis in obscœnis partibus nasci solet ex venereo morbo, si virus ejus, ut putat Astruccius, unicam cutis papillam, vel exiliorem papillarum manipulum singulatim afficit, sed valide. Vulgo *Oculus Gallinæ*.

Porta, Gr. πύλη, sic vocatur Hepatis pars sima, ubi duæ parvæ inveniuntur eminentiæ seu protuberantiaæ, quas *Portas* appellarunt veteres Medici, putantes chylum per facultatem attractricem suctum ex intestinis in venas mesaraicas ad Venam portarum attrahi, & per vim Hepatis assimilatricem in sanguinem converti; quod falsum esse Anatomicorum inventa, & inprimis Harveji observata evicerunt; *Vena* quæ ibidem loci ex visceribus imi ventris sanguinem in hepar ducit, ideo *Vena Portæ vocatur*. B. De Lever-poort. G. Die Leber-pfort. Gall. *Porte du Foye*. A. The Livers port.

Portæ Vena, vide *Vena*.

Portulaca, Portella, Porticula, est planta, quæ habet caulem rotundum, crassum, rectum, succulentum, tenerum, politum, splendentem, rubicundum, in ramos divisum: folia succulenta, oblonga, fere rotunda, crassa, satis ampla, splendentia, carnosa, coloris al-

bescentis aut flavescentis, saporis viscosi, subacidi: flos est rosaceus, plurimis petalis in orbem positis constans, ex cujus calice monophyllo & bifido surgit pistillum, quod deinde simul cum calice abit in fructum, plerumque ovatum, seminibus fœtum orbiculatis, nigris, parvis, & duabus testis in summo donatum, quarum exterior, quæ calicis pars fuit bifida primo, interior vero, quæ aliud nihil est, quam pistillum ampliatum; postremo transversa bifariam dehiscunt, inferiori seu calicis altera parte pediculo affixa: radix est fibrosa, simplex. Gr. Ἀνδράχνη, Πυλὶς, Πυλίδιον: quidam putant à porco, (quasi porcorum lactuca) nomen habere, unde χοιροβότανον, porci herba; vel à πύλη porta. Ἀνδράχνη quasi Ἀδράχνη quasi cum ἀδρῶ ἄγνη pullulet. B. Porselein. G. Portulak / Burtzel kraut. Gall. *Pourpier*, *Porcelaine*. A. Purslain, porcelain.

Porus, proprie est parvum & vix visibile foraminulum, qualia inprimis in integumentis reperiuntur: dicitur tamen etiam de parvis canaliculis.

Porus Bilarius, seu Hepaticus, est canalis, ex tota Hepatis substantia undique oriundus, ex minimis in majores canales desinens, tandem in unicum, qui eo loco, ubi vena portarum hepar ingreditur, exit; inde descendens ductui Cholidocho inseritur: vehitque bilem, in glandulis Hepatis præparatam, ex Hepate; eamque in intestinum Duodenum amandat. *Porus* etiam omnem ductum & meatum significat, à πείρω pervado. B. Gal-leider of Pyp. G. Der Gallen leiter. Gall. *Pores biliaires*. A. The Bile Channel.

Posca, putatur dici à πόσις potio, idem quod *Oxycratum*.

Possetum, Gr. Συνόγαλα, est lac decoctum, cui sub finem coctionis cerevisia infunditur, tunc liquidum serum in febribus sorbendum datur, & coagulum removetur, potio est Anglis familiaris. B. Een Biermelkje. G. Biermilchlein / Posset. Gall. *Posset*. A. Idem.

Postbrachiale, idem quod *Metacarpus*.

Potamogeiton, Gr. Σταχυίτης, Lat. Fontalis, quia fontibus & præsertim fluminibus vicina est. Siquidem in aquosis & palustribus locis nasci amat. *Stachyites* vocatur, quasi spicata, ob caulem, quem ex se mittit floribus & semine spicatum: ex ποταμὸς fluvius, & γείτων vicinus.

B. Fon-

B. Fontein-kruid / Swem-kruid / Swam-kruid. G. Schwammen-kraut. Gall. *Epi-d'Eau*. A. Water-grass.

POTENTILIA, sive ARGENTINA, an ita dicitur ob potentes vires sistendi sanguinem? vide *Anserina* & *Argentina*. B. Ganzerik / zilver-kruid. G. Gänserich / Gänß-kraut.

POTERIUM, est Cardui species, quamvis illud nomen & aliis plantis imponatur. Sic dicitur, quod sit potrix herba, paludosum riguumque solum amet, vel fortè quasi ποτὸς, quod paludosi riguique soli amans sit, sed etymologia non arridet, quia potius montes & loca arenosa amat; potius quasi πολὺ ἴςιον, vel πότι ἴςιον, quod lanugine obducatur lanosa.

POTIO, seu POTUS, à potare, est mixtura vel dissolutio ex variis; vel decoctio, quæ bibitur, ut haustus decoctum, emulsio, julapium &c. B. Een Drank. G. Ein Tranck. Gall. *Potion*. A. A Drink.

PRACTICUS, vocatur Medicus, qui Medicinæ apud ægros exercendæ operam dat; hinc *Practica Medicina*, vel *Praxis Medica*, est artis Medicæ exercitium, Theoriæ cognitionem præsupponens.

PRÆCIPITANTIA, sunt, quæ acidum in corpore nostro infringunt, & quasi præcipitant: est vox à Chymicis mutuata, quia præcipitando res alterius indolis fiunt. Vide *Absorbentia*.

PRÆCIPITATIO, est quædam minimarum particularum in liquore conveniente solutarum, per contrarium liquorem infusum, subsidentia & reviviscentia. Si corallia aliive lapides, & Margaritæ, oculi cancri, argentum vivum &c. aqua forti soluta sint, & sal aliquod alcalicum injiciatur, particulæ, antea invisibiles, statim sub pulveris formâ subsident. Ita sulphurea, ut succinum, lacca, resina &c. spiritu vini soluta, ab infusa aqua præcipitabuntur. B. Schifting / nedersiooting of-drysing. G. Niederschlagung / precipitation. Gall. *Precipitation*. A. Idem.

PRÆCOGNITIO, vel PRÆNOTIO, vide *Prognosis*.

PRÆCORDIA, Gr. Φρένες, sunt viscera omnia, in thorace contenta. B. Borstingewanden. G. Das ober eingeweid / die gegend / da das hertz-grublein ist. Gall. *Les Parties autour du cœur*. A. The Entrails in the Breast. *Heistero* hac voce denotatur anterior Thoracis regio, vi vocis hoc indicante, quasi diceretur, partes præ corde, sive ante cor.

Præfocatio Uterina, vide *Hysterica passio.*

Præparantia Vasa, sed melius *Testicularia*, sunt venæ & arteriæ, ad testes & Epididymides euntes, sic à Veteribus appellantur, ex præjudicio putantibus, in iis semen præparari: Vena plurimis ramificationibus & anastomosibus: Arteria vero recto ductu, duabus aut ad summum tribus bifurcationibus incedit, & Anastomosibus Lateralibus in Venam hiat. B. **Bereidende-vaten / Zaat-vaten / Kloot-vaten.** G. **Die Saamen gefässe / die Bereit gefässe.** Gall. *Vaisseaux Spermatiques, ou Pampiniformes, ou Pyramidaux.* A. The preparing Vessels.

Præparata, in Pharmacia denotant Medicamenta simplicia, videlicet solida, subtilissimum in pulverem, linguæ tactum fugientem, accedente aquâ convenienti, supra porphyritem lævigata, denuoque sub pastillorum formâ exsiccata: sic prostant corallia, cornu cervi &c. Nec non alia simplicia Medicamenta, quæ interdum aceto, vino, vel alio liquore, per aliquot dies immerguntur, rursumque exsiccantur, correctionis nimirum, ut creditur, gratiâ: sub præparatorum numero quoque enumerantur, radices asari, ari, &c.

Præputium, Gr. Ἀκροποσθία & Πόσθη, est glandis penis virilis involucrum, estque tantum continuatio Epidermidis, cutis, & membranæ cellulosæ; a putando dictum, ab Hebræis enim & Turcis resecatur, unde Apellæ & Recutiti appellantur. Item Clitoridis projectura, estque Præputiolum in fæminis præter exilitatem a virili diversum in eo, quod partem glandis tantummodo superiorem tegit. B. **De Voorhuyd.** G. **Die Vorhaut an dem männlichen Glied.** Gall. *Prépuce.* A. The fore Skin.

Præsagium, vel Prædictio, est declaratio Prognoseos, qua Medicus verbis vel scriptura indicat futurum morbi cujusdam exitum, quæ licet non semper necessaria, tamen ad fiduciam ægri, vel ejus amicorum, conciliandam, valde utilis est.

Præsepia, seu Præsepiola, sunt foraminula illa utriusque maxillæ, quibus dentes continentur. Gr. Φάτναι & Φάτνια *Galeno.* **Tant-verbels.** G. **Zahnhölen / laden / darin die Zähne stehen.** Gall. *Alveoles, Cavité des Dents.* A. The holes of the Teeths. Item Apum alvei sive cellulæ præsepia appellantur.

Præservatoria Indicatio, est modus quo per victus

victus rationem & remedia convenientia, à morbis futuris præservamur. B. Verhoedende inzicht. G. Verwahrende Anzeigung.

Præsidium, idem quod *Auxilium*, *Remedium*, aut *Indicatum*.

Præt. Nat. vel p. n. significat præter naturam.

Prassina Bilis, vide *Bilis*.

Prasum, est *Porrum*, à πράω incendo; quia Porrum comestum sanguinem accendit, linguam mordet. Vide *Porrum*.

Prasum & Prassium, vocatur *Marrubium* seu *Ballote*. Nomen impositum à cauliculis quadrangularibus videtur: πρασιαὶ enim dicuntur dispositione quadrangulares: vel quod ἐν ταῖς πρασιαῖς coleretur: adeo ut cum Porro, ut viri docti voluere, nullam similitudinem habeat. Vide *Marrubium*.

Preoma, vide *Bregma*.

Prehensio, vide *Catalepsis*.

Presbytia, est obscuritas visus in rebus propinquis, cum tamen in distantibus aliqua sit perspicacitas, senibus familiaris, ex oculorum planiori figura oriunda, ex πρέσβυς senex. B. Blindheid van Ouderdom/ oud Gezicht. G. Dunckelheid des Gesichts.

Priapismus, est *Tentigo*, sive pudendi diutina sine libidine erectio. Item membrum virile. Gr. etiam vocatur Σατυρίασις, à πρίαπος *Priapus*, *Veneris* & *Liberi* Filius, qui semper ab antiquis pingitur cum membro genitali tenso & erecto. Vide *Satyriasis*. B. Roedestand tegens wil. G. Das aufrichten des männliches Glieds gegen den wil.

Priapus, idem quod *Penis*.

Primæ Viæ, vocantur ventriculus & Intestina, quoniam in iis incipit alimentorum coctio.

Primores Dentes, sive Anteriores ita vocantur, quia propter gingivarum tenuitatem, suam aciem, & alveolorum parvitatem, primi erumpunt; ab officio in cibis incidendis dicuntur *Incisorii*. Item Γελάσινοι, quia inter ridendum primi denudantur, *Tomici* Celso, Τομεῖς Διχαστῆρες, Κτένες, Τομῖται &c. numero quatuor sunt superius, totidemque inferius. B. De Voortanden. G. Die Vorderste Zähne. Gall. *Les Dents de Devant*, *ou Incisives*. A. The fore Teeths.

Primula Veris, sive Betonica Alba aut Herba

Paralyseos, est planta, quæ habet folia ampla, oblonga, aspera, rugosa, repentia; ex his erumpunt caules lanuginosi, rotundi, nudi: flos est monopetalus, hypocrateri formis, & multifidus, ex cujus calice (qui tubulatus est) surgit pistillum infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum seu testam oblongam, in ipso calice ferme reconditam, apice dehiscentem, & seminibus fœtam minimis, obrotundis, nigris, placentæ affixis: radix est satis crassa, squammosa, rubicunda, fibrosa, saporis adstringentis, odoris grati & aromatici: hæc planta crescit in pratis & sylvis. sic dicitur quod incipiente Vere & ante illud tempus flores suos emittit. B. Sleutel-bloemen / Hemel-sleutel / Back-kruid / St. Pieters-kruid. B. Schlussel-blum / Himmel-schlussel / St. Peters-schlussel / Weiß-betonie. Gall. *Coucou*, *Prime vere*, *Bavillon*, *Primerole*. A. Cow slips, Prim-rose.

Principes Dies, vide *Critici Dies*.

Principia, idem quod *Elementa*.

Probole, idem quod *Apophysis*.

Procatarctica, est causa morborum præexistens, vel præincipiens, una cum aliis agens, unde primo morbus producitur; sive illa sit externa sive interna, ut ira vel æstus aëris, Cacochymiam movens, febrimque inducens, à προκατάρχω antegredior. B. Voorttrekkende of beginnende oorzaak. G. Anfangende Ursach.

Procatarxis, idem quod *Procatarctica*.

Processus, idem quod *Apophysis*.

Processus Chymici, nihil aliud sunt quam Operationes Chymicæ integræ; quando nempe in rei examine procedunt, & tandem ad scopum quæsitum perveniunt. B. Chymische Werking. G. Chymische artzneystucke. Gall. *Operations Chimiques*. A. Procession Chymical.

Processus Ciliares, sunt quædam fibræ in oculo musculares, quibus oculi pupilla dilatatur & contrahitur. Ab oculi pupilla, velut radii à corpore luminoso profecti, in orbem disponuntur; fibræ istæ serie densa ordinatæ, anterius, ubi corneæ tunicæ cohærent, colore variegato insigniuntur; interim ubi crystallini humoris margini, ac etiam tunicæ retinæ oræ contiguæ sunt, semper nigræ apparent: Iste processus ciliaris ex minusculis musculorum fasciculis subalbidis componitur, numerum octogenarium ex-

excurrentibus, ligamento cuidam ex totidem nigricantibus extructo, alligatis. Harum utriusque ordinis fibrarum quædam, ligamenti latitudinis margines ambos tangunt, quædam ad Medium pertingunt. Musculosa hæc contextura cum tota uvea membrana mobilis est. Ubi crystallini humoris limbum, ut & retinæ expansionem tangit, nigra planè est. Non tantum etiam oculi pupillam dilatant, aut contrahunt, quin & humorem crystallinum protudunt, ac retrahunt, inque objectorum aspectus huc illuc deflectunt. B. **De regenboogs hairige kring.** G. **Die augen wimpern / der Regenboge gleiche haar kreiß.** Gall. *Procès ciliaires.* A. Idem.

Processus Mammillaris, vide *Olfactorius nervus.*

Processus Peritonæi, describuntur, quod sint veluti fistulæ duæ oblongæ, vel canales laxiores viris in scrotum descendentes, per foramina tendinum musculorum obliquorum & transversorum, in quibus productionibus, vasa seminaria descendunt & recurrunt, atque propè testes processus hi magis explicantur, fiuntque testium tunicæ: Verum illud magis locum habet in brutis quam hominibus: quia vasa ad testes euntia per peritonæi duplicatam membranam excurrunt, nam si hominibus contingerent, nemo ab Herniis esset liber. Verum si detur, quid tum fit, quam quod intestina in scrotum delabantur, cujus lapsus, *Hernia intestinalis* vocatur. B. **Pengzaks scheuten / de uitgangen van het Buikvlies.** G. **Der anhang des Bauchs häutleins.** Gall. *Procès, ou Appendices du Peritoine.* A. The process of the peritoneum.

Procidentia, est talis partis mollis ex naturali sede recessus, ut sine integumentis communibus emineat: hinc differt ab Hernia, in qua partes prolapsæ obvelatæ manent. B. **Uitzakking.** G. **Das her außgehen.**

Procidentia Ani, est intestini recti, propter nimiam laxitatem, per anum delapsus. Oritur etiam ab humore acri, intestinum vellicante; & a calculo vesicæ, a quo intestinum per consensum toties irritatur, ut musculorum levatorum fibræ relaxentur. Vocatur item *Procidentia sedis Plin.* procidua sedes *Eidem*, Προπίπτει ἀρχὸς, quando sedes prolabitur. Gr. Πρόπτωσις ἀρχοῦ ἢ ἕδρας. B. **Als het Ays uit gaat / uithangen des Eindel darms.** G. **Das herauß gehen / außfallen deß affter-oder Mastdarms.** Gall. *Chute ou Descente de l'Anus.* A. Falling down of the arse-gut.

PROCIDENTIA UTERI, est relaxatio tunicæ internæ vaginæ, qua per pudendum prolabitur, & à Medicis resecata fuit; olim & adhuc quidam uterum prolabi posse putant, licet rarissimè fiat; & si fiat, per imprudentiam obstetricum fit, putantes se attrahere placentam, & ipsum arripiunt uterum. De quibus legendus Dom. *Portal*, qui Gallicè librum edidit *de l'Accouchements des Femmes*. B. Uitval of zinking der Lyfmoeder. G. Das Herauß. fallen / herausgehen der bärmutter. Gall. *Abaissement*, *Chute*, *ou descente de la Matrice*. A. A Falling of the Womb.

PROCONDYLI, sunt ossa digitorum, Metacarpio proxima, ex πρὸ pro, & κόνδυλος digitus. Vide *Metacondyli*.

PRODROMUS, est morbus, ex suo genio alium superventurum indicans: ut angustia pectoris, Phthisin vel Rachitim præsagit, ex πρὸ pro, & δρέμω fugio. B. Voorlooper. G. Ein vorläuffer / Vorbott. Gall. *Avant-coureur*. A. A Fore-runner or presage.

PRODUCTIO, vide *Apophysis*.

PROEGUMENA, est causa morbi Antecedens interna, in corpore ex alia remota ortum habens, & ita morbum producens, ut, eâ sublatâ, morbus possit perseverare, quemadmodum Cacochymia, a vitiata victus ratione producta, unde obstructio vasorum & meatuum vel constipatio viscerum producitur, à προηγοῦμαι antecedo. B. Voorgaande oorzaak. G. Vorgehende ursach. Gall. *Cause antecedente*. A. Antecedent cause.

PROFLUVIUM, multiplex est, nempe sanguinis ex naribus, vulneribus, ex pudendo muliebri, ut in expurgationibus, & menstruis nimiis. Sic dicitur de semine, ut in Gonorrhœa, sic de excrementis, ut in Dysenteria, Diarrhœa, Lienteria; Cœliaca passione: sic de lacte, nimia quantitate profluente, ita de capillis decidentibus &c. B. Vloed G. Ein Fluß. Gall. *Econlement*, *Perte*. A. A Fluxion, Flixe.

PROFUNDUS MUSCULUS, idem quod *Perforans Musculus*.

PROGNOSIS, & PROGNOSTICA SIGNA, sunt, quibus futura, quæ ægro accidunt, præcognoscimus. Quæ imprimis petuntur ex observationibus in simili morbo notatis ac præsens hic adest. 2. ex viribus vitæ præsentibus cognitis, & comparatis cum causis morbi, quibus trutinatis, num

num morbus diu, num brevi regnaturus sit, satis bene tutoque prævideri potest. 3. ex ægri prægressa vitæ ratione, corporis habitu firmo vel debili, ætate, sexu, clymate sub quo vivit, anni tempore, & prægressis in eodem corpore morbis. Si hæc omnia sollicite perpendit Medicus, singulaque exacte trutinat, tuto ex arte concludere potest, quid in morbo secuturum sit, si nihil novi, quod mutet ægri statum, accedat; similibus Hippocrates insistens viis, tantam sibi conciliavit famam, unde nihil Medicum Deo magis similem reddere, quam futura prædicere, asseruit, à προγινώσκω prægnosco. B. Voorkenning / Voorzegging. G. Vorbedeutung / Anzeigung. Gall. *Prognostique*. A. Prognostication or fore telling.

Projectio, est terminus Chymicus, & dicitur quando pulvis calcinandus crucibulo cochleatim sive per vices injicitur.

Projectura, idem quod *Apophysis*.

Prolabia, Gr. πρόχειλα, sunt extremæ labiorum partes prominentes. B. Voorlippen. G. Die Vorlefftzen / Vorlippen. Gall. *La partie anterieure des Levres, ou le devant des Levres*. A. The Fore Lips.

Prolapsus Uteri, vide *Procidentia Uteri*.

Prolepticus, est morbus semper anticipans: ut si febris hodie horâ quartâ adveniat, cras vero horâ tertiâ vel secundâ, à προλαμβάνω anticipo. B. Een Vervroegende ziekte. G. Eine zu vorkommende kranckheit.

Pronatores Musculi, alter est *Rotundus*, alter vero *Quadratus*, & ambo radium movent. *Primus* à forma & munere dictus *Pronator Rotundus*, interiori humeri tuberculo alligatus, hinc ad radii medium, cui valido adhæret tendine, excurrit. *Secundus* dicitur *Quadratus*, ab internâ ulnæ ossis parte transversim productus, interno itidem radii lateri annectitur. B. De voorombkeerende spieren. G. Der vorumkehrende mauß. Gall. *Muscles Pronateurs*. A. The pronator Muscle.

Propago, dicitur vitis vetula depressa, atque in terram per inflexos arcus submersa, ut ex una plures emergant. B. Afloting / Afzetting / Afleiding. G. Ein Alter rebestock / den man einlegt; een Reiß / das man fortsteckt; das einlegen / fortpflantzen. Gall. *Provin de Vigne*.

Prophasis, est prænotio in morbis. Item, occasio & causa antecedens, à προφαίνω præluceo.

PROPHYLACTICA; est pars Hygieinæ, quæ morbos futuros & imminentes avertit, à προφυλάσσω præservo. B. Verhoedende inzicht. G. Verwahrungs mittel.

PROPHYLAXIS, idem quod *Prophylactica*.

PROPOLIS, est crassior apum materia, flava, odorata, styracem, ut scribunt, sed potius resinam odore referens, ceræ finitima; gluten in alveorum foribus repertum. Quidam *Ceram Sacram* vocarunt, quantum ego judico, non tantum ex aliorum relatione, sed αὐτοψία teste, nihil aliud est quam rudis quædam resina, nullam habens nec odore, nec sapore, nec consistentiâ cum cera similitudinem: sapor subamarus est, igni si imponatur, lignum Aloës redolet, & consistentiâ spissior est, imo & colore subnigra. Illa materia lateribus alvei non tantum adhæret, ne aëris injuriæ apum generi nocuæ sint, sed hyemali tempore circa introitum sive alvei portam ob eandem causam, unde & ei nomen, maximè adhæret, ex πρὸ pro, & πύλη porta. B. Voorwasch. G. Die Wachswinden/ Bienen vorstoß/ Nebenwachs. Gall. *Propole*. A. Idem.

PROPOMA, est potus ex vino & melle vel saccharo paratus, à προπίνω præbibo.

PROPOTISMA, est Medicamenti propinatio, à προπίνω præbibo.

PROPTOSIS, est partis alicujus procidentia: ut Oculi, Omenti, Uvulæ, &c. à προπίπτω procido.

PRORÆ OS, vide *Basilare Os*.

PROSERPINACA, vide *Polyganum*.

PROSPHEROMENA, sunt Cibi, vel Medicamenta, quæ intra corpus sumuntur, à προσφέρω offero, adhibeo, admoveo.

PROSPHYSIS, est agnascentia, cohærentia & coalitio, cum sc. digiti sibi invicem connexi sunt & coalescunt, à προσφύω agnasci facio. B. Een t'zamen-wasch. G. Zusammen-wachsung. Gall. *Coalition*. A. Idem.

PROSTATÆ, ADSTANTES, sive CORPORA GLANDULOSA, sunt duæ glandulæ, infra vesiculas seminales sitæ, juxta meatum seminarium; vel potius una continua conica glandula, quæ adnascitur Urethræ parti, quæ flaccida est ad vesicæ urinariæ collum, antequam bulbus sive corpus cavernosum ad urethram accedit, circumcincta est fibris muscularibus, & composita duodecim distinctis aggregatis glandularum ita, ut glandulæ cujusque aggre-

gregati per emissaria sua desinant in unum sacculum, cui infundunt suum humorem; hinc sacculi duodecim distincti totidem distinctis notabilibus emissariis hiantes in cavum urethræ ita, ut undique cingant exitum illum vesicularum: unde accurate hic miscentur semen & humor Prostatæ: dum vesiculæ & prostatæ eadem membrana musculari cinguntur: humor hic factus, est blandus, pinguis, candidus, copiosus; post abstinentiam ab opere venereo diuturnam actione deponendæ alvi aut reddendi lotii, sæpe expressus, animalcula, quæ in semine adsunt, non continens, ablata testium, & vesicularum seminalium, actione, superstes, nec tamen tunc prolifer, videtur hinc semen crassius & cineritium diluere, vehere, & forte inprimis a coitu momentis nutrire animalcula in vero semine contenta, unde una cum semine ejicitur; forte & urethræ lubricationi inservit, titillationi ansam dare etiam perhibetur, simile quid in fœminis reperit Doctiss. *C. Barthol. T. F.* cum *R. de Graaf*, à προΐστημι prostituo, præsum. B. **De Voorstaanders / klieren aan den wortel der Mannelyke roede**. G. **Die Vorstehers.** Gall. *Prostates*. A. The Fore Standers.

PROSTHESIS, est pars Chirurgiæ, quæ, quod deficit, restituit. Exemplum habemus in solutione continui, ut patet in ulceribus cavis & fistulosis, quæ arte Chirurgica carne supplentur, à προστίθημι appono.

PROSTETHIS, est pectus, sive thoracis anterior facies: Item, pars carnosa in manuum & pedum cavitate, nec non inter digitos nascens, ex πρὸ pro, & στῆθος pectus.

PROTEUS, dicitur Mercurius, qui se in omnes formas vertit, & propriam tamen iterum recuperat; hinc *proteiformes* vocantur illi morbi, qui sub larva aliorum morborum delitescunt, quod in febribus inprimis obtinere docuit *Mortonus*.

PROTOPATHIA, est morbus primarius, sive Idiopathia, quæ ab alio morbo non est orta, ex πρῶτος primus, & πάσχω patior. B. **Een Voorname ziekte / of die op haar zelve bestaat.** G. **Eine fürnemste Kranckheit.**

PROTUBERANTIA, vide *Apophysis*.

PROTUBERANTIA ANNULARIS, vide *Pons Varolii*.

PROVOCATORII DIES, vide *Critici Dies* & *Intercalares*.

PRUNA, idem quod *Anthrax*.

PRU-

Prunella, ſumitur aliquando pro *Aphthis* vel albicantibus, nigris vel puniceis, aliquando pro *Angina* vel *Febre Hungarica*. B. De Bruine. G. Die Bräune Gall. *Prunelle*. A. Idem.

Prunella, ſive Brunella, planta hæc ſic videtur dici, quod conveniat in febribus ardentibus, quando os & lingua prunæ inſtar ardent: recens planta veteribus incognita plane, quæ nomen traxiſſe videtur a vocabulo Germanico *de Bruyne*, quod eſt ſpecies anginæ, quæ ſemper intra paucos dies in gangrænam abit, eſtque morbus caſtrenſis, & dicitur exercitus quidam hoc morbo fere totus laboraſſe, multaque remedia eſſe adhibita, & tandem hæc planta eſſe inventa, quæ omnes ægros hoc morbo laborantes curavit, ſuccum hujus plantæ in gargariſmate aſſumpſerunt, & foliis pro cataplasmate uſi ſunt, unde perfecte curati fuerunt. B. De Brune / Brunelle. G. Brunellen / Gottsheil / St. Anthoni-kraut. Gall. *Herbe au Charpentier*, *Brunelle*. A. Self-heal.

Prunellæ sal, ita vocatur Sal ex Nitri Unciis IV. cum ſcrupulo Florum ſulphuris deflagratus, & in tabulas effuſus. Nomen hoc acquiſivit a Germanis eo quod Epidemica, caſtrenſiſque quædam febris ſpecies, anginâ nigreſcente formidabilis, quæ Germanis Die Bräune dicitur, hujus ſalis ope feliciſſime ſanaretur.

Prunus Sylveſtris, eſt arbor, cujus cortex eſt griſeus, fere purpureus: folia Prunum ſativum referunt, ſed minora, ſaporis ſunt ſubadſtringentis: calix eſt monophyllus, quinquifidus; flos eſt albus, roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus triginta vel ultra præditus: ovarium in fundo calicis fit fructus niger, ſubcæruleus, ovatus, vel globoſus, ſub tenui, glabra tunica pulpam mollem condens, in ſuo medio continentem oſſiculum oblongum vel ovale, compreſſum, utrimque acuminatum, unico intus nucleo fætum: pediculus ſatis longus fructui ſuppoſitus: fructus caro eſt dura, virideſcens, ſaporis ſtiptici: radix lignoſa, nigra, ſe undique extendens: hæc arbor creſcit in locis incultis: Gr. Πρέμη, Aſiaticis προῦμνη, an quia ei magnus & durus nucleus, ſive πυρῆν. B. Wilde Pruim-boom. G. Pflaumen-baum / Quetſchen baum / Zwetſchgen-baum. Gall. *Prunier*, *Prunier ſauvage*. A. Plum-tree.

Prurigo, ſeu *Scalpurigo*.

Pruritus, habet aliquid ex titillatione, dolore & volupta-

luptate: sed illud proprium est, ut ad scalpendum incitentur, unde clarum est, vires ad resistendum hic minores esse, sed tamen majores quam in dolore, unde scalpendo nova sensorio inducta concussione, adeo videntur vires augeri, ut id quod titillat, excutiatur, & ad latus depellatur. Id etiam notandum, non sentiri pruritum nisi in cute externa, adeoque com tem esse scabiei, &c. definitur ergo, quod sit cutis inæqualitas sicca, cum difficultate pruriginosa, ortum habens vel a levi adtactu mechanico, vel à particulis salino fixis acriter pungentibus, in cutis glandulosis acinis & poris ab aliis tenacioribus retentis, quæ circuitum absolvere, vel per diaphoresin emanare non possunt, Gr. Κνησμὸς, Κνησμὸς, Ξυσμὸς. B. Jeukte. G. Das jucken der haut. Gall. *Prurit*, *Demangaison*. A. Itching.

Psammismus, est balneum ex arena sicca & calida, quo Hydropicorum pedes exsiccantur, à ψάμμος arena. B. Een bad uit warm zand. G. Ein warm Sandbad. Gall. *Bain de Sable*. A. A Bath of Sand.

Psammodea, sunt urinarum contenta arenosa & sabulosa, ex ψάμμος arena, & εἶδος forma. B. Zandachtigheit in de Pis. G. Harn mit sand. Gall. *Urine Sablonneuse*. A. Sandy Urine.

Psammos, est arena in corpore humano genita, quæ in passione Nephritica sæpe emingitur. B. Graavelig zand. G. Grieß / Sand förnlein. Gall. *Sable*, *Gravier*. A. Gravel Sand.

Pseudoacacia, est arbor procera, valde grata, quæ habet folia oblonga, terna conjugata: flores sunt albi, longi, leguminosi, papilionacei, odoris dulcis & grati; ex horum calice fit ovarium membrana fimbriata obvolutum; quod abit in siliquam planam, in duas partes dehiscentem, fætam seminibus reniformibus: hæc arbor crescit in America: nomen a ψεῦδος falsum & Acacia quasi falsa Acacia. B. Wilde Pruim-boom. G. Wilde Schlehenbaum. Gall. *Faux Acacia*.

Pseudoasthma, vocatur nonnullis illa Dyspneæ species, quæ non a proprio vasorum aëriferorum in pulmonibus vitio, sed ab abscessu, aliave causa, pulmones exterius comprimente, originem ducit.

Pseudobunium, est Napus sylvestris Cretica, cujus vires in Stranguria celebres. B. Wilde Steekraap. G. Wilde Steckrüben. A. Candy Wild-navew.

Pseudodictamnum, est planta, quæ habet caudiculos multos, minimos, lanuginosos, nodosos, albescentes: folia mollia, tomentosa, obrotunda, Dictamnum Creticum fere referentia: flores sunt verticillati, dense congesti, coloris purpurei, monopetali, bilabiati; labium superius fornicatum est, plerumque bifidum, inferius vero tripartitum; ex calice autem infundibuliformi surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina oblonga, in capsula infundibuliformi, quæ floris calix fuit, recondita: radix est fibrosa, minima, lignosa. est Dictamnum falsum, à ψευδὴς falsum, & Dictamnum. B. Bastaard diptam. G. Wilde Diptam. Gall. *Faux Dictamne.*

Pseudomedicus, idem est quam *Agyrta*, vel *Medicaster*, qui nulla Theoriæ Medicæ cognitione imbutus, praxin tamen exercet, & pompa externa, aliisque imposturis, ignaro vulgo imponit. B. Een onbedreven Arts. G. Ein unerfahren Artz.

Pseudoselinum, est Caucalidis minoris species, cujus usus culinarius. A. Hedg-Parsly.

Psidium, est Cortex Mali Granati, qui quoque vocatur *Malicorium.*

Psilothron, vide *Bryonia.*

Psilothron, seu Depilatorium, est Medicamentum, quo pili vel è corpore auferuntur vel propter hirsutiem attenuantur, à ψιλὸς, tenuis, & λύω lavo, vel à ψιλόω deglubo, denudo & θρὶξ pilus. B. Een hair uitvallend middel. G. Salb darvon das Haar außfallt. Gall. *Depilatoire.*

Psoas musculus, major est & minor. Major oritur ab ima vertebrâ dorsi & quinque lumborum, tum a corporibus, tum a processibus transversis, descendit secundum lumbos, hinc oblique in latus demittit se ad priorem partem Ischii, & cum Iliaco interno ex pelvi elabens, affigit se Trochanteri minori ossis femoris, quod in priora attollit, & retrorsum rotat. Minor, qui interdum deficit, oritur ab imâ vertebrâ dorsi & summâ lumborum, juxta Majorem: descendit, & inseritur margini superiori ossis pubis; hic, quum agit, pelvim in priora attollit, à ψοάω contraho. B. De Lenden-spieren. G. Der Lenden-Mauß. G. *Le Grand & le Petit Psoas.*

Psora,

Psora, est scabies fera, cutim in furfures mutans, cum pruritu magno, à ψωριάω scabie laboro. Gr. ψώρα ἀγρία. B. Een zemelachtige schurftheid. G. Die räudigkeit / ein abscheuliche krätze. Gall. *Galle*, *Rogne*. A. Scurft.

Psoriasis, est scabies scroti sicca, pruriginosa, quæ sæpè cum exulceratione molestat.

Psorica, sunt Medicamenta adversus scabiem.

Psorophthalmia, est pruriginosa oculorum vel potius palpebrarum scabies, ex ψώρα scabies, & ὀφθαλμία oculorum dolor. B. Schurftheid der oogen. G. Die räudigkeit der augen. Gall. *Galle ou Gratelle des Paupieres*. A. Itching of the eyes.

Psychologia, est doctrina de anima, ex ψυχὴ anima, & λόγος sermo. Hæc ad Medicum tantum pertinet, quatenus ex mutato corpore mentis actiones insignem etiam patiantur mutationem; vel ex mentis operationibus intensis corpus afficiatur.

Psyctica, sunt Medicamenta refrigerantia, à ψύχος frigus.

Psydracia, ut definiverunt *Paulus* & *Alexander*, sunt exigua cutis capitis ulcuscula, similia eis, quæ cutem exardere solent. *Celsus* paulo diversius definivit, quod sit paulo durior pustula subalbida, acuta, ex qua quod exprimitur, humidum est. Verum *Pollux* ex Medicis ipsis definivit, Psydracia esse igneas efflorescentias ulceratas spontè in capitis cute apparentes. *Psydraces* aliis sunt parvæ pustulæ, tanquam bullæ, supra cutim, à frigore hyemali efflorescentes, à ψυχρὸς frigus. B. Blaartjes / Puistjes. G. Blatteren auf dem Haupt.

Psyllium, est planta, quæ habet caules foliosos, sarmentosos, ramosos, repentes: folia oblonga, angusta, acuta, villosa, incisà, nervosa, & parum laciniata instar Coronopi: cætera sunt ut in Plantagine & Coronopo: semina sunt parva, oblonga, puliciformia, lubrica, lucida, ex fusco punicea, saporis primum mucilaginosi, postmodum acris & nauséosi: hæc planta crescit in Italia & Germania: est herba, cujus semen pulici apprimè simile est, vel ut nonnullis videtur, quia si viridis in domum feratur, generari in ea pulices prohibeat, a ψύλλα, vel ψύλλος pulex. Hinc *Pulicaris Herba* appellatur. B. Vloo-kruid. G. Psillien kraut / floh-kraut. Gall. *Herbe aux puces*. A. Flea-bane, flea-wort.

Psylothrum, vide *Psilothrum*.

Ptarmica, seu Sternutatoria, sunt, quæ majori, quam Errhina, prædita acrimoniâ, tantopere irritando, & corrugando nervos olfactorios & membranam pituitariam in naso, pituitam circa nares exprimunt, ut magna copia tum expellatur, tum erumpat, à πταίρω sternuto. B. Nies-middelen. G. Nieß artzneyen. Gall. *Sternutatoire.* A. Sneesing powder.

Ptarmica, est planta, quæ habet caulem unicum, tenuem, rotundum, fistulosum, satis firmum, undequaque instructum foliis, Draconis esculenti foliis similibus, argutis, asperiusculisque denticulis circumquaque serratis, atro virore splendentibus, sapore acri & fervido Pyrethri mitiore: flos est radiatus, cujus scilicet discus ex plurimis flosculis, corona vero ex semiflosculis constat, embryonibus insidentibus, & calice squammoso comprehensis: embryones autem deinde abeunt in semina parva: radix est longa & filamentosa: crescit hæc planta in locis incultis & arenosis, est Herba sternutationem promovens, à πταίρω sternuto. B. Nieskruid. G. Nieß-kraut.

Pteris, idem quod *Filix*.

Pterna, idem quod *Calx*.

Pterygium, est *Ala* seu *Pinna* nasi vel oculi, aut processus aliformis ossis Sphenoidis. Item, excrescentia membranosa, quandoque etiam carnosa vel pinguis, alba, quamdiu recens est; rubra vero, & vasis prædita, si magis inveterata fuerit, *Unguis* & *Ungula* dicta, supra corneam oculi tunicam, ab angulo ut plurimum interno, versus oculi pupillam excrescens, eamque sæpe obscurans. B. Een nagel aan het Oog. G. Ein Nagel im auge. Gall. *Ongle.* Item Nymphæ pudendi muliebris, à πτερὸν ala.

Pterygium, sæpe etiam confunditur cum *Panaritio*, ab aliis autem stricte sumitur pro carnis incremento, aliquam unguis partem operiente.

Pterygoides, dicuntur processus & musculi ossis cuneiformis à parte inferiore, duo tales ossei sunt processus in osse cuneiformi, verum duo sunt paria musculorum, quorum, unum est *Externum*, ortum ab externa parte alæ exterioris pterygoideæ, progressum retro inseritur forti tendine in spatio semilunari sito inter condyloidem & coronoidem maxillæ inferioris processum: alterum est *Internum*, ortum carneum & tendinosum ex tota interna super-

perficie lamellæ externæ pterygoideæ, progrediens descendit, ac lato & robusto tendine affigitur fossulæ paulo supra angulum internum maxillæ inferioris sub magnis apophysibus; & hæc ambo maxillam inferiorem attollunt, simulque etiam oblique in latus sibi oppositum trahunt, ex πτέρον ala, & εἶδος forma. B. **Vleugels-wyze spieren / en uitsteeksels.** Gall. *Muscles Pterygoidiens.* Item, cui scoptulæ opertæ alarum in modum extant, teste *Galeno* & *Aræteo*, quod genus hominum tabi obnoxium est, Πτερυγώδης *Hippocr.* & *Aræteo.* Φθινώδης *Hippocr.* B. **Dien de schouder-bladen uitsteeken.** G. **Dem die Schulter-blätter heraußstehen.**

Pterygoma, vocatur M. A. Severino excrescentia quædam, ex lento humore, in exteriores vulvæ partes affluente, subnascens, quæ pudendum uteri sinum sic opplet & obstruit, ut necessaria in coitu masculini seminis immissio intercludatur.

Pterygostaphylini, sunt musculi Gargareonis sive Uvulæ, qui à processibus aliformibus originem trahunt, & in uvulæ lateribus finem consequuntur; sunt duo internus & externus; Pterygo-staphylinus internus sive Spheno-staphylinus oritur prope supremam processus Pterygodei partem ex osse sphenoide, & finitur in parte posteriori ac superiori uvulæ; hic Salpingo-staphylinus a Valsalva vocatur, quia è parte tubæ Eustachianæ provenit: Pterygo-staphylinus externus oritur juxta latus externum præcedentis, descendit inter utramque lamellam processus pterygoidei, tendinemque super apophysi tenui lamellæ interioris, quasi per trochleam, ad anteriorem uvulæ partem reflectit, unde ab hoc pari sursum & antrorsum, a reliquis retrorsum, & ad latera videtur moveri: hic musculus a Valsalva Musculus novus Tubæ vocatur, quia Tubam Eustachii, ut & nares ab eo dilatari existimat: à πτέρον ala, & σταφύλη uvula. B. **De lel-spieren.** G. **Des Zäpfleins mauß.** Gall. *Muscles Pterygo-staphylins*, *Muscles de la Luette.* A. The muscle of the roof of the mouth.

Ptilosis, est oculorum vitium, ut incrassatis palpebrarum marginibus, ciliorum pili excidant. B. **Een uitte der oog-scheelen met eene kaalheid des hairs.** G. **Das Haar außfallen an den Augbrauen.**

Ptisana, est decoctio ex hordeo decorticato, passulis mundatis, glycyrrhiza &c. parata, à πτίσσω pinso, de-

cortico. B. Een koel-drank/ gersten-drank. G. Gersten-brühe oder Wasser. Gall. *Ptisane*. A. Ptisan.

PTYALISMUS, est major, quam naturaliter solet, salivæ ex ore secretio, à πτύω spuo. B. Een gedurig spuwen. G. Das stete speyen. Gall. *Flux de Bouche*, *Salivation*.

PTYALON, est *Sputum* sive illa materia, quæ tussiendo ex pulmonibus ejicitur; *Saliva* namque propriè significat liquorem per ductus salivales effusum; *Humorem* è naribus & supra palatum, pituitam cerebri vocant; at *Mucus* tonsillarum, est materia viscida, quæ per tonsillas excernitur, a πτύω spuo. Vide *Saliva*.

PTYSMA, idem quod *Ptyalon*.

PUBERTAS, dicitur illud tempus ætatis juvenilis, quod anno duodecimo, vel quarto decimo incipit, in quo uterque sexus ad generationis opus idoneus evadit. B. Huwbaarheid. G. Mannbares Alter.

PUBES, est illa pars abdominis, quæ pudendo proxima lanugine seu pilis tegitur, unde judicatur an quis maturuerit nec ne: ideoque qui hujusmodi pilis non adornati sunt, *Impuberes* dicuntur. Maribus decimo quarto accrescit, fœminis vero duodecimo. B. 't Schaam-hair. G. Das scham haar. Gall. *Le poil des parties honteuses*. A. Hair in the prievie parts.

PUBIS OS, sive PECTINIS OS, est pars ossis Innominati, quæ in junioribus cartilagine ab Ischio, & Ilio separata, in adultis cum iis concrevit: est vero præcedentibus duobus minus, situm in parte anteriori, ubi duo ossa utriusque lateris se invicem contingunt; in hoc osse, ubi cum Ischio conjungitur, relinquitur foramen magnum, fere ovale: sic vocatur ob pudendorum viciniam. B. Het Schaam-been. G. Das Scham bein. Gall. *L'os Pubis*, *l'os Bertian*, *l'os Barré*. A. The Share bone.

PUDENDA, vocantur partes in utroque sexu generationi dicatæ. B. Schaamdeelen. G. Schamglieder.

PUDENDAGRA, idem quod *Lues Venerea*.

PUERPERA, fœmina est, quæ jamjam peperit, & quamdiu ex incommodis puerperium sequentibus decumbit. Gr. Παιδοτόκος. B. Een kraamvrouw. G. Eine kindbetherin. Gall. *Une Accouchée*, *une femme en Couches*. A. A woman in child bed.

PUGILLUS, Gr. Δραγμίδιον, est mensura Medicorum, qua

qua herbæ menſurantur; continet pugillus, quantum manu modica capi poteſt. Aliis tamen, quantum tribus digitis prehenditur. *Galenus* abuſive Rutæ faſciculum dixit quantum duobus digitis comprehendi poteſt. B. **Een handvol**. G. **Ein Handvoll**. Gall. *Une Poignée*, *Pincée*. A. Smal Handfull.

Pulegium, eſt planta, quæ plures habet caules longos, quadratos, villoſos, quosdam elatos, alios repentes: folia ſunt obrotunda inſtar Majoranæ, ſed tactui molliora, & nigriora, ex horum alis ramuſculi oriuntur vel parva foliola valde tenuia: flores ſunt verticillati, coloris cærulei vel purpurei, aliquando rubicundi, raro albi, labiati, labium ſuperius bifidum: flori ſuccedunt ſemina minima: radix eſt fibroſa: ſic vocant, quod ejus flores recentes incenſi, pulices odore ſuo interficiant. Gr. βλήχων ſeu γλήχων, quod guſtatum à pecore, cum floret, balatum concitet. B. **Polei / pulei / palei**. G. **Pulen / polen / floh-kraut**. Gall. *Pouliot*. A. Penny-graſſ, pudding-graſſ.

Pulicaria, ſeu Pulicaris, idem quod Pſyllium.

Pulmonaria, idem quod *Peripneumonia*.

Pulmonaria, eſt planta, quæ habet caulem anguloſum, villoſum, coloris purpurei, Buglosſum referentem: folia quædam ex radice erumpunt diſperſa & repentia; alia ſtipiti adhærent ſine caulibus; ſunt oblonga, acuta, ampla, in medio nervum habentia, lanuginoſa, & plerumque maculata; ſemina obrotunda, in capſula incluſa: radix eſt fibroſa, ſaporis viſcoſi: creſcit hæc planta in ſylvis. Vires habet vulnerarias, & pulmonum exulcerationibus, aliisque eorum morbis medetur: vel ſunt ea, quæ à ſimilitudine cum pulmonibus, ſic denominantur. B. **Longenkruid**. G. **Lungenkraut**. Gall. *Herbe aux poumons*, *Pulmonaire*. A. Idem.

Pulmones, Gr. πνεύμονα, & πλεύμονα. Spiramentum animæ *Virg*. eſt illud organum reſpiratorium, in Thoracis utraque cavitate poſitum, eamque ſua bifida loborum diviſione replens, inferiori parte latius quam ſuperiori, facie anteriori planius quam poſteriori, in infantibus grate rubens, in adultioribus liveſcens; conſtans vaſis ſanguini ſolo vehendo, & mutando (ut Arteria & Vena pulmonali) Aliis ſuo ſanguine tantum nutriendo hunc (ut Arteria Bronchiali) Aliis ſolo aëri excipiendo (ut Arteria Aſpe-

ra, cum suis divisionibus) dicatis: atque innumeris nervis à pari vago, & lymphaticorum copiosorum omni genere & magnitudine variis &c. Quatenus aërem accipit per Asperam Arteriam, post ejus varias divisiones continuo decrescentes, tandem abit in substantiam ex vesiculis sphæroideæ figuræ conflatam, membranaceam, subtilissimam, ultimo cæcam, expansilem ab aëre inflato, contractilem propria vi ut & Thoracis compressu: hæ vesiculæ mediante substantia cellulosa vel reticulari sibi invicem junctæ, & ita sitæ, ut à trachea mox ex una in alteram patens sit aditus, undique vasis trajectoriis sanguineis & nutrientibus cinguntur &c. de quibus cunctis Cl. *Malpighius* inventor optime differuit. B. De Longe G. Die Lung. Gall. *Le poulmon*. A. The Lightes, or lungs.

PULPA, est caro fructuum, radicum, aliorumve corporum, quæ infusione, vel coctione extrahitur, eam per setaceum trajiciendo: ut Pulpa Tamarindorum, Cassiæ, Althææ, Dactylorum &c. vel contundendo, ut in Cucumeris, Melonumve semine; vel eligendo, ut Pulpa Colocynthidis &c. B. Vleis / merg. G. Das marck / das Fleischige / Fleisch ohne gebeine. Gall. *Pulpe*, *Chair*. A. Flesh-Marrow.

PULSATILLA, est planta, quæ habet folia Pastinacæ sylvestris satis similia, sed minora, huic tenui divisura, pilisque respondentia, ex pediculo longiori palmari circiter admodum villoso, & prope terram subrubente, appensa, odoris acris & admodum nares ferientis dum digitis conteruntur, gustus acerrimi; ex horum medio producitur cauliculus rotundus, cavus, lanugine spissa obductus: flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, ex cujus meditullio surgit pistillum staminibus plerumque obsitum, quod deinde abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur semina, in tenue capillamentum desinentia; folia etiam quædam caulem infra florem cingunt, non secus ac in Anemone, a qua differt semine nudo in caudam tenuato: radix est crassa, longa, nigra, in plura capita interdum divisa. Est Anemones species: sic appellatur, quod ostia anni quasi pulset, verque instare indicet; vocatur etiam Herba venti; quod sc. nimium tremuli pappi levissimo flatu huc atque illuc agitentur & propellantur; quare ὀρίγερον dici potest. B. Keuken-kruid / Keu-

keuken-schelle. G. Kuchen kraut / Tag schlaff. Gall. *Coquelourdes*.

Pulsatio, vide *Palpitatio*.

Pulsatio Cordis, vide *Pulsus*.

Pulsus, sive Pulsatio Cordis & Arteriarum, est alterna cordis & arteriarum dilatatio & contractio, facta ex sanguine influente & dilatante tum cor tum arterias; & ex harum fibrarum musculosarum vi contrahente, in sanguinem dilatantem agente, eumque propellente; hæc actio in corde dicitur *Diastole* & *Systole*, in arteriis dicitur *Pulsus*: hæ vicissitudines in Corde fiunt tempore contrario quam in arteriis, dum enim Cor constringitur, arteriæ a sanguine replente ex corde emisso dilatantur, prout igitur cor vel arteriæ frequentius vel lentius agunt in sanguinem, pulsus variant, hinc observatur in morbis *Validus*, *Languidus*, *Celer*, *Tardus*, *Durus*, *Mollis*, *Plenus*, *Vacuus*, *Æqualis*, *Inæqualis*, *Deficiens*, *Myurus*, *Mediocris*, *Undosus*, *Vermicularis*, *Formicans*, *Tremulus*, *Serratus*, *Caprizans*, &c. B. De Pols / Aderslag. G. Der Puls. Gall. *Pouls*, *battement* vel *mouvement des artéres*, *pulsation*. A. Pulse, Beating of the Heart, and arteries.

Pulverisatio, est, quando contundendo res duræ in pulverem rediguntur. B. Poeder of stofmaking G. Das pulvermachen. Gall. *Pulverisation*. A. Pulverisation.

Pulvilli, idem quod *Splenia*.

Pulvis, est Medicamentum siccum, quod illa forma præscribitur, si integras simplicium vires desideremus: hoc etiam nomine venit in officinis Medicamentum compositum, quod Species dicitur, vide *Species*.

Pumex, lapis est erosus, porosus, spongiosus, exiguisque cavernulis, seu foraminibus plenus. Ad Confluentiam Germaniæ invenitur. Probatur, qui candore, minimoque pondere præcellit, ut & qui quam maximè spongiosi, aridique sunt, trituque faciles, nec fricando arenosi &c. B. Puimsteen. G. Bimstein / reibstein / Tuffstein. Gall. *Pierre ponce*. A. Pumice-stone. Gr. Κίσσηρις Arab. Tanech.

Punctum Aureum, vox est Chirurgorum, hernias curantium, atque illud fit, quando peritonæum ab hernia in sacculum formatum, reducto Intestino in abdomine aureo filo constringitur, ne rursus Intestina in eundem incidant locum. B. De Gulde steek. G. Gulden Stich.

PUNCTUM, confideratum ut parva & rotunda particula, dicitur etiam de quibusdam corporis humani partibus.

PUNCTUM LACHRYMALE, vide *Colliciæ*.

PUNCTUM SALIENS, dum ovum grandefcit, in interiori ejus tunica Amnios dicta, nubecula quædam comparet, quæ fenfim craffior evadens, mucofam materiam acquirit, in cujus medio primo punctum faliens, deinde rude Embryonis corpufculum, ut informis galba, confpicitur: quod indies augefcendo majorem perfectionem nancifcitur.

PUNCTURA, eft talis partium mollium per inftrumentum tenue & acutum feparatio, ut parvum & valde contractum relinquatur veftigium.

PUNCTURA NERVORUM, eft, quando nervus, tendo aut membrana, acu, fpina, aut alia re acuta compungitur, unde fæpe fymptomata lethalia orta fuerunt. B. Een Zenuw-steek G. Senader stich. Gall. *Piqueure de tendon, tendon piqué, Nerf piqué.* A. A puncture of a Newe or Sinewe.

PUNICUM MALUM, Rami hujus arboris funt exigui, angulofi, fpinofi; ejus cortex eft rubicundus: folia exigua, Myrthum referentia, fed minus acuta, caules rubicundos habentia, contufa odorem fatis fortem præbentia: flores funt magni, rubicundi, rofacei, polypetali, ovario intra calicem innati, ftaminibus numerofiffimis præditi: ovarium, excuffo flore, emarcidis ftaminibus, calicem in umbilicum contrahens, fit fructus pomiformis, cujus cortex coriaceus, durus, rugofus, foris ex fpadiceo luteo puniceus, intus vero luteus, faporis amaricantis, adftringentis, aufteri; fructus eft fere globofus, coronatus, in plura loculamenta divifus, acinis fucci plenis fæta, membranis tenuiffimis diftincta, & femine turgentibus ut plurimum oblongo: Punica Mala triplicia funt ratione faporis, 1°. dulcia, 2°. acido dulcia, feu vinofa, 3°. acida: hæc arbor crefcit in hortis præfertim in regionibus calidis, ut in Hifpania: dici volunt à Pœnis, quod in Punicâ regione abunde inveniatur, aliis placet nomen diduci à colore puniceo, idem quod *Granatum*. B. Granaat-appel. G. Granat-apfel. Gall. *Grenadier*.

PUPILLA, feu PUPULA, eft Choroides five uveæ tunicæ apertio, radios luminis tranfmittens ad humorem cryftallinum, in homine rotunda, quæ pro influxu fpirituum animalium in fibras radiantes longitudinales, & orbiculares lim-

limbum internum constituentes, musculi in modum contrahi vel dilatari solet. G. Κόρη & Γλήνη. B. Oogappel. G. Der stern im Aug/ der Augapffel. Gall. *La prunelle de l'Oeil.* A The Ball, vel Apple of the Eye.

Puppis Os, idem quod *Frontis Os.*

Pupula, vide *Pupilla.*

Purgamenta Uteri, vide *Lochia.*

Purgantia, sunt Medicamenta, quæ externe vel interne corpori vivo applicata, irritando fibras musculares OEsophagi, Ventriculi, Intestinorum, ita agunt, ut hæc omnia in sua cavitate vel glandulis vicinis hærentia determinent sua contractione versus inferiora, & excernant per Intestinum rectum extra corpus. Gr. καθαρτικά. B. Buikzuiverende middelen/ Purgeer middelen. G. Purgierende Artzneyen. Gall. *Remedes purgatifs.* A. Purging Medicines.

Purgatio, seu Catharsis, & Coprophoria, est ipsa excretio materiæ contentæ in ventriculo & intestinis per anum, producta vel ab ipsa se exonerante natura, vel Medicamentis purgantibus. B. Buik zuiveringe/ Stoel-gang/ afgang/ kamer-gang/ Purgatie. G. Eine Purgation/ abgang/ reinigung. Gall. *Purgation*, *Selle.* A. Purging.

Purpura Febris, est in qua corpus externè maculis purpureis coloratur, & inter lethiferas recenseri debet. B. De Purperkoorts G. Purper Fieber. Gall. *Fievre pourprée.* A. A purple feaver.

Purum, Medicis sæpe opponitur mixto. Sic Vinum *Purum* dicitur, quod aqua non dilutum est. *Puræ* excretiones damnantur, verbi gratia, si sanguis *Purus* per sputa exeat; hoc etiam sensu sinceras vomitiones mixtis deteriores pronunciat Hippocrates.

Pus, vide *Pyon.*

Pusba, idem quod *Posca.*

Pustulæ, sunt sanguinis vitiosi efflorescentiæ in cute excitatæ, quæ vel propter Diaphoresin impeditam, vel propter pustularum materiam nimis viscidam eo loco hærent & inæqualitatem quandam excitant; harum quædam siccatæ in squamulas convertuntur; aliæ autem etiam exulcerantes crustulas relinquunt. B. Puisten G. Ein Porpel/ blätterlein/ blatter. Gall. *Ampoules*, *Pustules*, *Vessies.* A. A Blister, wheale, pushe.

Pu-

PUTREFACTIO CHYMICA, est corporis concreti, per putredinem ordinariam, in calore humido, substantiam ipsam corrumpente, ejusque penetralia referente, dissolutio. B. Verrottinge. G. Das faulen / weich machen. Gall. *Putrefaction Chymique.* A. Putrefaction in Chymistry.

PUTRIDA FEBRIS, sic olim vocabatur, sed talis non datur, nec dari potest, corruptis enim sanguine & succis, cætera non vivunt. Vide *Synochus.*

PYCNOSIS, vide *Pycnotica.*

PYCNOTICA, idem quod *Incrassantia.*

PYELOS, vide *Choana.*

PYLORUS, sive JANITOR, est dextrum ventriculi orificium, sinistro angustius, circulo crassiore membranaceo, alimenta remorante, ne nimis cruda elabantur, præditum, Intestino Duodeno annexum, per quod cibi ex ventriculo expellendi in Intestina transeunt: à πύλη janua, & ὠρέω custodio. B. De Poortier der Maag. G. Der thürhüter der Magen Gall. *Le pylore*, A. The porter.

PYON sive PUS, est materia alba, viscida, tenax, subpinguis, aqua gravior, æqualis coloris, in vulneribus & ulceribus bonis hærens, facta ex affusa lympha ex vasculis ruptis, una cum partibus vasculorum emortuorum mista, cujus pars tenuior avolavit vel absorptum est intra corpus, unde non nisi aliquo tempore post collectionem in vulnere dictis characteribus donatur. B. Etter / Materie. G. Eiter. Gall. *Pus*, *Matiere d'une Playe*, *Apostume.* A. Matter.

PYOSIS, est puris in qualibet parte collectio, à πύον pus.

PYRACANTHA, dicitur Spina acuta sive Oxyacantha: ut & Pyraster, sive Pyrus sylvestris: priori arbori nomen minus respondet, sed magis posteriori, ex πῦρ ignis, hinc derivatur pyrus, quod ejus fructus flammæ in modum plerumque formati sint, & ἄκανθα spina.

PYRÆNUS, est Alcohol vini, ex πῦρ ignis, quia ignis ope destillatur, & οἶνος vinum.

PYRAMIDALES MUSCULI, in abdomine locantur, & rectorum infimis tendinibus incumbunt, nec sunt rectorum partes, ut putant *Vesalius* & *Columbus*, sed distincti musculi, ut probat *Fallopius*, licet rationibus quibusdam validis, quibusdam inanibus; membrana peculiaris, qua inve-

investiuntur, & fibrarum cursus, diversos à rectis esse musculos ostendit. Ortum ab externo pubis osse sortiuntur, & quanto longius ascendunt, tanto fiunt angustiores, circa umbilicum in alba linea terminum consequuntur. Aliquando desunt, vel sinister dextro minor est, vel dexter sinistro. B. Paaldgelyke Spieren. G. Der pyramid gleiche mauß Gall. *Muscles Pyramidaux*. A. Idem.

PYRAMIDALIA CORPORA, sunt vasa semen præparantia dicta, de quibus suo loco. Item musculi narium & Abdominis pyramidales dicti: item duæ chordæ medullares circa basin medullæ oblongatæ, videatur *Willis* de cerebro cap. 3. à πυραμὶς corpus in superficie acuminatum.

PYRAMIS, vide *Conus*.

PYRENOIDES PROCESSUS est dens secundæ Vertebræ: *Dentiformis* dictus.

PYRETHRUM, Latinis *Salivaris*: hæc planta nominatur à fervido, ac ignis simili, qui in ejus radice est, sapore, unde plurimum salivæ elicitur, à πῦρ ignis. B. Bertram-kruid / Vuur-wortel / Tand-wortel / Quyl-wortel. G. Bertram / zahnwurtz / speichel-wurtz / geiffer wurtz. Gall. *Racine Salivaire*, *ou Pyrethre*. A. Bartram, pellitory.

PYRETICA, Idem quod *Antipyretica* & *Febrifuga*.

PYRETOLOGIA, est Febrium descriptio: continens eorum symptomata, effecta, causas, & sanandi rationem, &c. ex πυρετὸς febris, & λέγω enarro. B. Koorts beschryvinge. G. Fieber Beschreibung.

PYRIFORMIS MUSCULUS, vide *Quadrigeminus*.

PYROLA, est planta, quæ habet caulem angulosum, multa folia acuta habentem; folia ex radice erumpentia, quæ sunt satis carnosa, polita, tota hyeme virentia, caulibus longis adhærentia: flos in spicam congestus, est polypetalus vel pentapetalus, quasi galeatus, coloris albi; pistillum floris fit fructus angulosus, in quinque loculos dehiscens, qui loculi continent semina exigua; radix flexilis, fibrosa, repens: tota planta habet saporem amarum & adstringentem. Limonium, Tintinabulum terræ, sunt synonima, suo loco videnda, sic appellatur, quod ejus folia Pyri arboris foliis similia sint. B. Winter-groen. G. Winter-grün / Holtz mangolt / Wald-mangolt / Wald-kol / küchenschelle. Gall. *Verdure de Mer*, *Pyrole*. A. Winter-green.

PYROS, vide *Triticum*.

PYROSIS, est ardens faciei rubor, qui illis præsertim contingit, qui fervidis diebus iter faciunt: à πυρόω accendo. B. Hitte in 't aangezigt. G. Hitz im angesicht. Gall. *Chaleur au visage*. A. Hornesse of the Face.

PYROTECHNIA, idem quod *Chymia*, ex πῦρ ignis, & τέχνη ars.

PYROTICA, sive URENTIA, sunt Medicamenta potentiâ calida, quæ corpori humano adhibita, valde calefaciunt, propterea quod particulas & poros ita habeant dispositos, ut vaporibus vel humoribus in eos se insinuantibus, subtilis materia tales ibi inveniat meatus, ut ipsa ibi vehementius mota, terrestres quasdam particulas duras & acutas, in iis natantes, impetuosius in vicinas partes agitet, atque ita calorem magis vel minus vehementem & diversimodè corrumpentem, vel immutantem, pro ratione sui motus & particularum movendarum diversitate excitet. Hæc sunt *Rubefacientia*, *Vesicantia*, *Catharetica*, *Septica*, *Escharotica*, & *Psilothra*, à πυρόω incendo. B. Inbrandende Medicamenten. G. Anbrennende Artzneyen. Gall. *Remedes caustiques*.

PYRUM, PYRUS, truncus hujus arboris est magnus, lignum flavescens, habitus procerior & erectior quam Mali: folia satis lata, obrotunda, aliquantulum oblonga, acuta, viridia, in fine albescentia, finis pedunculi abit in ovarium oblongum, cujus margo suprema fit corona expansa, instar calicis, in quinque segmenta, stellatim expansa, in centro cava: flos ovario innatus habet petala quinque expansa instar Rosæ, nata ex interstitiis segmentorum coronæ, & stamina viginti vel ultra, etiam inde nata ex ora calicis, ovarii supremi centrum emittit tubas quinque terminatas in apicem scabrum, orbicularem, & ovarium ipsum fit fructus oblongus, turbinatus, quinque locularis, carnosus, umbilicatus, divisus in quinque loculamenta, fæta seminibus nigris: hæc arbor crescit in hortis. Pyrorum infinitæ occurrunt differentiæ multo plures quam Malorum, a fructus scilicet magnitudine, figura, colore, odore, sapore, consistentia, cortice, pediculis, tempore quo maturantur, regione in qua proveniunt, duratione, &c. desumptæ, Gr. Ἄπιος, sic dicitur quod fructus ad pyramidis similitudinem è lato in acutum spectet & in mucronem turbinetur. B. Peer-boom. G. Birnbaum. Gall. *Poirier*. A. Pear-tree.

PYUL-

PYULCON, est instrumentum Chirurgicum, quo pus vel sanies, è profundis sinubus trahitur, ex πύον pus, & ἕλκω traho. B. Een Etterloser. G. Ein Eiter Außzieher.

PYULCUS, est cannula argentea, rotunda, oblonga, vulneri vel ulceri proportione respondens, cujus extremitas, quæ vulneri immittitur, variis perforata est punctis; altera quæ extra vulnus eminet, lamellam orbicularem circumpositam habet, ne vulnus intret, & alligari hinc parti potest.

PYXACANTHA, est Buxea Spina: nomen accepit, quod planta sit spinosa foliis buxeis, πύξος enim est buxus, & ἄκανθα spina. B. Buks-boom met doorn / Buksdoorn. G. Buchs-dorn. Gall. *Buys d'asne*, *Buys espineux*. A. Box-thorn.

PYXIS, Capsula est Pharmaceutica & Chirurgica; in qua nempe Medicamenta asservantur: hinc Unguentum quoddam olim, emolliens & inflammationes depellens, quia commodissimè in theca seu pyxide asservabatur, *Pyxidis* nomen sortitum est. Sinus item ossis coxæ quoque & *Pyxis* & *Acetabulum* & *Cotyla* appellatur. B. Busse / Doos. G. Eine Büchs / Salb büchs. Gall. *Une Boëte pour les Onguens, ou un Etuy pour les instrumens*. A. A Box.

PYXIDIS OS, vide *Basilare Os*.

Q.

Q. PL. in formulis Medicorum scriptum significat, *Quantum placet*.

Q. V. est quantum vis, quantum volueris.

Q. S. Hoc est, quantum satis, quantum sufficit.

QUADRANS, apud Medicos est pondus trium unciarum, id est Libræ Romanæ quarta pars. B. Een vierendeel. G. Ein Viertheil. Gall. *La quatriéme partie de la livre, un quarteron & en general, la quatrieme part d'un Tout*. A. A Quarter of a pound.

QUADRATUS MUSCULUS, sic vocatur *Musculus abductor Femoris*, qui oritur a parte posteriore & exteriore tuberositatis ossis Ischii & inseritur ossi femoris in cavitate inter utrumque Trochanterem: hoc nomine quoque gaudet *Musculus depressor labii inferioris*, qui oritur a labio exteriore baseos maxillæ inferioris circa locum synchondro-

droſeos ejus, & recte adſcendens ab utroque latere junctus, inſeritur toti muſculo orbiculari inferiori. Item ſic vocatur *Flexor lumbi*, qui oritur principio lato & carnoſo ab interna coſta oſſis Ilii & ab oſſe ſacro, & deſinit in transverſis proceſſibus vertebrarum lumbalium, & ultimæ dorſi. Vide porro in *Quadrigeminus*, & *Pronator*. B. **De vierkante Spier.** G. **Der vierecfichtige Mauß.** Gall. *Muſcle quarré*. A. A Foureſquare Muſcle.

Quadrigeminus Musculus, eſt unus ex iis, qui femur movent quadrifariam, poſterius ſupra femoris articulum collocati quatuor eique exigui ſunt. Hujus cœtus primum titulo dignoſcitur à ſitu aſſumpto, vocaturque *Pyriformis* ſeu *Iliacus externus:* externo oſſis ſacri margini, ut qui ſequuntur *ſecundus* & *tertius*, Iſchii oſſis tuberculo adnati, Trochanteris cavitatis integumento affiguntur. Ejusdem ordinis *quartus* nomen *Quadrati* obtinuit, Iſchii internæ tuberis ſedi exteriorique inſeritur femoris proceſſui majori. B. **De vierdubbelde ſpier.** G. **Der vierfache Mauß.** Gall. *Muſcles quadrijumeaux*. A. Foure double Muſcle.

Qualitas, eſt particularum minimarum diſpoſitio ſeu contextus, unde corpus noſtrum quacunque ratione, quale denominari poteſt. Hæc eſt Manifeſta, Occulta, Venenata, Contagioſa, Peſtilens, &c. B. **Hoedanigheid.** G. **Geſtalt.** Gall. *Qualité*. A. Quality.

Quartana Febris Intermittens, quam *Saturni Filiam* nominavit Antiquitas, *Octavio Horatiano* teſte. Hodie *Opprobrium Medicorum*, quia difficulter, à Medicis antiquam ſectam ſectantibus, curabatur. *Quadrimi circuitus febris Plinio*. Gr. τεταρταῖος, eſtque præterordinaria ſanguinis commotio cum ſuis ſymptomatibus, quarto quovis die hominem invadens, magno cum frigore, quod diutius in hac quam reliquis intermittentibus continuat, illudque ſequente calore, qui hic mitior eſt, & vix ultra quatuor vel quinque horas protrahitur, & tunc æger plane liber manet, ſi ſimplex vel legitima febris ſit, per duos intermedios dies: ſuccedit quandoque aliis febribus, vel per ſe oritur, inprimis circa initium autumni. B. **De Derdendaagze Koorts.** G. **Das viertägige Fieber.** Gall. *Fievre quarte*. A. A Quartan Ague.

Quartarium, idem quod *Quadrans*, item menſura eſt

est vini unciarum quinque, & olei unciarum quatuor cum semisse. B. **Een Vierendeel.** G. **Ein viertel einer Maaß.**

QUARTIO, dicitur *Talus*, sive Astragalus, à quatuor nempe lateribus. Vide suo loco.

QUERCERA, idem quod *Phricodes*, & *Epiala*.

QUERCUS, Est arbor recta, crassa, diu durans, ramos suos late dispergens: truncus obductus est cortice crasso, aspero, rubicundo: folia sunt magna, oblonga, lata, sinuosa quasi laciniata: flos mas amentaceus, constans apiculis masculinis, tenui capillamento longo per densa agmina affixis, fructus loco a flore in eadem planta remoto, tribus tubis instructus, natus in calice foliolis angulosis constante tandem squamoso, fit glans calice inferius excepta, sub putamine coriaceo integro, tegens nucleum bifariam fissilem: hæc arbor crescit in sylvis, collibus, & montosis locis; in usum trahuntur, lignum, cortex, folia, glandes, earumque capsulæ, gallæ, viscus, fungus, & nucamenta. Gr. Δρῦς, licet prisci Græci omne genus arboris sub δρυὸς nomine intellexerint, à verbo δρύω erumpo, alii dictam putant, quasi **Weer-kouw**/ quod Belgis est averto & prohibeo frigus, quod præcipua quercuum utilitas sit, casas & domos adversus frigus munire, & ignem struere: ut & famem glandibus depellere. Vel à quærendo, quod glandes olim sub arboribus solebant quæri & colligi. Derivant nonnulli à κηκὶς galla, vel à κέρχω exaspero. Gr. Δρῦς à δρύω erumpo, pullulo. B. **Eike-boom.** G. **Eich-baum/ Eich.** Gall. *Chêne.* A. Oak-tree.

QUERULA, vide *Chamædrys*.

QUID PRO QUO, *Succedaneum* dicitur & *Antiballomenon*. Est, quando Medicamentum unius indolis & qualitatis pro altero substituitur à Pharmacopæis; hoc tamen, non nisi Medicorum consensu faciendum. Gr. Ἀντιβαλλόμενον. B **'t Een voor 't ander.** G. **Das eine an eines ander stelle gebrauchen.**

QUIES, est otium, & ab exercitatione vacatio, quæ, quoniam morbis etiam ansam præbet, inter res non naturales recensetur, & Medici attentionem flagitat.

QUINCUNX, Quincuncialis figura, ejus figuræ, quæ decussim antiquis significabat, media est. Fiebat vero decussis ad X literæ formam, quæ quidem apud Latinos decem significat, atque hæc si per medium secetur, remanebit V figura, quæ quinarium numerum, atque adeo

quincuncem demonstrat. Sed hæc quidem multoties tum superius, tum etiam inferius multiplicata, figuram facit, quincuncialis, Quincunx, ordo quincuncialis.

V. XXXX.

QUINQUENERVIA, vide *Pentapleuron*.

QUINQUINA, vide *Cina Cina*.

QUINTA ESSENTIA, vide *Essentia Quinta*.

QUOTIDIANA FEBRIS INTERMITTENS, est febris, quæ omni die invadere solet cum frigore, & quandoque etiam vomitu, quem excipit calor magis lentus quam mordax, & paucus sudor, duratque ordinario per 12. horas, corpus hebes & grave relinquens, & post totidem horas iterum revertens, si exquisita fuerit; hocque stato paroxysmorum reditu distinguitur a tertiana duplici. Gr. Πυρετὸς Ἀμφημερινός. B. De dagelyksche koorts. G. Das Tägliche fieber. Gall. *Fievre Quotidiene*. A. A Quotidian Ague.

R.

R. Idem est ac si diceres *Recipe*, quod signum Jovis insigne quoque fert, quasi Medici Deum prius invocarent, & notant ℞. vel ♃. in Principio formularum reperitur.

RABDOIDES, idem quod *Sutura sagittalis*, ex ῥάβδος virga, & εἶδος forma.

RABIES HYDROPHOBICA, vide *Hydrophobia*.

RACEMUS, pro uva accipitur, neque tantum ipsius vitis est, sed etiam Hederæ & aliarum herbarum, aut fruticum, uvas quasdam producentium. Dicitur etiam ramosum id, è quo acini dependent.

RACHITÆ & RACHIÆI, sunt musculi ad dorsum pertinentes, à Ῥάχις dorsi spina.

RACHITIS, vide *Rhachitis*.

RADIÆUS, est Carpi musculus; *Externus* est vel *Internus*. Posterior ab eodem ferè cum Cubitæo protuberculo descendens radioque incumbens, primi Metacarpi ossis involucro, sub Indice affigitur. Alter *Externus*, quem Longiorem & Breviorem invenit & descripsit Cl. Albinus, ab externo brachii processu latus erumpens, radio impositus, circa prima metacarpi ossa duplici ut plurimum separatoque definit tendine; hic Carpum flectit, ille vero ex-

extendit. B. Elleppp-spier. G. Der ellenbogen Mauß. Gall. *Muscle Radial*. A. Muscle of the Elbow.

Radicales Dies, vide *Critici dies*.

Radicula, vide *Raphanus*, & *Struthium*.

Radiculæ vel Radices, est hæc planta *Raphanus hortensis*, qui in obsoniis pro deliciis habetur, nomen sibi arrogavit, quod cæteras amplitudine corporis superet, vel quam paucissimis magnitudine cedat. Etenim plerumque in tantam molem coalescit, ut in frigidis locis, quibus gaudet, sicut in Germania, infantium puerorum magnitudinem æquet: folia habet magna, ampla, aspera, viridia, profunde incisa, Rapam referentia, sed magis sinuosa: caules sunt rotundi, ramosi, flores quadrifidos, purpureos, & cruciformes habentes: succedit fructus seu siliqua corniformis, crassa, spongiosa, duobus seminum subrotundorum ordinibus fæta, mediastino tenui discretis: radix est longa, crassa, carnosa, alba, rubicunda aut nigra, saporis acris aut penetrantis, sed grati: hæc planta in hortis colitur, radix e terra effoditur vere, quando est tenera, succulenta, fragilis, & esculenta. B. Ramenas. G. Rettich. Gall. *Raifort*. A. Radish.

Radius, est os cubiti minus, *Focile minus* dictum, ejusdem fere longitudinis, sed obliquius est ulna, & quoniam utriusque ossis extrema crassiora sunt quam eorum corpora, hinc in medio nonnihil a se invicem distant, ubi tenue interest ligamentum: supra vero ulna radium excipit; infra hic illam. Superior ejus pars cavitatem habet glenoideam, & cum externo brachii processu articulatur per diarthrosin, unde motus pronus & supinus. Inferior per appendicem cum carpi osse ad maximum digitum. Hujus superior pars tenuior, inferior vero crassior. Gr. Στήριγξ, Κερκὶς, Παραπήχιον. Item, os tibiæ minus. B. De kleine Elleppp. G. Armschiene / der kleine Ellenbogen pfeiff / die spindel im arm. Gall. *Le Rayon*. A. The elbows bone.

Radix, Gr. ῥίζα, est infima pars plantæ, terræ infixa, per quam nutrimentum capiens crescit, sive id, quo alimentum attrahitur: neutiquam tamen est tota illa pars, quæ, ut a circumposita sibi nutriretur materia, terræ committitur, quæ proprie radicis truncus dicenda, & potius ad caulem seu caudicem, quam ad radicem referenda est, quum implicatis iisdem vasorum generibus constet, verum illa pars, quæ exteriori sui superficie matrici contigua, infini-

finitis osculis pertusa, acceptos humores promovet, ut per canales deinceps, vasis lacteis non absimiles, in ipsum plantæ corpus ferantur, proprie radix vocanda est: quæ quanquam stricta nimis videatur, generalissima tamen & omnibus plantis applicanda est definitio, competit enim æque his, in quibus nulla, ut vulgo putatur, ac illis, in quibus manifesta sensibus occurrit radix, minimis undique foraminibus pertusa deprehenditur superficies, per quæ nutrimentum hauriunt, ut in Pomo Aurantio Nephthuni piscatoribus dicto seu Pila Marina, & nonnullis terræ tuberibus apparet, adeoque tota in hisce superficies pro radice inservit, quod idem in plantis quibusdam submarinis plane, ut videtur, lapideis obtinere credibile est; & ex analogia animalium deduci & utcumque probari potest, hæc enim sui juris facta, non tantum per os alimenta ingerunt, sed tota quoque cutis humido aëri exposita eidem scopo inservire videtur: simile quid in ovis animalium observatur, quæ humore naturaliter in utero contento, & per membranas transeunte æque ac colliquamento seu liquoris Amnii principio nutriuntur. Plantæ autem, quæ conspicua & sensibus magis obvia radice sunt præditæ, hac in parte multum inter sese differunt, aliæ enim sunt Bulbosæ, quæ vel Squammosæ vel Tuberosæ deprehenduntur, aliæ Grumosæ, aliæ Fibrosæ, aliæ denique Nodosæ, quas ut primarias radicum differentias notasse sufficiat: inutile foret minora, quibus inter sese differunt, signare discrimina, quatenus aliis, multæ, longæ, altæque sunt radices, ut Fico, Robori, Platano; aliis paucæ & summæ terræ adhærescentes, ut Oleæ, Punicæ Malo: aliis nervosæ, ut Abieti: aliis carnosæ potius, ut Robori; aliis veluti nodosæ & villosæ; ut Oleæ, quæ cuicunque frutici, suffrutici, herbæ & similibus applicari possunt. B. Wortel. G. Wurtzel. Gall. *Racine*. A. Root.

RADIX, vide *Raphanus*.

RADIX CAVA, est Aristolochiæ species, cujus radix cava est.

RAMENTUM, dicitur de parvis particulis, quæ radendo de quocunque corpore separantur. B. Afschraapsel. G. Abgeschabtes ding.

RAMEX, vide *Hernia*, aut *Cirsos*.

RAMI, non tantum dicuntur brachia vasorum majorum, sed & plantæ, qui sunt ejusdem structuræ ac ejus trun-

truncus, & tantummodo ut ejus divisiones considerandi veniunt: quemadmodum enim ex minimis similibus collectis radiculis radicis truncus & caudex oritur, sic ex caudice rami prodeunt: hic autem in nonnullis rectus assurgit, in aliis ilico in folia & ramos explicatur: Priores (quales inprimis sunt arbores) erectum habent stipitem, qui prolongatus tantum est caudex, quod in posterioribus seu plantis, quæ in folia explicantur, non ita obtinet: ambæ tamen in ramos expanduntur, qui in his foliacei, in illis stipitiformes deprehenduntur; in prioribus folia sunt ipsi rami, & hæc alia magnitudine sua longe exsuperant; in posterioribus, uti in omnibus arboribus, stipites dividuntur in ramos iterum ramosos, & suæ substantiæ ubique similes, quorum latera hinc inde, & ultimi fines in folia explicantur. Ramos autem iisdem fere partibus constare docet annotinus oblique in autumno abscissus ramus, in loco humido terræ commissus, depactæ enim partes inferius in radices, superius in folia & novam fæcundamque arborem explicantur: hæc igitur omnia tantummodo sunt productiones radicis, sic caudex nihil continet, quod non similiter in radice reperiatur, & contra nihil in radice observatur, quin itidem in caudice appareat, quumque radix in omni parte videatur habere illud rudimentum, unde tota deinceps perfecta planta producitur, idem in caudice & ramis obtinere probabiliter inde conjicitur, quia scilicet, si ex quacunque fere arbore. V. G. Salice duo virgulta abscindantur, & absumptis partibus superioribus unum rectum, seu parte, quæ radici erat propior, alterum inversum terræ committitur, utrumque eodem crescit modo, nisi quod in posteriori rami magis horizontales, & folia paulo majora deprehendantur, unde apparet in ramis quoque adesse illud rudimentum, quod in veras radices abire, & novam futuram plantam continere queat. B. Een Tack. G. Ein Ast/ Zweig. Gall. *Des Rameaux*.

RAMIFICATIO, dicitur de parvis vasorum ramis, quæ ex trunco majori egrediuntur. B. Takmaking. G. Zweignachung.

RANCIDITAS, est illa species corruptionis, quæ oleosis corporibus, sive vetustis, sive per calorem accidit, & gustui detestabilem saporem cum sensu caloris exhibet.

RANINÆ VENÆ, sunt eæ, quæ sub lingua manifestè visuntur. B. Kikvors Aders. G. Die frösch adern. Gall. *Veines Ranines*. A. The frogge vessels or veins.

RANULA, five RANA, vide *Batrachium*.

RANUNCULUS, habet calicem pentaphyllum herbacei coloris, ante floris perfectionem plerumque fugacem: flos est perfecte rosaceus, pentapetalus seu polypetalus: radix nonnunquam fibrosa, vel granulosa & digitata, nunc tuberosa, aliquando plane intorta, foliatura est lata vel angusta, secta vel minus secta, hinc nil characteris dat, folia quoque varia sunt, sed habet calicem pentaphyllum, & stamina innumerabilia, quæ circumcrescunt capiti frugifero, exceptis nonnullis. Gr. Βατράχιον, à Ranis nomen accepit: quod limitibus humidis opacisque marginibus ranarum more lætetur: aut quod aquis, ubi Ranæ degunt, potissimum gaudeat: aut quia inter ejus frutices ranæ frequenter inveniuntur. Plurimæ ejus habentur species, quarum multæ hortos ornant: in Medicina vero vix recipiuntur, nisi quod caustici loco quandoque usurpentur. B. Boter-bloem / Hanevoet Ranunkel. G. Schmaltz-blum / Hanen-fuß kraut / Frösch pfeffer. Gall. *Renoncule*. A. Crow-foot.

RAPA, & RAPUM, est planta, quæ habet folia oblonga, magna, ampla, repentia, profunde incisa, aspera: flores sunt quadrifidi, cruciformes, flavi; flori succedit siliqua, cornu fungosum referens, septo medio divisum, semine subrotundo & rubicundo prægnans: radix est crassa, expansa, carnosa, oblonga, aut rotunda, coloris viridis aut albi, aut rubicundi aut externe nigricantis, in parte inferiori fibras habens, interne dura, alba, saporis aliquando dulcis, aliquando acris: cedit inprimis in usum culinarum, decocta tamen pro Gargarismate conducit ad Apthas, aliaque oris & faucium vitia: putant dici à ῥάπις & ῥαφίς. Rapa vel Rapum, quasi Ruapum, vel Ruapa vocatur, quod è rure eruatur; vel quod facile extra terram ruat; vel quod magis placet, quod passim in cibis rapiatur: ergo nomen à rapiendo accepisse videtur: nam & à prætereuntibus etiam ex agris rapitur, & evellitur. Gr. Γογγύλη, Γογγυλίς. B. Raap / Knol. G. Ruben. Gall. *Rave*. A. Turnepe, Rape.

RAPHANUS, habet folia magna, longa, lata, acuta, pulchre viridentia, Rhapontici foliis satis similia: caulis est rectus, firmus, striatus, cavus: flores sunt parvi, quadrifidi, cruciformes: his succedunt fructus parvi, fere rotundi, & tumidi, quibusdam seminibus prægnantes: radix est oblonga, pollicis crassitudine ac etiam crassior,

gustu

gustu acerrimo, Sinapi haud absimili, odoris nullius; Ῥάφανις, seu Ῥαφάνη, nomen habet ἀπὸ τῆ ῥᾶ, seu ῥαδίως φαίνειν, quod nempe facile appareat, nam die tertio à satu prosilit, hoc nomine potissimum gaudet *Raphanus rusticanus*. B. Radys. G. Rettich. Gall. *Grand Raifort*. A. Horse-radish.

Raphe, vide *Sutura*.

Rapistrum Monospermon, est Rapa sylvestris, est planta, quæ habet caules tenues, rotundos, ramosos, aliquantulum villosos; folia repentia, crassa, Rapam referentia, ad principium laciniata, dein subrotunda, leviter sinuata & subhirsuta: flos cruciformis, quatuor scilicet petalis constans, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu testam fere globosam, unicapsularem, semine fœtam ut plurimum singulari, radix longa, fibrosa, & albescens. B. Herik / Wilde Rapen. G. Hederich / Wilder rettich. Gall. *Rave*, *Moutarde Sauvage*. A. Charlock.

Rapum Terræ, vide *Cyclamen*.

Rapunculus spicatus, est planta quæ habet folia ex radice erumpentia, Violam referentia, punctis nigris aliquando instructa, pedunculis longis adhærentia; caulis est angulosus, excavatus, succum lacteum præbens, folia oblonga, angusta habens: flores in summitate in spicam sunt congesti, coloris cærulei, purpurei vel albi; post florem sequitur fructus, divisus in tria loculamenta, semina exigua, splendentia, & rubicunda continentia: radix alba Rapum referens; Rapunculus esculentus est Campanula radice esculenta flore cæruleo, est diminutivum à Rapa. B. Rapuncen. G. Rapuntzlein. Gall. *Reponce*. A. Rampions.

Rarefacientia, sunt remedia, quæ moderato calore, vapores humoresque difflando, poros partium majores faciunt, hinc eandem materiæ quantitatem in spatium majus diffundunt. Gr. Ἀραιωτικά. B. Dunmakende middelen. G, Dunnmachende Artzneyen.

Rarus, quandoque opponitur denso, diciturque de corporibus, quæ spongiosa & levia sunt; interdum crebro, & hoc sensu tarda arteriarum micatio vocatur *Rarus pulsus*.

Rasetta, idem est quod *Carpus* aut *Brachiale*.

Rasorium, est cultelli species, quo utuntur Chirurgi in abradendis capillis, & ossibus cariosis, à radendo vocatum. B. Een Scheer-mes. G. Ein Schermesser / scharart. Gall.

Gall. *Rasoir*. A. Barbers Shop, Rasour. Idem quod *Raspatorium* aliquando.

Raspatorium, seu Scalprum Rasorium, est instrumentum Chirurgicum, ossibus cariosis & squammosis abradendis, confectum. Gr. Ξυστήρ vocant. B. Een Rasper. G. Das Schröteisen / schrötmesser. Gall. *Rugine*, *Ratissoire*. A. A Grater or Rape.

Raspatorium, seu Radula, à radendo, est instrumentum ex lamina ferrea pertusa & asseri parvo affixa, cujus inæqulitate & scabritie radices, ligna &c. raduntur, Gr. Ξύστρα. B. Een raspe. G. Raspes / Schabeisen / Multeisen / Reibeisen. Gall. *Rape*, *Racloir*, *Ratissoire*. A. Rasp.

Rationis Os, idem quod *Sincipitis*.

Raucedo, Gr. Βράγχος, est vox rauca, acutie strepens, absque ulla soni glabritie vel claritate, & exilis, sic ut sæpè non audiatur, nisi à propè adstantibus, adest etiam in hac sibilus aliquis: orta à siccitate vel asperitate Instrumentorum formandæ voci inservientium, hinc consequitur vel tussim, vel susceptum frigus, vel crapulam, vel nimios clamores, vel pulverem in fauces illapsum, vel consumptionem Instrumentorum vocalium à lue venerea: vel denique abusum ciborum aut Medicamentorum acrium. B. Heesheid. G. Heischerkeit / Heisere. Gall. *Enrouëment*. A. Hoarsness.

Raved Seni, est Rhabarbarum Orientale.

Receptaculum, dicitur de vesicula, in qua humor quidam colligitur.

Receptaculum Chyli, idem quod *Sacculus Chyliferus*.

Receptaculum Chymicum, est vas amplum, in quo guttæ & vapores destillantes ex rostro vasis, in quo corpus destillandum habetur, excipiuntur: Vocatur & *Recipiens*, & *Excipulum*. B. De Ontfanger. G. Vorleg glaß / receptackel / ein Recipient. Gall. *Un Recipient*, *Balon*. A. A Recipient, Receiver.

Receptum, idem quod *Formula*.

Recidivus Morbus, est, quando materia à priore morbo relicta, vel corporis morbosa diathesi non satis mutata in sanitati requisitam conditionem, denuo recrudescit & eundem similemve morbum resuscitat.

Recipe, verbum est, quo formulæ Medicæ semper incipiunt, & quod exprimitur simplici litera R.

Re-

Recipiens, Vocatur vas, materiam per destillationem prolectam capiens. B. De Ontfanger. G. Der Empfanger.

Recrudescentia, est, quando morbus jam desinens, aut mitis factus, denuo ad eundem vigorem redit.

Rectificatio, est destillatio repetita liquorum jam antea destillationi subjectorum, ad eos magis purificandos & exaltandos. B. Verbeteringe. G. Verbesserung/ das rectificieren. Gall. *Rectification*. A. Idem.

Recti Musculi, habentur inter externos abdominis Musculos: in quibus arteriæ & venæ Epigastricæ ab interna parte ascendunt, tum à Mammariis interius propè mamillam descendunt. Circa medium abdominis inscriptionibus binis, ternis, interdum & quaternis tendineis, in plures veluti musculos dirimuntur. Ad mucronatam pectoris cartilaginem, costarumque trium vel quatuor cartilagines, exortu carnosi sunt, in osse vero pubis, valido tendinosoque corpore defixi. Duo porro paria dicuntur *Musculi recti Majores* & *Minores capitis*. Par *Rectum majus*, parvum est carnosum & gracile. Oritur à secunda colli vertebra, & desinit in medium occiput. *Minus rectum* sub priori latet, venit a prima colli vertebra, & in medium occiput terminum assequitur. Caput ambo retrorsum leviter ducunt & ad latus. Præterea in anteriori colli parte locatur musculus, *Rectus internus* dictus, qui à transversis vertebrarum colli processibus oritur, & occipitis ossi a latere processuum, quibus conjungitur cum vertebris, inseritur. B. De regte spieren. G. Der rechte mausz. Gall. *Muscles droits*. A. The Right muscles

Rectum Intestinum, est omnium & præcipue Crassorum intestinorum ultimum, incipit à coli fine, unde recta deorsum pergens desinit in anum; gaudet musculis, sphinctere, & duobus dilatatoribus. B. De Aars-darm/ Endel-darm. G. Der Mast-darm / Ars darm / Afterdarm. Gall. *Le Boyau Culier*, *le Gros Boyau*, *le Rectum*. A. The stright Gut.

Recutitus, sive Apella, est, cui portio præputii resecta fuit, ut in Judæis & Mahometanis. B. Besnedene. G. Beschnitten an der Vorhaut. Gall. *Circoncis*. A. Circumcised.

Reducia, idem quod *Paronychia*.

Reductio, eſt Metallorum ab acido aliquo corroſorum, mediante Alcali quopiam, nempe acidum abſorbente, vel mutante, in priſtinam denuo formam fuſio.

Reduvia, eſt levis quædam cuticulæ ad unguium radices fiſſura. Nonnulli ſic quoque Paronychiam vocant. B. Nijn of Nijpnagel. G. Nagelzwang/ der wurm/ da ſich die haut vom Nagel ſchellet. Gall. *Panaris*. A. The Looſneſt or cleft of the Skin about the root of the nails.

Refectiva, idem quod *Analeptica*.

Reficientia, idem quod *Analeptica*.

Refrigeratorium, eſt vas ligneum, aquâ plenum, cui fiſtula recta vel ſpiralis ex ſtanno vel plumbo ineſt, qua aqua deſtillata, refrigerandi gratiâ perfluit. B. Een Koelvat. G. Ein Kühl-faß. Gall. *Refrigerant*, *Refrigeratoire*. A. A cooling veſſel.

Regeneratio, ſive Palingenesia, Chemicis vocatur, quando res quædam operationibus in aliam formam redactæ, ope aliarum operationum, vel peregrinorum additorum, in eandem naturam, qua prius gaudebant, reducuntur.

Regimen, vox recepta eſt in arte Medica, denotans certam & a Medico imperatam diætæ & victus rationem, tam in ſtatu ſano quam morboſo. Chymicorum turba etiam de Regimine ignis jactat, atque in eo ſuos habet gradus. Vide *Gradus*. B. Beſtuur/ Regeeringe. G. Regierung. Gall. *Regime*. A. Idem vel Governing.

Regina Prati, eſt *Ulmaria:* ſic dicitur, quod tam læte caput in pratis præ cæteris plantis erigit. Vide *Ulmaria*.

Regio, vocatur Anatomicis ſpatium quoddam determinatum in ſuperficie corporis, ſub quo variæ aliæ partes comprehenduntur.

Registeres, Registra ſeu Ventila, ſpiracula furni ſunt, quæ aër ingreditur ſub venti ſpecie, vel quibus ſuperne exit, & quibus hinc pro operatoris intento dirigitur ignis, iis enim clauſis, ignis debilior fit, verum apertis intenſior. Gr. Ἐπιστόμια. B. Logtgaten/ regeerpypen. G. Lufftloch. Gall. *Soupirail*. A. A hole to let in Aire.

Regius Morbus, vide *Icterus*.

Regnum, eſt certa quædam reductio rerum in tellure noſtra reperiundarum ad aliquam claſſem generalem, quæ

omnes

omnes in quibusdam proprietaribus conveniunt: Tale in Medicina constitutum fuit triplex. 1. *Vegetabilium*, continens sub se omnium plantarum genera, quæ maximam Materiæ Medicæ partem constituunt. 2. *Mineralium*, continens sub se omnia, quæ ex terra effodiuntur, neque tam manifestam ex suo semine ac vegetabilia originem habent. 3. *Animalium*, complectens omnia animantium genera in quovis medio vitam suam degentia. B. Ryk / Geslagt. G. Reich. Gall. *Regne*. A. Kingdom.

Regulus, Chymicis usitatissima vox est, qui in probatione aut fusione alicujus mineræ, illud, quod manet in crucibuli fundo vel cupula, *Regem* vel *Regulum* appellarunt, fortè quia erat totius nobilissima essentia. B. Koningsken. G. Der König. Gall. *Regule*. A. Regule.

Relaxantia, vide *Chalastica*.

Relaxatio, est quarundam partium, uti musculorum, vasorum & membranarum dilatatio ultra elasticitatis suæ, h. e. virtutis contractoriæ, tonum, quâ partes in functionibus suis sanis impediuntur; uti in Strabismo, Varice, Aneurismate, Hernia &c. Gr. χαλασμὸς, Ἄνεσις, χαύνωσις. B. Een Verwydering / Verlamming. G. Das nachlassen / das erweitern. Gall. *Relachement*. A. A releasing, loosing.

Remedium, idem quod *Medicamentum*, seu *Auxilium*.

Reminiscentia, Gr. Ἀνάμνησις, est perceptio, qua rerum antea perceptarum ideæ, menti sensatione, vel alia perceptione impressæ, per earum vestigia vel imagines cerebro impressas, vel voces aut alia earum signa oblata, animæ mediantibus spiritibus animalibus, in sensorio communi, rursus offeruntur; vel reminiscentia est arbitraria rerum cerebro antea impressarum, ad suos usus depromtio. B. De geheugenisse / Herinnering. G. Gedächtnus / Zuruckdenckung. Gall. *Reminiscence*, *Souvenance*, *Souvenir*. A. Remembrance.

Remissio Febrium, est incalescentiæ supra modum sanguinis cessatio, quæ in febribus intermittentibus absolvi integre solet, in continuis vero partialis.

Remittens Febris, vocatur, quæ tali modo per paroxysmos totam absolvit periodum, ut sequens paroxysmus incipiat, priusquam antecedens plane desinat.

Re-

Remora Aratri, est Ononis, dicitur, quod in opere arantes boves subinde sistat. Vide *Anonis*.

Remora, est Instrumentum Chirurgicum apud Hildanum, quo os femoris restituitur.

Remulus, vide *Costæ*.

Renes, Gr. Νεφροὶ, bini sunt in abdomine, sub peritonæi duplicatura positi, prope diaphragma, multa pinguedine involuti, ad eandem fere altitudinem quam Hepar & Lien, quæ illos quoque tegunt; dexter in homine inferior est quam sinister, accipiunt arteriam ab aorta perpendiculariter emissam, quæ dividitur in plurimos ramos vermiculari reptatu currentes, & in se hiantes, ex quibus fistulæ laterales minimæ oriuntur, quæ in corpora papillaria duodecim terminantur, & Urinam a sanguine secretam evehunt in pelvim renis, in qua pariter similes fistulæ ab innumeris glandulis oriundæ in eundem usum desinunt: uterque ren emittit unam Venam, *Emulgentem* dictam in *Cavam* statim terminatam; Nervisque quamplurimis & lymphaticis vasis gaudet. B. **De Nieren.** G. **Die Nieren.** Gall. *Les Roignons*, *Reins*. A. The Reyns, Kidneys.

Renes Succenturiati, vide *Capsulæ Atrabilariæ*.

Renunciatio, dicitur sententia Medici vel Chirurgi, ad Magistratum delata, de lethalitate vulnerum, aliisque quæstionibus, quæ in foro Juridico non nisi ex scientia Medica dijudicari possunt.

Repellentia, sunt, quæ, ut dicunt Veteres, sua frigiditate, vel adstringendi vi, fervorem & affluxum humorum reprimendo, ac poros & meatus partium claudendo, intumescentiam partis imminuunt, & allabentes humores alio pellunt. Hæc horum Medicamentorum actio a nonnullis Medicis circulationi sanguinis & humorum repugnare asseritur: tamen experientia multiplex, & solida ratio his pro Medicinis militare videntur. Neque tamen temere adhibenda sunt, quoniam materia repulsa, ad partes principes delata, majorem noxam facit. Gr. Αποκρουστικά. B. **Te rug dryvende Middelen.** G. **Zurucktreibende Artzneyen.** Gall. *Repercussifs*.

Repercutientia, idem quod *Repellentia*.

Repositio, est operatio Chirurgica, qua membrum aliquod, quod loco suo debito excidit, cum violentia & artificiosè, in pristinum locum reponitur. B. **Herstelling der**

der Leden in hunne plaats. G. Das an seinem ort setzen. Gall. *Replacement*. A. Idem.

Reseda, est planta, quæ habet caulem excavatum, striatum, villosum, ramosum, curvum: folia alternatim disposita, profunde incisa, crispata: flores sunt anomali, in summitate caulium crescentes, coloris flavi; flori succedit capsula membranacea, triangularis, oblonga, continens semina exigua, obrotunda, nigra: radix est longa, tenuis, lignosa, alba, acris: hæc planta crescit in pratis; dici videtur a resedandis doloribus, collectionibus, inflammationibusque, habet succum mollissimum, hinc credibile est eum dolores sedare. B. Vreemde raket. G. Kraut / so die Geschwulst stillet.

Residentia, est crassamentum seu fæces, quæ in liquoribus turbidis ad fundum subsident.

Res Naturales, sive Res Debitæ aut Ordinatæ, vulgo recensentur tres: Sanitas, Sanitatis causæ, & Sanitatis effecta. Alii septem enumerant, ut Elementa, Temperamenta, Humores, Spiritus, Facultates, Actiones: sed Elementa & Temperamenta pertinent ad Physicam: Humores, Spiritus & Partes, sanitatis causis annumerantur, quæ constant ex bona temperie & apta conformatione; Facultates & Actiones, sub Sanitatis effectis constituuntur. B. Natuurlyke dingen / vel potius de behoorlyke vel ordentelyke dingen. G. Natürliche sachen. Gall. *Choses Naturelles*. A. Natural things.

Res Non Naturales, sunt sex, Aër, Cibus & Potus, Motus & Quies, Somnus & Vigiliæ, Animi pathemata, Excreta & Retenta: sic appellantur, quia neque absolute ad hominis naturam pertinent, neque tamen præternaturales vel noxiæ sunt, sed si modum excedant, sæpe morbis ansam præbent. Hisce merito â Sennerto aliisque adjunguntur *Applicata* corpori externa, uti sunt balnea, fomenta, emplastra &c. omnia enim hæc bono usu adhibita, corpori prosunt, & ipsi naturalia fiunt; verum abusu nocent. B. Dicuntur niet Natuurlyke dingen / sed potius Noodzakelyke dingen. G Unnatürliche sachen. Gall. *Choses non Naturelles*. A. Not natural things.

Res Præter Naturam, sunt Morbus, Morbi causæ, & Symptomata sive morbi effecta, quorum præsentiâ illa, quæ in corpore sano fieri debebant, nunc impediuntur, adeoque abundant in corpore. B. Tegennatuur-

tuurlyke zaken vel zondigende dingen. G. Ubernatürliche Sachen. Gall. *Choses contre Nature.* A. Things against Nature.

RESINA, est corpus in certo frigoris gradu durum, fragile, pellucidum, ad calorem liquescens, & diffluens, in aqua non solvendum, in oleo, & in alcohole diluendum, in igne ardens instar olei. Gr. Ῥητίνη, sunt arborum aut herbarum concretæ lachrymæ, ut *Mastix*, *Thus*, *Ammoniacum*, *Terebinthina* &c. quæ tempore & solari calore indurantur, substantiæ pinguis, inflammabiles, & in oleo solubiles sunt. B. Hars. G. Hartz. Gall. *Resine.* A. Rosin.

RESOLVENTIA, sunt Medicamenta, quæ liquidorum animalium moleculas, quæ præternaturaliter coiverant in se, in naturales iterum discerpunt, adeoque eas vel circulantes attenuant, vel hærentes in loco dividunt, & circulationi restituunt. B. Openende of ontstoppende Middelen. G. Auflösende Artzneyen. Gall. *Remedes Resolvans, Aperitifs.*

RESOLUTIO, idem quod *Paralysis:* dicitur etiam de cruda & morbifica materia, quæ ope naturæ ita mutatur, ut salutaris, vel saltem non amplius nociva evadat. B. Ontbinding. G. Auflösung.

RESORBENTIA VASA, vide *Absorbentia.*

RESPIRATIO, est thoracis alterna dilatatio & collapsus; qua priori aër per os, nares & asperam arteriam in vesicularem pulmonum substantiam intrat, eam sua gravitate & elasticitate expandit, sanguinis fluxum per arterias venasque adjuvat, & in sanguinem agit ob Thoracem ampliatum per contractionem musculorum intercostalium, & diaphragma planius redditum: & quo posteriori aër ex pulmonis compressi vesiculis, aspera arteria, ore & naribus expellitur, ob thoracem collapsum vi cartilaginum costarum agentium, cessante sc. causa actionis musculorum intercostalium, sed pressione musculorum abdominalium agente in viscera, adeoque diaphragma intus in Thoracem intrudente, & simul juvantibus contractionem Thoracis musculo triangulari aliisque &c. Binæ hæc actiones sunt maxime necessariæ ad Vitam in animali perfecto, iis enim impeditis vita cessat, quia humorum circulatio per vasa sua cessat. B. De Ademhaling. G. Das athem holen/ die lufft ein und auß ziehen/ athemzug. Gall. *Respiration.* A. A breathing.

RE-

Resta Bovis, eſt *Ononis*, dicitur, quod arantes boves nonnunquam ſiſtat. Vide *Anonis*.

Restitutio, dicitur vel de reditu ægri ad priſtinam ſanitatem, vel de repoſitione oſſis, quod per luxationem ex articulo ſuo dimotum erat.

Resumptiva à *Reſumere*, ſeu *Reſtaurantia* à *Reſtaurare*, dicuntur pectoralia & alimentoſa, ad ægros extenuatos reſtaurandos.

Rete Mirabile, ſic dicitur ob mirabilem ſtructuram; conſtat ex plurimis arteriolis, Carotidum propaginibus, in ſemet ipſas inflexis, vel ad ſe invicem inclinatis, ſimulque coëuntibus: ſubjicitur cerebri baſi & glandulam pituitariam in ambitu ſuo complectitur, à lateribus oſſis ſphenoidis: uſus eſt in animalibus, qui prono capite incedunt, ſanguinem aliquantum remorari, ne impetuoſe nimis in cerebrum ruat; ſed in homine & equo, qui generoſos effectus edunt, non ita invenitur. B. Het wondernet / Herſſen ader net. G. Das wundernetz. Gall. *Ret merveilleux*. A. The wonderful net.

Reticularis plexus, idem quod *Choroides*.

Reticulum, eſt membrana complicata, tenuis, plurimis arteriis, venis, & copioſa pinguitudine conſpicua, inteſtinis ſuperextenſa: ſitum eſt in abdomine per totam fere ejus anteriorem partem, immediate ſub Peritonæo expanditur; ſuperius lienem, jecur, qua parte cavum eſt, ventriculi fundum, ejusque partem poſteriorem, Pancreas, inteſtinum Colon, ac ipſum dorſum attingit, hinc ſuper inteſtina latum, iisque immediate incumbens, ad umbilici regionem fere ſemper deſinere videtur, ſed ad os pubis usque plerumque pertingit, ſemper enim eo usque extendi poteſt, idque confirmat ejus aliquando in ſcrotum delapſus, licet id plurimi negent Anatomici, quia in demortuis ad umbilicum usque retractum obſervatur: duabus lamellis compoſita videtur, quarum poſterior ſeu inferior a Peritonæo oritur, cui ad undecimæ circiter thoracis vertebræ altitudinem, ubi Aorta ſub diaphragmate deſcendens venam cavam tangit, conjungitur, ejusque interventu firmiſſime dorſo alligatur, hinc ſiniſtra ejus pars Colo & ventriculo ſubjacet, nec non Pancreati adnata, verſus anteriora ſiniſtrorſum tendit, lienis cavo nectitur ac fini anterioris lamellæ continuatur; dextra vero inteſtino duodeno & ventriculo connaſcitur ad hepatis cavum,

vum, ubi vena portarum illud ingreditur, pergit, parvo ejus lobulo sese jungit, & superior lamella dici incipit; hæc itaque hic loci inferiori continuata concavæ jecoris parti adhærens, ad sinistrum latus reflexa, duodeno, pyloro, fundo ventriculi inseritur, hinc ad lienem delata lamellæ inferiori occurrit, unamque continuam membranam cum ea constituit, adeoque reticulum hoc orbicularem quasi format ellipsin ad spinam dorsi elatiorem, ad fundum ventriculi decliviorem; cæterum inferior lamella subter ventriculum progressa toti ejus posteriori sedi substernitur, via declivi versus anteriora vadit, ibi superiorem membranam contingit, indeque ambo sibi invicem incumbentes in quibusdam locis libere, in aliis arctissime affigitur intestinis. vide *Epiploon* & *Omentum*.

Reticulum Malpighianum, ita vocatur membrana vel lamella interior Epidermidis, cuti contigua, quæ ut observarunt recentiores, coloris, qui in externâ corporis nostri superficie apparet, causa est & sedes, & hinc in variis hominibus variat, unde in Æthiopibus, quibus æque alba est cutis ac Europæis, membrana hæc ad nigredinem vergit. Nomen suum accepit a Cl. Malpighio, qui illam primus detexit in linguâ bovinâ, in quâ retis adinstar perforata est, quod tamen in hominibus non obtinet, in iis enim tantummodo observantur foveolæ a papillis cutaneis impressæ, quæ tamen non penetrant.

Retiformis Plexus, vide *Plexus Retiformis*.

Retiformis Tunica, est quædam interioris substantiæ nervi optici in oculo expansio, instar veluti sericei villos formans eminentes, tenerrimos, postice & lateraliter humorem vitreum ambiens, quæ se habet ut paries albatus in camera obscura, qui species visibiles per foramen cameræ atratæ admissas excipit repræsentatque. Vide *Amphiblestroides*. B. Het Netvlies. G. Das Netzhäutlein. Gall. *La Rétine*. A. The netlike tunicle.

Retina Tunica, vide *Retiformis* & *Amphiblestroides*.

Retorta, Cornuta sive Matracium, est vas Chymicum, ex vitro, lapide, ferrove conflatum, figura rotunda, ad cujus latus rostrum est flexum, retortum, & cavum, quo destillanda ingeruntur & egeruntur. B. Een retort / kromhals of kolf. G. Ein Retort / storchen-schnabel. Gall. *Cornue*, *Retorte*, *Matras*. A A Retort.

Retrahens Auriculam, constat ex tribus parvis ma-

musculis, qui oriuntur ab exteriore & posteriore parte radicis processus mammillaris, & inseruntur in medium dorsum conchæ Auriculæ.

Reverberatio Chymica, est ignitio, qua corpora igne vivo, in furno reverberii, calcinantur. Vide *Ignis actualis*.

Reverberium, est fornax Chymica, qua corpora ignienda vel destillanda, per ignem undique a parietibus reflexum in ipsa corpora vel vasa continentia, calcinantur vel reverberantur. B. **Een weerstuit oven / waarin de vlam rondtom het lichaam gaat.** G. **Ein Reverbier ofen.** Gall. *Reverbére*. A. Reverberatory.

Revivificatio, est, quando ex. gr. Mercurius ex Cinnabari, additione salis alicujus, de novo suscitatur: B. **Verlevendig-making.** G. **Wiederum lebendig werden.** Gall. *Revivification*. A. Reviving.

Revulsio, vide *Antispasis*.

Revulsoria V. S. est operatio, qua sanguis, in partem aliquam irruendo nimis agens, in contrariam, per venam, in parte satis remota opposita incisam, avertitur, ut ex parte affecta id, quod hæret, expellatur, vel si vasa rupta sint, minori vi nunc pressa, tempus se constringendi adipiscantur: hæ leges circulationis, licet contradicantur, ex legibus hydraulicis vere demonstrantur. B. **Afleyding der vogten.** G. **Das Ableiten.** Gall. *Revulsion*. A. Idem.

Rha, idem quod *Rheum*, & ita per excellentiam vocatur *Rhaponticum*, ab amne *Rha* nominatur, qui suas aquas per Tanaim fluvium tandem in Pontum Euxinum evomit. Alii putant, Rha significari radicem, & radicem esse Ponticam. Est radix purgans, flava, longior Rhabarbaro.

Rhabarbarum, est Lapathi species, quæ habet folia ex radice erumpentia, valde magna, ampla, lata, fere rotunda, crassa, caulibus longis, crassis, & nigricantibus adhærentia, coloris sunt saturate viridescentis, gustus acidi satis grati, in medio horum foliorum, secundo, aut tertio anno protruditur caulis crassus & robustus, non tam altus quam Lapathi hortensis, Patientia dicti, caulis, quam amplectuntur folia minora, sed etiam rotunda: in summitate caulis spicatim proveniunt flores herbacei, albidi, hexapetaloidei, in limbo exteriori muscosi, herbacei in medio; floribus deciduis succedunt semina triangularia,

 splen-

ſplendentia, ſubflava, vel rufa, tribus foliolis vice capſulæ aliorum Lapathorum more incluſa: temporis lapſu radix grandeſcit, multis propaginibus hinc inde propendentibus, oblonga, tuberoſa, circularibus zonis rugoſa, tuberibusque inæqualis, communiter ponderoſa, foris eſt coloris rubentis vel fuſci, intus crocei; ablato cortice exteriori, radix apparet ſublutea, multis venis rubicundis ipſam percurrentibus; ſaporis eſt amaricantis, & lenta viſcedine ſubadſtringentis, nauſeoſi odoris pontici debilis, idem fere, ac *Rheum*; ſed melior radix eſt flavi coloris, quæque rara exiſtit, & minorem ſtypticitatem habet; & quæ in mandendo glutinoſa eſt cum levi tamen adſtrictione, & croceæ tincturæ, cum varietate coloris dilute ex carneo colore rubens, & intus variegata inſtar Nucis Moſchatæ diſtractæ: commendatur etiam, quæ eſt gravis cum raritate ſua, & in qua etiam confractis fruſtis invenitur digregatio ex ruffo & glauco: fruſtis majoribus, cum difficilius ſiccantur, & ſæpius intus putreſcant, non fidendum, quandoque enim ſuperficies exterior elegans, interior vero putrida exiſtit atque carioſa, adeoque ſæpius fruſta mediocria ſunt meliora: Rhabarbarum, quod itinere terreſtri advehitur, præfertur illi, tanquam citius corruptibili, quod navibus adfertur; mitiſſimè purgat, & aſtringit, hinc ſpecificum fere in Dyſenteria habetur, quoniam vitioſam materiam expellit, & inteſtina ſimul roborat. Volunt nomen componi ex *Rha* radice, & barbarum, ac ſi eſſet Barbarorum radix. Duplex eſt *Verum de Levantes*, quod flavum & melius, de quo actum: alterum *Muſcoviticum*, quod habet corticem craſſum, lignoſum, colorem obſcurum, valde eſt ponderoſum, humidum, & corrumpi proclive, adeoque deterioris notæ. Dicitur Arabibus *Raved.* In China provenit, unde in Indiam & Turciam, hinc Venetas defertur, & quidem vel navibus vel itinere terreſtri. B. Rhabarber. G. Rhebarbaren. Gall. *Rubarbe.* Vide *Rhaponticum.*

Rhabdoides sutura, idem quod *Sagittalis.*

Rhachis, idem quod *Spina Dorſi.*

Rhachisagra, eſt *Arthritis Spinalis*, in dorſo.

Rhachitæ, vocantur muſculi dorſales, qui univerſis coſtarum commiſſuris, in toto thorace, ſuperinjecti ſunt, à poſteriore parte, nihil relinquentes, quod non contegant, ſed omnes coſtarum radices, & vertebrarum proceſſus,

cessus, qui à lateribus sunt, adhæc, quid inter ipsas radices est, complectuntur. B. De ruggegraads spieren. G. Die mäusse des Ruckgrads. Gall. *Muscles de l'Epine du dos.* A. The muscles of the Chine bone.

Rhachitis, est medulla spinalis, quæ suo loco videatur. Item, morbus ex Anglia oriundus, ad Batavos, Germanos, &c. dispersus, infantes juniores anno ætatis plerumque secundo invadens, illos inprimis, qui parentes habent debiles, vitam otiosam lautamque agentes, morbis Chronicis, Venere, vel ætate exhaustos; vel qui cibis aquosis farinosisve pascuntur, & perpetuæ quieti in sellis perforatis addicuntur: describitur vulgo inæqualis nutritio cum partium laxitate, mollitie, debilitate, languore, ignavia, torpore, capite justo majore, præmaturo ingenii acumine, infra caput macie, protuberantiis circa articulos, incurvatione ossium, angustia pectoris, tumida abdominis impletione, Hypochondriorum tensione, siti inextinguibili, tussi, &c. nomen ab Anglis inditum est, *the Rickets:* sed quia dorsi spina in progressu morbi quandoque afficitur, semper fere versus dextrum latus se incurvando, haud incongruè à Cl. Glissonio Rhachitidis nomine indigitatur. G. Lendevang / Engelsche ziekte. G. Lendenkranckheit / die Engelsche Kranckheit. Gall. *Rhachitis, ou Chartre.*

Rhachos, à Ῥήγνυμι rumpo, est linteamentum lacerum & detritum, & exinde ulcera quædam hoc modo nominantur, quæ lacera sunt & detrita. Dicitur & *Rhacosis.* B. Een gescheurde zweer. G. Zerrissen Geschwär.

Rhacosis, idem quod *Rhacos.*

Rhagades, Latinis *Scissuræ*, *Fissuræ*, *Rimæ*, ut in aliis corporis partibus accidunt, ut manibus, pedibus, labiis, uteri ostio; ita etiam in ano, ac recti intestini extremitate, ac in sphinctere, seu musculo anum claudente accidere possunt. Suntque Rhagades seu scissuræ ani, oblonga quædam ulcuscula sine tumore, iis similia, quæ interdum in manibus à magno frigore excitantur. Suntque alia superficialia saltem, alia profundiora: alia sine duritie & callo, alia callosa latera habentia: alia humida & saniem fundentia, alia sicca & cancrosa, à ῥήγνυμι, rumpo. B. Bersten / klooven aan handen en voeten / of aan het Fondament. G. Die schrunden oder Spalte an Händen / Fussen von der kälte. Gall. *Fentes, ou crevasses, qui viennent a plusieurs parties du corps.* A. Chinks, Clefts.

Rhagoides, est *Uvea Tunica* oculi, quæ & *Perforata* à structura vocatur, alias & *Choroïdes*, sive potius ejus propago tenuis, in humore aqueo fluctuans, globum oculi in duas quasi cameras separans, & in medio foramen orbiculare relinquens, quod *Pupilla* dicitur. B. Het Druiven-vlies. G. Das Trauben häutlein / das schwartze Häutlein umb den aug-stern. Gall. *l'Uvée*. A. The grapelike tunicle of the eye.

Rhamnus, est arbuscula spinosa, crescens aliquando ad altitudinem arboris, ejus truncus est mediocriter magnus, corticem similem Ceraso habens: lignum est subflavum: rami spinas quasdam Pyrum sylvestrem referentes habent: folia sunt ampla, viridia, Mali foliis minora, in margine leviter denticulata: flos parvus, monopetalus, infundibuliformis, quadripartitus, in cujus fundo stamina surgunt cum pistillo, quod deinde abit in baccam mollem, succo virente plenam, Frangulæ parem, magnitudine pisi, per maturitatem nigram; in qua grana ut plurimum quaterna, Pyrorum granis pene similia, figura fere triangulari, cortice nigricante, callosa, hinc gibba, inde vero plana; sapor baccarum amarus & subadstringens, & qui facile gustanti nauseam movet; habet & succus peculiarem sibi odorem: volunt dici quasi ἐρῶν ῥῶμ@, corrumpens robur. Vocatur etiam *Rhamnus Catharticus*, a vi purgante quæ baccis inest; & *Spina Cervina*, a Spinis, Cornu Cervi in modum erectis. B Rhyn-bezie-boom / Duinbezie-boom. G. Kreutz-beer staud / Wegen-dorn / Sand-dorn / Weiden-dorn. Gall. *Bourg-Epine*, *Nerprun*. A. Rhamn, Christs-thorn.

Rhanteres, dicuntur oculorum anguli interiores, naso proximi: qui & Πηγαὶ vocantur, seu *Fontes Lachrymarum*. Vide *Canthus*.

Rhaphanus, idem quod *Raphanus*.

Rhaphe, Sutura, quando vulnera consuuntur mediante emplastro conglutinante. Item suturæ cranii ita vocantur, de quibus suo loco. Vide *Sutura*.

Rhaponticum, eadem ferè radix est ac *Rhabarbarum*, sed magis oblonga, imo & vires eædem. Sunt qui putant *Rhabarbarum* & *Rhaponticum*, eandem esse radicem, prout hodie in officinis prostat; suprema nempe & crassa radicis pars esset *Rhabarbarum*, inferior & crassa *Rhaponticum*, ut censet Cl. *Commelinus* cum *Hermanno*; credit autem Cl. *Tournefortius*, peculiarem esse plantam, quæ

etiam

etiam nunc in hortis colitur, & a Prospero Alpino descripta reperitur. Est species Lapathi, quæ florem habet monopetalum, campaniformem, & multifidum; ex cujus fundo pistillum surgit, quod deinde crassescit, semine fætum triangulari, capsulæ triangulari pariter per maturitatem ita affixo, ut ab ipso divelli nequeat; differt quoque a Rhabarbaro, quod radix sit levior, minus compacta, minus odora, minus amara, si masticatur, Rheo est viscosior. Defertur ad nos ex Asia, sic fortè vocatur ex *Rha*, radice, & *Ponticum*, quia in Ponto nascitur. B. **Rapontícum.** G. **Rhapontick.** Gall. *Rhapontic.* A. Idem. Datur & alia species Rhapontici, quæ est Rhaponticum vulgare, seu Centaurium Majus, sive Pseudo-Rhaponticum, quæ est planta, quæ caules dimittit quatnor vel quinque pedes altos, rotundos, rectos, ramosos: folia sunt magna, oblonga, valde divisa: flos est flosculosus, constans flosculis multifidis, Embryoni insidentibus, & calice squammoso non aculeato comprehensis; Embryo autem abit deinde in semen pappis instructum, oblongum, splendens: radix longa, crassa, recta, carnosa, extus nigricans, intus rubescens, saporis dulcis, postea adstringentis & acris: crescit hæc planta in montibus. Gall. *Grande Centaurée.*

Rhegma, est partis alicujus ruptio, facta per extensionem vel flexuram validiorem, quam nexus solidorum ferre potest: ut ossis, peritonæi, oculi, &c. à ῥήγνυμι rumpo.

Rheum, idem quod *Rha.*

Rheuma, dicitur vulgo humoris è naribus in subjectas partes fluxio; verum est, obstructio vasorum minimorum lympham vehentium, unde tumor cum dolore partis, sed non veluti in inflammatione sanguinea, non enim suppuratur. & contingit in partibus plerumque tenerioribus & membranosis, ut in membrana narium, faucium, œsophagi, &c. à ῥέω fluo. B. **Een vloeyinge / snof / Zinkinge.** G. **Ein Haupt fluß.** Gall. *Rhume*, *Catharre*, *Fluxion*. A. Rheume, Catharre.

Rheumatismus, est dolor atrocissimus, dilacerans, & minimo motu summopere excitatus, vagus, obsidens articulos nunc hos, nunc illos, sæpe fixissimus in parte, cum tumore & rubedine loci, quem occupat, sed sine subsequente suppuratione, motu membris admodum increscens, & cum febre continua incipiens, quæ postea lenitur & ex intervallis longis quandoque redit; cujus causa est in-

inflammatio, in arteriis lymphaticis membranarum juncturas ambientium, ob materiæ inflammantis naturam non suppuranda, estque hic morbus inprimis frequens autumno post sudores a superveniente frigore suppressos, atque Arthritidi & Podagræ affinis, à ῥέω fluo, unde Rheumatici dicti. B. Vloeyinge. G. Das fliessen/ein fluß. Gall. *Fluxion, Rhumatisme.* A. Rheumatism. Lusit. *Curimentos.*

Rhexis, idem quod *Rhegma.*

Rhinenchytes, est siphunculus, quo Medicamenta naribus immittuntur, ex ῥὶς nasus, & ἐγχέω immitto. B. Een neus spuit. G. Nasen sprutze. Gall. *Siringue pour le nez.* A. The nostrils syringe.

Rhizotomum Medicamentum, est quod morbum funditus & radicitus evellit, ex ῥίζα radix, & τέμνω seco. B. Artsenye / dat tot de wortel uptdrijft. G. Artzney / die gäntzelich die Kranckheit außreißt.

Rhodelæon, est oleum rosarum, ex ῥόδον rosa, & ἔλαιον oleum. B. Rosen-olie. G. Rosen-öl. Gall. *Huile de roses. Huile rosat.* A. Oly of roses.

Rhodia Radix, est radix tuberosa, crassa, fragilis, foris fusca, intus albescens, cujus planta est Telephii species, sic dicitur quod ejus radix contrita Rosas oleat: ῥόδον enim est rosa. B. Roze-wortel. G. Rosen wurtzel. A. Rose wort.

Rhodinum, est acetum rosaceum, aut aliud quid ex *Rosis* paratum, à ῥόδον rosa.

Rhodium Lignum, Asphalatorum quatuor modernis innotuerunt species, Prima cortice cinereo, ligno purpureo seu Dioscoridis. Secunda, colore Buxi. Tertia, albicans torulo citreo. Quarta rubens. Verum officinæ nostrates non nisi secundam & tertiam suppeditant. Prior est Asphalati species Lobelii. Posterior dicitur *Rhodium Lignum*, quibusdam *Agallochum*, *Oleaque Æthiopica*; *Rhodium Lignum* vulgare roseum habet odorem, durum est, in Insula Rhodo Insulisque Fortunatis, altitudine unius hominis crescens, crassitie Cerasi, colore ferè Macis. Oleum per destillationem inde elicitur, quod vulgus perperam Oleum Rosarum vocat, & Balsamos odoratos frequenter ingreditur. B. Rhodes hout & Rozenhout. G. Rodischholtz/ Rosenholtz. Gall. *Bois de Roses.* A. Rose-wood.

Rhododaphne, est Nerion seu Oleander, sonat Laurum roseam: sic nuncupatur à Rore, rosæ simili & foliis Lau-

Laurinis, ῥόδον est rosa, & δάφνη Laurus. Vide *Nerion*.

Rhododendrum, idem quod *Rhododaphne*, ex ῥόδον rosa, & δένδρον arbor.

Rhodomeli, est mel rosarum, ex ῥόδον rosa, & μέλι mel. B. **Rozen honing.** G. Rosen honig. Gall. *Miel Rosat*. A. Hony of roses.

Rhodon, sive Rosa, vetustas ex sanguine Veneris & Turcæ ex sanguine Mahometis, ortam sibi persuadent, cujus nomine folia rosarum humi jacere non patiuntur, haec Gr. Ῥόδον dicitur, quasi ὄδον pro ὄζον, ut Plutarcho, qui ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς (vel ὀδμῆς) ἀφίησι, quod largum odoris effluvium emittat, à ῥέω fluo. B **Een Roos.** G. Eine Rose. Gall. *Rose*. A. Rose.

Rhodonia, idem quod *Rhodon*.

Rhodosaccharum, est saccharum rosaceum, ex ῥόδον rosa, & σάκχαρον *Saccharum*. B. **Rose suiker.** G Rosen zucker. Gall. *Sucre Rosat*. A. Sugar of roses.

Rhodostagma, est aqua rosarum, ex Ῥόδον rosa, & στάζω stillo.

Rhoe, vide *Rhus*.

Rhoeas, fortè à ῥέω fluo, quia flosculi statim decidunt, sic vocatur Papaver Rhœas, sive Papaver erraticum rubrum, quod & inter frumenta sæpè reperitur. Flores in infuso commode usurpari possunt instar herbæ Theæ, & in morbis pectoris pro scopo demulcendi adhiberi, inprimis contra tussim & affectus pleuriticos, in quibus syrupus inde paratus valde prædicatur. B. **Roodenheul / wilden heul / kolle bloemen / kauker bloemen / klapper rozen / koorn rosen.** G. Klapper rosen & korn rosen. Gall. *Coquelicoc*, *pavot sauvage*, & *Consanons*.

Rhoeas, vide *Ryas*.

Rhomboides, est par musculorum, initium habens à tribus inferioribus vertebrarum colli, totidemque superioribus vertebrarum dorsi spinosis processibus: mox obliquè descendens, principio, fineque carnosum, ad scapulæ basin fertur; quam retrorsum, sed & obliquè sursum agit: distinguitur a Cl. Albino in majorem & minorem; ex ῥόμβος figura quadrata, & εἶδος forma. B. **Ruyts gelyke spieren.** G. Der rauten gleiche mauß. Gall. *Muscles Rhomboïde*. A. The rhomboide muscles. Est etiam fasciarum species rhombi figuram repræsentans. B. **Ruyts gelyke**

vierkante zwagtel. G. Die rauten gleiche Binden. Gall. *Bandage de figure Rhomboide.*

RHOMBUS, est species deligationis Chirurgicæ, figura rhombum referens, hoc est quadrangulum æquilaterum, sed non rectangulum: hujus deligationis variæ describuntur species. B. De rarbogs band / scheeve-ruits zwagteling. G. Die scheibe binde. Gall. *Le Rhombus.* Dicitur & alia *Semirhombus* quæ vulneribus circa auris loca advenientibus inservit. B. Scheeve-ruits-gewyze zwagtel / oorzwagtel. G. Die scheibe ohrs binde. Gall. *Demi-Rhombus.*

RHUS sive RHOE, RHUS CULINARIUM, SUMACH, est Arbuscula, quæ aliquando crescit ad altitudinem arboris; folia sunt pinnata, lata, oblonga, in margine incisa, rubicunda, Fraxini foliis fere similia: flores in racemos sunt congesti, albi; his in terram delapsis succedit capsula quædam, compressa, fere ovalis, membranosa, rubicunda, semen ejusdem figuræ habens inclusum, coloris rubri; sapor foliorum, florum, & fructuum est adstringentissimus; crescit in locis lapidosis; ejus fructus olim solebat cibis aspergi & in culinis adhibebatur loco salis ad carnem condiendam, hinc *Rhus culinaria* sive *Obsoniorum* appellabatur: & quia folia & fruticis ramusculi usurpari cœperant à coriariis ad coria sua deficcanda, *Rhoë Coriaria* dicebatur. Tinctores etiam illam plantam adhibent; semen, quod officinis in usu est propter vim adstringentem contra fluxus alvinos & sanguineos, Botri in modum crescit. Provenit in Hispania, Italia, Ponto, & quod Sumach Virginianum vocatur, crescit in Virginia. Nomen accepit à colore coccineo acinorum, à voce ῥοῦς Latinorum russum manasse contendunt, fortè à ῥέω fluo, alii ab ἐρυθρὸν rubrum derivant. B. Smak. G. Gerber-baum / gerberrinde. Gall. *Rhus.* A. Sumach.

RHYPTICA, sunt Medicamenta detergentia & sordes abluentia. Quidam sumunt pro *Ruptoriis*, à ῥύπτω sordes abluo.

RHYTMUS, est certa pulsuum, temporum, vitæ, ætatum &c. proportio, à ῥυθμίζω ad numeros aptos refero.

RHYTIDOSIS, est corrugatio alicujus partis, à ῥυτιδόομαι in rugas contraho.

RIBES, sive RIBESIUM, est frutex, qui habet ramos duros, tortuosos: folia subrotunda, viridia, dentata; flores sunt in racemos congesti, pentapetali; post flores

res succedunt baccæ rotundæ, albæ, vel rubræ, politæ, molles, succum rubicundum, vel album continentes, saporis acidiusculi & grati, quæ baccæ multa parva semina includunt: Rob inde conficitur, quod ad sitim sedandam in morbis acutis magni usus est: vox Mauritanica, ideoque Græcam & Latinam originem habet. B. Aalbezien / Jenvers / Wynbezien / St. Jans-bezien / St. Jans-druifjes / Bezien over zee. G. Johanns-beerstaud / Riebeer. Gall. *Groselier rouge de Jardin*, *ou blanc*. A. Corence, Corents, Curranss.

Ricinus, est planta, ad arboris altitudinem sæpe excrescens, ejusque formam habens, habet caules crassos, excavatos, lignosos, in superiori parte ramosos, coloris purpurei, pulverem album farinam referentem habentes: folia in initio rotunda, sed postea angulosa, profundissime incisa, mollia, ampla: flores apetali, steriles, exigui: fructus a flore remotus in eadem planta trigonus, plerumque membranula involutus, tres loculos conficiens, in quibus singulis semen instar testudinis oblongum, sat crassum, coloris lividi, saporis subdulcis, acris, nauseosi, medullam albam & teneram continens, hæret: hic fructus bene maturus, semina cum magno impetu ejicit: radix est crassa, longa, dura, alba, fibrosa: vulgo *Catapútia* major vel *Palma Christi*, vel Manus Christi, item Mirabilis Arbor ab proceritatem, foliorum amplitudinem, florum suavitatem, seminum picturam, & exsilitionem, Ægypt. Gr. Κίκι, & Κρότων. Ricinus & Croton à similitudine animalis, quod semen ejus referre videtur, nominata est. Sunt enim Gr. Κρότωνες & Latinis Ricini, insecta animantia, quæ canibus præsertim adhærent, quibus cibi nullus exitus est, colore livido, nullis discreta membris, in globum continuo crescentia, donec plenius saginata, post aliquot dies spontè sua decidant. B. Wonderboom / molle-kruid / kruis-boom. G. Wunder-baum / creutz baum. Gall. *Ricin*, *Palme de Christ*. A. Palme de Christ, wonder-tree, mole-wort.

Ricinus, est insecti species sub cute nostra.

Rigiditas, dicitur adesse, quum partes molles, vel cartilagines, quæ naturaliter flecti vel elongari debent, hanc mutationem non vel difficulter admittunt. B. Verstyving. G. Das erstarren.

Rigor, Gr. Ῥῖγος à ῥιγέω rigeo, est convulsio subito inci-

incidens in cute, & quibusdam musculis artuum lumborum ac colli, ita ut, qui corripitur rigore, primum sentiat concussionem ex subita & improvisa contractione, deinde aliquamdiu ita contractus rigidusque maneat: unde in hoc differt ab Opisthotono & Emprosthotono, quod in rigore nullum membrum distorqueatur ab ordinaria, quæ in motu corporis esse solet, figura: at si rite perpenderis, *Rigor* est primus gradus, & viam sternit ad Opisthotonum vel Emprosthotonum, utpote qui non sine rigore fiunt, sed ultra procedentes rigorem efficiunt cum insolita corporis figura: hic vero Rigor, de quo loquimur, vix alibi observatur, quam in initio febrium intermittentium, in inflammationibus, quæ in suppurationem vertuntur, & in omnibus fermè, qui moriuntur, unde manifestum, quod fiat ab obstructione vasorum, per musculos quosdam currentium. B. **Styvigheid.** G. **Das erstarren vom frost / wen einen frieret im fieber** Gall. *Frisson.* A. Stiff.

Rima, est ossis fissura, quando os aut cranium ferè ruptum fuerit. **Een Spleet.** G. **Eine Spalt / Ritz.** Gall. *Fente.* A. Split, Cleft.

Rima Pudendi, sive Fissura Magna, est pudendi muliebris oculo apparens rima, quæ sic dicitur, quia ab ossium pubis inferiore parte ad anum usque fere pertingit; ita ut inter illam & anum spatium, quod perinæum sive interfœmineum appellatur, vix pollicis transversi latitudinem excedat. Hæc repetito coitu dilatatur; usus est ejus canalis modo penem tanquam in fossam dirigere, urinæ & menstruis exitum præbere, & fœtus exclusioni inservire. B. **De Schamelheids spleet.** G. **Spalt / oder die ritz des weiblichen schams.** Gall. *La Grande Fente*; *Fente de la partie honteuse.* A. Split of the privities.

Rimula Laryngis, est ea, quæ a cartilaginibus duabus Arytænoideis efformatur, & quæ ab epiglottidis cartilagine clauditur, ne quid cibi aut potus in laryngem incidat; nam si quid casu illabatur, illico tussis oritur, & non raro suffocatio, tunc nos Belgæ dicimus **Het is in de verkeerde keel.** B. **Het spleetjen des Strottenhoofts.** G. **Eine Spalt de gurgels.** Gall. *Ouverture ou fente du Larynx*, *Sifflet de la Glotte.* A. Split of the gullet pipe.

Risigallum, vide *Arsenicum*.

Risorii Musculi, vocantur labiorum abductores, Zy-

Zygomaticus & Buccinator, quibus Santorini tertium addidit, quadrati colli propaginem.

Risus, est vel naturalis, vel morbosus, qui in febribus cum delirio occurrit, estque valde notabilis ille, qui *Sardonius* dicitur, qui est spasmus utriusque maxillæ, est risus, sive faciei contractura risum simulans, in quo risu, nec voluntas, nec intellectus, ut causæ ullo modo concurrunt, sed illud sensitivum omni animali commune, hinc oritur a quacunque causa, partes faciei, contrahens, quæ in risu vero agunt: nomen Sardonii traxisse videtur ab Herba Sardoa vel Sardonia, ita dicta, a solo nativo Sardinia, ubi primo inventa fuit, quæ vocatur & Risus Apium.

Risus Apium, est Rannunculi species: nomen accepit, quod in cibo sumptum mentis alienationem cum labiorum contractione, talesque convulsiones faciat, quæ risus speciem videntibus præbent; vocatur illa convulsio *Spasmus Cinicus* & *Risus Sardonius*. Sic etiam appellatur *Apiastrum*, sive *Citrago*, quia eâ plantâ apes delectantur, iisque quasi risum pariat.

Rob, idem quod *Apochylisma*.

Robertiana, seu Roberti Herba, est Geranii species, haud dubiè à superstitione aliqua Divi, qua superior ætas mirificè imbuta fuit, appellatur.

Robigo, idem quod *Rubigo*.

Roborantia, idem quod *Cordialia*.

Robub, idem quod *Apochylisma*.

Robur, proprie significat tam firmam partium solidarum cohæsionem, ut vix extendi frangique queant. B. Sterkte. Hoc nomen etiam datum fuit arbori glandiferæ, sic à vastitate & firmitate dictæ. B. Haagelkenboom G. Hageiche.

Rochum Alumen, sive Rupeum, orta à Gallica voce *Roc*, quod *Rupem* denotat, vulgo *Alumen Rochæ* vocatur. B. Klip-aluin. G. Stein-alaun. Gall. *Alun de roche, ou de glace*. A. Rock-alum.

Rohob, vide *Apochylisma*.

Rorella, vide *Ros Solis*.

Roriferus Ductus, idem quod *Ductus Chylifrus*.

Ros, Antiquis dicebatur, cum prima humiditas ab extremitatibus vasorum excidit, & in membrorum substantiam dispersa est. Ros, inquit *Galen*. 7. method. 6. tertia humiditatis species, unde partes corporis nostri nutriuntur, quæ continetur in omnibus animalis partibus, ceu Ros quidam

dam per earum ſubſtantiam ſparſus: hæc eſt antiquorum opinio, optime vero ſic vocari poteſt ille humor vaporoſus, qui in abdomine animalium ſemper adeſt, & ſub ſpecie vaporis exit, dum animal exenteratur, ſimilis ros eſt in Thorace, & pericardio aliiſque partibus perpetuo præſens, exhalans è vaſculis minimis, ad obliniendas partes ac humectandas deſtinatus, per alia vaſcula continuo quoque abſorptus. B. Dauw. G. Tau. Gall. *Roſée.* A. Dew.

Rosa, eſt planta, quæ habet ramos duros, lignoſos, ſpinoſos, corticem plerumque ſpinoſum: folia oblonga, dentata, aſpera, pinnata, in impar extremum exeuntia, finis pedunculi format ovarium ſphæricum, coronatum in faſtigio ſuo corona profunde quinquefida, radiata, cujus ſegmenta longa, atque laciniata calicem referunt: flos eſt pentapetalus, cujus petali oriuntur ex margine interno calicis, unde & ſtamina numeroſiſſima: ovarium emittit ex centro apicis capitulum tubis multis, fimbriatis ornatum, quod fit fructus unicapſularis, fætus ſeminibus plurimis, anguloſis, villoſis, inſtructus apice foliaceo: hæc arbuſcula creſcit in hortis. Flores in Medicina uſurpantur, ſuntque illi coloris palleſcentis vel rubri; pallidæ Roſæ vim habent alvum leniter laxantem; rubræ virtute roborante gaudent. B. Rozen. G. Eine Roſz. Gall. *Roſe.* Gr. Ῥόδον, dicunt vocari ab oleo, vel per antiphraſin, quod minimè oleat, num odorata exiſtat, vel à Gr. Ῥόδω, vel quod rubricanti colore rubeat. Vide *Rhodon.*

Rosa, idem quod *Eryſipelas.*

Rosmarinum, Rosmarinus, eſt Arbuſcula, quæ habet caulem longum, tenuem, cineritium, habentem folia anguſta, dura, non flexilia, in parte ſuperiori viridia, in inferiori alba, odoris penetrantis, aromatici, ſaporis acris; flos eſt monopetalus, labiatus, cujus labium ſuperius bifidum, & ſurſum verſus poſteriora revolutum eſt cum ſtaminibus aduncis, inferius vero in tres partes diviſum, media cochlearis inſtar excavata: ex calice autem bidentato vel tridentato ſurgit piſtillum, poſticæ floris parti adinſtar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatum, qui deinde abeunt in totidem ſemina ſubrotunda, in capſula, quæ floris calix fuit, incluſa, & ad ſe invicem juncta: radix eſt fibroſa, minima: creſcit hæc Arbuſcula in regionibus calidis, inprimis in Gallia, & in hortis noſtratibus etiam frequenter colitur: ei nomen impoſi-

ſitum videtur, quod folia, qua parte minus viridia ſunt, quandoque albedine quadam aſperſa ſint, quæ rorem videtur mentiri, quæ ipſa albedo quandoque etiam in parte viridiore obſervatur, vel nomen illud accepit, quod collibus roribuſque gaudeat marinis. Gr. Λιβανωτὶς, quod odorem Thuris ſeu Olibani reddat. Per excellentiam quoque vocatur Anthos, id eſt flos, quaſi totus floridus ſit hic frutex, unde Conſerva, ex floribus parata, vulgo Conſerva Anthos dicitur, quæ ob virtutes Cephalicas valde prædicatur. B. **Rosmarijn.** G. Rosmarinn. Gall. *Roſmarin.* A. Roſemary.

Rossalia & Rossania, ſunt nomina Neapolitana, ab aliis *Purpuræ* vocantur & *Rubores*, ac Gr. Ἐρυθήματα. Sunt maculæ rubræ & quaſi ignitæ, cum vix afflatu digno tumore, per univerſum corpus, quaſi quædam Eryſipelata parva, in principio morbi ſeu die quarto vel quinto morbi erumpentia. Progreſſu morbi totum corpus occupant, ut id quaſi ignitum appareat, ac ſi Eryſipelate laboret; qui color in declinatione iterum, ut in principio, in maculas mutatur, quæ tandem ſeptimo vel nono die evaneſcunt, epidermide ſquammarum inſtar decidente.

Ros Solis, Rorella, Drosum & Salsirora, Sponsa Solis, nomen habet, quod ejus folia, ſemper quaſi rorida ſint, eſt planta, quæ habet cauliculos exiguos, longos, inferius lanuginoſos, folia obrotunda, concava, pallide viridia, tenuium rubeſcentiumque ſtaminum veluti cilio circumquaque fimbriata, aſpergine rorida guttularum, etiam per ferventiſſimos æſtus pilis adhæreſcentibus, madida: flos eſt roſaceus, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtans, ex cujus calice tubulato ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum ovatum vel acuminatum, apice dehiſcentem, ſeminibuſque fætum ſubrotundis, vel oblongis: radix fibroſa, & tenuis inſtar capillorum. B. **Sonne-dauw / Loopighkruid.** G. Sonnen-thau / ſonthau. Gall. *Roſée du Soleil.* A. Sonne dewe, ſeu-dew, mororgraſſ, red-rot, youth-wort.

Rostriformis Processus, vide *Coracoides.*

Rostrum, dicitur fiſtula illa, quæ galeis ſeu capitellis deſtillatoriis continua eſt, per quam ex galea liquor deſtillatus in receptaculum ſuppoſitum deſtillatur. B. **De Bek / de Snuit.** G. Ein Schnabel. Gall. *Bec, Tuyau.* A. Snoute.

Rostrum, eſt forceps exciſoria, & dicitur, pro variâ figura, *Pſittacea* & *Vulturina*, valet ad oſſis aliquod fruſtu-

stulum, in curatione vulnerum capitis, partim rumpendo, partim incidendo, auferendum. B. Een papegaiß-bek / gieren-bek. G. Ein Papagey-schnabel / Geir-schnabel.

ROSTRUM PORCINUM, vide *Dens Leonis*.

ROTATOR MAJOR, & MINOR, sunt duæ Apophyses, vel ante pubertatem, notante Heistero, distinctæ epiphyses, in superiore ossis femoris parte, Trochanteres dictæ, quarum major externa, minor interna; in quibus plurium musculorum tendines terminantur. B. De Dyebeens Draajers. G. Des ober-schenckels Umdreher oder Kehrer. Gall. *Le Trocantere*. A. Turner of the thig.

ROTULA, idem quod *Mola*, *genu*.

ROTULÆ, vide *Tabellæ*.

ROTUNDUS MUSCULUS MAJOR brachii, qui brachium retro deorsum trahit, & deltoïdi musculo contrariatur. Ab inferiori scapulæ margine & extimo angulo, unde transversas quasdam complectitur fibras radiosas, pronatus, brevi latoque tendine, ad caput brachii ossis infra cervicem desinit. Alter *Rotundus Minor* est, seu *Brevior*, totus carnosus est, qui initio acuto ex infimo scapulæ angulo pullulat; postea magis magisque crassescit ad medium usque ventrem, inde sensim gracilescens, acuto fine finitur in ligamentum, quo humeri caput vestitum est, obliquè situs est, aliisque *Transversus Musculus Brevior* appellatur. Videtur non sine ratione, pars esse præcedentis rotundi majoris. Tertius *Rotundus* radii est, *Pronator* dictus, vide *Pronator*. B. De ronde spier G. Der runde mauß. Gall. *Le grand Rond*. A. The Round brawne.

RUBEFACIENTIA, sunt Medicamenta, quæ externe cuti applicata, titillationem, ruboremque illi inducunt, adeoque inflammationem levem, suntque hæc varii gradus. Gr. φοινίζοντα, & conveniunt, ubi humores in locum alliciendi sunt. B. Rootmakende of blaartrekkende middelen. G. Rohtmachende oder Blateren herfurbringende Artzneyen.

RUBEOLA, est planta, quæ habet caules plurimos, tenues, quadratos, repentes: folia caulem ambientia, angusta, splendentia: flores in summitate ramorum crescunt, parvi, in quatuor partes divisi, coloris rubri, aliquando albi, odoris grati, Jasminum redolentes: succedunt floribus semina bina, sibi mutuo adhærentia, aspera, oblonga, pulpam albam continentia: radix est fibrosa, longa, lignosa, crassa, nigra: Rubeola dicitur quasi Rubia parva, quia

quia hæc planta parvam Rubiam refert; vocatur etiam Cynanchica a Cynanche Angina, quia Anginam curare dicitur.

Rubeola, est species variolarum vel morbillorum, sunt enim exanthemata tubercula rubra, cum calore ac tussi invadentia, morbillis minus periculosa. Invadunt autem quandoque sola, quandoque inter variolas insperguntur, quandoque iis sanatis superveniunt. B. **Roodjonk.** G. **Ein Hitzeln** sive **röhteln** à rubore appellant.

Rubia, est planta, quæ habet caules longos, sarmentosos, quadrangulares, nodosos, asperos: folia oblonga, angusta, caulem in formam stellæ ambientia, numero incerta, aspera: flos est monopetalus, campaniformis & multifidus; calice abeunte in fructum, ex gemellis baccis constantem, semine utplurimum fætis umbilicato; baccæ sunt nigræ, sibi invicem adhærentes, succo plenæ: radix oblonga, tenuis, succulenta, extus & intus rubicunda, saporis ex dulci amaricantis & adstringentis; odoris nullius. Gr. Ἐρυθρόδανον, officinæ *Rubiam Tinctorum* appellant: à radicis rubro colore nomen accepit, quo lanæ & lintea tinguntur: sic græca vox fluit ab ἐρυθρὸν rubrum. B. **Krappe / Mee / Mee-krappe / Rotte.** G. **Röthe / Färber röthe / färber-wurtz.** Gall. *Garance.* A. Maddiz.

Rubigo, Robigo, Ustilago, Gr. Ἐρυσίβη, est frumentum vitiosum, cujus spica quasi ob nigredinem, adusta conspicitur. B. **Brand / koren-brand.** G. **Mähl-thauw / brand im korn.** Gall. *Mielle au bled, Brulure.* A. Bligt. brand-korne, blasting of korn. Est quoque flos ferri vel cupri, aëri vel acri liquore exesi & versi in calceam materiam. B. **Roest.** G. **Rost.** Gall. *Rouille.*

Rubinus, est Gemma diaphana rutilans, rubensque (exigua portiuncula est rubicundi coloris) ac limam respuens. Rubedo ipsius est instar sanguinis, laccæ Indicæ coloris coccinei. B. **Scharlaken koleur.** G. **Karmesin.** Gall. *Escarlatte.* A. Scarlet, Crimson colour. Nobiliores Rubini in insula Zeilan nascuntur, alii minores, in Coria, Calecut, Cambria, & Bisnagari; Optimi in flumine Pegu. Exploratur Bonitas ore & lingua: nam duriores & meliores reputantur. Nascuntur in lapidea matrice rosei coloris, primumque candicant, deinde paulatim rubescentes ruborem contrahunt. Hinc albi immaturi. Nascuntur plerumque in auri fodina, ubi Saphiri reperiuntur. Gr. Ἄνθραξ. Arab. Jacut. Lat. Carbunculus, παρ-

ἰξο-

ἄνθραξ. B. Robijn. G. Ein Rubin. Gall. *Rubis, ou Carboncle.* A. Ruby, rubin.

Rubrica, vide in *Impetigo.* Hoc nomen etiam datur terræ cuidam lapidosæ, rubræ, quæ aliquando in mineris reperitur, virtutis adstringentis, fabris lignariis crebro inserviens in ducendis lineis, unde etiam *Rubrica fabrilis* dicitur. B. Roode aarde. G. Rothe Kreide/ Röhtelstein. Gall. *Rubrique ou Croje rouge.* A. Red Earth or Rattlestone.

Rubus, est Arbuscula, quæ habet ramos longos, flexiles, debiles, virides, medullosos, spinis acutis instructos: folia oblonga, acuta, dentata, dura, aspera, in parte superiori viridia, in inferiori coloris albi, trifoliata: calix est quinquefidus: flores sunt rosacei, pentapetali, in summitate ramorum crescentes, exigui, pedunculis brevibus adhærentes, numerosis staminibus stipati in centro calicis, cui adnascitur fructus globosus, ex pluribus acinis succulentis compositus, placentæ affixis, in initio rubicundis, sed post maturitatem nigris, saporem dulcem habentibus, fætis seminibus oblongis, singulis instructis sua tuba; radix parva, repens: hæc arbuscula crescit juxta vias: inter dumeta & secus margines agrorum. Gr. βάτος, à rubicundo succo nomen habere putem, vocatur etiam, *Sentes.* Aliquibus *Mora vaticana*, corrupta voce, ejus fructus dicuntur, cum dicendum esset *Mora Vacinia:* Nam in hodiernum usque diem Græci Mora illa à βάτω, βάτινα & βατίνια cognominant. Virgilius in Bucolicis unius literæ immutatione *Vaccinia* vocavit, nunc *Mora Bacci* appellantur, cum dicendum esse *Mora Bati.* Gall. *Meure de Renard.* Vocatur etiam *Chamæbatos*, quasi humilis Rubus. B. Braam-bezie/ Brommel-bezie. G. Brombeer staud/ brombeer. Gall. *Ronce.* A. Rouces, bramblebusse, black-berje busse, black-berry tree.

Rubus Idæus, est Frutex, sic à monte Idæo appellatus, producens fructus Moris ferè similes, rubros vel albos. B. Braam-bozien/ Hinne-bezien. G. Hinbromen staud/ Hind-beeren/ Hin-beeren. Gall. *Framboisier.* A. Rasberrys, rasp-berry-tree.

Ructatio, sive Ructus, Bombus, aut Eructatio, est flatuum ex ventriculo per Oesophagum adscensus, & ex ore egressus cum sonitu majore vel minore, qui oriuntur ex quacunque materia elastica in ventriculo rarefacta & aliquandiu retenta, sed subito explosa sursum &

& frequentes ſunt illis, quibus Ventriculus debilis officio ſuo rite non fungitur. Sed quatuor gradus agnoſcit. I. Cum flatus copioſè ejiciuntur. II. Cum eructandi conatus eſt major quam ructus, ſæpe non ſine dolore & flatuum aſcenſu in œſophagum cum deſcenſu eorum mox ſubſequente. III. Cum in Nauſea & ante Vomitum Ructus fiunt, aut magnus conatus. IV. Cum Ructus ſonori ſunt, & acres, acidi, ſalſi, fætidi aut humidi. Gr. Ἐρδυγμὸς, Ἐρδυγὴ, Ἐρυγμὸς. B. Ritſpinge / rupzinge / opripzing. G. Ein Gorpſen / ſaure Grölß / oder Görpſen laſſen. Gall. *Rot*, *Rottement*. A. Belching vel Breaking of wind upward.

RUCTUS, vide *Bombus* & *Ructatio*.

RUGITUS, eſt aëris in Inteſtinorum circumgyrationibus contenti, ob eorum motum perpetuum, de loco in locum migratio, ſive ob leves ſpaſmos inteſtinorum diutius quam par eſt hæſitet & rarefactus fuerit, ſive ob cibos aëris magna copia ſcatentes aſſumtos oriatur. B. Rommelinge. G. Gerummel / ein Getöſe. Gall. *Grouillement*. A. Murmur.

RUMA, eſt pars colli carnoſa ſub mento, ubi cavum jugulo proximum eſt, ita dictum, quoniam eo loci jumenta *ruminare* videmus.

RUMEX, eſt Lapathi ſpecies: hanc propriè Romani appellarunt Rumicem, forſitan quod ab ea ſuccus non aliter atque ex mamma, quam *Rumen* Veteres dixerunt, ſitientibus exugi ſoleat. Rumo Antiquis erat lacto.

RUPTIO, vide *Rhegma*.

RUPTORIUM, eſt Medicamentum cauſticum, quod cuti applicatum exedit, & quo abſceſſus ſæpè aperiri ſolent; paratur vulgo ex lixiviis, vel ex cryſtallis lunæ aliisque rebus.

RUSCUM, RUSCUS, Eſt arbuſcula, duos vel tres pedes alta, quæ habet ramos multos, flexiles, fractu difficiles: folia Myrti, ſed rigidiora, duriora, acuta, pungentia, nervoſa, inodora, ſine caule, ſaporis amari & adſtringentis: Calyx monophyllus, multifidus; intra hunc flores monopetali, campaniformes, globoſi, exigui, lutei: flori ſuccedit bacca rotunda, mollis, rubens, Aſparagi baccis major, continens ſub tenui pellicula modo unum, modo bina ſemina duriſſima, flava, ſaporis ſubdulcis: radix craſſa, oblonga, tortuoſa, obliqua, implexa, inæqualis, dura, repens, alba, fibras craſſas demittens: creſcit in locis incultis, ut in ſylvis, ex Italia & Gallia

 huc

huc adfertur; colitur hic in hortis. Officinæ litteram addunt, appellantque *Bruscum*. Gr. Ὀξυμυρσίνη & Κεντρομυρσίνη: forte nomen habet, quod *Ruri* ex Rusco fiant scopæ, vel quod folia Myrti acuta & spinosa sunt; μυακάνθα etiam dicitur, quia rustici olim supra suum corpus ponebant, ut illud a muribus defenderent; vocatur etiam Laurus, quia Laurinis coronis nectendis inservire posse videtur, & Alexandrina, quia in Alexandria crescit. An non Myrsine Dioscoridis? jure merito suspicatur. B. Muizen-doorn / Steek-palm / Keer-bezien. G. Mäuß-dorn / Breusch. Gall. *Houx frelon*, *Petit Houx*, *Fragon*, *Brusc*. A. Butchers Broom, Tree-holly.

Ruta, Hæc planta crescit in formam arbusculæ, caules habet crassos, lignosos, ramosos, cortice albescente obductos; folia sunt in segmenta divisa, exigua, oblonga, carnosa, satis crassa, polita, bina: flores tetrapetali, rosacei, coloris flavi: post florem sequitur fructus, in quatuor loculos per diaphragma divisus; continens semina parva, recurva, semilunata, coloris modo flavi, modo nigricantis, saporis ingrati, odoris gravis: in capsulis seminalibus est omnis vis, ex illis enim plus olei extrahitur, quam ex integris seminibus & caulibus: radix fibrosa, lignosa, & flava est; tota planta habet odorem ingratum, saporem amarum & acrem, crescit in hortis ubique, & ad incidendos crassos lentosque humores summopere laudatur. Gr. Πήγανον, Ῥυτὴ, dictam volunt Rutam, quod una ex omnibus plantis, propter multiplicem ejus usum maximè eruatur. Alii ἀπὸ τ῀ ῥυτῆρος derivant, quod libidinosos nimiumque veneri addictos frenet. *Peganum* appellatur, quod siccitate & caliditate sua coagulet ac condenset semen; hinc uterum gerentibus inimicam esse ajunt, ἀ πήγνυμι compingo, concresco. B. Ruite / Wyn-ruit. G. Rauten. Gall. *Rue*. A. Idem.

Rutabulum, est instrumentum ligneum vel ferreum, quo materia igni imposita, vel coquenda sæpe agitatur. B. Een Roer-stok. G. Rührhacke / Ofengabel / Feursteurer. Gall. *Fourgon*. A. Coal-rake, Maukin.

Ryas, est nimia lachrymarum fluxio non ordinaria, a punctis lacrymalibus clausis ortum habens, vel ex consumptione carunculæ lacrymalis, hinc fistulis lacrymalibus utplurimum succedit, estque affectus Encanthidi contrarius.

S. N.

S.

S. N. idem quod SECUNDUM NATURAM. S. Gr. Σ. vel etiam C. utrumque characterem enim Græcis in usu fuisse docent Numismata. Alias Latinum S. est nota characteristica ponderis vel mensuræ, denotans dimidium præcedentis, vel *Semis*.

SABINA seu SAVINA, est frutex, qui perpetuò viret, folia habet foliis Tamarisci similia, sed duriora & magis spinosa, odoris fortis, gravis, valde singularis, saporis acris & urentis: flos est amentaceus, extremitati ramorum innascens, sed sterilis; embryones autem seu baccæ baccis Juniperi similes, nucleis turgent angulosis, & asperis: datur & altera Sabinæ species, quæ est arbor instar Amygdali magna. Gr. Βράθυς, & Βάρυθρον, dicitur Romanis à regione, in qua multum nasceretur, an à σέβειν Deos honorare, quia dicuntur Sabini præ cæteris gentibus Deos veneratos esse. B. Zeven-boom / Zavel-boom. G. Siben baum / Seven-baum / Sade-baum. Gall. *Savinier*, *Sabine*. A. Savin.

SABULUM, sive Arena, sunt granula solida, parva, arenæ terrestri similia, sed naturæ ejusdem ac Calculus humanus, quæ in urina reperiuntur, eminguntur, in renibus vel vesica nata. Gr. Ἄμμος & ψάμμος. B. Zand / Gravеel. G. Sand / Grieß. Gall. *Du Sable*; *du Gravier*. A. Gravel.

SACCHARUM, seu SACCHAR, ZUCCHARUM, ZACHAR, ZACCHARUM, SUCCHARUM, MEL ARUNDINACEUM, MEL CANNÆ, dicitur a Canna, vel arundine, Sacchariſera dicta, quæ non tantum in India Orientali & Occidentali, sed & in Africæ locis, imo & in quibusdam Europæ regionibus crescit. Estque plerumque septem vel octo pedes longa, duos pollices crassa, & geniculata; exhibet autem Saccharum, partim incisione Cannæ, unde Saccharum instar lachrymæ exstillat, quod candidum est & rarum; partim elixatione potissimum medullæ ac radicis, donec scil. Saccharum in fundo instar salis concreverit. Vulgare Saccharum est succus ex arundinibus expressus, dulcissimus, concretus, & in salis formam redactus: ideoque *Sal Essentiale* jure vocari potest. Pro varia præ-

paratione varia sortitur nomina, ut *Nigrum*, *Rubrum*, *Album*, *Albissimum*, *Cantum* id est *Angulosum*, seu *Crystallinum*, *Penidium*, &c. Variis inde etiam gaudet viribus, eoque magis abstergit, quo minus depuratum, vel, ut ajunt, refinatum est. Ex Plumbo etiam paratur cum aceto destillato *Sal*, quod ob dulcedinem *Saccharum Saturni* appellatur. Gall. *Sucre de Saturne*. B. Suiker. G. Zucker. Gall. *Sucre*. A. Sugar. Arab. *Zazar*, *Sudur*, *Sutter*.

SACCULI seu DUCTUS ADIPOSI, seu VESICULÆ ADIPOSÆ aut LOBULI: observamus, ubicunque pinguedo est, præcipuè circa cutim & in musculorum interstitiis, ibi inveniri multiplices membranas sacculorum adinstar, & lobulorum excavatorum, quæ substratæ cuidam membranæ crassiori adhærent. Per hanc propagari venas & arterias, quarum trunco à lateribus pinguedinis moles, veluti milii acervus, cumulatur. Vasa sanguinea expandi in ramos, arborum instar, quorum extremitatibus appenduntur membranosi sacculi seu lobuli, pinguedinosis globulis referti, qui veluti folia arboris adnata, arboris exactam figuram complent. Membranosi isti sacculi varie figurantur. Sunt enim leviter depressi & ovalem penè figuram habent, instar glandularum conglomeratarum. Nectuntur ad invicem membranis, quibus efformantur, & vasorum rete. Glandulas habet copiosissimas, mediantibus quibus pinguedo & adeps ex arteriis immediatè accipitur & exinde in sacculos adiposos defertur. B. Smeer zakjes. G. Die Fetsäcklein. Gall. *Vesicules adipeuses*, ou *graisseuses*. A. The fat sacks or ducts.

SACCULI MEDICINALES, componuntur ex variis simplicibus, scopo Medici convenientibus; eaque, si opus fuerit, conteruntur, sacculoque, cujus figura parti affectæ quadrat, excipiuntur, qui sæpè, ne materia in unum locum coacervetur, acu, in quibusdam locis intersuitur. B. Popjes. G. Säcklein / beutel. Gall. *Un sachet*. A. A Little sack, bag.

SACCULUS CHYLIFERUS sive RORIFERUS, est Receptaculum chyli (saccus lacteus D. *van Horne*, Cisterna Lumbaris aliis) est inferior pars ductus chyliferi, in homine est sacculus membrana tenui conflatus, qui fibrosis quibusdam vinculis eam ambientibus constringitur, & hinc diversam, pro ut hæc magis minusve solvuntur, capaci-

pacitatem obtinet, fere ut inteſtinum Colon varium deprehenditur, dum vincula ejus ſenſim ſolvuntur, unde juſta Receptaculi hujus magnitudo & figura vix determinari poſſunt; nam modo unicus apparet ſacculus, & ſolutio fibris pluribus conſtare videtur, hinc plura dari Receptacula in uno homine dixere egregii viri: tenuis adeo eſt membrana, hujus receptaculi ambitum firmans, ut pelluceat, & hinc, ubi hoc chylo repletum, a tranſparente ejus colore, albida appareat, ſed & inde fit, ut Receptaculum vacuum, & proinde collapſum, difficulter in conſpectum veniat; quæ forte ratio eſt, quod Bartholinus id in homine non animadverterit, nec depinxerit, ejus loco glandulas novas ſubſtituens. Ponitur ad dextram corporum ſuperiorum vertebrarum lumborum, hisque immediate incumbit; tum ipſi a dextris accumbit, & pro parte incumbit appendix muſculoſa dextra diaphragmatis, a ſiniſtris vero illud ſupraſcendit arteriæ Aortæ deſcendentis truncus, anterius emulgens dextra arteria ab Aorta, ſupra illud tendit ad renem dextrum; ſupra quam deſcendit vena cava inferior, ibi quoque ſuas venas emulgentes utrimque emittens. Deinde perfectiſſime in homine ejus pars infima reperitur ſub vena emulgente ſiniſtra, inter Venæ Cavæ inferioris & Aortæ deſcendentis truncum; eſtque ſumma cura adhibenda, ne ille locus inter eximendum inteſtina lædatur, ſi enim illæſus manſerit, ſemota nimium moleſta inteſtinorum mole, ipſum Receptaculum, in quovis ſubjecto, quocunque poſt mortem tempore, facile demonſtratur: circumponuntur receptaculo glandulæ lumbares, quod jam animadvertit Rudbek, minus tamen bene illuſtravit, tum pariter ſibi in homine viſum teſtatur Cl. *van Horne*, & eædem ſunt, quas pro receptaculo Chyli deſcripſit Bartholinus. Porro huic receptaculo loculoſo inſeruntur venæ lacteæ ſecundi generis, & venæ lymphaticæ propemodum omnes inferiorum partium, unde quaſi communis ciſterna, accipiens & commiſcens maximam chyli, (excepto qui per abſorbentes venas, oris, œſophagi, ventriculi, inteſtinorum, immediate in venas infunditur) & lymphæ totius corporis partem. B. De gyl-zakt. G. Der ſpeis verdäuung ſafft ſack / der verdäuung ſafft ſack. Gall. *Sac Chylifere.* A. The chyle ſack.

SACCULUS CORDIS, vide *Pericardium.*

SACCUS, à Σάττω onero: eſt inteſtinum cœcum, quod

 ſacci

facci inftar propendet. B. Een zak. G. Ein Sack. Gall. *Sac*. A. A Sack.

SACCUS LACHRYMALIS, eft membrana tenuis, interiora canalis nafalis inveftiens, in cujus partem fuperiorem in cantho majori oculi definunt bini ductus lachrymales, in margine intriusque palpebræ incipientes, quæque in cavum narium pone os fpongiofum inferius aperta eft, & fic viam præbet, qua lachrymæ per puncta lachrymalia reforptæ libere in cavum narium fluere poffint. B. De Traan-zak. G. Thränen Sack. Gall. *Le Sac Lacrymal*.

SACERDOS PENIS, vide *Arum*.

SACER IGNIS, vide *Herpes exedens*.

SACER MORBUS, vide *Epilepfia*.

SACRA FISTULA, idem quod *Medulla Spinalis*.

SACROLUMBALIS, eft longus, complexus mufculus, fitus inter fpinam dorfi, & pofteriorem partem omnium coftarum usque ad os facrum, cujus fuperioribus fpinis, partibusque lateralibus affigitur.

SACRUM OS, Gr. Πλατὺ, ἡ Ἱερὸν Ὀστοῦν, Ὑποσπόνδυλος, Τρητὸς Κόκκυξ, eft os triangularis figuræ, fuperius latius & craffius, quam in parte inferiori, vertebris lumborum fuppofitum, a lateribus offibus innominatis conjunctum; conftat ex vertebris inferioribus fex, fed quæ in adultis ita coaluerunt, ut unicum tantum os conftituant, cui offa coccygis annectuntur; fpinæ dorfi pro bafi infervit, partem inferiorem fpinalis medullæ continet, & in abdomine à parte pofteriori conftituit pelvim. B. Het heilig been. G. Das heilige bein / das groffe ruckbein. Gall. *l'Os Sacrum*. A. The holy bone.

SAGAPENUM, lachryma feu gummi eft Ferulæ in Media nafcentis, ejusdem cum fucco nominis, ex qua fauciata educitur. Nafcitur in Media regione, unde Alexandriam, ac hinc Venetias atque in alia Europæ loca tranfportatur. Optimum debet effe fincerum, tranflucidum, foris colore fulvo vel ruffo, intus albido, guftu acre, odore gravi, & virofo & Allium æmulans, unde ad Afam fœtidam fere accedit, & ad menftrua pellenda, morbosque uterinos valde prodeft. Appellatur & *Sacoponium*, *Serapinum*, *Sacopenium* &c. B. Gom Zagapeen. G. Serapinfafft. Gall. *Sagapene*. A. Sagapen, Serapin.

SAGITTA, paluftris planta eft, & fpecies Ranunculi, quæ

quæ habet folia aquis innatantia raræ formæ, pulchræ alatæ ſagittæ mucronem æmulantia, fuſcis hinc inde in ſuperna parte maculis notata, quædam ex primis in acumen non deſinunt, ſed rotundantur, ſaporem obtinent nonnihil ſubdulcem, & viſcidum, cum veſtigiis obſcuræ acrimoniæ: ex radice erumpunt plures caules, obrotundi, excavati, fungoſi, in ſummitate habentes flores, viſui gratos, tetrapetalos, roſaceos, albos, plura ſtamina habentes in medio rubra; floribus ſuccedunt fructus parvi, rotundi, Fragorum magnitudinis, aſperi, coloris virido-rubri; qui ſinguli continent plura ſemina, tenuia, acuta, in capitulum unum congeſta, & figuram unguis avis habentia: radix fibroſa, longa, craſſa, ſpongioſa, pallida: ſic dicitur à foliorum formâ tricuſpidi, ſupernè in unam, infernè in duas deſinentium. B. **Serpents-tong / ſlangetong.** G. **Pfeil kraut.** Gall. *Queue d'Arondelle, Eſpece de Renoncule.* A. Adderstongue or arrow klad.

Sagittalis Sutura, vel veruculata, Gr. ῥαβδοειδὴς ὀβελιαῖα eſt illa, quæ à Coronali incipit, & in Lambdoidem deſinit, inter duo oſſa Bregmatis decurrens, in pueris vero ad radices usque narium protenditur. B. **De pylnaad.** G. **Die pfeilnath.** Gall. *Suture Sagittale.* A. Shaft Suture, ſtreigt ſeam.

Sagminalis, vide *Periſteron.*

Sal, eſt materia in aqua ſolubilis, igne liqueſcens, adeo ſimplex, ut quælibet ejus particula eandem toti naturam referat, linguæ ſaporem inprimat, eſtque *Fixum*, vel *Volatile: Acidum* vel *Alcalinum:* vel *Sal Compoſitum*, ſeu *Neutrum.* *Fixum* eſt quod magna ignis vi non avolat, ſed ejus torturam ſecure patiatur, ut Sal Tartari; Cardui Benedicti &c. *Volatile* eſt, quod ſponte, vel minimo ignis calore ſurſum evehitur & in auras evaneſcit, uti omnia ſalia Volatilia arte facta. *Acidum* eſt quod ſapore tali ſe prodit, vel ſolutum cum alcalicis efferveſcit, uti Vitriola. *Alcalinum* eſt, quod ignei vel urinoſi ſaporis, cum acidis ſolutis ebullit, ut ſal Tartari. *Neutrum* eſt, quod nec ebullit cum acidis, nec cum alcalinis, ut ſal marinum, gemmæ &c. Omnia ſalia naturalia cognita, ſunt, Sal maris, Sal gemmæ, Sal de fontibus ſalinis, Nitrum, Borax, Sal ammoniacum ſpontaneum, alumen, acidum vagum fodinarum. Sal foſſile, cujus purior pars Sal Gemmæ appellatur, in fodinis variis, per orbem ſparſis,

copia ingenti, ad ſummas profunditates, perfectum eruitur. Sal Fontanum, aqua dilutum, ſcaturiens, depuratum, inſpiſſatum, ſimillimum eſt Sali marino. Sal Maris, in eo diffuſum, ſola exhalatione, & defæcatione, in cryſtallos reducitur. Hæ tres, ab ortu diverſæ, ſalis ſpecies, ejusdem naturæ, eadem aquæ copia ſolvuntur, ſc. in $3\frac{1}{4}$; in aëre deliqueſcunt noſtro ſua ſponte; cryſtallos formant fere ſimiles, cubicas, parallelopipedæas, vel pyramidales, lentiore vel celeriore coactu; affuſæ ad aquam fortem aurum ſolvunt, vi ignis deſtillant in ſpiritus acidos ejusdem naturæ; ſolutæ in aëre humido multum terræ deponunt; & liquorem pinguem, acrem, auſterum, relinquunt; crepitant in igne; fluunt in igne magno: diu in illo fixi manent, ſi puri funduntur, nec tum mutantur; nec ſpiritus fundunt, & parum modo aquæ, alcali non dant; nec putreſcendo mutantur. reliqua ſalia vid. ſuis locis: derivatur à Gr. Ἅλς ſal. B. Zout. G. Saltz. Gall. *Sel*. A. Salt.

Salacitas, vide *Satyriaſis*.

Salab, planta eſt ad Orchides pertinens, creſcens ad fines Perſiæ & Chinæ, binos teſticulos, ſeu bulboſas, oblongas, & fibroſas radices, ſibi invicem quaſi adnatas, revera tamen ſeparatas, gerens, magni uſus in Pthiſi & Dyſenteria. Plenior ejus deſcriptio habetur in Hiſtoria Medica Dyſenteriæ, quam J. H. Degnerus anno hujus ſeculi octavo & trigeſimo edidit.

Salicaria, vide *Lyſimachia*.

Salicornia, eſt Kali marini ſpecies, plurima cornua ſalſi ſaporis habens. Vide *Kali*.

Saliva & Salivum, quibusdam *Sputum*. Gr. Πτυελὸν & Σίαλος, eſt liquor inſipidus, pellucidus, igne non concreſcens, ſed avolans, albus, ſpumans, inprimis ſi conquaſſatur, maximam partem aquoſus, cum ex ſexaginta unciis fere quinquaginta novem leni igne extrahi poſſint, quæ omni dote aquam referunt; in ore reperiundus, cui infunditur ex glandulis Parotidibus, ſublingualibus & ſubmaxillaribus per ductus patentes à glandulis maxillaribus emiſſos; ut os œſophagum madefaciat, particulas ſapidas a reliquis evolvat, maſticationi, ſolutioni, dilutioni, & miſcelæ probæ ciborum inſerviat, eosque in ventriculo aliquomodo digerat & fermentet. B. Speekzel. G. Geiffer / ſpeichel. Gall. *Salive*. A. Spittle.

SALIVALES DUCTUS, sunt tubuli quidam particulares, ex glandulis parotidibus, maxillaribus & sublingualibus exorti, circa vel prope gingivas se in cavitatem oris exonerantes, & salivam in his glandulis secretam emittentes.

SALIVANTIA, sunt Medicamenta, quæ salivam copiosè eliciunt, inter quæ Mercurialia principem sedem obtinent. Gr. Σιαλαγωγα. B. Quyl-middelen. G. Geiffer treibende Artzneyen. Gall. *Remedes, qui excitent ou produisent la salivation.* A. Remedys causing spitting.

SALIVARIS, vide *Pyrethrum.*

SALIVATIO, est sputi vel salivæ per Medicamenta salivantia evacuatio, quæ excitatur per Mercurialia ad Luis Venereæ, illique affinium morborum curationem: quandoque tamen in morbido statu tanta hujus liquoris evacuatur copia, acsi per artem excitata esset, illaque interdum etiam in febrium declinatione criseos loco sponte succedit. B. Een kwyling / Salivatie / Speeksel-making. G. Salivation / das Geiffern. Gall. *Salivation, Flux de Bouche.* A. Salivation.

SALIUNCA, Germanicum est vocabulum, quo significatur *Spica celtica vera*, quam in pharmacopoliis, *Spicam Romanam* appellant. Vide ulterius de *Spica celtica*, eleganter ejus radix Orcitunica est appellata, quæ sacci se habet instar vel tunicæ. Dioscorides à patrio nomine *Aliungiam* vocari scribit. *Celtica* dici videtur a loco natali, hinc nonnunquam Gallica appellatur. Germani plerique eandem herbam adhuc proprio veterique nomine *Seltunck*, quasi animam juvenilem reddens, appellant.

SALIX, arbor est satis magna, mediocriter crassa, cortice polito, tactui molli & flexili obducta, ramorum cortex est purpureus vel albus: lignum est album, flexile, fractu difficile: folia sunt oblonga, angusta, Oleæ similia, superne virentia, inferne candicantia, utrinque hirsuta, potissimum vero parte inferiore ac in extremitatibus virgarum supremarum, quandoque tamen glabra, interdum serrata, saporis amaricantis: flos est amentaceus, plurimis nempe staminibus in spicam congestis constans, sed sterilis; embryones autem iis Salicis speciebus innasci solent, quæ floribus carent, spicati pariter, abeuntque deinde in fructum seu capsulam corniformem, bifariam dehiscentem, seminibusque fætam pappis instructam: aquosis

nitrosisque suis exhalationibus aëris æstum refrigerat, unde in cubiculis ægrorum febricitantium aquæ imponi solet; dicitur à saliendo, quod ea celeriter crescat, ut salire videatur. Gr. Ἰτέα ab ἱέναι, quia it crescendo celeriter. B. Wilge-boom / Wind-hout-boom / Bint-houtboom. G. Weide / Weiden baum / Felben-baum. Gall. *Saule.* A. Willow, Ozier, Sallow-tree, Withie.

Sal Nitrum, sive Halinitrum, idem quod *Nitrum*, seu *Salpetra.*

Salomonis Sigillum, vide *Sigillum Salomonis.*

Salpetra, idem quod *Nitrum.*

Salpingo-Pharyngæus, oritur ab inferiore tubæ Eustachianæ parte, & in Pharyngis partem posteriorem simul cum Stylo-pharyngæo & Palato-pharyngæo inseritur.

Salsamentum, vel sumitur pro rebus, quæ ad usum diuturnum sale condiuntur; vel pro aqua salsa, salsugine, vel myria, qua res ejusmodi condiri solent. Tales liquores salsi, quia putredini resistunt, in gangræna utiliter adhibentur.

Salvatella, est vena quæ à brachii ramis tendit ad digitum minimum. B. De Hoofd-beschermster / Pink-ader / Milt-ader. G. Die Miltz-ader. Gall. *La Salvatelle.* A. The Salvatelle.

Salvia, est planta, quæ habet caulem ramosum, lanuginosum, lignosum, coloris viridis albescentis: folia oblonga, ampla, obtusa, rugosa, aspera, albescentia, crassa, lanuginosa, sicca, parum succulenta, spongiosa, diversi coloris, odoris penetrantis, fortis & grati, saporis aromatici, amari, & acris, os calefacientis: flores in summitate ramorum crescentes, & in spicas quasi congesti, sunt verticillati, galea falcata vel fornicata, barba trifida, segmentum medium vix excavatum: semina obrotunda, nigricantia, in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit, inclusa: radix fibrosa, dura, lignosa: quasi Salvatrix, quod multis incommodis medeatur, ægrosque salvos præstet. Alii a Saliva, quam masticata elicit, dictam putant. Gr. Ἐλελίσφακον: quoniam illa herba semper retorrida & exsucca videatur, factum est, ut Græcis *Elelisphacon*, quasi in tabem redacta vel in syderationem flaccescens dicta sit: ἰλελίζειν & σφάκος, vocibus in unam coalescentibus appellationem, est autem σφάκος seu potius σφάκελος malum in Plantis, cum per æstatem & ardentissimum canis

nis æstum, vi solis altius penetrante, humoreque quo nutriuntur deficiente, languent & arescunt. B. Salie / Self / Salvie. G. Salbey. Gall. *Sauge*. A. Sage.

SAMBUCUS, Arbor est vel Arbuscula, cujus rami sunt longi, rotundi, medulla multa, alba repleti, lignum rarum habentes, initio virides, deinde gryiei: truncus cortice aspero obductus est, fisso, colore cinericeo, sub hoc exteriori cortice latet alter viridescens, cujus in Medicina usus est cognitus: ejus lignum est solidum, flavescens: folia quinque vel sex ad unam costam instar Nucis juglandis, sed minora, in margine dentata, & odoris fortis: rami in summitate habent umbellas amplas & latas, quibus adhærent flores parvi, monopetali, rotati, multifidi, albi, odoriferi, quorum meditullium a mucrone calicis tanquam a clavo perfoditur: calix autem deinde abit in baccam instar Grani Juniperi crassam, rotundam, initio viridem, sed per maturitatem nigram, succo valde rubro repletam, seminibus ut plurimum tribus oblongis fœtam; vocantur Baccæ grana Actes: crescit hæc arbor humectis præsertim & tenebrosis locis, juxta sepes & muros; hujus cortex medianus vi purgante famosus in usu est; Flores & baccæ in omnibus morbis inflammatoriis magno in pretio habentur. Videtur ab Authore appellata, cui nomen *Sambyx* fuit, vel à *Sabuca* musico instrumento, quod alii pectida nominant, alii Magadin. Gr. Ἀκτις & Ἀκτῆ forte à littore, quod fluviorum littora amet, vel ab ἀγω frango, quod undæ littoribus allisæ frangantur: sed à contrario ἀκτὴ dicta esse potest, quod non facile à ventis propter flexibilitatem frangatur, vel ab ἄγω, quod facile ob eandem flexibilitatem ducatur. B. Vlier-boom / Vlaar-boom / Holder-boom. G. Holder-baum / Hollunder-baum / Hollunder-staud. Gall. *Sureau*. A. Elder tree. Nonnulli derivant ab Hebr. *Savac* implicari.

SAMPSUCHUM, & SAMPSUCHUS, dicitur Majorana, vel Amaracum: unde Etymologiam trahat, in Lexicis invenire non potui.

SANAMUNDA, dicitur *Fuschio* Caryophyllata: quia sanat & mundat, appellationem sibi videtur adscivisse. Vide *Caryophyllata*.

SANDARACHA ARABUM, Vulgo Vernix, est Gummi Juniperinum, colore Mastichem referens, sed globulos habet longiores, est friabile, saporis resinosi, & odoris cum

cum accenditur fragrantis. B. **Sandrak/ Vernis/ Jenever-gom**. G. **Wachholder gummi**.

Sandaracha Græcorum, est Arsenicum rubrum, sed in pulverem redactum, color mutatur in intensè croceum seu flammeum, instar corticis Mali Aurantii. B. **Rusgeel**. G. **Berggröhte**. Vide *Arsenicum*.

Sancti Viti Chorea, vide *Chorea Sancti Viti*.

Sanguificatio, vide *Hæmatosis*.

Sanguinalis & Sanguinaria, vide *Coronopus*.

Sanguis, est liquor rubicundus, venis, arteriis, aliisque sinubus corporis contentus; compositus ex cibis potibusque per lactea vasa in venas infusis, & circulatione diuturna, actione cordis, pulmonum, aliorumque viscerum & arteriarum mutatus in animalem indolem, & colore adscititio inde rubro gaudens; inserviens nutritioni & vitæ sustentaculo, & ex quo omnia reliqua liquida animalia secernantur; nullum signum acidi vel alcali exhibet, sed leviter salsum saporem habet; detexitque microscopium quod sanguis ruber ex globulis componatur, qui singuli ex sex minoribus pellucidis, albis, in unum compressis, & rubrum globum formantibus, constant & tam parvi sunt, ut horum centena millia mole sua arenulam æquare non possint, vocatur etiam *Cruor*, anima *Virgilio*. Ψυχὴ *Aristoph*. Αἷμα, Ἔαρ *Poët*. B. **Het bloet**. G. **Blut/ Geblüt**. Gall. *Du Sang*. A. Blood.

Sanguis Draconis, est Lapathi species, cujus costæ rubicundum habent colorem. B. **Drake-bloed/ Roo ridder/ Swarte of roode patich**. G. **Roht-ritter**. Gall. *Sang de dragon, ou Patience rouge*. A. Dragons-blood.

Sanguis Draconis, est resina rubra, penitus in sp. Vini alcoholisato solubilis, saporis adstringentis, profluens ex arbore *Draco* dicta, diebus canicularibus partim sponte, partim vulnere cortici illato, quæ Solis æstu tum exsiccatur: adfertur nobis in folliculis ex foliis hujus arboris convolutis. Arbor ista crescit in insula Porto sancto, truncus est admodum durus, superius dividitur in octo & plures ramos, qui iterum subdividuntur, in cujus extremitate folia se erigunt instar Pancratii, vel Juccæ Americanæ, memini me hanc plantam vidisse Amstelodami. Fructus Cerasis similes sunt, colore subflavo, gustu subacido. Intus dicunt, detracta pelle, draconem repræsentare. Sunt qui *Dioscoridis* Cinnabarim esse velint. Accuratissimus *Kæmp-*

Kœmpferus notat duplicem nobis exhibere ſanguinem Pharmacopolia, haud quaquam ſola puritate, quod creditur, ſed ipſo genere arborum, ex quibus colligitur, differentem: unum nimirum in glebis, cujus ex Occidente quoque; alterum in guttis, cujus ex ſolo Oriente nobis fit copia: Ille in Canarienſi inſula manat, ex dehiſcente caudice arboris pruniferæ cujusdam, Draco dictæ, ſi Cluſiano candori fides eſt; ſi Arabibus Perſisque credendum; idem ex arbore Santalina rubra prolicitur: hos ita ſentire perſuaſit communis lachrymæ cum Santalo color, bonitatis nota, virtus & demum patria, videlicet Cholomandela (vulgo Cormandel) Madagaſcar & Æthiopia, ſive potius Æthiopiæ ora illa, quæ Sangibara, vel Zanguebara inſcribitur: ſuffulcit opinionem etymi inter diverſas gentes cognatio & conſenſus: quandoquidem vocabulo, quo Perſæ Draconis ſuccum *Chuni Sengijoon*, id eſt ſanguinem Sangibarenſem nuncupant, eodem quoque gentiles Gangetici, Santali rubri lignum indigitant, id appellantes, vel lingua ſua populari Decanicâ: *Reket Tsjandan*, id eſt Sanguineum Santalum: vel doctâ Brahmenum ſamſcreticâ: *Rakta Tsjandoonam*, quod idem ſonat: vel, *Rakta Tsjandoonam Sanggbi*, id eſt ſanguinem Santalum Sangibarenſe, ſive Æthiopicum. Ex alia rurſus arbore eundem ſuccum derivari contendunt alii: nec mirum, diſſentire de illius natalibus, addit Cl. Autor: varium enim adulterium, quin ſuppoſititium hujus nominis genus, quod arte componitur, & pro encauſtis & pictoribus venale proſtat, variam conjecturæ & erroris occaſionem ignaris rimatoribus ſuppeditant. De hoc vero poſteriori, quem ſanguinem in guttis appellant, inter Nigritas Orientis, Malajos, Javanosque exploravit Autor, quod artificio eliciatur ex fructu parvulo, ſtrobili figura, arboris μονοβλάςυ ſpinoſiſſimæ: eliciendi hic modus eſt: reponuntur fructus in craticula ſupra vas amplum, fictile, quod aquam ad ſui dimidium continet; quo facto, vas leviter operculatum ſupra prunas collocatur, eo fine, ut elevatus aquæ bullientis vapor fructus emolliat, atque emaciet; ita fit, ut tinctura ſanguinea, quæ in diſſecto fructu, calente halitu extricatus, exſudet, & in ſuperficie fructuum ſiſtatur. Hæc bacillo abraſa, in folliculos reconditur, ex folio arundinaceo complicatos, mox filo nectendos in ſeriem, & in aëre tamdiu ſuſpendendos, donec incluſus ſanguis exaruerit. Ab aliis ſimi-

ſimplici coctione opus perficitur: nimirum usque eo ſtrobili excoquuntur, donec rubedinem in aqua depoſuerint; hæc, rejecto fructu, coctione ulteriori in ſpiſſum ſuccum redigitur, folliculis pariter involvendum, hujus plantæ deſcriptio apud Cl. *Kæmpferum* videri poteſt. Gr. Αἷμα Δρακόντιον. B. Draken-bloed. G. Drachen-blut. Gall. *Sang-Dragon*. A. Dragons-blood.

Sanguisorba, eſt herba Pimpinellæ ſimilis, ſic dicta, quod vulneribus injecta ferrum & ſpicula facile & citra ſenſum doloris exigat, ut nonnulli arbitrantur: ſed potius quod ei in ſiſtendo ſanguine, undecunque emanarit, mira admodum inſit efficacia; adeo ut hunc ipſum abſorbere videatur. Idem quod *Pimpinella*.

Sanguisuga, idem quod *Hirudo*.

Sanicula, Planta officinalis, quæ plurima folia habet ex radice erumpentia, lata, obrotunda, dura, in quinque partes diviſa, denticulata, polita, pulchri coloris viridis, ſplendentis, & interdum in margine rubra, pediculis longis adhærentia: caules ex his enaſcuntur, inferius rubicundi; & in ſummitate habentes flores roſaceos & umbellatos in capitulum conglobatos; plurimis petalis conſtantes in orbem poſitis ad centrum floris plerumque reflexis, & calici inſidentibus: is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum, hinc gibbis & echinatis, inde vero planis: ex floribus nonnulli ſæpe ſteriles ſunt: dicitur & *Diapenſia*, à vulneribus ſanandis nomen traxiſſe vulgo conſtat. B. Sanikel. G. Sanikel/ ſanikle. Gall. *Sanicle*. A. Idem.

Sanies, eſt in vulneribus vel ulceribus materia pure tenuior, acrior, ſanguinolenta, omnia vaſcula quæ in ſinu ulcerato attingit, erodens cum dolore. B. Bloedige Etter/ dun bloedt. G. Blutige Eiter / dünner Eiter. Gall. *Sanie, matiere ſanguinolente*. A. Bloody matter.

Sanitas, vide *Hygieia*.

Santalum lignum, triplex eſt, album, citrinum, & rubrum: duo priora ſunt meditullium lignoſum arboris Indicæ; rubrum ab alia arbore provenit, & a reliquis ſoliditate & pondere multum differt. B. Sandelhout.

Santolina, eſt planta, quæ inſtar Arbuſculæ habet caules vel virgas lignoſas, leviter lanugine obductas, teneras, ramoſas: folia parva, valde anguſta, cana, minutim denticulata, ita ut quatuor fere denticuli in eadem phalange

lange agminatim dispositi conspiciantur, odore Medicamentoso, & cum quadam suavitate gravi, sapore partim acri, partim amaro: flos est flosculosus, globosus, plurimis scilicet flosculis constans multifidis, embryoni insidentibus, foliolis imbricatis intermediis, & calice squamoso quasi hemisphæriis comprehensis: embryo autem deinde abit in semen, pappis nequaquam instructum: est Chamæcyparissus: nomen videtur habere à Santonibus Galliæ Aquitaniæ populis. Gall. *Garderobe.*

SANTONICUM, seu SEMENTINA, dicitur à Santonibus Galliæ Aquitaniæ Populis, apud quos copiosissimè provenit. B. **Worm kruid / Zever-zaad.** G. **Zitwen-samen / Wurm-samen.** Gall. *Barbotine*, *Poudre à vers*, *Semence contre les vers*, *Santoline*, *Semencine*, *Xantoline.* A. Worm-wood.

SAPA, vide *Apochylisma* & *Defrutum.*

SAPHÆNA, est venæ cruralis ramus internus, qui per interius cruris latus sub cute fertur ad malleolum internum, ubi cum aliorum ramulis varie inosculatur: hanc antiqui in uteri affectibus frequentissime secabant. Fortè à Σαφὴς manifestus, quia manifestè demonstrari potest. B. **De Moeder-ader.** G. **Die Frauen-/** vel **Rosen ader.** Gall. *La Saphène.* A. The saphene.

SAPHATUM, est exulceratio crustosa in capite, non absimilis Achori. Vide *Achor.*

SAPHYRUS, est Gemma cæruleo colore, pellucida & & diaphana. Sunt aliquæ colore cæruleo albidæ, aliæ cæruleo saturo: hæ mares, illæ fœminæ appellantur; aliæ omni colore carent, albæque vocantur. Orientales inveniuntur in Calecut, Cananor, Bisnagar, Zeilan, & præstantissimæ in regno Pegu. Occidentales, variis in locis reperiuntur. Confinia Bohemiæ, & Silesiæ satis præstantes ferunt. Præstantiores tamen sunt Orientales. Color in igne facile aufertur. B. **Sapphier.** G. **Ein Sapphir.** Gall. *Saphir.* A. Saphire.

SAPIENTIÆ DENTES, vide *Dentes.*

SAPINUS, est Abies, sive ipsius arboris infima pars, quæ enodis est.

SAPO, est compositum ex Sale alcalino & oleo expresso vel destillato, coctione unitis, & redactis ad materiam consistentem vel plane solidam, in aqua solubilem, præditum virtute miscendi oleosa aquosis, & abstergendi quasvis

vis sordes: qui cum oleo expresso fiunt, *Vulgares* sunt: qui cum destillatis oleis, sapones philosophorum nuncupantur. B. Zeep. G. Seiffen.

SAPONARIA, Planta officinalis, Lychnidis species, quæ plures habet caules tenues, rotundos, nodosos, rubicundos, valde teneros: folia sunt ampla, nervosa, Plantaginis foliis similia, sed minora: flores crescunt in summitate ramorum umbelliferi; pentapetali, ut plurimum coloris pulchre purpurei, interdum rosei, aliquando albi, odoriferi: floribus succedunt fructus plurimis seminibus tenuibus, obrotundis, rubris, fæti; radix est longa, rubra, nodosa, oblique repens in terra: sic dicitur, quod saponis loco substitui potest ob succum ei insidentem vere saponaceum. Gr. Στρυθίον, aliis *Radicula*, & *Lanaria*. Vide *Struthium*. B. Zeep-kruid. G. Waschkraut / Seyffen-kraut / Speichel wurtzel. Gall. *Saponaire*, *Herbe à Foulon*. A. Soap-wort.

SAPONEA, est linctus ex amygdalis confectus.

SAPOR, vide *Gustus*.

SARACENICA SOLIDAGO, à nonnullis corrupta voce *Cartafilago*, vel magis depravata *Filago* nominatur, cum dicendum esset Ceratophylace, quia nimirum partem oculorum corneam seu ceratoida defendat, salutique percussam ac læsam restituat. Dicitur etiam *Herba Fortis*, vel quibusdam placet *Sortis*, fortè à Saracenis reperta fuit. B. Heidens-wond-kruid. G. Der Heidenwund kraut. Gall. *Verge dorée*. A. Consound of saracyns.

SARCITES, idem quod *Anasarca* & *Leucoplegmatia*.

SARCOCELE, est Hernia carnosa testiculorum, quando processus peritonæi vasa spermatica in se continens intumescit, & increscit in carneam substantiam, figuræ farciminalis; frequenter tamen non tam adnascitur testibus, quam innascitur, id est, totum testem, omniaque ejus vasa, ita replet, ut multo gravior, majorque evadat: cumque eodem, ac Herniæ, loco fiat, κήλη vocata fuit, quamvis hic Hernia proprie non adsit, ex σάρξ caro, & κήλη tumor. B. Een Vleeş-breuk. G. Carnöffel / Hodenbruch. Gall. *Sarcocele*.

SARCOCOLLA, est lachryma gummea in granulis, Mannæ seu pollini Thuris similis, colore subruffo vel flavo, sapore amaro, dulcedinemque Glycyrrhizæ æmulantem post se relinquente, profluit ex arbore quadam exotica, spi-

ſpinoſâ & nodoſâ, ejusdem cum lachrymâ nominis, quæ tum ſpontè, tum ſauciata, lachrymam illam profundit. Adfertur nobis ex Perſia, ex σὰρξ caro, & κόλλα gluten, quia dicitur oſſa conglutinare, vel potius carnes, quia leviter adſtringit, nec ulla acrimonia nocet; Oſteocolla oſſa agglutinare dicitur. B. Vleis-lym. G. Fleiſch-leim. Gall. *Colle chair*, *ou Sarcocolle*. A. Idem.

Sarcoepiplocele, eſt *Hernia carnoſa omentalis*, quando omentum in carneam ſubſtantiam accreſcit, & induratur, ſive circa umbilicum, ſive in ſcroto fiat, ex σὰρξ caro, ἐπίπλοον omentum, & κήλη tumor. B. Een Navels-vleis-breuk. G. Des nabels fleiſch bruch. Gall. *Hernie charneuſe du nombril*, *ou ſarco epiplocele*. A. A fleshly omental rupture.

Sarcoma, eſt carnis in naribus, vel alio corporis loco p. n. excreſcentia. Item molarum in utero productio, à σὰρξ caro, & κομίζω porto, aſtero. B. Een vleeſchig Uitwas. G. Ein Fleiſchicht Auſwachs. Gall. *Sarcome*. A. Fleshy excreſcency or mole.

Sarcomphalum, eſt carnoſa in umbilico excreſcentia, ex σὰρξ caro, & ὀμφαλὸς umbilicus.

Sarcophagum, idem quod *Cathæreticum*.

Sarcosis, vide *Sarcoma*.

Sarcotica, ſive carnem generantia ſunt, quæ moderato calore & vi deterſoria, ſordes è vulneribus & ulceribus tollendo auferunt ſimul impedimentum illud, cujus virtute impediebatur efficacia illius cauſæ, per quam omnia in nobis nutriuntur, à σαρκόω incarno. B. Middelen / die Vleis doen groejen. G. Fleiſch machende mittlen. Gall. *Sarcotiques*.

Sardius Lapis, ſeu Sarda, eſt Gemma ſemidiaphana, loturæ carnis, ſeu carni ſanguinolentæ ſimilis, unde *Carneolus*, vel corruptè *Corneolus* vocatur. Non omnes uniuſmodi inveniuntur coloris, alii enim ſunt rubri, alii exigua ſanguinis rubedine. Laudatiſſimus Carneolus in Sardinia invenitur, hinc in Epyro & Ægypto, ſed Babylonius cæteris præfertur, Indici & Arabici etiam non contemnendi, ut nec Europæi. Nam in Bohemia, Sileſia, aliisque regionibus præſtantes inveniuntur. B. Sardus / Carneool. G. Sardis / ein Carneol. Gall. *Cornaline*. A. A Sardis ſtone, Carneol.

Sardonius Risus, eſt riſus præter voluntatem nobis adve-

adveniens, ex convulsionibus ortus, cum labiorum oris diductione. Esse in insula Sardinia fontes dicunt, circa quos maximè *Herba Sardonia* succrescit, Apio similis; quæ comesta vescentium nervos contrahit, rictu ora diducit; ut, qui ita moriuntur, ridentium facie intereant.

Sare, idem quod *Essere*.

Sarmenta, prælongæ sunt Vitium virgulæ, in quas vitis luxurians spargitur, hoc est, vitis ipsius, brachiorum & caulium ligna, tam dum sunt in ipsa vite, quam dum exsecta vel exempta sunt. B. **Wyngaard-rank of tak.** G. **Rebholtz/ Reiß.** Gall. *Sarment.*

Sarsa Parilla, aliis *Sparta Parilla*, quod Hispanis fere idem sonare quam humilis Morus dicitur. Radix est tenuis, longa, fere insipida, lignosa, fibrosa & uniformis. Color externus obscure griseus, vel aliquantulum flavescens. Affertur ex nova Hispania, Peru, aliisque locis Americanis, ubi sponte & ubertim in sepibus adolescere dicunt, & quam maximè Smilacem asperam referre asserunt. Præscribitur in podagricis doloribus, Lue venerea, aliisque morbis. B. **Salsa Paril/ stekende Winden.** G. **Sarsa Parill.** Gall. *Sarcepareille.* A. Sassa Parille. Dicitur & *Zarzapilla.*

Sartorius Musculus, sive Fascialis Longus, est inter eos, qui tibiam flectunt. Hinc interiori Ilii ossis tuberculo affixus, decussatim cæteris superstratus musculis anteriori sub genu tibiæ ossis acutae eminentiæ implantatur. B. **De Windel-spier/ Super-spier.** G. **Der Windler Mauß.** Gall. *Le Couturier.* A. The swadle Muscle.

Sassafras, arbor est prægrandis, nascens in Florida, folio ficulneo, cortice ex fulvo nigricante, aliquantum acri sapore, sed aromatico, odore ferè Fœniculi & Cinamomi mixto redolente. Dicitur & *Paname.* Cortex & lignum, vim suam aquæ communicant, hinc infusa ejus in coryza, morbis podagricis, & lue venerea in maximo usu sunt, præsertim si ex radice fit, quippe radix reliquis partibus prævalet, adeoque & ejus cortex. B. **Sassefras-hout.** G. **Fenchel-holtz.** Gall. *Sassafras.* A. Idem.

Satureia, sive Cunula, est herba aromatica, quæ habet caulem parvum, rotundum, acutum, lanuginosum, rubicundum, ex uno pedunculo plures tales caules nascuntur: folia angusta, parva, oblonga, Hyssopum referentia, aliquantulum lanuginosa, multis foraminibus perfusa,

tusa, quæ non penetrant, odoris Thymi, sed debilioris & minus penetrantis, saporis acuti, grati: flores sunt parvi, in alis foliorum sparsi, non in capita congesti, nec verticillatim dispositi, in pedunculis ramosis crescentes, galea erecta, bifida, barba trifida, segmento medio crenulato: semina minima, fere rotunda, in capsula, quæ floris calix fuit, inclusa: radix minima, simplex, lignosa: hæc planta in hortis colitur; putatur à saturando nomen habere; sed alii à Satyris nomen traxisse putant, quod sc. marcescentes ad coitus stimulet. *Theop.* Θύμβρον forte ἀπὸ τῆ θύειν, ob fragrantiam. B. **Keule/kunne/kunneke/boon-kruid.** G. Garten ysop / saturey. Gall. *Sariette*, *Sardrée*, *Savorée*. A. Savory.

Saturantia, sunt quæ acidum è corpore nostro absorbent. Vide *Absorbentia*.

Saturatus, terminus est Chemicus, qui usurpatur quando salia duo cum invicem effervescentia, affunduntur sibi pedetentim ea copia, donec unum aut alterum sal non magis prædominetur, vel effervescentia inter ambo observetur.

Saturnus, per eum intelligunt Chymici *Plumbum*; Unde *Saturnina*, quæ ex Plumbo parantur.

Satyriasis, Satyriasmus, Priapismus, vel Salacitas, est nimia in Venerem propensio, hinc Satyriasis dicta, quod Satyri tales esse creduntur. *Priapismus* autem est Priapus sive virilis membri invita erectio, etiam absque appetitu congressus, convulso & Tetano diu affecto pene, quod non sine dolore fieri solet, ita ut tensio à coitu peracto non remittat, ut in Satyriasi accidere solet, licet & in hac mox nova erectio, eaque sæpius subsequatur; habet tamen Priapismus id quoque, quod subinde remittat, mox iterum revertatur, unde partim convulsio, partim motus convulsivus est: Reperiuntur vero hi affectus complicati cum aliis morbis, & quidem Satyriasis cum Elephantiasi, Priapus cum Gonorrhœa, & Salacitas in iis, qui multi roboris sunt, in Hernia, Colica cum multis flatibus, Calculo, Epilepsia, & cæteris aliquando incidit Priapismus, subsequente pollutione, id quod etiam in animi deliquio & iis evenit, qui laqueo suspenduntur: huc quoque spectat *Pollutio* dicta *Nocturna*, quæ etiam diurna est, ac verius diceretur somnosa, id est, in somno & insomnio contingens. Dicitur & *Tentigo Veretri*, à

σάτυρος simius silvestris hominem referens, & venerem summopere appetens, vel à σάθη membrum virile. B. Venus Quelling / Schaegts-steviigheid.

Satyriasmus, idem quod *Satyriasis*.

Satyrion, hujus plantæ sunt variæ species, variaque nomina, à Satyris nomen sibi invenisse putatur, qui primi sylvestres Dii colludentes Nymphis per sylvas & antra ad firmiorem venerem herbam hanc invenerunt. Vel dicitur παρὰ τ σάθω, τὸ αἰδοῖον. Gr. Σάθη enim est pudendum virile, & αἰδοῖον inguen, pudendum. Vide *Orchis*.

Saure, Gr. Σαύρη, putatur esse Nasturtium, quod instar lacertæ mordeat sua acrimonia.

Saxifraga, Saxifragum, & Saxifragia: est herba, quæ habet caulem minimum, tenerum, rotunnum, villosum, ramosum, purpureum: folia obrotunda, in margine incisa, Hederam terrestrem fere referentia, sed succulentiora & magis alba, pediculis mediocriter longis & villosis adhærentia: flos est rosaceus, pentapetalus, calici quinquefido innatus; post florem apparet fructus obrotundus, qui in duo loculamenta per maturitatem dehiscit, fundens semina minima, rubicunda, longiuscula: radix est fibrosa, cui adhærent tubercula instar seminum Coriandri crassa, coloris partim purpurei, vel rubicundi, partim albi, saporis amari; hæc tubercula vocantur ut plurimum semina Saxifragæ: hæc planta crescit in locis incultis, ut circa montes, qua dicitur saxa seu renum calculos posse frangi: dicitur etiam ἴμπετρον, quoniam in saxis provenit. G. Steenbreke. G. Steinbrech. Gall. *Saxifrage*.

Saxifraga, seu Lithontriptica, sunt ea Medicamenta, quæ valent calculum in renibus vel vesica hærentem frangere, & expellere ex corpore. B. Steenbrekende middelen. G. Steinbrechende Artzneyen.

Scabies, est durior cutis aspretudo, levisque exulceratio pruriens, & interdum rodens, in hac pustulæ oriuntur modò humidiores, modo ficciores: his ruptis ulcus fit; id purgata sanie crustula tectum obdurescit, quæ postquam decidit, continuo aliæ pustulæ in vicinis locis exsurgunt. Oritur ab humore acri in vasis cutaneis aggesto, qui vel in ipso corpore nascitur a ciborum salitorum fumoque induratorum crebro usu, vel aliis, hoc malo laborantibus, per contagium communicatur: eò autem

autem gravius malum eſt, quò magis cutem aſperat, quoque prurit magis, & quo plures occupat partes, & quo ſomnum magis aufert: pravis ea radicibus, quæ talis eſt, nititur, magnoque negotio tollitur, itaque hanc Græci ἀγρίαν, id eſt feram nominaverunt: ſcabies aliis quidem ex toto deſinit, aliis certo anni tempore revertitur; ægerrime autem in ſenibus ſaneſcit, peſſimaque in capite eſſe ſolet, Gr. ψώρα, vel potius ξυσμός: ſcabies eſt humida vel ſicca; humida eſt cutis inæqualitas ab obſtructione vaſculorum lymphaticorum, cum puſtulis humidis & purulentis cum prurigine quadam conjuncta: Sicca eſt quadruplex, Pruritus, Impetigo, Pſora & Lepra; de quibus ſuo loco. B. **Schurft / ſchurftheit.** G. **Die Räudigkeit / grind / krätze / ſchäbigkeit der haut.** Gall. *Gale*, *Rogne.* A. A Scab, ſcabby, vel ſcabbedneſſe.

Scabies Vesicæ, veteribus dicebatur, quum in urina, cum dolore excreta, moleculæ furfuraceæ apparent; tunc enim internam veſicæ tunicam eroſam arguebant.

Scabiosa, eſt planta, quæ folia habet ex radice erumpentia oblonga, ampla, villoſa, forma Valerianæ majoris, profundius ſubinde laciniata, alias minus, ſapore ſubacri: ex his erumpunt caules rotundi, villoſi, cavi, foliolis quibuſdam cincti inferioribus ſimilibus, ſed minoribus: flos eſt floſculoſus, plurimis ſcilicet floſculis inæqualibus conſtans, calice communi comprehenſis: horum autem alii, qui meditullium occupant, quadrifidi, aut quinquefidi, cæteri ad oram poſiti, bilabiati ſunt, ſinguli embryonis ſupremæ parti coronatæ inſident, & calice proprio comprehenduntur, qui deinde abit in capſulam vel ſimplicem vel infundibuliformem, ſemine fœtam coronato, quod prius embryo fuit: radix eſt longa: creſcit in arvis, in ſegetibus planis, & levioribus paſſim obvia: Herba hæc appellatur vel à ſcabro herbæ habitu, vel quod ſcabiei medeatur. B. **Schurft-kruid / Apoſteem-kruid.** G. **Apoſtem kraut / grind kraut.** Gall. *Scabieuſe.* A. Scabious.

Scala, eſt inſtrumentum Chirurgicum, quo articuli diſlocati reſtituuntur, dicitur quoque *Ambe.* Gr. κλίμαξ. B. **Een leder / ladder.** G. **Ein leiter / ſtege.** Gall. *Eſchelle.* A. A Ladder. Item ſic vocatur Cavitas in Cochlea auris internæ, bifariam diviſa per lamellam, partim oſſeam, partim membranaceam, unde naſcuntur duo cuniculi ca-

vi, fere semiconici & æquales, forte non communicantes, quorum superior, qui in Vestibulum aperitur, a Valsalva dicitur Scala Vestibuli; inferior Tympanum spectans, ejusque membrana rotunda occlusus, vocatur Scala Tympani. Vide *Cochlea*.

SCALENI MUSCULI, horum quinque paria describit Cl. *Albinus*, nimirum 1°. *Priores*, qui a summo margine costæ primæ orti, adscendunt & tribus caudis inserunt se processibus transversis vertebrarum a dorso secundæ, tertiæ & quartæ. 2°. *Minimos*, qui pone priores orti, superiora quoque petunt, & affigunt se processibus transversis vertebrarum a dorso primæ & secundæ. 3°. *Laterales*, qui a costâ secundâ orti, plerumque quatuor caudis inserunt se processibus transversis vertebrarum a dorso secundæ, tertiæ, quartæ & quintæ. 4°. *Medios*, qui a primâ costâ oriundi, plerumque septem caudis pertingunt ad processus transversos omnium colli vertebrarum. 5°. *Posticos*, qui a costâ secundâ incipientes plerumque tribus caudis desinunt ad processus transversos vertebrarum a dorso secundæ, tertiæ & quartæ. Omnia hæc musculorum paria in genere collum in latus flectunt, & costas attollunt. B. De ongelykzydige driehoeks spieren. G. Der dreye ungleiche seiten mausz. Gall. *Les Scalenes*.

SCALPELLUM, vide *Scalprum*.

SCALPELLUM UMBILICARIUM, Gr. Ὀμφαλιστής. *Poll.* Est cultellus, quo obstetrix præcidit infantium umbilicos.

SCALPRUM, est cœlum, quo non tantum digitorum, verum etiam cubiti & radii capita amputantur. B. Een Beitel. G. Ein grabeisen.

SCALPRUM CHIRURGICUM, Celso, *Scalpellus* eid. *Phlebotomum* Isidor. Φλεβότομον, Μαχαιρίς Ammonio, Μαχαιρὶς Ὀξυβελὴς Hippocr. Galenus Φλεβότομον vocat. Idem Μαχαιρίδα Στηθοειδῆ nominat, quod Σμιλίον Γαστρώδης Galenus; nimirum cujus medius alvus latior sit & ventricosior. Vide *Lancetta*. B. Vlym / Laat-yzer / Lancet. G. Ein Flietmesser / Laszeisen / ein Lanzete. Gall. *Lancette*. A. Launcet.

SCALPRUM RASORIUM, idem quod *Raspatorium*.

SCALPTURA, est frictio fortior unguibus, aut corpore aliquo scabro facta, quæ pruritu plerumque instigata, crustas epidermidi adhærentes tollit, & per stimulum hu-

mo-

ſtores ita allicit, ut pars magis caleat & doleat. B. **Krabbing.** G. **Das Kratzen.**

SCAMMONIUM, SCAMMONEUM, SCAMMONIA & SCAMMONEA, eſt ſuccus inſpiſſatus ex lacteſcente radice alicujus Convolvuli, Scammonea dicti; Extrahitur ſuccus vel radicem adhuc creſcentem incidendo, eandem (dubio procul cum foliis & caule) prælo ſubmittendo. Planta Smilax eſt, & floſculos producit albos. Eſtque Planta Syriaca, Monſpeliaca, Valentina, &c. Optimum eſt quod ex Antiochia adfertur, dein Armenium; Europæum omnino pravum eſt. Probatur quod nitidum, ſplendidum; (inſtar Gummi) rarum, cito liqueſcens, friabile, colore, cum frangitur, fulvo, non valde ponderoſum, tactu linguæ lacteſcens, nec vehementer eam calefaciens, (nimirum hoc Tithymalli admiſti ſignum eſt) purgans eſt egregium, violentum tamen, licet in operatione vix dolorem excitet. Scammonium cum Cydoniis præparatum dicitur *Diacrydium*, quaſi diceres δακρύδιον, ſive lachrymulam. G. **Scammonien / Purgier kraut.** Gall. *Scammonée.*

SCAMNUM HIPPOCRATIS, eſt Inſtrumentum longitudine ſex ulnarum ſeu cubitorum, membris luxatis & fractis reſtituendis, accommodatum. B. **De Bank van Hippocrates.** G. **Ein Schemel oder Banck von Hippocrates.** Gall. *Le Banc d'Hippocrate.* A. Bench of Hippocrates.

SCANDIX, eſt planta, quæ habet folia longis pediculis appenſa, Coriandri diviſura tenui, ſapore ſubdulci, ſubacri, & nonnihil nauſeoſo; caules habet tenues, ramoſos, villoſos, ſuperius virides, inferius rubicundos: flos eſt roſaceus & umbellatus, pluribus ſcilicet petalis conſtans in orbem poſitis, & calici incidentibus; is autem abit in fructum compoſitum ex duabus partibus acum referentibus ſemine fœtis: radix eſt digiti minimi craſſitudine, ſimplex, alba, ſaporis dulcis: eſt Pecten Veneris, aut Gingidium; ... à σκίω, id eſt ξέω ſeco, quia ſemen ei acutum. Vide *Pecten Veneris.* B. **Naalde kervel.** G. **Nadel-körbel.** Gall. *Peigne de Venus.*

SCAPHA, eſt faſciarum ſpecies capiti propria, inſerviens venæſectioni in fronte inſtitutæ. B. **Schuit-zwachtel.** G. **Schifflein-windel.** Gall. *Le Scafa.*

SCAPHA, dicitur Cavitas, quæ inter bina Anthelicis cornua excavata eſt, & verſus anteriora, Helicis portione terminata.

Scaphoides, eſt Oſſiculum Carpi, ſitum in primo ordine; connectitur cum Radio, & quatuor Carpi oſſiculis: eſt quoque tertium os Tarſi in pede, *Naviculare* dictum, à ſcaphæ ſeu cymbæ ſimilitudine: connectitur cum talo, & tribus oſſibus poſterioribus. B. Schuitagtig Been. G. Schiff-gleiche Bein. Gall. *l'Os Scaphoide*.

Scapula, vide *Homoplata*.

Scapus, eſt caulis, qui in ſtyli modum ſurſum proreptat, aut in altum fertur, dicta à columnaribus ſcapis quibus ſimilis eſt.

Scarificatio, eſt inciſio cutis ſcalpello vel phlebotomo, quæ fit cum vel ſine cucurbitulis; ſine cucurbitulis fit in membris & partibus gangræna corruptis, ut viva pars a mortua ſeparetur, & liquores ſtagnantes inferius atque perpetuo putreſcentes, liberius exhalare queant. Cum cucurbitulis autem fit, ut extrahatur ſanguis ex vaſculis cutaneis, inſervitque loco Venæ ſectionis. Gr. Ἐγχάραξις, Καταχασμός. Ἀπόσχασις *Hippocr.* Ἀποχασμός. B. Insnydinge / Scarificering / Vlieмen / Schrabben / Kopping. G. Das Schrepffen / Kopffen / Auffbickung der Haut. Gall. *Scarification*. A. Idem.

Scarificatorium, eſt inſtrumentum, quo ſcarificatio ſive inciſio fit. B. Een ſcherf of Vliem-yzer. G. Das ſchrepffeyſen. Gall. *Scarificatoire*. A. Ferè idem.

Scariola, vide *Endivia*.

Scarlatina Febris, hæc a Sydenhamo deſcripta, invadere ſolet tempore æſtivo imprimis infantes, maculis parvis rubris, crebrioribus & multo latioribus magiſque rubentibus, ſed non tam uniformibus quam in Morbillis, cutis univerſa inficitur, quæ ad 2 vel 3 dies perſiſtunt, poſtea evaneſcunt, cuticula ſquammatim decidit, quod bis vel ter abit reditque. B. Purper koorts. G. Purpur fieber. Gall. *Fievre Pourprée*.

Scarlea, idem quod *Sclarea*.

Scaurus, eſt is cui tali ſunt extantes. B. Plomp hiel / groot van Enkelen. G. Großknorrecht an Füſſen / der groſſe Knorren hat.

Scelerata, vide *Batrachium*.

Sceletum, eſt oſſium totius corporis arida compages, arte anatomica articulis ſuis conjuncta, & locis debitis repoſita, a Σκέλλω areſacio. Eſt vel *naturale*, quando oſſa propriis ligamentis inter ſe nexa manent, vel *artificiale*,

quum

quum junguntur tali substantia, quæ non fuit pars corporis. B. Een been geraamte. G. Ein Beincörper / ein scelet. Gall. *Un Squelette*. A. A Skeleton.

SCELOTYRBE, est cruris perturbatio, nunc ad hanc, nunc ad illam partem inclinans, sæpe ex Scorbuto proveniens, ex Σκέλ⊕ crus, & τύρβη tumultus, unde aqua scelotyrbitis, quæ adversus scorbutum usurpatur. B. Scheurbuik / Blauw-schuyt. G. Mund-fäule / der scharbock. Gall. *Scorbut*. A. Scurvy.

SCHESIS, est corporis dispositio: unde Schetica febris, quæ in dispositione est, non in habitu, à σχηματίζω dispono, effingo.

SCHETICA FEBRIS, opponitur Hecticæ, Schetica quippe in sanguine ita modo radices egit, ut facile curam admittat; Hectica vero in ipsa ἕξει sive partibus solidis ita altius radicata est, ut non nisi difficulter medicamentis curetur.

SCHIATICA, vide *Arthritis*.

SCHIDACEDUM, est fracturæ species, per ossis longitudinem, non per transversum factæ, quæ Καυληδὸν vocatur. Vide *Cauledon*.

SCILLA, est planta, quæ habet folia longa, ampla, lata, carnosa; viridia, succum viscosum & amarum habentia: flores Ornithogalo vel Hyacintho stellari similes: in spica crescentes, antequam folia apparent: fructus est rotundus, trigonus, fœtus seminibus nigris: radix bulbosa, maxima, pugnum crassa, cepacea, ex plurimis tunicis vel lamellis compacta, inferius multis crassis fibris prædita, saporis acris, amari, odoris nullius: hæc planta, crescit in Hispania, Lusitania, & Sicilia circa mare, unde etiam Cepa marina dicitur: nomen accepit vel quod inter hanc & marinum testaceum piscem, à tunicatâ squammarum compactili serie, *Scyllam* vocatum, magna similitudo. Vel ἀπὸ τ σκίλλησμοτ⊕, id est, *Ariditate*, quod in sabuletis marinis, sole retorridis oriatur, dicitur etiam *Squilla*. B. Zee-ajuin. G. Meer-zwibel. Gall. *Scille*. A. Squills, Sea onion.

SCHISMA, est scissura in dura vel molli parte, a σχίζω findo: stricte de pudendo muliebri dicitur.

SCIRRHOSIS, idem quod *Scirrhus*.

SCIRRHUS, & SCIRROMA, Barb. *Sclirosis*, est tumor durus, lividus, renitens, inæqualis, sensim increscens, & doloris expers, nisi ruditer tractetur, sedem habens in or-

organo secretorio, vel parte glandulosa, oriundus a quacunque causa materiam in folliculo glanduloso hærentem inspissante vel comprimente, ut exire nequeat, inflammationem prægressam plerumque habens, vel etiam sine ea oritur a causa externa in ægris, quibus ex victu duro vel vita tristi humores crassi & difficulter mobiles facti sunt. Hic in initio quidem benignus est, si vero materia stagnans acrimoniam acquirit, in Cancrum degenerat. Vox derivatur à σκιῤῥόω induro. B. Werhard Gezwel / een Knoestgezwel. G. Harte Geschwulst / das hart ist geworden. Gall. *Scirrhe.* A. Idem.

Schoenanthum, & Scoenanthum, Juncus est arabicus, qui & Fœnum Camælorum appellatur, est valde aromaticum, & ferè roseo sapore, altitudine unius pedis; flosculos etiam aromaticos in summitate gerit, crescit in Arabia, uti hic loci graminum species. Theriacam ingreditur, cæterum vix in usu est. B. Kemels hop / vel Kemels stroo. G. Camels-heu / Camel-stroh. Gall. *Schœnante, ou Jonc odorant.* A. Camels-hay, ex Σχοῖνος fœnum, & Ἄνθος flos, vocatur & *Squinanthum.*

Schoenoprasum, est Porrum Junceum, ex σχοῖνος juncus, & πράσον porrum. B. Bies-look / Bies parrei / Honds-look / Ui-look. G. Schnit-lauch / Binzen-lauch / astlauch / abstlauch. Gall. *Petit poireau, appetits.* A. Porret, cive.

Schoenos, Gr. Σχοῖνος, est juncus, παρὰ τὸ σχεῖν, id est retinendum, ligandum, junco enim vincitur. Vide *Juncus.*

Scincus, animal est quadrupes, oviparum, magnitudine & figura Lacerti viridis, oblonge rotundo capite & acuminato ore, longa rotundaque cauda, a qua ad caput usque fusca linea excurrit, præditum, squammis exiguis & frequentibus tectum, coloris sublutei, in Arabia, & circa mare rubrum reperiundum; ingreditur Mithridatium ob vires Alexipharmacas. G. Erde crocodil Gall. *Scinc.*

Scirpus, est *Juncus*, sic forte dictus, quasi sine scrupulo, hoc est sine nodo; hinc nascitur proverbium in meticulosos & nimium circumspicientes, *nodum in scirpo quærit*, quia Scirpus nullos nodos habet. Vide *Juncus.*

Sclarea, seu Scarlea, Gallitricum, Orvala, Tota Bona, est Horminum, dicitur quod oculos claros reddat; est planta, quæ habet caulem duos circiter pedes altum,

tum, digitum minorem crassum, lanuginosum, quadratum, fortem, medulla alba repletum, in alas aut ramos sibi invicem oppositos divisum: folia magna, ampla, lanuginosa, rugosa, albescentia, aspera, in basi sua magis ampla, deinde in apicem obtusum desinentia, in margine incisa, caulibus longis adhærentia, inprimis inferiora, quæ ex radice erumpunt, alia bina sibi invicem opposita juxta longitudinem caulium & ramorum: flores in summitate caulium crescunt verticillati, in spicas longas congesti, galea longa, falcata, adunca, barba tripartita, segmentum medium, bifidum, & cavum; galea major labium pedemque Leonis referens: semina satis crassa, polita, subrotunda, rubicunda, in capsula, quæ flori tanquam calix inservivit, inclusa: radix est lignosa, longa, fibrosa, coloris fusci, saporis non ingrati, sed qui os quasi inflammat; tota planta habet odorem penetrantem, & saporem amarum: notandum, quod vina, vel cerevisiæ, in quibus vel per se, vel cum floribus Sambuci fuit infusa, cito inebrient, capitisque dolores insignes excitent: nomen etiam habet à σκληρὸς durus, siccus, quia hæc planta habet caulem durum & siccum. B. **Scarlei, Algoeee.** G. **Scharlach, Scharleyen** Gall. *Orvale, toute bonne.* A. Clary.

Scleriasis, est alicujus partis induratio, à σκληρόω induro: proprie de palpebrarum interiori duritie dicitur. P. Ægineta hac voce usus est de duritie quadam circa vulvæ cervicem, quæ ad Scirrum quidem accedit, sed tactui minus resistit.

Scleroma, idem quod *Scleriasis*.

Sclerophthalmia, est Lippitudo dura, cum dolore, motu oculorum tardo, rubedine & siccitate, quæ etiam in palpebris est, adeo ut nullum humorem fundant, nec post somnum facile aperiri possint, à σκληρὸς durus, & ὀφθαλμία dolor oculorum. B. **Hardigheid of ontsteking der Oogschelen.** G. **Harte Augenweh.**

Sclerosarcoma, est abscessus progerminans plerumque in gingivis, carneus, durus, interdum galli coronam vel cristam, interdum ostracodermi carnem referens, differens aliquantum ab Epulide.

Sclerotica, vide *Cornea*, à Σκληρόω induro.

Sclerotica, sive indurantia sunt, quæ partes firmius inter se conjungunt: idque vel tenues & molles dissipando, vel eas interdum retinendo. Illud fit, ubi per nimis

cale-

calefacientia scirrhus induratur; hoc, ubi, per Sempervivum, Solanum, Portulacam, vel Lentem Palustrem, aliave refrigerantia & astringentia, pars ex. gr. œdematosa duritiem acquirit. Ideoque horum materia, in calefacientibus, & refrigerantibus, ac adstringentibus, est quærenda, à σκληρόω induro. B. Hardtmakende of Verhardende Middelen. G. Hartmachende Artzneyen.

Sclerunticа, idem quod *Sclerotica.*

Sclirosis & Scliroma, idem quod *Scirrhus.*

Scoliasis, est spinæ dorsi, in hoc aut illud latus distorsio, à σκολιόω intorqueo.

Scolopendria, Scolopendrum, sive Asplenium, planta officinalis est, dici putatur, quod ejus folia Scolopendræ animalis similia sint. B. Herts-tong. G. Hirschen-zung. Gall. *Langue de Cerf.* A. Harts-tongue.

Scolopomachærion, est cultellus Chirurgicus, quo vulnera thoracis angusta dilatantur, magnis item tumoribus aperiendis summopere convenit; abdominis item aperturæ maximè utilis, ex σκολόπαξ gallinago, & μάχαιρα culter.

Scolymus, est *Cinara*, seu *Articocalus:* appellari volunt à σκολύπτειν, hoc est κολόειν, & ἐκτίμνειν λιμὸν, quod famem arceat, cohibeat, extinguat, vel à σκόλοψ spina. Vide *Articocalus.*

Scoptula, idem quod *Scapula.*

Scopus, in vegetabilibus est racemosum id, è quo dependent acini.

Scorbutica, sunt Medicamenta acrimoniam Scorbuti emendantia, & causam mali ex corpore eliminantia, quæ proin pro variâ acrimoniâ variant. B. Scheurbuiks middelen. G. Scharbock Artzneyen.

Scorbutus, est morbus omnibus accolis maris septentrionalis, inprimis qui cibis duris, salitis, vel fumo induratis vesci solent, frequentissimus, & endemius, quo manus, pedesque, maculis sæpe lividis conspurcantur, quæ tandem nigræ evadunt, & late se per totam tibiam extendunt; ac accedit item crurum debilitas, & tumor eorum accedens & recedens, totius corporis gravitas, anhelitus difficultas, inprimis post corporis motum; oris fætor, dentes vacillantes, sanguinem manantes gingivæ, quæ postea etiam exulcerantur & corrumpuntur; rigiditates, spasmi, dolores, arthritidesque vagæ, colica, & sexcenti alii morbi, qui propterea curari nequeunt, nisi spe-

ſpecialis Scorbuti ratio habeatur: prædominantem acrimoniam in toto corpore habens vel acidam, alcalinam, vel muriaticam, & ſanguinem ita afficiens, ut partim ſit acer & ſeroſus, partim craſſus, ita ut V. S. eductus ſcateat muco flavo-viridi, &c. Antiquitati hunc morbum non fuiſſe incognitum liquet ex *Hippocrate*. Lib. 2. Cap. 42. ubi Scorbuti ſymptomata enarrat evolvitque, ut & ex aliis auctoribus liquet. B. **De Scheurbuik / Blaauw-ſchuit / Schimmel-ziekte / Blaauw-zugt**. G. **Scharbuck / Scharbock / Schorbock / Schor-mund**. Gall. *Scorbut*. A. Scurvy.

Scordium, eſt planta, quæ habet caulem ramoſum, quadratum, repentem, villoſum; folia mollia, villoſa, in margine inciſa, oblonga, albeſcentia: flores ſunt parvi, labiati, quinquefidi, in alis foliorum creſcentes, coloris rubri: flori ſuccedunt quatuor ſemina tenuia, rotunda, in capſula, quæ floris calix fuit, incluſa: radix fibroſa, oblique repens in terra: eſt herba Allium olens, quæ propter vim putredini reſiſtentem omnia fere contra gangrænam Cataplaſmata ingredi ſolet: à Σκόροδυ ab Allio nomen habet: vel propter Allii acrimoniam. B. **Water-look**. G. **Waſſer-batehnig / Lachen Knoblauch**. Gall. *Scordion*, *Germanarée d'eau*; *Chammaraz*. A. Water-germander.

Scordotis, eſt planta Marrubio non abſimilis: an vero ſit Scordium? an Alliaria, quia Allium olet, an ejus, ut videtur, ſpecies, in medium relinquo? videtur derivari à Σκόροδον Allium.

Scoriæ, ſunt recrementa metallica, ſive partes metallorum, quæ in fuſione, vel in cudendo, vi ignis corroduntur in maſſam mortuam, non ſolubilem amplius; & quæ a vivis partibus ſponte ſeparantur. B. **Schuim der Metalen / Slek / Hamerſlag**. G. **Schlacken / Metallen Schaum**. Gall. *Ecume*, *Impuritez*, *ſcories*. A. Droſſ, Ruſt or refuſe of Metals, Scories.

Scorodon, eſt Allium: dicitur quaſi σκληρὸν ῥόδον, id eſt, rudis roſa, quod aſperè ſupra modum redoleat, & olfacientium nares offendat, vel à σκῶς ὄζειν, quod *fœde oleat*, tanquam ſtercus. Vide *Allium*.

Scorodophrasum, eſt planta inter Allium & Porrum media. Σκόροδον, eſt Allium, & πράσον Porrum. B. **Look-parei** G. **Acker-knoblauch**. Gall. *Ail poireau*. A. Leek ſchallot, Italis *Rocobole*.

Scorpio, Scorpius, ſive Doronicum, eſt Aconiti ſpe-

ſpecies, cujus radix ſcorpii caudæ ſimilis eſt, à σκορπίζειν à ſpargendo veneno.

SCORPIOIDES, eſt parvula planta, quæ habet caules tenues, anguloſos, aliquantulum villoſos, in latitudinem ſe extendentes, repentes: folia oblonga, Bupleurum vel Perfoliatam referentia, ſed pinguiora & magis nervoſa, ſaporis acidiuſculi: flores ſunt exigui, leguminoſi, flavi; poſt florem ſequitur ſiliqua villoſa, longa, hiſpida, articuloſa, Cochleæ aut Erucæ ad inſtar eleganter in ſe convoluta, continent in ſingulis articulis ſemen ovatum: radix eſt exigua: hæc planta creſcit in regionibus calidis, præſertim in locis aridis: eſt legumen, cujus ſiliquæ ſcorpii ſimilitudinem habent, ex Σκορπίος ſcorpius, & εἶδος forma. B. Schorpioenkruid. G. Schorpion kraut. Gall. *Chenille*.

SCORPIURUS, eſt Heliotropii ſpecies, cujus ſummitates caudæ ſcorpioni ſimilitudinem habent, ex Σκορπίος ſcorpio, & οὐρά cauda.

SCORSONERA vel SCORZONERA, eſt planta, quæ habet caulem rotundum, ſtriatum, cavum, in plures ramos longos diviſum, levi lanugine obductos: folia ſunt longa, ſatis ampla, Tragopogoni foliis ſimilia, polita, baſi caulem amplectentia, aliquando parum criſpata & ſinuoſa, in acumen ſatis longum deſinentia, coloris virido-obſcuri: flores in ſummitate ramorum naſcuntur, ſemifloſculoſi, calice oblongo, tenero, ſquammoſo comprehenſi: his ſuccedunt ſemina longa, tenuia, alba, pappis inſtructa: radix longa, digiti vel pollicis craſſitie, ſimplex, foris nigra, intus alba, tenera, fragilis, carnoſa, ſucculenta, lactea, ſubdulcis ac grati ſaporis, odoris nullius: Hiſpanis *Scurzonera*, ab Hiſpanica voce *Scurzo*, quod eſt vipera, hinc dicitur *Viperina*, *Viperaria* vel *Serpentaria*, ita dicta quod hujus plantæ radix habeat eximias vires contra viperarum morſum. B. Gift-wortel/ ſlangewortel / adderskruid. G. Schlangenwurtz. Gall. *Scorzonere*, *Cercifi d'Eſpagne*. A. Vipersgraſſ.

SCORTUM, idem quod *Scrotum*.

SCOTODINOS, idem quod *Scotomia*.

SCOTOMIA, VERTIGO, Gr. Δῖνος, Ἴλιγξ, Ἴλιγγος, Σκότωμα, Σκοτωματικὸν πάθος, *Ægin.* Σκοτόδινος *Hippocrat.* Σκοτοδινία *Platoni*, eſt illa oculorum conditio mala, qua objecta externa ſecum videantur circumrotari, adeo ut ægri

ægri titubent, vacillent, & oculi sæpe simul obscurentur; accedente plerumque molesto aurium tinnitu: orta a quavis causa sanguinem vehementius determinante ad caput: vel spirituum animalium fluxum in nervos opticos tumultuarium excitante, unde retinæ villi nervosi nimis concutiuntur, & imagines per radios lucis depingendæ, non placidè per aliquot puncta temporis super eosdem villos retinæ pinguntur, sed omni momento super alios vicinos, quare mens hos motus percipiens, judicat imagines moveri, veluti olim per similes motus factum vere cognoverat, à σκοτόω obscuro. B. Draijinge in 't hooft / suiselinge / zwijmelinge / hooft-zwijmel. G. Der haupt schwindel. Gall. *Vertige*, *tournement de tête*. A. A turning round, vel giddinesf in ones head.

SCREATUS, est voluntaria aëris ex pulmonibus pressio, ut cum sono concutiat fauces, ibidemque elidere conetur hærentem humorem. B. Rochelingh.

SCRIPTULUS, vide *Scrupulus*.

SCROBICULUS CORDIS, idem quod *Anticardium*.

SCROFFA, idem quod *Scrophula*.

SCROFULA, seu STRUMA, CHÆRES, Gr. Χοιράδες, quia porcas infestare solent, vel, ut alii volunt, à multiplici partu, quoniam, sicuti sues multos edunt partus, sic ex una struma plures fiunt: sunt tumores p. n. glandularum colli, vel aurium, renitentes, propriâ tunica contenti, oriundi à materia secreta in folliculis glandulosis, stagnante in cavo ob frigus, ductus emittentes constringente, & partes indurante, vel quia materia exitui inepta, orbatur tenuissimo suo vehiculo. B. Klieren / kropzweren. G. Ein kropff / oder schlier am Halse. Gall. *Ecrouelles*. A. The kingsevill.

SCROPHULARIA, seu SCROFULARIA, est planta officinalis, quæ habet caulem rectum, quadratum, coloris purpurei nigricantis, intus excavatum, in summitate in ramos, in alas se extendentes, divisum: folia oblonga, acuta, ampla, in margine incisa, Urticam urentem referentia, sed ampliora, obscuriora, non urentia, caulium nodis sibi invicem opposita: flos est anomalus, monopetalus, utrinque patens, fere globosus, quasi ollam rotundam repræsentans, parte anteriori bilabiatus, superiori binis folliculis constans, tecto inferiori trifido: post florem succedit fructus, vel capsula semi-rotunda septo medio distincta

distincta, continens semina exigua: radix est crassa, inæqualis & nodosa: tota planta habet odorem ingratum, & saporem amarum, sic vocatur, quod strumosa radix ex multis granorum frumenti grumis videtur coaluisse, vel quod strumis, quas imitatione Græca scrofulas vocant, medeatur. B. Klier-kruid / Speen-kruid. B. Braunwurtz / Feigen oder Wartzen kraut / Knötten-kraut / Sau wurtz. Gall. *Scrophulaire*. A. Scrophulary, Fig-wort, Pilewort, Celandine.

Scrotocele, est Hernia scroti. Vide *Hernia*.

Scrotum ut & Bursa, Gr. Ὄρχιος, Ταῦρος, Πηρὶν *Nicand. Schol.* Πλώιος & Πονίος Θορβικλω invenio apud *Erotianum*, fortasse rectius Πυρῖνα, sunt duo sacculi distincti, infra penem dependentes, pilis in adultis instructi, in medio, ubi sutura decurrit, ad invicem accreti, qui singuli testiculum virilem vaginis suis inclusum possident, constantes cuticula, cute, Tunica cellulosa, Tunica dartos, quæ musculosa Scrotum corrugat, & ab interiori parte juxta Malpighium est glandulosa; facit hæc membrana quasi duo scrota, & ex hac duplicatura oritur septum medium scroti. B. Het kloot-zakje / bal-zak. G. Der hoden sack. Gall. *Le scrotum*, *la bourse des testicules*. A. Sack of the stones or cod.

Scrotum Cordis, vide *Pericardium*.

Scrupulus, est tertia pars drachmæ, continet scrupulus grana viginti seu obolos duos, vocatur item *Scripulus* & *Scripulus*. B. Een scrupel. G. Ein scrupel / der dritte theil eines Quintleins. Gall. *Scrupule*. A. Idem.

Scutalis Cartilago, idem quod *Ensiformis*, item idem quod *Thyroides*.

Scutiforme Os, idem quod *Mola Genu*.

Scutiformis Cartilago, vide *Ensiformis* & *Thyroides*.

Scutum, idem quod *Mola genu*.

Scutum, proprie est instrumentum bellicum, quo corpus munitur ab invasione hostili. Metaphorice vero dicitur de aliis quibuscunque munimentis. Tale est emplastrum *Scutum* referens, quod stomacho, cordi, aliisve locis applicatur. B. Een schildgelyke pleister. G. Ein schild pflaster. Gall. *Ecusson*, *Emplastre scutiforme*. A. Schieldlike plaister. *Scutum* quoque significat patellam seu molam

lam genu, ideoque *Os Scutiforme* appellatur, vide suo loco.

SCYBALA, sunt excrementa alvina in globulos formata, velut ab ovibus aut capris excernuntur.

SCYPHO, est infundibulum in cerebro: item meatus palati, pituitam ab osse cibriformi adducentes, sic appellatur, quod Scythæ simili vase vinum bibebant.

SCYTALIDES, vocantur ossicula digitorum singulorum terna, excepto pollice qui duo habet, mutuo inter se colligata, & ordine succedentia, veluti in acie, turma equitum, quæ σκυτάλη vocatur. Latine *Internodia*.

SCYTICA RADIX, vide *Glycyrrhiza*.

SEBEL, idem quod *Pannus Oculorum*.

SEBESTEN, Prunorum species est, dicuntur & *Myxæ* & *Mixaria*. Crescunt in Ægypto Pruni instar; folia obrotunda, in margine dentata; flores parvi, albi, pentapetali, rosacei, in racemos congesti, & Geranio proximi, a quibus fructus crescunt parvis rotundisque Prunis similes, quorum nuclei tricostati cernuntur, viscosi sunt admodum masticati, exterius, siccati nigri: pro tussi assumuntur. B. **Borst-pruimen / Sebesten.** G. **Brust beerlein / Sebeste Pflaumlein.** Gall. *Sebesten*. A. Idem.

SECACUL, dicitur Sigillum Salomonis, est vox Arabica.

SECALE, est planta, quæ habet caules valde altos, hominis altitudinem superantes, rectos, firmos, folia gerentes pauca, longa, sed Tritici foliis angustiora: flos apetalus, per fasciculos in spicam dispositus, singuli nempe flores plurimis staminibus constant ex calice surgentibus; pistillum autem abit dein in semen oblongum, tenue, farinaceum, gluma, quæ floris calix fuit, obvolutum; hanc tamen facile deponit: singuli fasciculi axi dentatæ affixi spicam, Tritici spica magis compressam, constituunt: grana sunt triticeis longiora, strigosiora, tenuiora, & intensius flavescentia, aut fusca, saporis farinacei, subdulcis, est frumenti species, à secando dici videtur, quod messis tempore falce secari solet, dicitur & *Farrago*, *Rogga*, *Siligo*, *Briza*. B. **Rogge.** G. **Rocken / spelte.** Gall. *Segle*. A. Rye.

SEC. NAT. significat Secundum naturam, vide infra suo loco.

SECRETIO, est ille circuitus humorum nostri corporis effectus, quo particulæ quædam humorum se a con-

tubernio reliquarum separari patiuntur. B. Afscheiding. G. Abscheidung.

Sectio Cæsarea, vide *Hysteromotocia.*

Secundæ, idem quod *Secundinæ.*

Secundinæ, sunt tres membranæ, Chorion, Alantois & Amnion, quæ una cum placenta uterina & lochiis ex utero post partum excluduntur. B. De nageboorte. G. Nachgeburt / affter geburt. Gall. *l'Arriere faix.* A. The secundine.

Secundum Naturam, res sic fieri dicuntur in corpore animali vivo, quando sese debito modo habeant, ut in statu sanitatis. Cui opponitur *Præter Naturam*, in eo statu omnia male aut pessimè sunt, vide quid de *Natura* dixerim.

Securidaca, est planta, quæ habet caules ex radice erumpentes, ramosos, repentes: folia oblonga, plura uni costæ adnascentia: flores sunt leguminosi, flavi, in umbellam radiatim dispositi: post florem sequitur siliqua longa, plana, recta, angusta, articulosa, annulata, carinata, in singulis articulis continetur semen Rhomboideum introrsum emarginatum, coloris rubicundi, saporis amari; siliquæ securim militarem exhibent, ut veterum Dacarum, vel gladium Hungarorum: radix longa, alba, fibrosa: hæc planta crescit in locis incultis, est Hedysari species; sic appellatur ad formam ejus seminis securim referentis. B. Byltens-kruid. G. Beil kraut. A. Axede, Ax-wurt.

Sedantia, sunt Medicamenta, quæ non tantum nimium & irregularem solidorum fluidorumve motum componunt, sed etiam dolores inde ortos levant.

Sedentarium Os, nonnullis vocatur protuberantia ossis Coxendicis, cui sedentes innitimur.

Sedimentum Urinarum, sunt particulæ, quæ in urina natantes, tandem sua gravitate præponderante subsident; suntque pro vario morbo, ejusque statu diverso variæ formæ, gravitatis, coloris, & naturæ. Gr. Ὑπόστασις. B. Zetzel / grond-zetzel in de pis. G. Das Dicke / das sich im Harn auff den boden setzt. Gall. *Sediment.* A. Sediment, subsistence.

Sedum Majus, est planta, quæ habet folia succulenta, oblonga, acuta, crassa, carnosa, tenerrimæ structuræ, pulposa, terræ ac radicibus proxima, semper viridia, in

in latum se extendentia: flos est rosaceus, polypetalus, coloris purpurei: caulis est rectus, & crassus, folia habens angustiora & acutiora; calix multifidus; floribus succedit fructus ex plurimis veluti capsulis vaginarum æmulis, in capitulum quoddam collectis compositus, seminibusque fœtum ut plurimum exiguis; radix parva & fibrosa: est *Semper Vivum*, seu *Barba Jovis*: est planta sessilis, nam supra ejus radicem sedere videtur, datur & Sedum minus. Gall. *Trique madame*. B. **Huis-look / Donderbaard**. G. **Hauß lauch / Hauß-wurtz**. Gall. *Joubarbe*. A. Hous-leek.

Selenitis, est *Lunaria*; dicitur à Luna, quæ Gr. est Σελήνη. Vide *Lunaria*.

Selibra, est libræ dimidia pars, sive unciæ sex. B. **Een half pond**. G. **Ein halb Pfund**.

Selinum, vocatur *Apium*: dictum scribunt ab ἕλος, à *Palude*, quod in locis palustribus libenter nascatur: alii à Σελήνη diducere volunt, quod Epilepsia laborantibus obsit ac novum paroxysmum creet; aliis quasi ἕλους ἐξόρμησιν, hoc est paludibus impulsum, paludosis enim gaudet, & in in iis enatum lætius exsurgit. Vide *Apium*.

Sella Equina, seu Turcica, est cavitas ossi sphenoidis insculpta, interius intra cranium conspicua, quæ continet glandulam pituitariam, & rete mirabile in brutis. B. **Het Saal-been**. G. **Das sattel bein**. Gall. *Selle sphenoidale*, *selle de Turquie*, *ou Fosse Pituitaire*. A. Saddle bone.

Sella Sphenoidis, vide *Sella Equina*.

Sella Turcica, vide *Sella Equina*.

Semeiosis, idem quod *Diagnosis*.

Semen, in officina minutiores plantarum fructus denotat, ex quibus simile nasci potest.

Semen Virile, est humor albus, calidus & spirituosus, crassus, viscidus, subsalsus, ex sanguine tenuissimo & liquido nervoso mixtis, in testibus & Epididymidibus elaboratus, qui ad generationem fœtus, per vias proprias in uterum muliebrem ejaculatur, constatque infinitis numero anguillulis viventibus, rapidissime in alio liquido natantibus, capite grandiore, caudâ tenuiori donatis, per microscopium facile conspicuis: & in semine omnium animalium hactenus observato talia animalia insunt; in nullis vero aliis humoribus totius corporis simi-

le quid reperitur: Est & in *fœminis* alia materia, semen appellata, ea enim ex lacunis, prostatis glandulosæ vaginæ substantiæ insertis, provenit, quod non raro in lascivientibus prorumpit & foris emittitur; facit plurimum ad titillationem, ut concupiscibilis esset coitus, Secus in fæminarum ovariis sive testiculis, in quibus ova reperit *Insignissimus de Graaf*, quæ maturitatem adepta, à Tubis & foliaceo ornamento comprehenduntur, uteroque materno traduntur. Vocatur item Genitura *Plin.* semen genitale, Urina genitalis. Gr. Σπορά, Σπέρμα, Δρόσος Aristoph. Γονή, Θορὸς, Θορή, *Aretæo:* in vegetabilibus semen est plantæ Embryo cum placenta uterina seu cotyledone simplici, duplici vel multiplici, cui fune umbilicali nectitur embryo. B. Zaad. G. Saamen. Gall. *Semence.* A. Seed.

Semicongius, est dimidium congii, est nomen mensuræ liquidorum, continens aquæ libras quinque, olei libras quatuor cum dimidia.

Semicotyle, est dimidium cotylæ. Vide *Cotyla.*

Semilunares Valvulæ, vide *Sigmoides.*

Semimembraneus, seu Semimembranosus Musculus, est inter tibiæ motores: ab eadem, cum Bicipiti meta provectus, in tibiæ usque ossis involucrum tendinis lati productione extenditur; hic a dissimili tendinum, supra carneam superficiem, inflexione tendinis respectu, membranæ præ se fert speciem. B. De half vliesige spier. G. Der haut gleiche mauß. Gall. *Muscle Demi-Membraneux.* A. The semimembranous muscle.

Seminervosus vel Semitendinosus Musculus, eandem hic cum Semimembranoso sortitur alligationem, præterquam quod posterius paulo atque inferius, tibiæ affigitur, usque etiam ad ossis medium provehitur, antequam tendinis arripit occasionem: hujus tendines separatas cum teneant carneas classes, musculum constituunt, intuitu primo, in duos divisum, cum revera unus idemque maneat. B. De half Zenuwagtige spier. G. Der halb Sennige Mauß. Gall. *Muscle Demi-Nerveux.* A. The seminervous muscle.

Semiobolus, est oboli dimidium, vide quantitatem *Oboli.*

Semiotica, est pars Medicinæ, sanitatis & morborum signa tradens, à σημειόω significo, vel signa exhibeo.

Sem-

Semis vel Semissis, est unciæ demidia pars, & scribitur S. vel ℥ß.

Semisideratus, idem quod *Hemiplegia.*

Semispeculum, est instrumentum Chirurgicum, ad dilatandum vulnus in collo vesicæ, ut lithotomus forcipem facilius inducere valeat, quæ cum sit magna, dilatationis ope tamen per parvam incisuram ingredi potest. B. Een halve spiegel. G. Ein halb Spiegel.

Semispinalis, *Albino* & *Douglassio*, idem musculus est quam *Semispinatus.*

Semispinatus Musculus, est dorsi musculus, oritur à spinis ossis sacri & lumborum, omnibus apophysibus lumborum transversis, spinisque vertebrarum thoracis omnibus affigitur, easque amplectitur, donec in spina thoracis prima sibi ponit terminum, dorso movendo una cum aliis musculis & extendendo destinatus. B. De half ruggegraats spier. G. Der Halbe Ruckgrads Mauß. Gall. *Le Demi-Epineux, ou Transversaire du dos.* A. Muscle semispinate.

Semissis, vide *Semis.*

Semitertiana Febris vocatur, quæ uno die semel, altero bis exacerbatur, sive intermittat, sive remittat.

Semiuncia, seu Semuncia, est uncia dimidia, vide *Semis* & scribitur ℥ß. B. Een half once. G. Ein Loth. Gall. *Demie Once.* A. Halfe an Ounce.

Sempervivum, Gr. Ἀείζωον, id nominis sibi vendicat, quoniam ejus folia semper virent. Vide *Sedum.*

Sempervivum Marinum, vide *Aloës.*

Semuncia, idem quod *Semiuncia.*

Senecio, est Erigerum, est planta, quæ habet caulem rotundum, excavatum, striatum, aliquando rubicundum, ramosum, habentem folia uncialia & longiora, pediculo vidua, hirsuta, circumrosa, sapore aliqualiter acidulo, colore obscure viridicante: calix admodum oblongus, simplici petalorum vallo constans: flores flosculosi sunt in summitate ramorum, singuli umbellam habentes, radiati: floribus succedunt semina pappis instructa: radix fibrosa: nascitur passim in hortis, in agris secus vias, sylvosisque gaudet & arenosis locis, sic appellatur, quod flores capillorum ritu vere canescant, sive senectutem induant, dicitur etiam *Senetio.* Vide *Erigerum.* B. Kruis-kruid/ kruis-

 wortel

wortel / grind-kruid. G. Kreutz-wurtz / grind-kraut / bald-greiß. Gall. *Seneçon.* A. Grounsell.

Seneka, radix est plantæ, quæ *Polygala Virginiana* vocatur. Hæc radice gaudet perenni, spithamam sæpe longa, digitum minimum crassâ, varie contortâ, in ramos divaricatâ, fibris stipatâ lateralibus margine veluti membranaceo, extuberante, secundum longitudinem decurrente, coloris extus sublutei, intus albi, saporis acris amaricantis, aliquantum Aromatici. Quoad vires, est Diaphoretica, Diuretica, Alexipharmaca, sanguinem viscidum resolvit, Catharsin & etiam quandoque vomitum movet: ab Indis habetur pro specifico adversus serpentis venenum. Gall. vocatur *Le Seneka, Racine contre la morsure du serpent à Sonnettes.* A. The Rattle-snake Root.

Senectus, vocatur ætas, quæ incipit post quinquagesimum annum, non autem dicitur decrepita nisi post septuagesimum: in hoc non tantum Vigor actionum minuitur, licet sanitas utcunque maneat; sed propter majorem vasorum rigiditatem, auctamque humoribus resistentiam, varii morbi contingunt, huic ætati præ alia proprii, Medicisque notandi, B. Ouderdom. G. Alter. Gall. *Vieillesse.* A. Old-age.

Senna, est duplex, Alexandrina, quæ & Orientalis, Ægyptiaca & Syriaca dicitur, quæ habet folia acuta, & ea est præstantissima: vel Italica, foliis magis obtusis, quæ priori substituitur. Appellatur & *Sena*, est planta, quæ habet caules lignosos, ex quibus erumpunt folia oblonga, acuta, coloris subflavescentis: flores sunt rosacei, pentapetali: flori succedit siliqua plana, crassa, carnosa, valde succulenta, incurva, bivalvis, membranosa, coloris obscuri, continens semina instar gigartorum, renem figura referentes, a se mutuo distincta parvis sepimentis, nigra aut alba: hæc arbuscula crescit in regionibus calidis, præsertim in Indiis Orientalibus, in Alexandria, Ægypto & Arabia, ut & in Italia; virtute purgante folia sunt celebria, quæ in substantia, vel, quod præstat, in infuso data, tam blanda vi agunt, ut in omni fere casu tuto exhiberi queant, B. Zenebladen G. Sennenblätter. Gall. *Senné.*

Sensibile, dicitur vel de omni re, quæ in sensus incurrit; vel de partibus corporis nervosis, quæ acuto sensu præditæ sunt.

Sensorium Commune, est illa pars in cerebro, ubi sensuum nervi terminantur vel incipiunt; olim a *Cartesio*, hæc

hæc aſſignata fuit glandula pinealis; ab aliis Initium medullæ oblongatæ; hic enim omnes motus corporis per nervos delatos afferri, & ab anima percipi voluerunt; verum quamdiu veram originem nervorum ignoramus, nihil certi ſtabiliri & probabilia multa dari poterunt. Gr. Τὸ Πρῶτον Αἰσθητήριον. Vide *Aiſtheterium*.

SENSUS, Gr. Αἴσθησις, eſt receptio, qua motus à corpore aliquo objecto, fibrillis nervorum impreſſus ſenſorio communi, vel potius animæ, mediantibus ſpiritibus animalibus in nervis exiſtentibus, communicatur. Vide *Aiſtheſis*. B. **Zin/ bevat**. G. **Empfindlichkeit/ der Sinn.** Gall. *Les Sens*. A. The ſenſe, perceiving. *Senſus interni* diſtinguuntur ab *externis*, quod anima afficitur non ab organo corporeo, ſed a mera perceptione idearum.

SENTIS, eſt *Rubus:* dicitur quod à tangentibus quamprimum ſentiatur. Vide *Rubus*.

SEPARATIO, Chirurgis eſt, quando caro emortua, à ſana, & caries oſſis ab integro oſſe, arte ſeparatur. B. **Scheidinge**. G. **Abſonderung/ das ſcheiden**. Gall. *l'Exfoliation*, *ſeparation*. A. Separating.

SEPARATORIUM, ſeu HYPOCLEPTICUM, eſt vas Chymicum vitreum oleis ab aqua ſeparandis deſtinatum. Eſt vas tranſmittens quodammodo uniforme, oblongum, orificio ad capacitatem auricularis digiti aperto, cui materia infunditur, & fundo, in modum acus acuato, materiam rurſus emittendi gratia, præditum: In Medio ventricoſum eſt, ad capiendam materiæ ſufficientem capacitatem. B. **Schei-glas/ Schei-tuig/ Schei-trechter**. G. **Der Scheidtrichter**. Gall. *Un ſeparatoire*, *Vaiſſeau propre a ſeparer*. A. Separator by ſiſting.

SEPHIRUS, eſt inflammatio alicujus partis induratæ.

SEPIÆ OS, vide *Os Sepiæ*.

SEPLASIARIUS, à foro Capuæ in Italia nomen habet *Seplaſia* dicta; erant ii, qui odoramenta & unguenta aromatica divendebant. Tunc temporis circumforanei ita vocabantur, & Pharmacopœis illud nomen, ſed improprie, quoque attribuitur.

SEPTA, idem quod *Septica*.

SEPTANA, dicitur de febre, quæ ſeptem dierum ſpatio periodum abſolvit. An detur dubitandum? B. **Zevendaagſe Koorts**. G. **Das Siebentägige Fieber**.

SEPTICA, ſive PUTREFACIENTIA, ſunt, quæ calore

& acrimoniâ malignâ, carnem tenuem colliquant, putrefaciunt, & corrumpunt, à σήπω putrefacio. B. Verrottende middelen. G. Durchfressend/ faul machend.

SEPTIFOLIUM, vide *Heptapleuron.*

SEPTUM AURIS, est membrana Tympani. Vide *Tympani membrana.*

SEPTUM CORDIS, est carnosum interstitium, Ventriculum dextrum à sinistro dividens; sic apparet inspicientibus; verum concipiendum est Cor sinistrum, quasi unum corpus cavum, rotundum; cui externe accrescit semisacculus, qui est Cor dextrum; unde septum cordis proprie est paries ipse Cordis sinistri, nec quidquam distinctum inter sinistrum & dextrum Cor. B. Het Harte schot. G. Der hertz Zaum. Gall. *La Cloison du Cœur.* A. The middle parting of the Heart.

SEPTUM LUCIDUM, est sepimentum, propter tenuitatem diaphanum, cerebri ventriculos anteriores destinguens, elevato corpore calloso inter illos conspicuum; constat ex substantia tenui medullari, duplici tamen, oblongam cavitatem comprehendente, & pia matre obducta; Galeno Diaphragma Cerebri dicitur. B. Het doorschynende spiegelvlies. G. Das durchsichtig fell.

SEPTUM NARIUM, est Sepimentum illud partim cartilagineum, partim osseum, membrana glandulosa obductum, quo nares ab invicem in duo foramina dividuntur. B. Het Neusschot. G. Der Nasen zaum. Gall. *La Cloison du Nez; l'Entredeux des narines.* A. The Middle-part, or Bridge of the nostrils.

SEPTUM TRANSVERSUM, vide *Diaphragma.*

SEPTUNX, est pondus unciarum septem.

SERAPIAS ORCHIS, est Satyrionis species: dicitur quod hujus flores insecta quædam referant lasciva & fœcunda, tanquam à Serapide Ægyptiorum idolo nomen habentia, cujus in Canopo Ægypti urbe, magnificum templum erat, ubi lascivis & impudicis cantibus, & saltationibus colebatur. B. Vosse-hullekens/ vlieg-bloem. G. Ragwurtz.

SERAPIUM, idem quod *Syrupus.*

SERICUM, est tegmen, quo Bombyx matura se cingit, in eo se recondens, usque dum in Chrysalidem seu Aureliam transmutetur. Illud crudum & integrum folliculi serici

rici dicuntur, qui Hyacinthorum confectionem ingrediuntur. B. Zyde. G. Seiden. Gall. *Soye*. A. Silke.

SERIOLA, idem quod *Seris*.

SERIPHIUM ABSINTHIUM, dicitur marinum Absinthium: à Seripho insula nomen habet, in qua copiosissime crescit.

SERIS, SERIOLA, est *Intubus*, sive *Endivia*; nomen quidam à serendo derivant, quia cum sylvestris sit, planta serendo melior fiat: alii quod aqua tacta, quasi recenter sata foret, virescat, sed nomen non Latinum sed Græcum est, & originem potius à σαίρειν vel σάρειν, *Mundare*, *Purgare*; non quod purgandi vim obtineat, sed quod uti mundata & purgata, inanis & vacua sit, à caule itaque cavo nomen potius habere videtur. *Seris* itaque à σαίρω *Inanis sum*. B. Witte Endyvie. G. Endivie. Vide *Endivia*.

SERPENTARIA, dicitur Scorzonera, quod serpentum morsibus venenatis medeatur. Item sic Bistorta appellatur, sed quare, nescio. Ita quoque Ari species vocatur, ob nigras & purpureas, quas habet caulis, maculas. *Virginiana* dicta, Aristolochiæ species est, radicem habens tenuem, fibrosam, foris fuscam, intus flavescentem, sapore amaro præditam, contra febres intermittentes celebratam. Vide *Dracontia*, & *Centum morbia*.

SERPENTARIUM LIGNUM, vide *Colubrinum*.

SERPENTINA, est Stellariæ species, sed latere fateor me ejus nominis Etymon, quia proserpit & folia Stellæ in modum explicat?

SERPIGO, vide *Lichen*.

SERPILLUM, est Thymus sylvestris, est planta, quæ habet plures caules quadratos, duros, lignosos, rubicundos, humiles, parum villosos, quosdam rectos, alios repentes, folia Thymi latiora, cætera cum Thymo plane conveniunt. Gr. Ἕρπυλλον, à serpendo tam Græcis quam Latinis dictum: quoniam si quæ ejus particula terram attingit, inibi radices demittit. Gr. Ἕρπω enim est serpo. B. Quendel / wilde thym / onzer vrouwen bedstroo. G. Quendel / hunerkohl / kunlein / kunel / wilder poley. Gall. *Serpolet*. A. Mother of thyme, wild-thyme.

SERRA, est Instrumentum Chirurgicum lamellâ dentatâ constans, qua ossa serrando auferuntur. Gr. Πρίων. B. Een Zaag. G. Eine säge. Gall. *Scie*. A. A Sawe.

SERRATA, vide *Chamædrys*.

SERRA VERSATILIS, est instrumentum Chirurgicum, tympanis duobus, iisque dentatis præditum; utile maximè ad intercidenda duorum vel trium, modiolis factorum, interstitia. B. Draey-zaag. G. Die umwendende Säge

SERRATULA, est planta, quæ habet folia oblonga, ampla, Betonicâ majora, incisa: caulis ad altitudinem duorum pedum crescit, rectus, striatus, rubescens, in parte superiori in multos ramos divisus, folia gerentes instar Scabiosæ incisa, & ab inferioribus diversa: flores ut in Jacea; his succedunt semina pappis instructa: radix est fibrosa, saporis aliquantulum amari: hæc planta crescit in sylvis, in pratis, & in locis tenebricosis & humidis. Planta sic vocatur à foliis primum è terrâ erumpentibus, serramque æmulantibus. B. Schaar-kruid. G. Scharten-kraut. Gall. *Serrette*. A. Sawwort. Vide *Chamædrys*.

SERRATUS MUSCULUS, quadruplex est, *Postici*, habentur duo & totidem *Antici*. *Posticus Primus Superior*, tenui ac membranoso principio, à tribus inferioribus vertebrarum colli posticis processibus, primaque spinæ productus, post in descensu carnosus ad tres quatuorve superiores costas fertur, prout duobus aut tribus dentatis productionibus præditus fuerit, costas sursum trahere videtur. Alter *Posticus Inferior*, non minus dorso quam lumbis adhæret. Ab Ilii ossis margine, sacri posteriore sed e spinosisque lumborum processibus ortus, à costis, quibus omnibus inferius duplici tendinea insertione, trium circiter digitorum à spinis spatio alligatur, maximum fibrarum accipit acervum. Alterum par *Anticum* est. Istius inferior musculus *Major* est, latus & undique carnosus, cum abdominis obliquo descendente serratam compagem efficit. Oritur plerumque novem distinctis portionibus carneis ab octo costis superioribus, hinc retrorsum vergens sensim contrahit se, & affigitur interiori parti baseos scapulæ; hinc, quum agit, scapulam in anteriora trahit; & hac firmatâ, retrorsum & extrorsum trahit. Alterum par *Superius Anticum Minus*, sub Pectorali musculo latens. Costis superioribus quatuor, prima excepta, totidem extremitatibus adnascitur, hinc ad scapulæ processum coracoidem implantatur. Antrorsum ad thoracem scapulam adducit. B. De Zaagspieren. G. Der Säge gleiche Mauß. Gall. *Muscles Dentelés*. A. The Sawe Muscles.

SERRIOLA, vocatur Endivia, ut & Lactuca sylvestris:

ſic dicitur quod ejus foliorum coſta media, à poſteriore parte, ſpinis ſerræ in modum, ſit aculeata. Vide *Endivia.*

SERTULA CAMPANA, vide *Melilotus.*

SERUM, Gr. Ὀῤῥὸς, eſt ſanguinis humor aqueus, tenuis, ſubflavus, & ſubſalſus, conſtans ex plurima aqua, mediocri ſale & pauco ſulphure; uſus eſt ut ſit vehiculum ſanguinis rubri, ſeu alimenti, deinde ut ſanguinem diluat, ut per vaſa minima fluat, ea nutriat, & ex illo tenuiſſimi corporis liquores ſegregentur. Apud Hippocratem vocatur Ὄχημα τῆς τροφῆς. B. De Wey van 't bloedt. G. Schotten/ molcken/ floret/ matticken/ das wäſſerige im geblüt. Gall. *La Seroſité du Sang.* A. Whey.

SESAMOIDEA OSSA, ſunt oſſicula ſexdecim, & plura aliquando, à figurâ Seſami ſeminis dicta, quæ in internodiis manuum & pedum reperiuntur, ut oſſium tendines hæc ſuperſcandentes majorem vim in elevanda parte acquirant. In junioribus adhuc cartilaginea ſunt, unde in ſenibus facilius reperiuntur. B. De Zaadbeentjes. G. Die ſaamen beinlein. Gall. *Les os Seſamoides.* A. Seed-bones.

SESAMUM, planta hæc nomen habet à σήθω, quod quandoque σείω denotat, *Concutio*, *Impello*; & ἀμάω *Meto*, quod ſubitò & quaſi impetu ad meſſem propelleretur. Vel, nomen accepit ab Ægyptiis, Syrisve fortè Indis. Ægyptiis *Sempſem* dicitur. B. Vlas-dotter. G. Lein-dotter/ flachs-dotter. Gall. *Jugeoline, Seſame.* A. Seſamy.

SESCUNCIA ſive SESQUIUNCIA, continet unciam unam & ſemiſſem, ſive drachmas duodecim. Sic notatur ℥i ß.

SESELI, SESELEOS, & SESELIS, planta eſt officinalis, dicitur & *Seſedi*, hinc manavit vitium lectionis vulgatæ *Sili*, ſed haud ſcio an vox *Sili* ſit rejicienda. *Silatum* Antiqui dicebant, quod nunc jentaculum dicimus, eo quod tum jejuni, vini Sili herba conditum, abſorbebant, Veteres etiam *Seli* vocabant, dicitur & Fæniculum tortuoſum, quod eſt planta, quæ habet caulem ſtriatum, medulla alba repletum, qui ſtatim ubi ex radice erupit, dividitur in plures ramos, firmos, tortuoſos, nodoſos, ſatis craſſos, diſperſos: folia Fæniculi foliis ſimilia, ſed aliquantulum craſſiora, breviora, duriora, & magis a ſe invicem remota, coloris ſimilis fere Anethi foliis: flos eſt roſaceus & umbellatus, pentapetalus, coloris albi, interdum purpurei: flore deciduo calix fit fructus compoſitus ex duobus

bus feminibus oblongis ab una parte gibbis, fulcatis, planis, ab altera parte figura ad Fœniculi femina accedentibus, coloris grifei albi vel pallidi, odoris valde aromatici, faporis acerrimi: radix eft longa, digiti interdum craffitie, alba: tota planta odorem habet fortem, & gratum, crefcit in locis arenofis & in regionibus calidis. B. Sermonteine. G. Sefel-kraut/ Stein-kraut. Gall. *Sefeli de Marfeille*, *ou Fenouil tortu*.

Sesqui, vocabulum cum aliqua menfura vel modi, vel numeri vel temporis collocatum, non integrum modo id, cui jungitur, explicat, fed integrum & femis. Sic fesquilibra libram unam & femiffem fignificat. Sefquimenfis integrum menfem & femiffem.

Sesquicyathus, eft Heminæ quadrans, vel fextans cum uncia dimidia.

Sesquihemina, eft Hemina una & dimidia.

Sesquilibra, eft libra una & dimidia.

Sesquiobolus, eft obolus unus cum dimidio five grana quindecim.

Sesquiplum, eft libra una cum dimidia.

Sesquisextarium, eft fextarius unus cum dimidio.

Sesquiuncia, idem quod *Sefcuncia*.

Setaceum, à feta dictum, pertinet ad Operationes Chirurgicas, eft, cum cervicis cutis perforante utrimque acu compungitur, vulnusque per fetas aut potius per funiculum lineum vel fericeum, quod in vulnere relinquitur, & bis quotidie hinc inde paululum ducitur, apertum fervatur, ut per id vitiofi humores evacuentur. Sed intentio illa quibusdam videtur nullius effe momenti, quia per illud ulcus nihil evacuatur quam pus in ipfo ulcere generatum, ideoque materia morbifica non exantlatur: Et dicunt illi, fi quis attentus fuerit ad rem, quod nunquam experietur, morbos hoc modo, nifi cafu, vel ab aliis Medicamentis, aut bona diæta, curari; idem etiam affirmant de *Fonticulis*, hos enim circuitui Sanguinis contrariari volunt: Alii tamen Setaceum valde laudant, imo fonticulo fere præferunt, allegantque auctoritatem Hildani, & obfervationem Ruyfchii, in qua legitur de Cephalæa, poft Setaceum applicatum ceffante, eoque remoto recurrente, idque aliquoties. B. Een Seton. G. idem, uti & Gall. & A.

Seutlomalache, vel Seutlomalachium, quidam

Be-

Betam, alii Spinachiam esse tradunt. Gr. Σεῦτλον enim vel τεῦτλον enim Beta est, & Μαλάχη Malva.

Sevum, est pinguedo duriuscula, sumiturque à solis quadrupedibus corruptis.

Sexcunx, idem quod *Semiuncia.*

Sextans, est libræ sexta pars, uncias duas continens.

Sextarius, mensuræ Romanæ genus est, quod si melle repleatur, pendet uncias triginta; si oleo, uncias octodecim; si vero aqua repleatur, pendet aquæ uncias viginti. Capit (ut alii dicunt) mensurales uncias viginti olei: pondere vero habet uncias sedecim, Drachmas quinque & scrupulum unum, continet duas heminas vulgo, seu uncias decem & octo. Dicitur sexta pars Congii. Aliis est vini libra cum unciis octo, & olei libra una cum semisse. B. Een halve mate. G. Ein Nösel/ halbe Maß. Gall. *Setier.*

Sextula, pendet scrupulos quatuor.

Sexunx, est pondus sex unciarum, sive libra dimidia.

Sexus, sive Cunnus, est differentia inter marem & fœminam; & morbi inde oriundi, id est viro vel fœminæ proprii, vocantur *morbi sexus.* B. Geslagt/ kunne/ sexe. G. Geschlecht/ oder Art. Gall. *Sexe.* A. A Kind, or sexe.

Siagonagra, est Arthritis Maxillarum, à σιαγὼν maxilla, & ἀγρεύω capio. B. 't Flerecyn der kake. G. Gicht der Kinback.

Sialagoga, sunt Medicamenta, quæ salivam movent.

Sialismus, idem quod *Ptyalismus.*

Sialochus, idem quod *Ptyalismus.*

Sialon, seu Sielos, idem quod *Saliva*, à σιαλίζω salivam emitto.

Sibilus Auris, idem quod *Tinnitus Auris. Sibilus* etiam denotat sonitum, qui in respiratione Asthmaticorum auditur.

Siccum, opponitur humido, diciturque de temperamento Melancholico: Siccus hydrops est Tympanites; sicca Opthalmia dicitur, in qua nullus lacrymarum fluxus est; sicca Pleuritis, in qua nihil expuitur, &c.

Sicilicus, seu Sicilium, ponderis nomen veterinariis usitatum, pendens unciam dimidiam sive drachmas quatuor; alii putant esse quartam unciæ partem.

Sicys & Sicyos, est *Cucumer:* dici volunt à σεύω &

&

& κίειν moveo: quia cucumeres cito crescunt: hinc Σικύα *Cucurbita*; Alii a σεύεσθαι concitari & κύειν osculari, vel utero gerere, quoniam dicunt eo cibo venerem accendi; sed hoc verum esse nequit, nisi a contrario veritas eluceat. Vide *Cucumer*.

SIDA, alii Althæam volunt: sed alii Malum punicam ejusque fructum; alii quid simile putant: nomen est à Sida Bœotiæ oppido.

SIDERATIO, idem quod *Sphacelus*, & *Apoplexia*.

SIDERITIS, dicitur Herba Judaica, aut Millefolium &c. est planta, quæ habet caulem lanuginosum, quadratum, flavum; folia invicem opposita, oblonga, in margine incisa, lanuginosa, rugosa, saporis adstringentis, aliquantulum acris; flores verticillati, in alis foliorum plerumque incisorum congesti, coloris albi, subflavescentis, punctis rubris notati, singula pars horum florum sustinetur a duobus foliis subrotundis instar cristæ galli incisis, quæ folia multum ab aliis foliis in parte infima crescentibus differunt: semina sunt oblonga, nigricantia, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita: radix lignosa: hæc planta odore Lamium refert; crescit in montibus, locis siccis & incultis. Latinis *Ferraria*, quia vulnera ferro icta firmiter conglutinat. Σίδηρος est ferrum, tensis. G. Gliedkraut. Gall. *Crapaudines*.

SIEF, est vox Arabica & denotat Medicamentum opthalmicum, vel Collyrium siccum. Vide *Collyrium*.

SIELISMUS, idem quod *Salivatio*, à σιαλίζω sputum emitto.

SIELOCINETICA, idem quod *Salivantia*, ex σίαλον sputum, & κινέω moveo.

SIGILLUM HERMETICUM, vocatur, quum collum phialæ Vitreæ ad liquefactionem usque calefit, & hac ratione per ipsum vitrum clauditur.

SIGILLUM SALOMONIS, sive POLYGONATUM, planta est sic dicta ob characteres sigilli modo radicibus impressos. Vide *Polygonatum*.

SIGMOIDES, sunt Apophyses ossium semilunares; ut processus Ancyroides scapulæ, & sinus ossis radii, Græcorum antiquorum C. referentes.

SIGMOIDES, sunt valvulæ tres arteriæ magnæ, circa cor foris spectantes, sanguinem ex ventriculo sinistro in Aortam quidem admittentes, sed illi regurgitare conanti cia-

ſuo explicatu & immediatâ clauſura reſiſtentes, dictæ à littera C. ſeu ſigma & εἶδος forma. Vide *Valvula*.

SIGNUM MORBI, Gr. Σημεῖον, eſt, quidquid ſenſibus noſtris eſt obvium, vel aliquid ad ipſum pertinens, quod poteſt indicare, quare id, quod ad curationem neceſſariam pertinet, indicatur. Signum eſt morbi cauſa vel Symptoma, quod præſentia indicat, & hoc vocatur Diagnoſticum; vel futura prænunciat, & hoc dicitur Prognoſticum; vel præterita in memoriam revocat, illudque appellatur Anamneſticum: ſignum eſt proprium vel commune; hoc ſeparabile; proprium inſeparabile ſive Pathognomonicum, Synedreuon, Epiphainomenon, Bonum, Malum, Certum, Incertum, Salutare, Lethale &c. *Signa Sanitatis* ſunt, Actiones integræ; Qualitates convenientes, excreta & retenta benè convenientia. B. Teken der Ziekte. G. Die Zeichen der Kranckheit. Gall. *Signe de Maladie*. A. A Token of the diſeaſe.

SILER, eſt Liguſtici ſpecies, & dicitur *Montanum*, hinc corrupta voce, in omni linguâ, *Sermoutaine* appellatur: derivant nonnulli à ſaliendo, ſed quare, me latet: eſt planta, quæ habet caulem valde altum ad hominis quidem altitudinem, ramoſum, pedunculos longos projicientem, qui habent folia ampla, magna, in alas extenſa in plures partes diviſas, quibus tria adhærent foliola ut in Meliloto, ſed anguſtiora & molliora, aliquantulum odora, ubi contunduntur: flos eſt roſaceus & umbellatus, pluribus ſcilicet petalis conſtans in orbem poſitis, & calici inſidentibus: is autem abit in fructum compoſitum ex duobus ſeminibus ſibi invicem adhærentibus oblongis, hinc gibbis & ſulcatis cum liris veluti foliaceis, inde vero planis, odoris ingrati: radix craſſa, longa, rugoſa, alba, odora, Paſtinacæ ſimilis: creſcit inprimis in locis calidis in montibus. B. Sermonteine. G. Berg Ser. Gall. *Livéche ou Sermontaine*.

SILIGO, eſt Tritici albiſſimi ſpecies. Gr. Ὄλυρα, & τίλιγνις vel σίλιγνις, putant derivari ab Hebraica voce *Schelcy*, nix, ob farinæ ejus albedinem. B. Tarwe. G. Weitzen.

SILIQUA, Gr. Κεράτιον, ſeu KIRAT, eſt dimidium lupini, & ſiliquæ ſex pendent ſcrupulum. Semen autem in ſiliqua contentum, non tota ſiliqua, intelligitur, & id mediocre, non enorme & habitius; neque ſtrigoſum & emadie

ciatum, quare Hordei aut Tritici grana usurpamus, quæ hodie minimum pondus faciunt, velut olim grana lentis, nonnullis est pondus quatuor granorum.

Siliqua, est folliculus sive integumentum, cui grana, leguminum vel herbarum semina concluduntur. Nam non modo Legumina, sed & complures quoque & herbæ & frutices siliquas proferunt.

Siliquæ Dulces, quarum arbor *Ceratonia* appellatur; quæ est mediocris magnitudinis, habens plurimos ramos, magnos, duros, in latum se extendentes: folia pinnata, oblonga, carnosa, nervosa, dura, ad rachin communem cum impari extremo: flores sunt apetali, numerosis staminibus constantes ortis ex calicis fissura; in calicis centro fit siliqua oblonga, compressa, paululum intorta, crassa, digito longior, pollice latior, fusca, splendens, coloris obscuri, rubicundi, dorso elatiore includens pulpam carnosam, rufam, dulcem, sub qua intra membranaceos loculos latitant semina plana, subrotunda, compressa, fusca, lucida: dulcedo major in pulpa quam in cortice: Crescunt in Regno Neapolitano, insula Creta, Syria, Hispania &c. Fructus sunt siliquæ instar oblongi & plani, extus colore castanei; intus semina ferè continent, ut Cassia fistula; fructus ipsi dulces sunt, ideoque in morbis pneumonicis usui veniunt. B. St. Jans-brood. G. St. Johanns brot. Gall. *Carouche*. A. S. Johns-bread.

Siliquastrum, seu Piper Brasilianum, est Capsici species, à siliquis Siliquastrum dictum: est arbuscula, quæ habet ramos a se invicem distantes, corticem purpureum, nigricantem habentes: flores sunt papilionacei, ante folia vere erumpentes, leguminosi, purpurei, plures simul juncti, pedunculis brevibus & nigris adhærentes, quinquefidi, ex quibus duo in inferiori parte positi superiores exsuperant magnitudine: post florem sequitur siliqua longa, plana, membranacea, purpurea, seminibus reniformibus & duris fœta: folia sola & alterna nascuntur rotunda, Asarum referentia, sed majora, nervosa, in parte superiori viridia, in inferiori albescentia, alæ vexillo supereminent; crescit hæc arbuscula in regionibus calidis circa flumina. B. Kost. G. Indischer Pfeffer. Gall. *Gainier*.

Silo, est is, qui habet nasum resimum, hoc est, sursum

ſum verſus repandum, more ſimiæ. B. Kamnüs Neus / Kromneus. G. Rumpffnaſe / der eine um ſich gekrummete Naſe hat. Gall. *Camus.*

Silphium, eſt ex genere Ferulacearum. Cyrenenſibus Σίρφι, aut Σίλφι, item Σίρφι, unde Gr. Σίλφιον, Lat. *Sirpe*, *Silpe* & *Serpe*, atque porro *Lac Serpicium*, unde *Laſerpicium*. Vide *Laſerpicium.*

Simarouba, eſt cortex arboris Americani, à *Juſſievo* in actis Pariſinis deſcriptæ, qui pro ſpecifico antidyſenterico habetur.

Similares Partes, ſunt, quæ ſibi ubique per totum ſimiles ſunt, nec variationem aliquam ullibi obtinent, tales autem partes ſolæ ſunt fibrillæ ultimæ, ſolidæ, non magis vaſculoſæ, omnium partium firmarum corporis animalis, hæ enim ſunt meræ expanſiones longitudinales, & firmæ; ac ubique in tota longitudine eædem, oriundæ & compoſitæ ex meris particulis elementaribus, antea fluidis, nunc conſolidatis; fibræ hæ erunt proin ſibi ſimiles; verum omnes partes, de quibus Anatomici tam ſollicite agunt ſuis diviſionibus in *Similares* & *Diſſimilares*, non ubique ſunt ſimilares, ſed ex plurimis componuntur: veluti *Os*, conſtat ſubſtantia duriſſima. ſed ubique habet vaſa ſanguinea, membranas in cancellulis ſuis, glandulas, medullam, ductus medullares &c. unde id minime pars ſimilaris dicenda erit. B. Eengedaantige Deelen / enkele Deelen / Similare Deelen. G. Theilen / die einander gleich ſein. Gall. *Les Parties Similaires.* A. The ſimple Parts, ſimilar Parts.

Simplices Partes, vide *Similares Partes.*

Simplicia, ſunt Medicamenta unius generis & nominis, quæ a ſola natura ſine ulla artificis ope ſunt producta, ex quibus ſeorſim collectis componitur materia Medica, ut ſunt radices, herbæ, ſemina, flores, gummi, ſucci, partes animalium &c. B. Enkele geneesmiddelen. G. Einfache Artzneyen Gall. *Des Simples.*

Simus, eſt cui nares depreſſæ ſuperius. Gr. Σιμός. B. Kamnüs Neus / Platneus. G. Schaff Naß / der eine flache / oder mitten eingedruckte Naſe hat. Gall. *Camus.* A. Flat noſed.

Sinapi, & Sinapis, eſt planta, quæ habet folia Rapæ, ſed minora & magis aſpera: caulis quatuor vel quinque pedes altus eſt, rotundus, villoſus, in multos ramos diviſus;

visus: flores quadrifidi, cruciformes, flavi; post florem sequitur siliqua oblonga, brevis, angulosa, acuta, septo intermedio (cui valvæ utrinque adhærescunt) in duo loculamenta divisa, seminibus fæta ut plurimum subrotundis, rubicundis, aut nigricantibus, parvis, saporis acris, fervidi; siliqua in cornu quoddam fungosum simili semine prægnans plerumque desinit: radix est lignosa, fragilis, alba, fibrosa. Gr. Νάπυ vel Σίναπι, ejus nomen venit è Græciâ in Latium, censeturque dici, ὅτι σίνεται τὰς ὦπας ἐν τῇ ὀδμῇ, hoc est, quod olfactu luminibus officiat, ergo à σίνειν lædere, & ὤψ oculus, vel à νὴ & πάω, quod parum pascat, vel à νὴ & πίω, quod ob acrimoniam non possit bibi. Pleraque Græcia *Napy*, nominat, quasi *Naphy*, quod sit acris, & proinde incommoda. Alii *Napy* per privationem videlicet Νήπιον, quasi immite dici volunt, quoniam acrimoniæ vehementis particeps sit. B. Mostaart. G. Senff. Gall. *Moutarde*. A. Mustard.

Sinapismus, est Medicamentum, ardorem, ruborem, doloremque cuti, cui applicatur, inducens; forma ejus est similis cataplasmati, vel massæ duriori. Paraturque ex *Sinapi*, *Raphano Silv. Sale* & *Fermento Acido*, à Σίναπι Sinapi semen. B. Een Mostert-pap. G. Eine artzney von senff/ damit man die haut auffbeisset. Gall. *Sinapisme*. A. Mustard Cataplasme.

Sinapium, est embamma vel intinctus, ex semine sinapi paratus.

Sinciput, Gr. Βρέγμα, est pars anterior cranii, à fronte usque ad suturam coronalem excurrens. B. 't Voorste Been des hoofds. G. Der halbe Kopff/ der Vordere theil des haupts. Gall. *Le Devant de la Tête*. A. The fore Part of the Head.

Singultus, Gr. Λυγμὸς & Λύγξ à λύζω singultio. Est convulsio fibrarum muscularium œsophagi, qua diaphragma, cui annectitur inter transeundum, & ipsum ventriculum, ubi desinit, sursum trahit valida vi: dum simul eodem tempore ipsum diaphragma deorsum convellitur, unde ex compressione ventriculi, aër sursum pulsus sonitum aliquem edit, & si diu durat malum, partes, quibus diaphragma annectitur, uti cartilagines sunt ensiformis & costarum spuriarum dolent, quod tam valide intus trahantur; imo ipse motus cordis turbatur, & ægri anxii fiunt, quoniam pericardium diaphragmati adhæret. Laborant autem

tem Singultu, qui cibo aut potu non ſatis bono ſe impleverint; maxime autem nonnulli febricitantes, Hyſtericâ affectione afflictæ fœminæ: imo ſæpe ii, qui Pleuritidem, Colicam, Nephritidem, Iliacam paſſionem, gravem Vomitum, alvi fluxum vel Dyſenteriam patiuntur: quinimo cum aliis convulſionibus incidit, & à vomitoriis & catharticis, aut julapiis refrigerantibus perperam datis, à cibis nimis celeriter ingeſtis ſæpe efficitur, & poſt febres, quæ per apthas judicatæ ſunt, interdum remanet; quin etiam moribundos exercere ſolet. Denique reperitur ſingultus non lethalis, qui per aliquot hebdomadas perſeverare ſolet. B. De nik / hik. G. Das gluxen / Hixen / ſchlucken / der Heetſch / Hecker. Gall. *Le Hoquet.* A. Yexing, Hicket, Hiccough.

Sinus, eſt, cum abſceſſus & ulceris initium ſatis anguſtum apparet, profunditas vero ſe in latitudinem per cellulosam tunicam diffundit. Gr. Κόλπος, Ὑπόνομον Ἕλκος Dioſc. B. Bogt-gezweer / Boeſem-zweer / Etterholte. G. Ein eiterſtock / ein ſchwär / ſo ſich in die Krümme zeucht. Gall. *Fiſtule.* A. Boſome of an ulcer.

Sinus Meningis, ſunt cavitates, quas Galenus ventriculos craſſæ membranæ vocat; non enim ſunt Arteriæ, vel venæ, ſed inter ambas jacent intermediæ, quare merito alio nomine donantur: primus & ſecundus ſive laterales inter cerebrum & cerebellum ſitum habent, & deſinunt in ſinubus vertebralibus; tertius ab oſſe cribriformi incipit, & in medio priorum ſinuum finem conſequitur; quartus à glandula pineali oritur & in medio lateralium ſinuum deſinit: quorum inſertio vocatur *Torcular Herophili:* præter hos etiam nonnulli alii recenſentur, ſed de quorum numero auctores non conveniunt: cranio egreſſi partim per totam medullæ ſpinalis partem ad os ſacrum usque deſcendunt: uſus eſt venarum vicem agere, nam omnem ſanguinem a cerebro & cerebello accipiunt ex venulis tenuiſſimis, & breviſſimis, valvulâ ſemper in hos terminatis, & partim in venas jugulares, partim in ſinus vertebrales ſe exonerant. B. Boezem-hollen / Hoek-hollen. G. Die Krümme / oder buſen des hirnhäutleins. Gall. *Sinus de la dure Mere, entre les quels on comprend le Torcular Herophili, c'eſt à dire le Preſſoir d'Herophile.* A. Cavitys of the meninx.

Sinus Ossium, sunt cavitates, quæ capita aliorum ossium admittunt.

Sion, & Sium, est planta, quæ habet caules crassos, angulosos, striatos, excavatos, in ramos divisos, quatuor vel quinque pedes altos: folia conjugatim adnata uni costæ, in margine incisa, crassa, oblonga: flores in umbellas crescunt, ex quinque petalis albis constantes, in orbem positis; floribus succedit fructus ex duobus seminibus compositus subrotundis, minimis, hinc gibbis & striatis, inde vero planis: habitus reliquus hujus plantæ est instar Pastinacæ: radix est parva, fibrosa, nigra: tota planta odorem bituminis habet, est Becabunga seu Anagallis aquatica & Laver quibusdam, aliis vero Phellandrion, vel Nasturtium aquaticum &c. nomen sibi adscivit à concussu, quod Gr. à σείειν derivant: nam excutiendi vim nactum est, ut pote quod à renibus calculos pellat, urinam & menses ducat. Vel ut aliis placet ab eodem σείειν, quod in aquis vacillando, ab aquis præterlabentibus succutiatur. Vide *Laver*. B. Water-eppe. G. Brunnen Peterlein.

Sirenes, idem quod *Sirones*.

Siriasis, est cerebri & meningum, ab ardore solari, inflammatio, seu (rectius) incalescentia; pueris propter tenuitatem cranii, vel fontanellam tenuissimam frequens, à σίρος cavitas sincipitis. B. Brein ontsteeking. G. Das blatfallen / schiessen / oder eine entzündung am Gehirn / und gehirnhäutlein der kleine kinder. Gall. *Sorte de maladie causée par l'Inflammation des membranes du cerveau, qui arrive souvent pendant les jours caniculaires par les grandes chaleurs.*

Sirones seu Chirones, sunt pustulæ, quæ in vola manus & pedum plantis oriuntur, emerguntque æstivo inprimis tempore, & cum insigni pruritu molestant, in quibus minutissimum quoddam vermiculorum genus sub cuticula latet. B. Zweetpuistjes. G. Schweißblätterlein Säuren / reitläussen.

Sisarum, & Siser, est planta, quæ crescit ad altitudinem duorum circiter pedum: folia plura uni costæ adhærent ut in Pastinaca, sed minora, viridiora, & molliora, leviter in margine incisa: flos est rosaceus, & umbellatus, parvus, quinque petalis ut plurimum constans albis, in orbem positis, odorus: hunc sequitur fructus

parvus

parvus, ex duobus ſeminibus compoſitus, oblongis, paululum Petroſelini ſeminibus majoribus, anguſtis, hinc gibbis & ſtriatis, inde vero planis, coloris obſcuri: radices ex uno capite plures pendulæ, glanduloſæ, teneræ & fragiles, rugoſæ, cortice tenui, pallidoque obductæ, pulpa candida, digitali craſſitudine, pedales quædam, quædam breviores multo, dulci & grato ſapore nonnihil aromatico, dicitur eſſe radicula ſaccharea: vocatur nonnullis, quod ſingulæ radices colli ac ſummi pectoris ornamenta, quæ ex auro, argento, gemmiſque quondam fiebant, mentirentur. Sed malunt alii à ſio & ſione. Sunt qui extritis prioribus literis diminutrice forma *Servillum* aut *Servellam*, aut *Chervillam*, pro *Siſerculo* nominent. B. Suikerwortel. G. Gierlein / Zucker-wurtzel / Klingel-rübelein / Gartenrapuntzlein. Gall. *Chervi.* A. Scirrets.

Sisymbrium, eſt planta aquatica, quæ habet caules tres pedes altos, ſtriatos, aliquando rubicundos, excavatos: folia oblonga, acuta, profunde laciniata, dentata, alternatim caulibus adhærentia: flores in ſummitate ramorum creſcentes, pedunculis longis & tenuibus adhærentes, quadrifidi, flavi, cruciformes: flori ſuccedit ſiliqua exigua, brevis, diviſa in duos loculos continentes ſemina obrotunda fere: radix oblonga, alba, acris, minimi digiti craſſitiei: hæc planta creſcit in paludibus, & locis aquoſis, eſt Cardamine, ut & Mentha aquatica: dicitur à Siſymbrio, quæ fuit Veteribus in comœdiis meretricula, appellatur etiam *Corona Veneris:* vel quod ob odoris ſuavitatem, quam præ ſe fert, eo juventus, quæ amoribus gaudet, coronata, in commeſſationibus ſuis blando odoris oblectamento ſuas illecebras commendaret. Vel potius, quod Siſymbrii caulis articulatim per internodia verticillato florum ambitu concinnè coronatur. B. Roode wilde Munte. G. Bachmuntz.

Sisyrinchium & Sisyrichion, eſt Iridis ſpecies, ſeu bulbus eſculentus: dicitur vel à pabuloſa atque carnoſa radice: vel à roſtrata forma hujus plantæ, roſtro ſuillo ſimili. Σῦς, eſt porcus: & Σιρὸς fovea in uſum Granarii excavata. B. Zegenryk. G. Eſchlauch. Gall. *Comme qui diroit Groin de Cochon.*

Sitanion, eſt frumenti ſpecies, à σῖτος frumentum.

Sitis, eſt defectus humoris (ſalivæ nempe) ad irrigationem oris, linguæ, labiorum, faucium, dein partium in-

internarum, necessarii; quo sensus inde excitatus sibi imaginatur potum esse in auxilium vocandum, ut id incommodi, quod corpus ex defectu humoris patitur, tollatur. Sitis etiam est ordinaria, quæ homini sano obtingit; vel præterordinaria & nonnunquam depravata, quæ ægris. Gr. Δίψα. B. Dorst. G. Der durst. Gall. *La Soif*. A. Thirst.

SIUM, vide *Sion*.

SMEGMA, dicitur de omnibus rebus, quæ cuti applicantur, eamque puram conservant.

SMILAX, nomen hoc variis plantis imponitur; ut Sarsaparilla vocatur Smilax aspera Peruana; Convolvulus dicitur Smilax lævis, Phaseolus Smilax siliqua sursum rigente: & Unifolium dicitur Smilax unifolia humillima: Smilax vero aspera est planta, quæ habet caules longos, duros, striatos, ramosos, flexiles, scandentes, spinis instructos, arbusculas vicinas & arbores apprehendentes: folia sigilli B. Mariæ foliis fere similia, sed longe crassiora, rigida, nervosa, spinis non tantum per margines horrentia, sed & secundum nervos, nunc ampla & viridia, modo angustiora, & albis maculis conspersa, acrimoniam aliquam habentia: flores hexapetali, nudi, albi, exigui, in spicas digesti, inodori: Ovarium in fundo floris sphæricum, brevi tuba instructum fit bacca sphærica, mollis, post maturitatem rubicunda, sub tenui pellicula recondens semina sphærica, lævia, mollia, exterius coloris rubri obscuri, intus albi; saporis ingrati: radix parva, perennis, repens, fibrosa, alba, saporis subdulcis: hæc planta crescit in sylvis, Gr. Σμίλαξ & Μίλαξ, Lat. *Convolvulus*: est nomen puellæ, quæ amore Croci pueri capta extabuit, mutataque est in fruticem sui nominis, quæ similis est Hederæ. B. Winde. G. Winde-kraut. Gall. *Liseron*, *Liset*. A. Bindweed.

SMILE, est *Scalpellum*, sive instrumentum Chirurgicum, quod utrinque aciem habebat, & lineas utrasque, utrinque curvas; sed alteram concavam, alteram vero illi oppositam, gibbam. Cuspis autem acuta erat; diversi generis erant; aliud magnum, aliud parvum, aliud mediocre. Gall. *Bistouri*.

SMYRNA, idem quod *Myrrha*.

SMYRNIUM, est planta, quæ habet caules tres pedes altos, ramosos, striatos, aliquantulum rubicundos: folia Apii foliis similia, sed majora, incisa in partes magis rotundas,

tundas, odoris aromatici, saporis Petroselinum referentis: flores rosacei & umbellati, parvi, albi, pentapetali: his succedit fructus fere globosus, compositus ex duobus seminibus sibi invicem junctis crassiusculis, obrotundis, striatis, nigris, saporis amari, odoris Myrrhati: radix mediocriter magna, circularis, alba, succum amarum gustui præbens, & saporem & odorem Myrrhæ habens: nomen accepit, quod radix lacrymam emittat Myrrhæ similem: vel, quod huic idem odor sit, qui Myrrhæ: Σμύρνη enim est Myrrha. Vulgo vocatur *Levisticum*; quibusdam *Ligusticum*. B. **Lavas / Peterselie van Macedonien.** G. **Smyrnen-kraut / Liebstickel.** Gall. *Maceron.*

SOCOTORINA ALOE, vide *Succotrina.*

SODA, idem quod *Cephalalgia.*

SODA, idem quod *Ardor ventriculi.*

SODA, sunt cineres ex herba Kali usti, quibus vitra conficiuntur.

SOL, quid sit, notum. Sed à Chymicis sumitur pro *Auro:* adeo ut Medicamenta solaria sint ex auro parata.

SOLANUM, vulgare sive hortense, est planta, quæ habet caulem sesquipedem circiter altum, ramosum: folia oblonga, acuta, satis ampla, mollia, nigricantia, aut virido obscura, quædam angulosa, altera crenata, quædam integra, saporis herbacei, insipidi, succum viridem habentia: flores sunt monopetali, quinquefidi, stellæ instar expansi, coloris albi, in medio pluribus staminibus donati: calix est monophyllus, quinquefidus, stellatus, non vesicarius: flori succedit bacca initio viridis, per maturitatem fit mollis, succulenta, ovata, vel globosa, nigricans, fæta seminibus planis, exiguis, flavis: radix longa, fibrosa, albescens: hæc planta crescit juxta vias, ejus Plantæ variæ sunt species, plerumque somnum conciliantes: dicitur & *Solatrum*, *Cuculus*, *Uva Lupina*, *Uva Vulpis* & *Morella.* Gr. Τρύχνος, vel Στρύχνος, forte à solamine dictum, quod dolores intensos sopiendo sistat: hinc Gr. τρύχνος vel Στρύχνος mollis, lenis, quod emolliat, leniatque dolores ardentes. B. **Nagt-schade / bolkruid.** G. **Nacht-schatten-kraut.** Gall. *Morelle.* A. Nightshade.

SOLDANELLA, & SOLDANA, alias *Convolvulum Marinum*, est *Brassica Marina*, quæ est planta habens caules tenues, flexiles sarmentosos, rubicundos, repentes: folia ob-

obrotunda, polita, ſplendentia, Chelidonium minus referentia, ſed craſſiora, ſucco lacteo repleta, caulibus longis adhærentia: flores ſunt utplurimum campaniformes, monopetali, ora repanda; hic floribus ſuccedit fructus obrotundus, membranoſus, includens ſemina anguloſa, nigra, aut alba: radix minima, fibroſa: tota planta habet ſaporem amarum, & ſalſum: creſcit circa mare, nonnulli à voce *Solidus* Etymologiam trahunt, ſed ratio non videtur ſuadere, an à ſolidandis vulneribus? an à Belgica fictitia voce *Santenelle*, vel *Soutenelle*, quaſi diminutivum à *Sant*, *Sal.* Credit C. Hofmannus, ita dictam eſſe ab Arabico *Soldan*, quod *principem* denotat, ob inſignem vim purgandi ſeroſos hydropicorum humores. B. **Zee-winde/ zee-kool.** G. **Meer-kol oder winde.** Gall. *Soldanelle, Chou marin.* A. Sea-kole, ſea-bind-weed. G. Κράμβη θαλάσσια.

Solen, Chirurgis eſt inſtrumentum oblongum, intus cavum, in quod membrum fractum, crus aut femur, imponitur, aut continetur.

Soleus Musculus, eſt latus & tibiæ fibulæque offis commiſſuræ poſterius inſertus robuſtiſſimus exiſtit, furæque maximam conſtituit molis partem. Variam ob tendinum connexionem, varios fingit, ut Gaſtrocnemius, muſculos. B. **De Zool-spier.** G. **Der Solen gleiche mauß.** Gall. *Muſcle Soleaire.* A. The ſole Muſcle.

Solida, vocantur partes corporis, quæ certam conſiſtentiam, figuram, & circumſcriptionem habent, & conſtant ex particulis terreſtribus, ſive elementis, ope glutinis aquoſi vel oleoſi inter ſe cohærentibus, unde fibræ, membranæ, vaſa, & viſcera emergunt. Vocantur ita, ut diſtinguantur a fluidis, intra ſolida contentis. B. **Vaste deelen.** G. **Veſte Theilen.**

Solidago, eſt Herba vulnera conſolidans: derivatur ergo à ſolido, ſano. Gr. Σύμφυτον.

Solidago Saracenica, vide *Saracenica Solidago.*

Solidum, eſt Antiquorum pondus pendens ſcrupulos quatuor.

Solium, nomen eſt, quod etiam Teniæ datur, quia nonnulli putant, quod hicce vermis *ſolus* tantum in inteſtinis reperiatur.

Solutio Chymica, eſt operatio qua corpus quodcunque vel naturaliter, vel arte variis aliis heterogeneis par-

partibus constans, in sua principia, Spiritum nempe, Salem, Acidum, Sulphur, Aquam & Terram, ex quibus omnia mista conflata sunt, resolvitur & reducitur. B. Ontdoening der Scheikonst. G. Die Aufflösung durch die Chymie. Gall. *Solution*. A. Idem.

Solutio Continui, est separatio partium antea cohærentium in unione a quacunque causa facta, in vulneribus, ulceribus, fracturis, &c. B. Eene scheiding des geheels. G. Das aufflösen / die aufflösung der theilen. Gall. *Solution de Continuité*. A. Solution of the parts.

Solutiva, à solvendo, quia humores intestinales solvunt, idem quod *Laxantia*.

Somnambulo, vide *Noctambulo*.

Somnifera, Gr. Ὑπνωτικά, sunt Medicamenta, quæ valent somnum producere, & plerumque agunt duplici de causa; nimirum 1. per causas naturales tollendo impedimenta somni naturalis, qualia plerumque sunt Objecta externa, Dolores, Calores, sudor, animi curæ, & quæcunque sanguinis circuitum augent, his igitur sublatis per varia varii generis Medicamenta, quæ tamen omnia vocari solent ὑπνωτικὰ, sequetur somnus: 2. agunt per causas nonnaturales, opprimendo scilicet causas naturales vigiliarum, & impediendo fluxum spirituum animalium per nervos; quare hoc Medicamentorum genus maxime in Cerebrum & nervos agit. B. Slaap verwekkende middelen. G. Schlaf machende Artzneyen Gall. *Remedes Somniferes*.

Somnium, Gr. Ἐνύπνιον. *Insomnium*, est quando dormiendo nobis varia videntur occurrere, eodem modo ac si essemus vigiles, quæ tam alte quandoque memoriæ sunt infixa, ut evigilantibus pro revera contingentibus habeantur: estque regulare, quando apparentiæ seu phantasmata connexionem quandam habent; vel irregulare, quando contrarium evenit. B. Een droom. G. Ein Traum. Gall. *Songe*. A. A Dreame.

Somnolentia continua, est assidua in somnum procidentia & inclinatio; oritur, quod pori extremi corticalis substantiæ cerebri viscositate quadam obliterantur, vel clauduntur quacunque ex causa comprimente. ita ut liber transitus spiritibus animalibus denegetur in musculos voluntariis actionibus inservientes: sequitur proinde sanguinis abundantiam, vel vitam otiosam & opiparam. B. Slaperig-

righeit. G. Schlaffsüchtigkeit. Gall. *Assoupissement, envie de dormir*.

Somnus, est pororum cerebri & nervorum considentia & angustatio, à quiete vel defectu, vel impedito fluxu spirituum animalium à compresso cerebro orta, qua sensus externi ab operationibus externis desistunt, quum interim actiones, quæ a visceribus vitalibus & naturalibus pendent, minime cessant. Somnus dicitur *Perfectus*, id est, qui nullis insomniis turbatur, vel *Inperfectus*; *Naturalis*, id est, qui corpus labore vigiliisque fatigatum recreat, & *Præternaturalis* vel *Morbosus*: vocatur item *Sopor* & *Quies*. Gr. Ὕπνος. B. Slaap. G. Der Schlaff. Gall. *Sommeil*. A. Sleepe.

Sonchites, vide *Hieracium*.

Sonchus, duæ dantur species generales, una, quæ est lævis, altera aspera; prior est planta, quæ habet caulem sesquipedem altum, intus excavatum, tenerum, purpurascentem: folia longa, lævia, fere glauca, Dentis Leonis divisura, latiora, incisa vel laciniata, alternatim disposita, alia pediculo longo, alia nullo gaudentia, sed latiore basi caulem amplectentia, in circuitu quasi dentata, in quibus vel nullæ spinæ vel molles, lacte prægnantia, salsa, amara: flores semiflosculosi, plurimi scilicet semiflosculis constant embryoni insidentibus, & calice crasso comprehensis, qui per maturitatem conicus fere evadit: embryo autem abit deinde in semen pappis instructum, thalamoque affixum, oblongum, rubicundum: radix minima, fibrosa, alba. Sonchus vero asper habet folia Sonchi lævis crassiora, obscurius viridia, in crebras lacinias divisa, ad Endiviæ folia accedentia, basi sua caulem inanem amplectentia, spinulis longioribus, & rigidioribus aspera, (quin etiam folia extrema & laciniæ in angustiores & acutiores mucrones definunt) lac fundentia salsum & amarum: cætera quæ de soncho lævi dicta fuerunt, huic conveniunt, dicitur ἀπὸ τὸ σῶον χέειν, quod salubrem succum de se fundat; vel nuncupatur quasi σομφὸς ab inanitate caulium. Lat. *Cicerbita*, *Lactuca Leporina*, *Lactucella* & *Lactero*, quia lac fundit, & nutricibus lactis copiam præbet. B. Haze-latouw / Haze-salade / Konynen-kruid / Ganzen-distel / Hazen-kool / Dauw-distel / Melk-weye G. Hasen kol. Gall. *Palais de Lievre*, *Laiteron*, *Laiteron epineux*. A. Sow-thistle.

So-

Sonus, duplicem habet significationem: denotat enim 1. Sensum sive ideam, quam corpora sonora, mediantibus vehiculo aëreo, & organis auditus, in nobis excitant: vel 2. Conditionem physicam, quæ corporibus sonoris, medio deferenti, vel organis auditus inest, qua menti ideam soni exhibent. B. Geluid. G. Thon

Sophia Chirurgorum, est Nasturtium sylvestre, quasi Chirurgorum sapientia: quia forte ad illam plantam, ob salubres effectus, solebant confugere, ac si illorum tota sapientia in illius herbæ usu consisteret. B. Wilde kers. G. Wilder Kressig. A. Flix-weed.

Sophronesteres, sunt sapientiæ dentes. Vide *Dentes*.

Sopor, idem est quam Coma.

Soporariæ Arteriæ, idem quod *Carotides*.

Soporifera, idem quod *Somnifera*.

Sora, idem quod *Essere*.

Sorbettum, vulgo *Serbet*.

Sorbitio, est ea actio, qua clausis naribus interius velo palatino, ore anterius arctato, ut fiat parvum foramen, vacuum excitatur Boyleanum in ore, dum lingua aërem in eo contentum suo applicatu ad palati fornicem versus posteriora pellit, & genæ gingivis appositæ omne liquidum prohibent, qua fit, ut applicata ori liquida una cum aëre intrantia, speciem soni excitent. B. Slorping. G. Das schürfen.

Sorbus, Sorbum, est fructus Sorbi sativæ, Pyrum moschatellinum parvum æquantes, turbinati, umbilicati, magis minusve rubentes, pro ut solem sensere, carne flavescente, & ante maturitatem adeo austero succo, ut strangulet, colore in rutilum transeunte, at ubi velut fermentatione quadam emolliti fuere, vix mutato interno colore, dulci satis & vesca carne non sine adstrictione: hujus arbor est magna, ramosa, truncum habens rectum, cortice aspero & pallido obductum: lignum est valde durum, compactum, rubicundum: folia sunt oblonga, plura uni costæ adnata instar Fraxini, in margine dentata, villosa, mollia, inferius alba, saporis styptici: flores sunt parvi, albi, plures sibi invicem juncti, pediculo ex foliis enato adhærentes; quinque foliis in orbem positis constantes; his deciduis succedit fructus supra dictus: ita vocatur vel à sorbendo, quod fluxus alvinos absorbeat: vel, quod fructus

fructus ore absforbeatur, vel quod diu servetur. Gr. Ὄα, vel οὖα, & fructus ὄον, & οὖον ab ovi forma. B. Sorben-boom / sorce-boom / spreuw-bezien-boom / haver-elzen. G. Sperlin-baum / Spier-baum / Sparr-baum / Speiren. Gall. *Sorbier*, *ou Cormier*. A. Sarvicetree.

SORDES, sunt excrementa quædam, quæ ab humore perspirabili, postquam liquidissima earum pars avolaverit, in ambitu corporis remanent: vel crassior ichoris species, quæ in illis ulceribus reperitur, quæ inde *sordida* vocantur. B. Vuiligheid. G. Unflat.

SORGUM, est frumenti seu Milii species: ab Italica voce *Sorgi* nomen habet: vocatur etiam *Melica*. B. Sorg-zaad. G. Sorg-saamen. Gall. *Blé Barbu*. A. Sorgh seed.

SORORIATIO, terminus est, quo de mammis Juvencularum utuntur, quando hæ circa pubertatis tempus intumescunt.

SORY, est minerale lapidosius & vehementius compactum quam *Chalcitis* aut *Misy*, sed & crassissimum, fricatum scintillas *Miseos* emittens, *Chalcitis*, *Misy* & *Sory* mineralia sunt, inter se origine & viribus conjunctissima. Nimirum ex Sory fit Chalcitis, ex hac Misy: in Ducatu Brunsviciensi inveniuntur. B. Bergzwabel. G. Bergschwebel. Gall. *Scory*.

SPADO, in genere quidem Eunuchum significat; proprie tamen ita dicitur ille, qui propter testium convulsionem, vel laxius, propter alium earum morbum, semen prolificum producere impos est, a σπάω traho.

SPAGYRICA ARS, eadem est quam *Chemia*.

SPAGYRICA CALCINATIO, vice *Calcinatio Philosophica*.

SPAGYRICA MEDICINA, quam vocem nonnulli ἀπὸ τοῦ σπᾶν & ἀγείρειν, a segregando, & conjungendo, quod heterogenea separet, & homogenea iterum conjungat, deductam putant, idem quod *Hermetica Medicina*, quæ nimirum fundamenta sua Medica, & mutationes corporis animalis, humorum, statum morbi, & actionem Medicamentorum ponit & explicat ex mutationibus, quæ inducuntur corporibus aliis ope vulgaris ignis, adeoque analogice ubique & in quocunque corpore sic fieri statuuntur; à σπάω traho & ἀγείρω congrego.

SPANACHIA, vide *Spinachia*.

SPARADRAP, sive SPARADRAPUM, est linteum utrinque unguento spisso vel emplastro tinctum, & hoc modo fit;

ſit; poſt liquationem unguentorum vel emplaſtrorum, linteum penitus immergitur, quod tinctum extrahitur, extenditur & in uſum medicum aſſervatur: dicitur inventum a pauperibus, ut parcant ſumtibus, ad emenda lintea neceſſariis, ſed probabilius eſt, quod ob utendi commoditatem uſus eorum excogitatus ſit. Vocatur etiam Tela Gualteri, vel Tela emplaſtica, ſeu Emplaſtrum ad Fonticulos. B. **Doorplaasterd linnen.** G. **Pflaſter leinwat.** Gall. *Toile Gautier*, *Sparadrap*.

Sparagus, idem quod *Aſparagus*.

Sparganium, eſt Gladiolus aquatilis, vel Platanaria: eſt planta aquatica habens caulem rotundum, tres circiter pedes altum, politum, tortuoſum, medullam albam habentem, in multos ramos diviſum: folia longa, anguſta, acuta, aſpera, ſcindentia, ſaporis ſubdulcis: flores mares polypetali, herbacei, numeroſiſſimis ſtaminibus fæcundi, arctiſſime congeruntur ad caulem in formam globi: ovaria naſcuntur in eodem caule, ſed infra priores flores maſculos, ſuntque tubæ incurvæ, parvæ, ſiliculoſæ, quæ maturæ fiunt capſulæ ſeu oſſicula, unicapſularia, vel bicapſularia, nucleo quodam farinaceo plerumque fæta, colliguntur & hæc ovaria in globos inſtar nodorum: radix fibroſa, nigra, repens: hæc planta creſcit in locis humidis: an à Σπάργανον faſcia, vel Σπαργάνιον faſciola, quod foliis ejus pro faſciis uterentur nutrices? vide *Platanaria*. B. **Waterliſch/ ſtandelaars.** G. **Schwertel-kraut.**

Sparganosis, eſt mammarum, à nimia copia lactis, diſtenſio, à σπαργανόω faſciis diſtendo.

Sparganum, vide *Faſcia*, à σπαργανόω faſciis ligo.

Spargiria, idem quod *Spagirica*.

Sparsi Morbi, vide *Sporadici Morbi*.

Spartum, Spartium, eſt Arbuſcula, cujus duæ dantur ſpecies, una dicitur Spartium primum Cluſ. Hiſp. habet caulem pollicis craſſitiei, ſeſquipedem circiter altum, cortice aſpero & ſtriato obductum, in plures ramos diviſum, virgulas exiguas, tenues, flexiles, inſtar junci virgularum germinantem, folia exigua, oblonga in initio habentes, quæ folia floribus apparentibus cadunt: flores ſunt leguminoſi, exigui, flavi, inodori, pediculis adhærentes, qui e virgularum lateribus producuntur: flori ſuccedit ſiliqua brevis, oblonga, aut rotunda, turgidula, cartilaginea, fæta ſemine reniformi, duro & nigro: radix eſt

eſt dura, lignoſa: altera ſpecies Spartium ſecundum Cluſii Hiſpanic. eſt: utraque ſpecies provenit in regionibus calidioribus præſertim Hiſpania, locis ſabuloſis, & ſterilibus; eſt Geniſtæ ſpecies; ita dicitur quod funiculi ac vinculi uſum in alligandis vitibus præbeat, à σπαρτάω, quia in ſpiram flecti & convolvi poteſt. B. Spaanſche Bremi. G. Spaniſche Bintzen.

Spasma, idem quod *Spaſmus*.

Spasmodica, ſunt Medicamenta ſpaſmum pellentia, influxum ſpirituum vel ſanguinis inordinatum vel corrigendo vel acre quodcunque ſtimulans & in muſculo hærens tollendo, vel ſenſum partis nervorum compreſſu hebetando. B. Kramp en Stuipmiddelen. G. Krampff Stillende Artzneyen.

Spasmologia, eſt de contractione nervorum & tendinum enarratio, à σπασμὸς contractio, & λέγω enarro. B. Verhallinge der kramp. G. Erzehlung des Krampffs.

Spasmus, & Spasma, ut cum *Doctiſſ. Williſio* loquamur, denotat quemlibet motum convulſivum in genere: nam *Cardanus* affectus convulſivos dividit dupliciter, in Tetanum & Spaſmum; per illum contractionem conſtantem, qua membrum rigidum & inflexile evadat; per hunc vero motus celeres & concuſſiones, quæ interjecta quiete, alternatim ceſſent redeantque, intelligit. Hujus cauſa in genere a veteribus ponitur repletio & inanitio; rectius vero ſtatuitur quicquid nervoſum genus irritare, & irregularem ſpirituum nervoſorum motum producere poteſt. Spaſmus fit cum acri dolore in artubus, crure, ſura, pede, &c. Spaſmus fit, qui aut momento uno aut altero, aut aliquot horis perſeverat; accidit vero ægris & iis qui utcumque ſani ſunt; in febribus, ſcorbuto, crapula, & ſæpe in ſomno: ac cui ſemel evenit, ei ſolet ſæpe contingere, ita ut ſomnus interrumpatur. Hujus ſpecies ſunt, ſpaſmus in vulneribus, ſpaſmus cynicus, Strabiſmus, Riſus ſardonius &c. à σπάω contraho. B. De kramp / Zenuwtrekking / de klem. G. Der krampff / der eine zucht. Gall. *Spaſme*. A. Crampe.

Spasmus Cynicus, ſive Canina Convulsio, eſt convulſio muſculorum oris. Hoc eſt, quando muſculi maxillares convelluntur, & os, naſus, oculus, atque adeo dimidii faciei pars in obliquum & rugas torquetur, imo & irati canis effigiem repræſentant, ita ut qui correpti,

ti, efflare aërem, aut humorem expuere nequeant, saliva ex ore fluente. B. Honds Trekking/ Honds kramp. G. Hunds Krampff. Gall. *Ris Sardonien*. A. The doggs Crampe.

Spatha, Gr. Σπάθη & Ἐλάτη, est integumentum fructus palmarum; à σπαθάω texo.

Spatha, est instrumentum oblongum, ex argento, chalybe, cupro aut ligno confectum, inferius latum, quo electuaria vel conservæ & emplastra absque manuum inquinatione commodè tractantur, Chirurgis & Pharmacopæis familiare. Vide *Spatula*. B. Een spatel. G. Ein spatel/ Schäufelein. Gall. *Une Spatule*. *Sculteto* est scalpellum anceps, utrinque acutum & in superiore parte paulo latum, quod in extremitate sua in angustam cuspidem coit. *Spatham* autem *Celsi* aliud scalpelli genus fuisse, autumat *Heisterus*.

Spathomela, sive Specillum Latum, vide *Spatha*.

Spatile, est species alvi lubricæ.

Spatula, vel Spathula, est instrumentum minori forma, quam *Spatha*. Significat quoque *Scapulam*, σπάω traho, ut putatur. B. Een spateltje. G. Ein spattel/ ein kleines schäufelein. Gall. *Spatule*.

Spatula Foetida, est Iridis species: à foliorum figura ita dicta, *Spata* enim gladium significat. Est enim illi folium ancipiti novaculæ similius, acutiore acie, & tenuiore, rigidioreque quam Gladioli aut Iridis mucrone. *Fœtida* cognominatur, quod gravem exhibet odorem. Gr. Ξυρὶ gladius, novacula. B. Wand-luis-kruid/ stinkende lis. G. Wand lauß-kraut. Gall. *Espatule*, *Glayeul puant*. A. Stinking gladwin.

Species, seu Pulvis, dicuntur in officinis simplicia (ingredientia) pro compositis conficiendis coördinata. Sic dicuntur species theriacæ, id est ex quibus theriaca compilatur: sic sunt & species decoctorum usualium, præ reliquis tamen hoc nomen sibi vendicant pulveres nonnulli, tum aromatici, tum cathartici. Forsan quia ordinati fuerint olim, ut inde conficerentur electuaria, morsuli vel rotulæ, sic sunt species aromatic. rosac. Species Diaturbith cum rhabarbaro, &c. B. Poeder. G. Pulwer/staub. Gall. *Poudre*. A. Powder

Specifica Medicamenta, sunt, quæ vi specifica tan-

tantum in eam causam agunt, quæ morbum in corpore producit, partem affectam tantum movendo, & mutando, nihil vero in reliquas corporis partes efficiendo: sic oleum viperinum applicatum morsui viperæ; Cortex peruvianus in febribus intermittentibus; Opium in conciliando somno & quamplurima alia sunt: solet tamen plus de aliis jactari, quam quidem sana ratio, & genuinus candor concedunt.

Specillum, est instrumentum Chirurgicum, Spithamæ longitudine, tenue ex argento, vel chalybe, ab una extremitate latum, rotundum & nonnihil incurvatum; ab altera vero rotundum nodulum habet; specillis vulnerariis, vulnerum, fistularum altitudo pertentatur. Quodsi per longitudinem sulcatum est, inservit etiam ad dirigendam scalpelli aciem, in fistulis vel sinubus incidendis, ne vasa subjacentia, aliæve partes lædantur. Videtur esse diminutivum à *Specium*, quo usus est *Pacuinus.* Μήλη, Τραυματικὴ Μήλη *Galeno*, Ἰχνευτὴ *Hippocr.* à tentando imperitum vulgus *Tentam* vocat. B. Een tintel-yzer / tenten-yzerken / mobet / wond-yzer / proef-yzer / zondeer. G. Ein such-eisen / wund eisen / prüffeisen. Gall. *Sonde.* A. A Lancette.

Speculum Ani, est instrumentum chalybeum, quo Chirurgi anum dilatant, ut vitia quædam intus delitescentia melius perquirant, & spinas, aliaque inhærentia extrahant, vel innata absumant. B. Een aars-spiegel. G. Der Hinder / Arß spiegel. Gall. *Speculum Ani.*

Speculum Lucidum, idem quod *Septum Lucidum.*

Speculum Matricis, vide *Dilatatorium.*

Speculum Oculi, est *Aranea Tunica Oculi.* Vel ita etiam vocatur Instrumentum Chirurgicum, cujus variæ dantur species, constans plerumque ex annulo ovali metallico manubrio affixo, qui inservit palpebris dilatandis, ne in oculorum operationibus lædantur, vel impedimento sint. B. Een Oog-spiegel. G. Ein Aug-spiegel. Gall. *Un Miroir de l'Oeil.*

Speculum Oris, G. Mund stuck. Matricis &c. Vide *Dilatatorium.*

Spelta, Gr. Ζέα: nonnullis *Far.* Vox videtur descendere à *Speltâ Italorum*, quæ est Frumenti species. B. Spelt. G. Spelt Dinckel & dinckel korn. Gall. *Speautre*, *Blé locular*, *Froment locar*, *Froment rouge.* A. Spelt.

Speragus, idem quod *Asparagus.*

Spergula, dicitur etiam Πολύγαλα, an à σπείρω sero, femino, spargo, & γάλα lac: quia ejus semen lactis gratia spargitur, nam creditur vaccis lac augeri, si illa planta vescantur. B. Spurie. G. Spergel. Gall. *Espece de Morgeline*. A. Franke or spury.

Sperma, idem quod *Semen*.

Sperma Ceti, quid propriè sit, necdum constat. Alii Balænæ semen putant, & mari instar spumæ supernatans. Alii alicujus Ceti Macrocephali cerebrum, lixivio peculiari purificatum autumant. Alii adipem collectam in cervice piscis alicujus ex balænarum genere, quæ vocatur B. Een Potvisch / autumant: sed verosimilius videtur esse oleosa materies, quæ reperitur ingenti copia in cavo maxillæ inferioris istius animalis, quæ inservit istius partis motui; non est cerebrum, sed est oleosum quid, olei enim dotes refert, est pingue, molle, recens verum olei saporem habet, & ubi diu asservatur, rancescit instar olei, & flavescit; fluit & ardet in igne; aquæ non miscetur, sed cum ovi vitello dissolvitur. Post artificiosissimas præparationes massa producta est substantia pinguedinosa, facile flammam suscipiens, alba, adipis ferè odore. B. Walschot. G. Walfischkoth. Gall. *Nature de Baleine*, *ou Blanc de Baleine*. A. Parmacity, Seed of the whale.

Spermatica Vasa, sunt arteriæ duæ, ex Aorta sub emulgentibus ortæ, sanguinem pro secretione seminis ad testes adducentes; & totidem venæ, ex cava vel emulgentibus ortæ, sanguinem a secretione seminis residuum ex testibus revehentes. B. Zaadvaten. G. Saamens gefäß.

Spermaticæ Partes, sunt partes albidæ, quæ olim propter albedinem censebantur ex semine duntaxat generari, ut nervus, membrana, os, cartilago &c. Verum omnes partes ex semine successive generantur, quia ex ovo, quod totius fœtus rudimentum continet, generantur: imo & omnes partes, quotquot habentur, si sanguis aliique succi eluantur, etiam albidæ apparent. Hinc omnibus illud nomen ex æquo competit. Ex Σπέρμα semen. B. Zaad-delen. G. Saamen theilen. Gall. *Les Parties spermatiques*. A. The Spermatick Parts.

Spermatocele, impropriè ita dicitur, quia non semen, sed vas seminis ejaculatorium corrugatum in Scrotum delabitur, ex σπέρμα semen, & κήλη tumor.

SPERMATOPÆA, Medicamenta ſunt, quæ liquidi Proſtatarum, Veſicularum ſeminalium, & Teſtium generationem & elaborationem augent in maribus, ita ut deficiens ex ægritudine ſemen reſtituatur, & quæ in fæminis humores ad concipiendum requiſitos elaborant. B. Zaadmakende middelen. G. Saamenmachende Artzneyen.

SPERNIOLA, ſeu SPERNIOLUM, vocatur *Sperma Ranarum*; eſt enim mucilaginoſa quaedam ſubſtantia, aquis innatans. B. Kikvorſch Schot. G. Der Saamen de Fröſchen. Gall. *Frais de Grenouilles.* A. Seed of Frogg's.

SPHACELODES, eſt quid Sphacelo ſimile; ex Σφάκελος ſphacelus, & εἶδος forma.

SPHACELUS, eſt Sideratio, ſive ſenſus & vivificationis in quacunque parte extinctio, ad oſſa usque plerumque penetrans, permittens dein humorum & ſolidorum corruptionem & deſtructionem automaticam: à σφάττω interficio. Gr. Σφακελὸς, Σφακελισμὸς, Τελεία Νέκρωσις. B. Het heet Vuur. G. Der kaltebrand / die vollzogene erſterbung. Gall. *Sphacele, Mortification.* A. Sphacele.

SPHACELUS, vide *Salvia.*

SPHACELUS HUMORUM, vocatur quibusdam humor morboſus ſubniger, inemendabilis, exſtincta actione vitali natus.

SPHÆRITIS, quaſi planta globoſa, ſeu capite globoſo, quia capitula habet rotunda & globiformia, à Σφαῖρα globus.

SPHÆROCEPHALUS, eſt Cardui ſpecies, capitula habens rotunda, à Σφαῖρα globus, & κεφαλὴ caput.

SPHAGITIDES, ſunt venæ jugulares in collo, à Σφαγιάζομαι jugulo, macto.

SPHATULA FOETIDA, idem quod *Spatula Fœtida.*

SPHENDAMNOS, ſic vocatur Acer. Gr. Σφένδαμνος dicitur durus, firmus, ob ligni duritiem.

SPHENOIDEA OSSICULA, vide *Cuneiformia.*

SPHENOIDES, vide *Cuneiforme Os.*

SPHENOIS, ſive SPHENOIDES, vide *Cuneiforme Os.*

SPHENOPHARYNGÆUS, eſt par muſculorum, à ſinu alæ internæ oſſis cuneiformis ortum ducens, atque oblique deorſum inclinans, in œſophagi latera extenditur, gulam dilatat, ex σφὴν cuneus, & φάρυγξ œſophagi caput ſive fauces. B. Wiggebeens ſtrotſpier. G. Keil gleiche ſpeißrohr Mauß.

Mauß. Gall. *Muscles Spheno-Pharyngiens*, *ou Spheno-Salpingo-Pharyngiens.*

Sphincter, hoc nomine in variis partibus musculi gaudent, qui hanc proprietatem habent, ut circulariter ambientes partem rotundam mollem, vim hanc plane constringendi possideant, uti est musculus constrictor OEsophagi, Ani, Vesicæ &c. à σφίγγω constringo. B. Sluitspier/ Ringspier. G. Der Schliesmauß/ Zusammenzieher. Gall. *Muscle Sphincter.* A. Muscle Sphinctere.

Sphondylium, est planta, quae habet caulem duos vel tres pedes altum, rectum, rotundum, nodosum, villosum, striatum, excavatum: folia sunt ampla, laciniata, in multas partes divisa, lanuginosa, saporis dulcis: flores in summitate ramorum in umbellas crescunt, singuli ex quinque foliis constant; liliacei, coloris ut plurimum albi, aliquando purpurei, sed raro: flore deciduo calix fit fructus, ex duobus magnis seminibus compositus, compressis, striatis, marginatis a parte superiori, in dorso striatis; ubi se invicem tangunt, duabus lineis nigris notantur; radix est simplex, longa, perennis, altissime depacta, & sat crassa, carnosa, inordinate divisa, succo flavo prægnata, saporis acris; idem quod *Spondylium.* B. Duitsche Beeren-klaau. B. Bären klau. Gall. *Berce*, *ou Branc-Ursine batard.*

Sphygmica, est pars Hygieinæ, agens de pulsibus, à σφύζω pulso.

Sphygmus vide Pulsus.

Spica, deligationis species est unius vel utriusque humeri luxati; alia est, cujus fascia ab una extremitate voluta est; alia quæ ab utraque.

Spica, in frumento dicitur totum illud, quo granum continetur, & ad similitudinem plurimæ plantæ, earum summitates spicatæ spica nominantur, ut Lavendula, Spica Celtica, Indica &c. *Spica* dicta quasi *Speca*, à spe, nam quum fruges in spicam exeunt, spem præbet hominibus. Alii dici putant à figurâ spiculi, quam refert, ubi primum è folliculis erumpit. Tria vero continet, Granum, Glumam & Aristam. Spica mutica est, quæ non habet aristam, & *Mutica* quasi mutila nominatur. Gr. Στάχυς à Στὶξ ordo, quia certos habet granorum ordines, vel à στάω & χύω fundo. Seges suo stat caule, & spicæ fluitant quasi à vento fusæ: alii derivant, quod verticillato ambitu florem

& orbibus spicarum caules cingentibus coronetur. B. Korenaar. G. Kornähr. Gall. *Epy de Blé.*

Spica Celtica, sive Nardus Celtica, crescit in Liguria, Carinthia, Styria, in Alpibus Tyrolis, montibusque Pyrenæis, ad spithami altitudinem: folia ferè Salici similia habet, unde *Saliunca* forte dicitur, sed minora, erigit spicam, huc mittuntur folia cum radice fibrosa, aromaticum spirant odorem. B. Celtische spicenard. G. Celtischer narden. Gall. *Spica nard.* A. Celtick Spikenard.

Spica Indica, vide *Nardus Indica.*

Spina, vide *Acantha.*

Spina, est pars scapulæ acuta, ob figuram sic appellata.

Spina Alba, Gr. Ἀκανθα Λευκὴ, nomen herba hæc ab albis foliis seu lacteis maculis, quibus folia conspersa sunt, accepit. Officinæ *Bedegarim* seu *Bedeguar* pœno nomine appellant. B. Onser Vrouwen distel. G. Weisser Distel. Gall. *Chardon commun*, *ou Artichaut sauvage*, *ou Epine blanche sauvage.*

Spina Bifida, est tumor exiguus, mollis, in infantibus, concolor, supra vertebras lumborum, dehiscentibus earum processibus sensim increscens. B. Ruggegraats-splyting. G. Ruckgratspalt.

Spina Christi, sive Spina Judaica, est Paliurus, sic dicta, quia creditur coronam, qua Christus à Judæis coronabatur, ex Paliuro fuisse contextam. Vide *Paliurus.*

Spina Dorsi, vocatur Columna illa ossea, à capite ad anum usque extensa, per totam suam longitudinem canalis instar excavata, spinalem medullam continens. Vide *Acantha.* B. De Rugge graat. G. Ruckgrat.

Spina Judaica, idem quod *Spina Christi.*

Spina Ventosa, Barbaris vocatur *Flatus*, seu *Ventus. Spinæ*, & *Ventositas spinæ.* Est exulceratio circa articulos cum ossis sphacelismo, cum doloribus in initio magnis, ab inflammatione membranæ medullam in cancellis ossium continentis, subsequente tumore molli, indolente, ex quo aperto ichor acris, serosusque cum corrupto osse exit, quod malum inprimis corripit infantes. Vocatur & *Caries Ossis*, *Teredo*, *Pædarthrocace*, vide suo loco.

co. B. Een Beenbreter / Windboorn. G. Beinfresser / bein-faule. Vide *Caries*.

SPINACHIA, & SPINACIA, est planta, quæ habet folia ampla, acuta, incisa, angulosa, tenera, mollia, succulenta, pediculis longis adhærentia, coloris viridis, obscuri: caules rotundos, fistulosos, ramosos: flores sunt apetali, plurimis scilicet staminibus constantes calici quadrifido insidentibus, sed steriles; embryones enim innascuntur speciebus Spinaciæ, quæ flore carent, & deinde abeunt in semen turbinatum, in capsula nunc ejusdem formæ, nunc cornuta, vel angulata, reconditum: radix est simplex, tenuis, alba, parvis fibris instructa: hæc planta colitur in hortis; est olus vulgo notum, sic vocari videtur à spinoso semine; vel quod ejus folia in acumen desinant. Gr. Σπανάχια. Arabicæ factionis Principes *Hispanach*. hoc est, *Hispanicum Olus* nominant. Spanachiam haud dubiè ab oleris raritate dixerunt Græci; raro enim illo utebantur Medici, quod cibo magis forsitan, quam Medicinæ nata esset, nec quicquam illustre sortita. B. Spinagie. G. Spinet / binetsch. Gall. *Espinars*. A Spinach, spinage.

SPINALIS MEDULLA, vide *Medulla Spinalis*.

SPINATI MUSCULI, duo habentur in cervice, inter spinas totam cervicem occupant, suntque longi & ampli. Oriuntur à quinque spinis vertebrarum colli, septemque thoracis. In totam inferiorem spinæ secundæ vertebræ partem validè implantantur. Usus est, Spinam extendere vel in posteriora flectere, & oblique movere. B. Graat-spieren. G. Der Stachel Mauß Gall. *Muscles epineux*. A. Muscle Spinate.

SPIRÆA, est arbuscula humilis, quæ crescit ad altitudinem trium circiter pedum, plures ramos tenues germinans, cortice rubro obductos; folia per ramulos sparsa, longiuscula, & angusta instar Salicis, per ambitum serrata, superne dilutiore viriditate prædita, inferne veluti ærugine aspersa, exsiccantis cum quadam amaritudine conjuncti gustus: calix est monophyllus, quinquefidus, stellatus; flos rosaceus pentapetalus, ex calicis margine interiore ad interstitia segmentorum nascuntur petala & stamina valde numerosa: ovarium in fundo calicis fit fructus compositus ex quinque siliquis fœtis semine oblongo, exiguo, compresso, flavescente: Arbuscula hæc colitur in hortis & locis præsertim umbrosis, nomen invenit ἀπὸ τῆ σπείρας,

 quot

quod frutex sit lentus, & flexilis, ita ut in spiram torqueri possit: σπεῖρα enim est spira. B. Druifjes wilge. G Trauben weden.

Spiritus, dicuntur triplices; *Animalis* in cerebro: *Vitalis* in corde; *Naturalis* in Hepate, dichotomiam amant, & dicuntur *Animales* in cerebro, sed *Vitales* & *Naturales*, qui idem sunt, in massa sanguinea collocantur. Alii hunc numerum respuentes, unicum tantum agnoscunt, & revera rem bene intuenti, apparet, quod unicus modo datur succus cerebralis: cui notus est sanguinis circuitus, etiam non ignarus erit, per arterias carotides sanguinem in cerebri corticalem substantiam vehi, quæ glandulosa habetur a Malpighio, sed per injectiones demonstratur esse vasculosa, & ab illis vasculis succum tenuissimum ex sanguine in medullarem seu fibrosam substantiam transcolari; qui latex tandem ad nervos penetrans totum corpus irradiat. Hinc satis liquet, unicum tantum esse spiritum, vel potius succum *Cerebralem*, qui & *Nervosus Succus* dicitur, spiritus enim dici non meretur. Ille succus, qui jam in omnes partes influxit, partim exhalavit, partim iterum per vasa lymphatica in ductum thoracicum revehitur. Sunt igitur hi spiritus, tenuissima, elaboratissima, agilissima sanguinis pars, nam in nervis vel cerebro vix deprehenditur, nisi mador aliquis albus pellucidus, subitissime exhalans, nullo modo igne concrescens: unde sunt multo subtiliores quam lympha, neque ignem alunt, uti facerent spiritus fermentati vegetabilium, neque acres sunt, roderent enim nervos illico, quare optime comparari possent cum Aqua subtilissima; licet tamen id non sint, uti origo eorum evincit: neque unquam quiescunt, sed tranquillum & maxime ordinatum motum habere debent. Usus illius succi est sensibus non tantum inservire, sed & actionibus, sive motibus tam voluntariis, quam involuntariis. imo & nutritioni: forte etiam semini, aliisque humoribus in organis secretoriis admiscetur. Gr. πνεῦμα. B. Geesten vel Herzenzap / zenuwzap. G. Die Geister / feuchter feucht. Gall. *Esprits*. A. Spirits.

Spiritus Chymici, sunt liquores, qui distillando non tantum tenuissimi sunt redditi, sed incorruptibiles & majoris efficaciæ. Sunt triplices, *Sulphurei*, *Acidi* & *Salsi*. *Sulphurei* sunt, qui facile flammam concipiunt, atque post plenariam vegetabilium fermentationem producti sunt; ac inter destillandum decurrunt striatim juxta latera capitelli; le-

leviores & mobiliores ſunt quam aqua, & conſtant ex particulis oleoſis, ut eſt ſpiritus vini & omnes ſpiritus ardentes ex baccis Ribium, Fragorum, Sambuci, &c. *Acidi* ſunt qui conſtant ex particulis acidis & aqua, ut ſunt Spiritus Vitrioli, Sulphuris, Salis, &c. Qui veri ſpiritus non ſunt. *Salini* ſunt, qui ex ſale volatili & aqua conſtant, ut Spiritus Salis Armoniaci, Spir. Urinæ, Fuliginis, &c. Alii ſunt ſimplices, ut jam recenſiti; alii *Compoſiti Sulphurei*, ut Spir. Aromatici, Spiritus Diuretici. *Acidi Compoſiti*, ut Aqua fortis, Spiritus Nitri dulcis, Aqua Regia, &c. *Salini Compoſiti*, ut Sal Volatile oleoſum, Spir. Salis Armon. acidus, &c. B. **Geeſten.** G. **Subtile Geiſter / oder Spiritus.** Gall. *Eſprits.* A. Chymical Spirits.

SPLANCHNICA, ſunt Medicamenta, adverſus morbos inteſtinorum; à σπλαγχνίζω, exta in manus ſumo.

SPLANCHNOLOGIA, eſt illa Anatomes pars, quæ viſcera, eorumque ſitum, nexum, fabricam, & uſum deſcribit, ex σπλάγχνον viſcus & λόγος ſermo. B. **Beſchryving der Ingewanden.** G. Beſchreibung der Eingeweide.

SPLANCHNON, eſt viſcus, ſive pars organica, in magna cavitate contenta. Vide *Inteſtina.*

SPLEN, ſive LIEN, Gr. Σπλὴν, eſt infimi ventris viſcus, à parte ſiniſtra ſitum, hepati e regione oppoſitum, magis tamen poſteriora verſus locatum poſt ventriculum, rubrum ſeu ſanguinolentum quidem, ſed & ſæpe lividum, adeo ut obſcurè rubeat. Figura ejus oblonga eſt, inſtar linguæ: longitudo, latitudo & craſſities variant, naturaliter autem coſtarum ſpuriarum limites non excedit. Pars ventriculum ſpectans ſima eſt, ubi & vaſa ſanguinea cum nervis & vaſculis lymphaticis conſpiciuntur. Ab altera parte gibba, & lumbis & diaphragmati, & peritonæo adhæret. Interior ſubſtantia conſtat ex plurimis veſiculis ſeu ſacculis, quibus glandulæ interſperſæ ſunt, qui vicem venarum gerunt; plantæ pedis non abſimilis eſt, in vaccis & bobus bovinam linguam affabre refert. Uſus eſt à ſanguine lympham ſegregare, eandemque in ciſternam chyli ablegare, & ſanguinem præparare, ut ex eo inde ad Hepar delato bilis generetur; hinc lienes tam obſcurè rubent; nam ſanguis lympha ſua orbatus, intenſum colorem amittit. Hinc olim putarunt receptaculum eſſe humoris melancholici. Sive ut alii excrementorum ſalſorum & terreſtrium, ut ibi mediantibus ſpiritibus animalibus volatiliſentur,

tur, & ſanguini denuo ad ulteriorem fermentationem inſpirentur. Sed hoc verum non eſt, & ſi liveat, & atro ſanguine turgeat, caſu hoc factum aut à morbo & incraſſato ſanguine puto. Cum Lien non habet emiſſarium, ut alia viſcera, per quod humorem ſingularem ſua fabrica factum emittat, ſed effert omnia miſta ſimul per ingentem venam lienarem, apparet, quod omnis hujus actionis fructus ipſi neutiquam inſerviat: verum quum omnis, ſic confectus humor eat in unam venam Portarum, & hepar; patet uſum ſplenis inſervire hepati bilem paranti. B, De Milt. G. Die Miltz. Gall. *La Rate.* A. The Milt. *Lienes Morbidi*, valde obſtructi & tumentes, etiam vocantur, *Lienes*. a Σπλάγχνον viſcus, vel à σπάω λίαν contraho valde. B. Milt gezwellen. G. Miltz Kranckheit / miltz-ſucht. Gall. *Rateleux*, *Mal de Rate.* A. A Diſeaſe in the milt.

SPLENETICA, ſunt Medicamenta, adverſus ſplenum morbos. B. Milt middelen. G. Den Miltz dienſtliche Artzneyen.

SPLENIA, PLUMACEOLI, ſeu PLAGULÆ, componuntur ex linteo, ter, quater & quinquies duplicato, ita ut *Spleni* craſſitie quadret, quæ vulneribus, ulceribus & fracturis imponitur. Antiquis plumaceola vocantur, quia vulgo ex pluma inter duos pannos conſuta conſtabant: à ſplenis figura, ſplenia dicuntur. Item pulvilli, quod pulvinaris formam referant. Differunt ratione figuræ, longitudinis, latitudinis & craſſitiei. Figura triplex eſt, pro poſitionis ſc. eorundem modo. Pleraque quadrata ſunt, alia oblonga, & ſi brachium vel pedem circumcingere debeant, etiam annularia. Quidam enim parti ſecundum longitudinem rectè, quidam obliquè, quidam vero transverſè imponuntur, & quidem nunc ſinguli, nunc plures; pro uſu parti affectæ debito, ad deligationem firmandam, membra craſſitudine inæqualia, aut partes graciles, & concavas æquandas & explendas, ut tota deligatio æqualis evadat; partes item à faſciarum & vinculorum onere defendendas & ſaniem ichoresque exprimendos & imbibendos; naturalem etiam ægræ partis calorem fovendum, & frigus avertendum. Imponuntur interdum ſicca vel liquore aliquo imbuuntur & madefiunt. B. Plumeſolen / Compreſſen / Wondkuſſentie. G. Plumeſole / Truckkuch / Compreſſen. Gall. *Plumaſſeaux*, *Compreſſes.* A. Bolſters.

SPLENICA, ſunt, quæ validius attenuando, incidendo, & volatiliſando, obſtructionibus ſplenis corrigendis conducunt,

cunt. B. Milt-middelen. G. Dem Milke dienstliche Artzneyen.

SPLENICI, veteribus proprie vocati sunt, qui vitio lienis inveterata laborant. B. Miltzuchtig. G. Miltzsüchtig.

SPLENII MUSCULI seu TRIANGULARES, sunt origine gemina, partim à quinque spinis vertebrarum colli inferiorum, partim à totidem apicibus vertebrarum thoracis superiorum prodeunt: atque obliquatis nonnihil fibris in medium occipitis, & processum transversum secundæ vertebræ inseruntur; caput ad posteriora trahunt: sic à laterum figura nomen inditum est. B. De spalk-spieren. G. Die länglichte mäuse. Gall. *Muscles Splenius, ou les Mastoidiens posterieurs.* A. The Spleen Muscles.

SPLENION, est Scolopendriæ species, dicitur spleni, seu lieni mederi. Constatque sic inventum, cum exta super eam projecta essent, fertur adhæsisse lieni, eumque exinanisse. Ob id à quibusdam *Splenium* vocatur. Narrant sues, qui radicem ejus edunt, sine splene inveniri. Vide *Asplenium.* B. Steen-varen/ Milt-kruid. G. Steinfarn/ Miltz-kraut.

SPLENITIS, est Inflammatio, vel obstructio arterias splenicas occupans, cum tumore, dolore ardente obtuso, febre acuta: vel cum sensu ponderis in sinistra hypochondriorum parte. B. Milt-ontsteking. G. Die Miltzsucht. Gall. *Inflammation, ou Obstruction de la Rate.*

SPODIUM, est favilla eadem ac *Pompholyx* ob gravitatem in pavimentum decidens. Dicitur *Spodium Græcorum* ad differentiam *Spodii Arabum*, quod nihil aliud est, quam radix Alcannæ combusta, & Officinæ nostrates *Ustum Ebur* ejus loco substituunt. *Spodium Græcorum* uti specie à Pompholige non differt, ita & viribus inter se conveniunt. Gr. Σπόδιον & Σποδός, Lat. *Spodium Græcorum, Offic. Nil* vel *Nihili Gryseum.* B. Grauwe Tutia/ Spodium. G. Grau Nicht/ Hutten rauch. Gall. *Tutie Grise.* A. Spodium, Grey Tutey.

SPONDYLIS, vel SPONDYLIUM, est Panacis Heraclei species, nomen habet à vertebris vel verticillis fusorum: sed alii malunt ab odoris gravitate, à Spondyle sc. insecti specie odoris gravis. B. Duitsche Beerenklaau. G. Beerwurtz.

SPONDYLUS seu VERTEBRA, VERTICILLUS, sunt ossa viginti quatuor capiti subjecta, in medio excavata pro transitu medullæ spinalis. Constant basi, sive corpore, & septem processibus, quatuor obliquis, duobus transversis, &

& una ſpinoſa, qui omnes inſertioni muſculorum inſerviunt. In quovis latere foraminibus prædita ſunt, quæ nervis ſpinalis medullæ exitum concedunt. Parvis præterea gaudent foraminulis, in corpore potiſſimum conſpicuis, per quæ vaſa ſanguifera transeunt. Septem ſuperiores dicuntur colli, quæ reliquis ſunt minores, ſed ſolidiores. Harum ſuprema vocatur *Atlas*, Secunda *Epiſtropheus*. Has excipiunt duodecim, quæ ad dorſum vel thoracem pertinent, majores quam in collo, quarum apophyſes ſpinoſæ longiſſimæ, & transverſæ craſſiores. Quinque inferiores pertinent ad lumbos, quæ corpora habent craſſiſſima, proceſſus transverſos longiſſimos, ſpinoſos craſſiſſimos, rectos, & reliquis magis diſſitos. Connectuntur inter ſe per laxam articulationem, anterius mediante cartilagine, poſterius per proceſſus ſuperiores & inferiores, qui ſe mutuo excipiunt. His adduntur ſex vertebræ, a nonnullis *Spuriæ* dictæ, quæ ad Os ſacrum pertinent. Gr. Σπόνδυλος, Στροφεῖς, Ἀστράγαλοι Hom. Κύβοι, Σπόνδυλον deducunt, à σφίγγω, quod vertebræ inter ſe conſtrictæ ſunt: alii à σπᾶν δύνειν, quod altera alteram quaſi attrahat & ſubingrediatur. B. Wervel-beenen. G. Der Wirbel, oder Die gelencke im Ruck-grade. Gall. *Vertebre*. A. Bak bone, Chine bone.

SPONGIA, ſpongias inter vegetabilia Antiqui olitores vocarunt radiculas illigatas & connexas. Hinc Aſparagi ſativi & altilis radices multis irretitæ capillamentis coaleſcentes, & inter ſe implicatæ, ac quaſi in unitatem coëuntes ſpongiolæ, & ſpongiæ, ſpongioſæque appellantur. Sic aliquando muſcus quidam comoſus eſt, in meditullio continens alveolos præduros, vermiculari ſobole inſtructus, ex variis fibrillis villoſis conſtans, ut in Cynosbato fieri inquit Cl. *Hagedornn*.

SPONGIA, eſt Muſci marini ſpecies rupibus adnaſcens, ſive plantæ ſpecies mollis, levis, poroſa, quæ fungum refert, in mari rupibus adhærens, coloris nunc albicantis, flaveſcentis & ſpadicei, odore & ſapore carens; omnes fere afferuntur ex mari Mediterraneo: eſt Inſula quædam in Aſia Icaria dicta, ubi in magna copia inveniuntur, ibi juvenes, qui uxorem ducere volunt, in mare ſe immergunt ad ſpongias educendas, & qui plus in mari degit, illi virgo præmii loco datur: qui mos inde eſt ortus, quia Turcarum Domino, has ſpongias tanquam tributum dare appa-

debent: si microscopio lustretur spongia, vera planta videtur, totum quod apparet spongiosum, e mare extractum, apparet limoso corpore plenum; hujus natura fungis est proxima, de vegetabilium marinorum genere, combusta tamen ad partes animalium accedit, & dat odorem cornu cervi calcinati, per destillationem dat ingentem copiam olei & salis volatilis: aquam quasi attrahunt spongiæ, & tunc in omnem dimensionem extenduntur, & deinde aquam attractam diutissime retinent, & nisi exprimatur, non facile dimittunt: recentes e mari emersæ graves satis sunt ob limum in earum foraminibus contentum; vera radice firmantur in fundo maris, & quamdiu ibi hærent, habent motum quasi systoles & diastoles, contrahuntur, & tunc difficulter avelli possunt; motum inesse negari non potest, si extracta ex mari, pars una in aqua, altera vero sit in aëre, pars sub aqua motum contractilem & distractilem retinet: duo genera spongiarum constituit Dioscorides marem atque fœminam, marem densioribus atque minoribus foraminibus constare docet, fæminam majoribus & rotundis; alii tertium addunt, in quibus lapides nascuntur duriores; qui credebant spongiam esse animal, dicebant esse calculos in ejus corpore generatos. Gall. *Pierre d'Eponge*; vivunt spongiæ scropulis, testaceis & arenæ radice affixæ; a sua radice repullulant, & ut aliæ plantæ crescunt: dicitur παρὰ τὸ σπᾶν τὰ ὑγρὰ, quod liquida attrahat & combibat. B. Spons. G. Schwamm. Gall. *Eponge*.

Spongioidea Ossa, vide *Cribriformia Ossa*.

Spongiosum Os, idem quod *Cribriforme Os*.

Sporadici Morbi, sunt, qui specie differentes omni tempore & loco exoriuntur, & quosdam homines separatim invadunt, etiam eo tempore quo morbi epidemici grassantur, qui plures homines simul uno tempore, & in una regione infestant: item venarum propagines hinc inde palantes sporadicæ vocantur, a σπείρω sero. B. Verspreide ziekte. G. Eine grassierende seuche Gall. *Maladies Sporadiques*. A. Sprinckling disease.

Spurii Morbi, ut febres spuriæ, pleuritis & angina spuria, &c. sunt qui ordinarium rhythmum non absolvunt; item *Costæ* breves, dicuntur *Spuriæ*. Vide *Nothæ Costæ*.

Sputum, est liquor saliva paulo crassior, ab Amygdalis, &c. in os effusus: vel qui per tussim ex aspera arteria ejusque ramis ejicitur. Gr. Πτύελον. B. Spog / spou-

spouzel / fluim. G. Speichel. Gall. *Crachat*. A. Spittle.

Squammosa Sutura, vide *Lepidoides*.

Squammosum os, est pars superior ossis temporum, ita dicta, a similitudine, in infante distincta a parte petrosa, quæ inferiorem ejusdem ossis partem constituit. B. Schubachtig been. G. Schuppechtig bein.

Squilla, bulbus est, ex Italia vel Hispania huc allatus, non procul à mari crescens, floribus subalbidis, ad sulphureum colorem, quantum memini, nonnihil vergentibus. Exinde componuntur trochisci pro Theriaca, acetum & Oxymel scilliticum; dicitur & *Scilla* & *Cæpa marina*. Vide *Scilla*. B. Zee-ajuin. G. Meer zwibel. Gall. *Scille*, *Oignon marin*. A. Sea-onion.

Squinanthia, barbaro vocabulo dicitur Angina. Vide *Angina*.

Squinanthum, idem quod *Schœnantum*.

Srint, morbi apud Hungaros familiaris nomen, quo omnis tumor in ore, gutture velano inflammatorius indigitatur.

Stachys, dicta quod verticillato florum ambitu, & orbibus spicarum caules çingentibus coronetur. Vide *Spica*.

Stacte, sive gutta, à στάζω stillo, sunt guttæ alicujus gummi, ut Styracis, Myrrhæ, &c. item significat lixivium per cineres guttatim destillans. B. Sap van Kaneel en Mirrhe. G. Zimmet und myrrhen safft.

Stagma, sunt latices, qui destillationi exponuntur, à στάζω stillo.

Stagnatio, dicitur de humoribus, qui remoram in via sua patiuntur. Hæc locum habet in obstructione, innumerosque producit morbos pro diversa humorum stagnantium indole, & functione partis, in qua cursus humorum impeditus est. B. Stilstand. G. Das stillstehen.

Stalagma, est id quod à stagmate destillatum est, à στάζω stillo.

Staltica, idem quod *Sarcotica*.

Stamina, in plantis sunt, qui in medio calycis erumpunt, apices: sic dicta, quod veluti filamenta ab intimo floris sinu prosiliant, Stamina autem ut pote nobilissimæ plantarum partes (quamquam vilissimas abjectissimasque Celeberrimus Tournefortius habuerit) inter alia generationis organa non ultimum sortiuntur locum: mascula quippe in his & multiplicandæ proli idonea virtus eminet, haud secus ac in animalium maribus fieri observatur, ubi simil-

limæ

ſimæ his partes ſimili quoque ſcopo inſerviunt. Componuntur hæc ſtamina Capitulis, quæ vulgo Apices vel etiam antheræ dicuntur, & caudis quæ filamenta & columnæ vocantur. G. Die Fäſerlein an Kräutern und blumen.

Stannum, eſt metallum, poſt Plumbum molliſſimum, flexile, ductile, facillimo igne liqueſcens & avolans, fumos edens ſulphureos, à parte metallica facile ſeparandos, & fere combuſtiles, per ſe vix ſonorum, candidi coloris, & metallorum leviſſimum, nempe gravitatis reſpectu aquæ, ut 7321. ad 1000. crudum proprio cum adhærente ſulphure a ſola aqua regia ſolvitur, calcinatione a ſulphure purius & aceto liqueſcit, minimumque ſolventis requirit: Plumbo & Antimonio adeo reſiſtit in tigillo documaſtico, ut quam difficillime inde ſeparari queat, & ne ſic quidem abſque auxilio Cupri. Nullus ejus in Medicina uſus eſt, niſi quod cum Nitro & Antimonio detonatum Antihecticum Poterii inde paretur. Chemicis vocatur Jupiter. B. Tin. G. Zinn / Bleyertz. Gall. *Etain*, *Plomb blanc*. A. Tin, Piuter.

Stapes, eſt oſſiculum parvum in aure interna poſitum; eſt ultimum quatuor oſſiculorum auditus, ſi ſitus ſpectetur; à Veſalio Græcorum literæ Δ ac triangulo ob ſimilitudinem comparatur; ſtapedis nomen habet, quia ſtapedem equeſtrem exactiſſime refert: articulatur extremo apici convexo roſtri incurvi proceſſus longioris incudis, ſeu potius lateri poſteriori convexo ovalis oſſiculi Sylvii (ligamento parvo tenui membranoſo totam hanc articulationem ambiente, firmante, oſſiculum Sylvianum includente) mediante parva cavitate capitulo ſtapedis inſculpta, cui os orbiculare ſuperpoſitum eſt: hujus ſc. ſtapedis bina crura, ſeu latera, tenera, ad capitulum unita, ſenſim magis a ſe invicem recedentia, incurva; qua parte ſe invicem reſpiciunt ſulcata, verſus interiora elongata, efficiunt, ut ſtapes quaſi horizontaliter introrſum procedat, & ad intima tympani pertingat, ubi baſios ſuæ ellipticæ, latæ, planæ, tenuis, teneræ, non foraminulentæ, ſed in pluribus iiſque minimis locis præ tenuitate pellucentis, parte convexa interiora ſpectante (cum altera capitulum reſpiciens concava ſit) foramen à figura ovale dictum, in parte poſteriori & ſuperna conchæ internæ è regione membranæ tympani poſitum, habens ſitum ipſi parallelum, & configurationem ſtapedis

baſi

basi respondentem, replet, & membranulæ tenuissimæ, tenerrimæ illud occludenti accrescit, servata interim mobilitate requisita, cum hâc membrana in adferendis sonis contremiscit. B. **De Stygbeugel.** G. **Stegreiff / oder Ohrbügel** Gall. *L'Etrier.*

Staphis Agria, Delphinii species est, quæ habet caulem sesquipedem vel duos pedes altum, rectum, rotundum, nigricantem, ramosum: folia sunt magna, ampla, in plures partes profunde incisa, viridia, Ricini vel Platani folia referentia, pediculis longis adhærentia: flores sunt polypetali, anomali, ex plurimis nempe petalis dissimilibus constantes, quorum superius in caudam tenuatur, excipitque aliud petalum bifidum, & pariter caudatum: pistillum medium occupans abit in fructum, in quo veluti in capitulum colliguntur vaginæ secundum longitudinem dehiscentes, seminibus fætæ instar parvorum pisorum crassis, triangularibus, rugosis, asperis, arcte sibi invicem junctis & unitis, extus nigris, intus albescentibus aut flavescentibus, saporis acris, urentis, amari, valde ingrati: semen, quod Piper Murium aut Glirium appellatur, in usu est; ad pediculos arcendos & abigendos, pulvis ejus capiti & vestibus inspergitur: nomen à foliorum divisuris accepit, quibus vitem imitatur sylvestrem: vocatur & *Pedicularis*, quia enecat pediculos: & *Pituitaria*, quia manducando salivam pituitosam elicit. B. **Luiskruid.** G. **Läuß-kraut / speichel-kraut / bißmünt / Mauß-pfeffer / Katzen-pfeffer.** Gall. *Herbe aux poulleux* vel *aux poulx.* A. Staves-ager.

Staphyle, idem quod *Cion.*

Staphylepartes, est instrumentum chirurgicum, quo uvula laxior elevatur & attollitur, dicitur & σταφυλάγρα. B. **Een Huig-ligter.** G. **Eine Zäpfleins-zange.** Gall. *Pincettes pour la luette.* A. The rostitto.

Staphylinos, est *Pastinaca*, à Σταφὶς uva, sed cur, divinare nequeo, cum Pastinaca uvas non ferat: neque folia vitis similitudinem habent.

Staphylodendron, Arbor est vel arbuscula densa, cujus lignum flexile, medulla alba repletum; folia ut plurimum quinque, aliquando septem uni costæ adnascuntur, Sambuci folia referunt, sed aliquantulum minora sunt, in margine dentata: flos est rosaceus, pentapetalus, erectus velut in campanam, staminibus quinque fætus: ovarium in

in fundo calicis tubis duabus præditum, fit fructus membranaceus, inflatus instar vesicæ, divisusque in loculamenta fæta seminibus Nucibus Avellanis similibus, cortice ligneo obtectis, sed tenui, coloris rubicundi, fragili; horum substantia est virideſcens, saporis subdulcis, insipidi, & nauseosi: gaudet locis humidis præsertim in Helvetia: est nux vesicaria, ferens nuces in vesiculas elevatas. Σταφὶς uva est, sed hic potius nucem denotat, & δένδρον arbor. B. Pimpernoten. G. Pimpernüßlein. Gall. *Nez Coupez.* A. Bladder-nut.

STAPHYLOMA, est oculi vitium, quando cornea rupta, & tunica uvea ei subjecta, acini instar excidit, deformemque super oculo tumorem efficit, à σταφὶς uva, Latinis *Uvatio.* B. Druifgezwel. G. Traubenbeere auff den Augglied. Gall. *Staphylome.*

STATER, est nomen ponderis unciam semis pendentis.

STATUS MORBI, vide *Acme.*

STEATOCELE, est tumor scroti sebaceus, ex στέαρ sebum, & κήλη tumor. B. Klootzaks-spek gezwel. G. Hodensacks specks Geschwulst.

STEATOMA, est tumor propriâ tunicâ contentus, originem trahens à materiâ sebo simili, ejusdem ubique coloris, mollis, ab exiguo principio augmentum paulatim sumens, ad pondus aliquot librarum interdum increscens, digitis difficulter cedens, ab iis remotis facile ad primam magnitudinem rediens, in folliculis panniculi adiposi plerumque originem habens, in partibus internis quandoque etiam nascens, ex στέαρ sebum. B. Een spek-gezwel. G. G. Ein speck geschwulst. Gall. *Steatome.* A. Idem.

STEGNOSIS, est pororum constrictio & constipatio, à στέγω constipo.

STEGNOTICA, idem quod *Astringentia.*

STELLÆ HERBA, idem quod *Coronopus.*

STENOCHORIA, est angustatio vasis, ab enato tumore in substantia propria membranæ, cavum constituentis. B. Vernaauwing. G. Engmachung.

STENOTHORACES, vocantur homines dispositi ad Phthisin, qui sunt angusto & breviori Thorace, quia brevius est intervallum a claviculis usque ad extremum sterni, vel quia pectus anterius est nimis planum, ac proinde capacitate angustius.

STERCUS, est excrementum crassum, ab alimentis residu-

fiduum, bile permixtum, & nutritioni inutile, quod per intestinum rectum & anum excernitur, vocatur item *Excrementum Alvi*, *Alvus*, *Merda*, Horat. Gr. Σκῶς, Κόπρος, Ἀποπάτημα, Ἀπόδοσις, Πόνηθος Nicandro, Σπατίλη Aristoph. Πάτος, Σκύβαλον, Ἀφόδιον Γαστρὸς Nicandr. ἀφόδευμα, Διαχώρημα. B. Stront / dzek / uitopgzel / Afgang. G. Dreck / mist. Gall. *Estron*, *merde*, *fiente*, *ordure*. A. Dung, Excrement.

Sterilitas, idem quod *Agonia*.

Sternohyoides, est musculorum par ossis hyoidis, quod recto ductu deorsum movet; à supremo sterno & clavicula exterius profectum, in basin ossis hyoidis ascendit. Tendineas inscriptiones in posteriori eorum facie perpetuo observari, notavit Morgagnius: à στέρνον pectus, & ὑοειδὴς os Hyoidis. B. Tongbeens bozst-spieren. G. Zungenbeins-Brust mauß. Gall. *Muscles Sterno-Hyoidiens*. A. The breast bonesmuscle.

Sternoidei Musculi, idem quod *Triangulares Musculi*.

Sternothyroides, est par musculorum cartilaginis scutiformis, eamque deorsum trahens, à superiore atque interna parte sterni profectum, inferiori scutiformis cartilaginis lateri inseritur, ex στέρνον pectus, & θυρεοειδὴς scutiformis B. Schild-wyze-kraske-beens bozst-spieren. G. Schiltgleiche Brust mauß Gall. *Muscle Sterno-Thyroïdiens*.

Sternum, est os, quod in arteriore thoracis parte costarum cartilaginibus adnatum est & insternitur, unde *Sternum* dici putant; constat nunc ex quatuor ossibus, in adultis sæpe in unum solidum os facescit: inferius ei cartilago ensiformis adhæret, quæ non semper in mucronem, sed aliquando in obtusum finem definit. B. Het Bozstbeen. G. Das Brust bein. Gall. *L'Os de la Poitrine*, *le sternum*. A. The Breast Plate, the breast bone.

Sternutamentum, idem quod *Sternutatorium*. Vide *Ptarmica*.

Sternutatio, Gr. Πταρμὸς, à Πταίρω sternuto. Est fortis ac subita aëris inspirati & diu retenti efflatio per nares potius quam per os: sed ita, ut in altum sublatis visceribus abdominis, imo altius quam solent, per convulsionem musculorum abdominalium, tum etiam & pulmonibus fortius constrictis, valida ac subita exspiratio subsequatur cum forti pæne totius corporis concussione, atque ita

ta fit sternutatio, quæ raro una vice, plerumque bis vel pluries successive contingit, sed cum sæpius repetit, admodum molesta est non modo naribus, à quarum vellicatione incipit, sed toti corpori & maxime ventri ex illa concussione, aliquando cum tussi illis in morbis reperitur. Sunt etiam sani, nares humidas habentes, qui sæpius de die sternutant. Sic à sternutatoriis frequens est sternutatio. B. Niezinge. G. Das Niesen. Gall. *Eternuement.* A. Neesing, snesing.

Sternutatorium, Sternutamentum, Cic. Gr. Πταρμικὸν, est Medicamentum, quod naribus inditum, subtili acrimonia mechanico modo vellicat, & membranæ Schneiderianæ nervos in motus convulsivos concitando, per sternutationem quicquid in lacunaribus propinquis hæret, expurgat. B. Nies-poeder. G. Niespulver / Nies kraut. Gall. *Sternutatoire.* A. Sneesing Powder.

Stertor, Gr. Ῥογχὸς à Ῥέγχω sterto, est sonus insolitus, qui inter respirandum auditur, maximè vexat quosdam moribundos, cum viribus detritis, loquela abolita est. Sed etiam multi inter somniandum stertunt, sic ut alios secum dormientes excitent, iisque molesti sint. In Asthmate vero, Apoplexia & Epilepsia frequens est stertor. Sed Asthma nunquam sine stertore, aut si gradus minor sit, sine sibilo, sive sonitu paulo arctiore respirationem difficilem facit: cum tussi denique etiam, stertor sæpe auditur, & tum Asthmatis initium; & in tussi etiam sonus auditur, qui tamen non est stertor. B. Ronking / Snorking. G Das schnarchen. Gall. *Ronflement, le Rale.* A. Snooring, snorting.

Stibialia, sunt quæ ex Stibio seu Antimonio parantur.

Stibium, quod & *Stibi* & *Stimmi*, Gr. Στίμμι, idem quod *Antimonium.*

Stica, sunt adstringentia externa, ut bolus, sanguis draconis &c.

Stichas, idem quod *Stœchas.*

Sticticum Emplastrum, est vulnerarium, fortificans, desiccativum, consolidans.

Stigma, est cicatrix unde cutis deformatur, à στίζω pungo. B. Een Lid-teken / Brandteken. G. Brand mal / Brandzeichen. Gall. *Cicatrice, ou Marque de quelque Playe.* A. A Skarr, gash, marke.

STILLICIDIUM SUPRA PARTEM, vide *Embroche*.

STILLICIDIUM URINÆ, idem quod *Stranguria*.

STIMULANTIA, sunt Medicamenta, quæ motus oscillatorios fibrarum motricium vasorum augent, tum motu magno, tum frequentia hos accelerando, unde per vasorum crebriores & majores contractiones liquida intus contenta velocius propelluntur; unde stimulantia non movent liquida nisi per secundam causam. Hæc Baglivio *Simplicia* vocantur, quando vim suam in cute tantum exercent; *Composita*, si quidpiam eorum cum humoribus communicatur. B. Prikkelende Middelen. G. Anreitzende Artzneyen.

STIPES, est pars plantæ inter radicem & ramos, idemque quod caulis.

STIPULÆ, sunt folia culmum ambientia.

STOEBE, est species Scabiosæ, Jaceæ &c. dici volunt à στοιβάζειν instipando, cogendo: fortè quia juxta vias calcandas succrescat.

STOECHAS & STICHAS, est planta Arabica spicata, arbusculam referens, plures habens caules vel virgas sesquipedem vel duos pedes altas, lignosas, in ramos divisas: folia Lavendulam referunt, sed non tam magna, angusta, spissa, crassa, densa: flos monopetalus est, labiatus, cujus labium superius erectum est, bifidumque, inferius vero tripartitum, sic tamen secantur ambo, ut primo aspecto flos, quinquepartitus videatur; flores varia serie disponuntur in capitulis squamosis, e quorum cacumine aliquot folio a eminent visui grata, quæ Clusius membranaceas ligulas vocat: ex calice autem surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina fere rotunda, nigricantia, in capsula, quæ floris calix fuit inclusa: radix lignosa: tota planta est odoris aromatici, saporis acris subamari: colitur in hortis. Stichas nomen accepit à Stœchadibus ex adverso Massiliæ sitis Galliæ insulis, in quibus provenit: Arabicæ factionis Authores patriam stichada reliquis omnibus prætulerunt, hinc sequaces illorum gentili cognomento *Arabicam* nuncuparunt. Sunt qui rectius *Stachyn*, quasi spicam, dici existiment. B. Stœchas bloemen. G. Stechaden kraut. Gall. *Stecas Arabique*.

STOLONES, vocatur coliculorum soboles, inutilisque

que è radicibus fruticatio, quibus evulsis plantantur Coryli &c. Vide *Nadus*.

STOMA, Os, seu cavitas, lingua, dentibus, palato &c. prædita. Item, oscula vasorum dehiscentia, dicuntur *Stomata & ora*. B. Mond. G. Mund.

STOMACACE, est Scorbuti symptoma, illud ob oris malè olentis & putridi vitium cum gingivarum erosionibus, & spontaneis hæmorragiis ex vasculis gingivarum, tum & in illis gangrænâ, dicitur. B. Scheurbuykig stinkende wassem. G. Mund fäule.

STOMACIA, idem quod *Stomacace*, & *Scelotyrbe*.

STOMACHICA, sunt Medicamenta, quæ stomachi morbis cujuscunque generis succurrere valent. B. Maaghmiddelen. G. Dem Magen dienstliche Artzneyen. Gall. *Remedes Stomachiques*.

STOMACHUS, quandoque sumitur pro toto stomacho, verum strictè refertur ad sinistrum & superius ventriculi orificium, quod est Oesophagi terminus in ventriculum, sive Oesophagus continuatus; situm est magis ad undecimam thoracis spinæ vertebram, quam cartilagini ensiformi propinquius, perpendiculari linea ventriculi medio fere incumbit; estque cibis recipiendis destinatum, & plurimis nervis ex ramo paris vagi & intercostalis intertextum, ex στόμα os, & χέω fundo; vel à στόμα os, & ἄγχω coarcto: aliis à στόος & μακρὸς, angustus & longus. B. Mond der Maag/ de linker Mond der maag. G. Das unterste an der speiß-röhr/ der Magen Gall. *l'Estomac*. A. The stomak.

STOMATICA, Medicamenta sunt, quæ oris partibus internis adplicantur. Talia sunt *Dentifricium*, *Apophlegmatismus*, & *Gargarisma*. B. Mond Artzenyen.

STRABILISMUS, idem quod *Strabismus*.

STRABISMUS, seu STRABILISMUS & STRABOSITAS, est oculi spasmus, quo pupilla versus nares, vel tempora, vel frontem, vel genas trahitur: ita ut objecta cerni nequeant è directo, sed in contrarium flexo oculo. Est vero hic spasmus plerumque perpetuus, vel in uno tantum, vel in utroque oculo, atque iis versus unam partem, vel altero versus contrarium, contortis. Hinc evenit, quod objecta dupliciter repræsentantur. Causa non tantum à spasmo, sed à relaxatione, paralysi, nimia musculorum oculos moventium longitudine, aut brevitate

&c. à στραβίζω sum oculis distortis. B. Scheel-oog / buiten-beelt gezigt. G. Das schielen / ein schielsehen. Gall. *Louche, Bigle.* A. Asquint.

STRABOSITAS, idem quod *Strabismus.*

STRAMONIA, *Pomum Spinosum*, *Malum Spinosum*, *Nux Methel*, *Datyra*, synonima sunt: est planta, quæ habet caulem duos circiter pedes altum, digiti crassitiei, in ramos divisum: folia ampla, lata, angulosa, acuta, Solanum referentia, sed majora, mollia, pinguia, graveolentia, summam narcosin spirantia: flores sunt monopetali, pentagoni, infundibuliformes, oblongi: pistillum fit capsula seminalis aculeis donata, quadrangularis, in quaterna loculamenta divisa septo cruciformi, in quorum singulis est placenta, cui semina adnascuntur plurima, reniformia: colitur in hortis. B. Doorn-appel. G. Stech-apffel / Rauch apffel. Gall. *Pomme epineuse.* A. Thorn-apple.

STRANGURIA, sive URINÆ STILLICIDIUM, est, quando urina guttatim cum dolore & ardore stillat, cui adest indesinens mingendi conatus, fit autem vel ex potu, &, ut passim creditur diverso, una vice hausto; cerevisia nondum defœcata; cantharidum usu tam externo, quam interno, vel gonorrhæa, in dysuria, vesicæ calculo; & causa est, quod materia mucosa, quæ naturaliter oblinit interne vesicam, ne ab acrimonia urinæ erodatur, abrasa sit a tunica vesicæ, vel secerni impediatur ex sanguine, unde nuda hæc tunica ab acrimonia urinæ exeditur, & sensum hunc excitat molestum, &c. ex στράγξ gutta, & οὖρον urina. B. Droppelpis / de koude pis. G. Harnstrange / harnwinde. Gall. *Strangurie, difficulté d'uriner, retention d'urine.* A. The strangury.

STRATIFICATIO, est corrosio per pulveres corrosivos; fit cum crucibulum, metallo laminato & pulveribus corrosivis repletur faciendo S. S. S. hoc est ponendo aliquid de pulvere corrosivo in crucibulum, & huic supersternendo tenuem laminam corporis metallici, & sic pergendo, donec vas repleatur, postea ponuntur carbones per circuitum, vel datur ignis reverberii paulatim augendo, ut res postulat.

STRATIOTES, vide *Militaris*, à στρατεύω milito. Στρατιώτης est miles.

STRATIOTES, vide *Millefolium.*

STRA-

STRATUM SUPRA STRATUM, vide *Stratificatio*.

STRIÆ, in plantis partes sunt quædam quæ protuberant & eminent. Hinc striatus caulis, qui hujusmodi striis seu fibris longitudinalibus eminentibus est præditus, aut striaturis est exasperatus. *Strigiles* etiam, si Vitruvio credimus, appellantur.

STRICTOR seu CONSTRICTOR, idem quod *Sphincter*.

STRIDOR DENTIUM, vide *Trismus*.

STROBILUS, est Articocalus seu Scolymus: sic dicitur quod ejus capitulum structili nucleorum serie Pineam nucem referre videtur, à Στροβὸς vertex, turbo. Vide *Articocalus*.

STRUMA, idem quod *Scrophula*.

STRUTHIOFERA, est Filicis species; sic dicta, quod ejus folia avem struthium referant.

STRUTHIUM, vocatur *Ostruthium*; sed Theophrastus aliam plantam innuere videtur, qua fullones utuntur. Nomen non habet à στρουθίζειν quod lanas purget, candidasque reddat: sed vox στρουθίζειν à στρουθίον derivata est, quod herbâ hac lanæ mundarentur. Verisimilius nomen illud impositum à floris pulchritudine & similitudine alarum passeris, quam situs foliorum struthii præ se fert. Vide *Saponaria*, à præcipua & utiliore parte *Radicula* Romanis est appellata. B. Zeep-kruid. G. Seiffen-kraut.

STRYCHNOS, STRYCHNON, dicitur & Στρύχνος, vide in *Solanum*.

STRYPHNA, vide *Astringentia*.

STUPEFACIENTIA, idem quod *Narcotica*.

STUPHA seu STUPA, est linteum liquori intinctum & parti dolenti admotum, idem quoque quod *Laconicum balneum* vel *Sudatorium* aut *Vaporarium*.

STUPOR, est sensus tactus obtusus, inductus à nervorum compressione vel obstructione, ita ut spiritus animales functionibus suis fungi non possint, ut in Paralysi, cujus veluti initium est, & a qua tantum causarum magnitudine discrepat: Vel quando quis ex casu, lapsu, aut alia plaga in caput stupet, & talis stupor vocatur Gr. Ἔκπληξις. Idem fit in *Hæmodia dentium*. Vel quando pes, brachium, diu in eodem situ retinentur, & postice musculos premendo, influxus sanguinis & spirituum in musculos non bene processerit, dicuntur dormire, & quando remittuntur, punctionis sensus subsequitur. B. Doof-gevoel / een slapend

pend geboel. G. Erstarrung / Erstaunung / Entsetzung. Gall. *Engourdissement*. A. Numness.

Stuppa vel Stupa, vide *Stupha*.

Styloceratohyoides, sunt musculi ossis Hyoidis oblique sursum trahentes, aliquando fissi, ut Biventri transitum præbeant; oriuntur à Styliformis appendice externo, qui in ossis Hyoidis cornua porriguntur, ex στύλος stylus, & κερατοειδὴς cornuformis. B. Priem-wyze tong-beens hoorn-spieren. G. Griffel gleiche Zungen-beins horn-mauß. Gall. *Stylo-Hyoidiens*.

Styloglossum, est par musculorum linguam attollens, à styliformi appendice natum, quod circa linguæ medium inseritur, ex στύλος stylus, & γλῶσσα lingua. B. Priem-wyze tong-spieren. G. Griffelförmige Zungen-mauß. Gall. *Les Stylo-Glosses*.

Stylohyoides, idem quod *Styloceratohyoides*.

Styloides, seu Belenoides, sunt processus ossei styliformes, posterius basi ipsius cranii infixi, ex στύλος stylus, & εἶδος forma.

Stylopharyngæus, est par musculorum gulam dilatans; ab appendicis styliformis inferiori parte descendens, in gulæ latera exporrigitur, ex στύλος stylus, & φάρυγξ gula. B. De priemwyze keel-spier. G. Der Griffel-gleiche Kähle mauß. Gall. *Les Stylo-Pharyngiens*.

Stylus, vide *Pistillum*.

Stymma, est spissamentum seu crassamentum rerum (florum, rerumque aliarum) quod remanet post macerationem & expressionem oleorum.

Styptica, idem quod *Astringentia*, à στύφω astringo.

Styrax, sive Storax, est *Siccus* & *Liquidus*, *Siccus* dicitur *Calamita*, à cannarum calamis sic dicta, in quibus olim ex Pamphilia apportabatur. Est gummi alicujus arboris Betulæ vel Cydonio non absimilis, sed folia habet minora, oblonga, firma, superius viridia, inferius alba, & lanuginosa: flos est monopetalus, albus, parte inferiore tubulata, superiore multifida, instar stellæ expansilibus laciniis: ovarium ex centro calicis dentati, multifidi, ampullosi, fit fructus subrotundus, Avellanæ Nucis magnitudine, albus, cortice carnoso obtectus, saporis aliquantulum amari, uno vel altero officulo plerumque fætus, in quo continetur nucleus medullosus, oleosus, odoris ut gummi styracis, saporis ingrati: Ex cortice stillat

lat illud gummi seu resina, quæ concrescens odoris est suavissimi. Fertur ad nos non in cannis, ut olim, sed in globulos concretus. Venit ex Syria, Silicia, Pamphilia, &c. Debet esse pinguis, lentus, fragmentis albicantibus russescens, vel flavus, odore perseveranti, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit: *Styrax* porro *Liquidus*, instar Terebinthinæ spissus est & graveolens. Unde veniat necdum ita planum: quidam putant esse factitium quid; alii quod ex fructibus & corticibus ejusdem arboris exprimatur: Alii esse Myrrhæ stacten. Gr. Στύραξ dicitur tela seu canna, in quibus olim solebat colligi & conservari. B. Styrax. G. Styrax gummi. Gall. *Storax*.

Subactio, est, quando res quædam manibus tractatur; & dicitur de mistione & emollitione Emplastrorum ceræ & similium massarum, manibus vel in mortario cum pistillo facta. Vox hæc etiam usurpatur, dum cibos in ventriculo solutos, & cum omnibus liquoribus tum ingestis externe, tum interius hospitantibus permistos tam bene conspicimus, ut modo una massa uniformis appareat: sic etiam chylus in sanguinem infusus, integre cum eo mistus, vocatur subactus. Denotat etiam hæc vox talem materiæ morbificæ mutationem, ut æquabiliter cum reliquis humoribus permisceri. & vasa transire queat. B. Onderbrenging. G. Das Auffweichen/erweichen/Knetten. Gall. *Subaction*. A. Idem.

Subcartilagineum, idem quod *Hypochondrium*.

Subclavia Vasa, sunt venæ & arteriæ, quæ sub clavicula transeunt, & majores sunt, qualis est illa utrinque vena, in quam unam hiat Ductus Thoracicus inferne & sinistrorsum, modo & superne Vena jugularis; tum & omnes venæ brachiorum; & qualis est illa Arteria utrinque, quæ ex aorta oriunda prospicit mammis & brachiis. B. Onder sleutelbeens Vaten. G. Des unterschlüsselbeins Gefässe. Gall. *Vaisseaux Souclaviculaires*, & *Souclaviers*. A. The Vessels under the Channel Bone.

Subclavius Musculus, ita dictus quod sub clavicula situs sit, spatium replet inter claviculam & primam costam. Oritur carnosus à parte interiore & inferiore claviculæ: inseritur carnosus in partem superiorem primæ costæ, quam sursum & extrorsum trahit B. De Ondersleutelbeens Spier. G. Der Unterschlüsselbeins Mauss. Gall. *Muscle*

ſcle Souclavier. A. The under Muſcle of the Channel Bone.

Suber, eſt Arbor mediocris magnitudinis, Quercui ſatis ſimilis, parum ramoſa, ſed truncus eſt craſſior, & corticem habet multo craſſiorem, valde levem, ſpongioſum, coloris ex griſeo flaveſcentis, facile fiſſilem, & ab arbore ſeparabilem, quia a ſuppoſito novo cortice propellitur foras: incolæ regionum, in quibus ſuber occurrit, circumſcindunt arborem, qua ſtipes telluri committitur ad lignoſam usque materiam, aut usque ad novum ſubtus naſcentem corticem, pariterque in ſummis humeris, antequam in brachia dividat ſeſe arbor, mox a ſummo ad imum finditur & detrahitur cortex. Hic deinde in fruſta diſſectus diverſæ magnitudinis, & craſſitiei, aquæ committitur, lapidibusque oneratur, ut hoc mediante quaſi prelo denſior minusque poroſus evadat, & admodum planus reddatur. Quo facto exſiccatur, & per omnem fere terram diſtribuitur & divenditur: Arbores interim non intereunt, ſed novo cortice teguntur, qui in tantam craſſitiem excreſcit, ut ulnam & ultra, ſi fides authoribus eſt habenda, ſuperet: dicunt à ſubire, quod mergi nequeat, vel à Græcâ voce σύφαρ, ſive corium, nam cortex eſt; vocatur etiam φελλὸς à φελλίζειν à levitate, quod aquis ſemper innatet, nec obruatur. B. Kork-boom / Vlot-hout. G. Gorck-baum / Pantoffel-holtz-baum. Gall. *Liége*. A. Cork, an à Σύφαρ, cortex exuvium.

Subeth Avicennæ, idem quod *Coma*.

Subintrantes Febres, quibusdam vocantur, quarum paroxysmi incipiunt, antequam præcedens finitus ſit.

Subligaculum, idem quod *Bracherium*. Vide *Amma*.

Sublimamentum, idem quod *Enæorema*.

Sublimatio, eſt ſicca ſubtiliorum partium per ignem in ſublime elevatarum, & vaſi adhærentium deſtillatio. Uti ſunt Mercurius dulcis: ſignificat quoque exaltationem alicujus rei, quando à debiliori ſtatu res in ſtatum majorum virium elevatur. B. Opheffinge / verheffinge / omhooghdryving. G. Erhöhung / Diſtillierung. Gall. *Sublimation*. A. Idem.

Sublimatorium, eſt inſtrumentum vitreum vel figulinum, inſtar cucurbitæ cum capitello non roſtrato, in quo res volatiles & ſiccæ in altum elevantur, uti ſunt Mercurius ſublimatus, Cinnabaris flores, Salis Armoniaci,

&c.

&c. nomen habet à ſublimando, inde *Sublimatum*, materia ignis ope elevata; & *Sublimatorium*, inſtrumentum quo elevatur. B. Een Sublimeerting G. Ein Sublimergefäß Gall. *Sublimatoire*. A. Sublimatorie.

Sublimatum, eſt res elevata per ignem, uti flores ſulphuris, &c. B. Sublimaat / bloem / opheveling. G. Sublimat. Gall. *Sublimé*. A. Idem.

Sublimis Musculus, idem quod *Perforatus*.

Sublinguales Glandulæ, ſunt duæ ſub lingua poſitæ, a Bartholino inventæ, quæ ad apicem linguæ ductum in os apertum emittunt, per quem ſalivam in ſua fabrica ſecretam emittunt. B. Kliertjes onder de tong. G. Drüſe unter der Zung. Gall. *Glandes Sublinguales*.

Sublinguales Pilulæ, ſive Hypoglottides, ſunt quæ ſub lingua collocantur, ad bonum halitum, ad tuſſim, &c.

Subluxatio, ſive elongatio, eſt quando os paululum tantum promovetur à ſinu: ita ut non omnino ex illo exciderit; vel eſt oſſis alicujus de loco ſuo aliqualis dimotio. B. Verwringing / verſtuiking. G. Das verrencken / verrucken. Gall. *Luxation*, *Diſlocation*. A. Idem.

Subscapularis Musculus, vide *Infraſcapularis*.

Subsidentia, idem quod *Hypoſtaſis*, & *Sedimentum*.

Subsultus, eſt ſpaſmodicæ contractionis ſpecies, quæ inprimis in tendinibus percipitur.

Subtilisatio, Chymicis dicitur diſſolutio, qua partes craſſiores à ſubtilioribus ſeparantur. Illa eſt quando corpora brevi temporis ſpatio diſſolvuntur, eſtque iterum duplex, *Elevatio* vel *Deſcenſio*. Hæc dicitur, quæ tempore longiore res diſſolvit. Eſtque *Exaltatio* & *Digeſtio*. B. Fynmaaking. G. Feinmachung.

Subversio, Stomachi eſt nauſeæ quidam ſenſus, qui ſæpe in vomitum terminatur.

Subvola, idem quod *Hypothenar*.

Succago, vide *Apochylisma*.

Succedaneum, idem quod *Antiballomenon*.

Succenturiati Renes, vide *Capſulæ Atrabilares*.

Succidus, idem quod *Oeſypus*.

Succinum, à quibuſdam inter mineralia recenſetur; alii tamen illud pro terebinthina habent, quæ æſtivo tempore ex arboribus (quæ juxta aquas creſcunt, in aquam, & ex ejuſmodi ſortis arboribus, in terram, quæ certis tem-

temporibus, maris nempe fluxu & refluxu, aqua marina obducitur) destillat; postea hinc & inde aquæ superficiei innatans, vel potius fundum petens, in Succinum mutatur. Colore differt, habetur enim *Album*, *Flavum* sive *Phalernum*, *Citrinum* sive *Cereum* & *Nigrum*, quod omnium vilius est, sed album præ omnibus est præferendum. Chymica Analysis docet, *Succinum* ex multo oleo, pauca aciditate, & magna salis volatilis parte constare: illud oleum & sal volatile, optima sunt Medicamenta antihysterica, cui usui etiam inservit tinctura ejus cum Alcohole parata, sed ipsum Succinum crudum tanti non est æstimandum: juxta nonnullos Succinum ex arboribus stillat, & ratione originis est lacryma aut resina arborum resiniferarum Pini, Abietis, Alni, Populi, in mare defluens & ab eodem congelata & ad littora delata: sed melius videntur judicare illi, qui statuunt Succinum esse bituminis subterranei speciem scaturientem vel e fundo maris, vel in prope positis locis: potissimum invenitur in regionibus ad mare Germanicum & mare Balticum sitis, Prussia præprimis, & hinc Pomerania; ut & versus Pillaviam: in primo ortu Succinum liquidum est, quod testari videntur varia animalcula, quæ involuta in eo reperiuntur, uti muscæ, culices, araneæ, festucæ, &c. uti inter rariora mea videre est: in rarioribus habetur etiam frustum, in cujus cavo liquidum, mobile, bituminosum datur, unde evidenter patet Succinum in sua origine fuisse liquidum, & sulphuris bituminosi esse progeniem, nam in igne ardet & fluit; docet insuper Analysis Chemica Sale acido liquido, imo & concrescente in glebas, adeoque forma solida, constare, tum & oleo fossili, quod quam proxime Petroleum refert. Dicitur *Ambra*; *Electrum*; *Chrysolectrum*; *Carabe*; *Glessum*; (*Gentarum* Prussorum, *Smalternium* Scytharum; *Sacul* Ægyptiorum putatur) Paracelso. B. Amber / Barnsteen / emmer. G. Agtstein / bernstein / gentar / bornstein / brennstein. Gall. *Succin*; *Ambre jaune*. A. Amber.

SUCCISA, est *Morsus Diaboli*, sic dicta, quod ejus radix semper quasi succisa & commorsa existat. B. Duivels beet. G. Teuffels-abbiß / Abbiß. Gall. *Succisa*. A. Devils bit.

SUCCOLLATA, vide *Chocolata*.

SUCCOTRINA ALOE, dicitur quibusdam quasi constans ex succo citrino, quia pulverem præbet crocei coloris, vel denominatio venit ab insula *Socotra* ubi copiosè crescit.

Suc-

Succubus, est *Incubus* mulieribus noctu adveniens, putantes se cum incubu rem veneream habere. Idem quod *Ephialtes*, vide *Ephialtes*.

Succus, succi in officinis vocantur expressi liquores, seu expressæ essentiæ ex radicibus, foliis, floribus, fructibus, &c. succi aliquando in spissam condensantur consistentiam, evaporando nempe, ut succus glycyrrhizæ, acaciæ, hypocistidis, &c. item, qui ex arbore, vel frutice sauciata emanat, ut succus vitis, betulæ, &c. B. Sap. G. Safft. Gall. *Suc*, *Jus*. A. Juice.

Succus Cerebralis, vide *Spiritus*.

Succus Nervosus, vide *Spiritus*.

Succus Nutritius, idem quod *Chylus*.

Succus Pancreaticus, vide in *Callicreas* & *Ductus Pancreaticus*.

Suctio, est ea actio, qua infans ore papillam uberis materni amplectens, velum pendulum palatinum per Musculos pterygostaphilinos applicat foramini narium interno, idque exacte claudit, tum genas gingivis immediate apponit, linguâ aërem in cavo palatino contentum deglutit, eam palato adducendo, tum os anterius vacuum Boyleanum habens, lac ex uberibus maternis in hunc locum minus resistentem pulsum ab aëre externo recipit. Gr. μύζησις. B. Zuyging. G. Das Saugen.

Sudamina, Gr. Ἵδρωα, sunt exanthemata in summa cute corporis hærentia, granis milii simillima, in ambitu rubicunda, in summitate vesiculam limpidam habentia, quæ ἰλιγγώδως cutem exasperant, à *Plinio* papulæ sudorum appellantur. Affectus familiaris est pueris & juvenibus, præsertim temperamento calidioribus, qui æstatis tempore nimis moventur, & exercentur, in collo, scapulis, pectore, brachiis, & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum accidens. B. Zweet-zweertjes / water-puistjes. G. Grubel-sucht / schweiß-flecke. Vide *Hydroa*.

Sudatio, est sudoris eruptio, hoc est, materiæ fluidæ ex vasculis quibusdam parvis extus in cuticula totius corporis terminatis, sub specie parvarum guttularum, quæ fit à morbo, ab exercitio, aut Medicamentis diaphoreticis. Gr. Ἵδρωσις. B. Zweetinge. G. Das Schwitzen. Gall. *Suement*. A. Sweating.

Sudationes, idem quod *Sudamina*.

Sudor, est humor aquosus, ex plurimâ aquâ, medio-

diocri sulphure & sale constans, hinc lintea maculis quibusdam inficiens, & saporem subsalsum habens; non plane naturalis, sed sine notabili molestia, etiam in sanis, caloris & motus corporis vehementioris ope, interdum quoque & sanguinis fluiditate & tenuitate per cutis poros, sive glandulas, aut tubulos lymphaticos, expulsus, qui in cute in guttas colligitur: hinc a materia perspirabili non differt, nisi quod propter dilatationem vasorum copiosior sit; vel forte istum humorem, cutis glandulæ, si calor fuerit paulo intensior, à sanguine separant, qui deinde per lymphatica vasa, & tubulos foras erumpit. Gr. Ἱδρώς. B. Sweet. G. Schweiß. Gall. *Sueur*. A. Sweat.

Sudor Anglicus, sive Hydronosos, & Hydropyretos, in Anglia febris est species, qua quis unico die liberatur vel moritur, vagabunda est & contagiosa, finitur ut plurimum per sudorem, unde & febrem etiam *Sudorem* appellant incolæ. Quibus per sudorem solvitur, ferè omnes evadunt, sin minus, maxima pars perit. B. Sweetkoorts. G. Schweiß fieber. Gall. *Fievre Suante*. A. The Sweating feaver.

Sudorifera, vide *Hydrotica*.

Suffersuræ, dicuntur exanthemata, vel pustulæ, quæ pueris ex calore solent evenire, interdum sicciores, interdum humidiores.

Suffimentum, idem quod *Suffitus*.

Suffitus, est pulvis crassiusculus, ex plurimis odoriferis paratus, qui super carbones vivos injectus, non ingratum odorem & fumum à se diffundit. Inservitque vel aërem inquinatum depurando vel morbos quosdam profligendo; sic per suffitum rerum adstringentium curantur hæmorrhoides externæ, Coryza narium, odontalgia, &c. nonnulli quoque per suffitum Mercurii Salivationem excitare soliti fuerunt. Vocatur & *Suffimentum Plin. Suffitio Ibidem*, *Suffimen Ovidio*. Gr. Θυμίαμα, Θυμίασις. B. Rooking. G. Räucherung / das Rauchern / Beräuchern. Gall. *Parfum*, *Parfumement*. A. A. Perfuming, fumigation.

Suffocatio, dicitur ingressus & egressus aëris per tracheam in pulmones interceptio. B. Verstikking. G. Ersteckung.

Suffocatio Hypochondriaca, vide *Hysterica Passio*.

Suffocatio Uterina, vide *Hysterica passio*.

Suffrutices, sunt plantæ, quæ compluribus ramulis, sur-

surculisque lignosis scatent; sed minutis constant foliis.

SUFFUMIGABULUM, est instrumentum, quo utimur in suffimentis accendendis. B. Een Rook-tuig. G. Rauch-fass. Gall. *Encensoir*. A. A Censor, smoaking vessel.

SUFFUMIGIUM, vide *Suffitus*.

SUFFUSIO, vide *Hypochyma* & *Cataracta*.

SUGILLATA, vide *Enchymoma*.

SUGILLATIO, vide *Enchymoma*.

SULCUS, proprie est vestigium oblongum, quod arando in terra excavatur. Anatomicis vero denotat angustam & oblongam foveam, quæ in quibusdam partibus, tam duris quam mollibus reperitur B. Sleuf. Gall. *Sillon*.

SULPHUR, est resina, sive terræ pinguedo vitriolica, aciditate gravida, in frigore dura, moderato igne liquescens & in aëre aperto inflammabilis, totum deflagrans cum flamma cærulea, & vapore volatili, animalibus lethali: in vase clauso totum & immutatum ab igne elevatur sulphur, Aquæ non miscibile, neutiquam malleabile, & in forma sicca friabile. *Nativum* seu *Vivum* prostat in officinis & *Factitium*. *Nativum* ex terra effoditur, purum, solidum, flavum instar Succini, vel Rubini instar rubens, quod Sulphur Auri vocant. Habetur & *Solare Americanum Pellucidum*, quam speciem inter alia sulphura reservo. *Factitium* vel ex vivo sulphure impuriori vi ignis educitur, vel ex aquis sulphureis excoquitur. *Sulphur Caballinum* fæces sunt è coctione sulphuris vivi impurioris relictæ & in urceos admixtis nonnunquam squammis martis transfusæ. Adhærescunt quoque interdum quædam striæ sulphureæ camino, ubi vitriolum ex sua vena excoquitur, quæ nihil aliud sunt, quam sulphuris flores ex vitriolo, dum excoquitur, elevati. Horum copiam exhibet Suecia sat magnam. Exhibet Chymia & artificialia sulphura, ex Antimonio, Cinnabare, &c. sulphur stillatitium, nitidissimè figuratum, & purissimum, inter κειμήλια mea reservo. Eligatur colore optimè flavescens, facile inflammabile, luculenter ardens, fumumque magis cæruleum halans. Gr. Θεῖον. Arab. *Cibut*, *Chybut*, *Crybtit*, *Rabric Albusam*. Chym. *Akiboth*, *Ahusal*, *Ax*, *Anerit*, *Anerick*, *Alnerick*, *Kibrith*, *Kaprili*, *Lamare*, *Tifasum*, *Tin*, *Usifur*. B. Zwavel / Solpher. G. Schwefel. Gall. *Soufre*. A. Brimstone, sulphur. Omnia etiam olea, resinæ, adipes & pinguedines Chymicis sub nomine sulphuris veniunt,

sive

Superhumeralis, idem quod *Epomis*.

Superimprægnatio, idem quod *Superfœtatio*.

Superligamen, idem quod *Epidesmus*.

Superligula, idem quod *Epiglottis*.

Superpurgatio, vide *Hypercatharsis*.

Superscapularis Inferior, idem quod *Infraspinatus*.

Superscapularis Superior, idem quod *Supraspinatus*.

Supinator Musculus, est duplex, amboque movent radium. Primus est *Supinator Longus*, ab extremo humeri ossis tuberculo, ad radii apicem tendine membranaceo, funiculoso ac valido descendit ad inferiorem. Alter *Brevis* est *Supinator*, ab extremo brachii processu emergens, circa radii medium tendineus ut supra, desinit. Hi ambo radium extrorsum movent. B. De achterwaertskeerende spieren. G. Hinter sich kehrende Mauß. Gall. *Muscle Supinateur*.

Supplantalia sive Hypopedia, sunt Medicamenta externa, quæ in formam cataplasmatis pedibus alligantur: componuntur ut plurimum, ex fermento acido, sinapi, raphano silvestri, sale, sapone, pulvere pyrio &c. B. Voet-pappen. G. Fuß-pappen. Gall. *Supplantales*. A. Feet pultise.

Suppositorium, à *Supponendo*, dicitur & *Glans* & *Balanus*, est Medicamentum rotundum, oblongum, conicum, longitudine digiti medii in adultis: in pueris digiti minimi aut paulo minus, ex melle, sale, & speciebus purgantibus, ut plurimum confectum, quod ano inseritur, ad languentem motum peristalticum resuscitandum, alvumque sollicitandam, quandoque etiam ad tenesmum intestini recti leniendum, ascarides necandos, aliosve in usus. B. Een zetpil. G. Stulzäpfflein. Gall. *Suppositoire*. A. Suppositorie.

Suppressio Ignis, est terminus Chemicus, quando vas destillatorium in arena positum, non tantum excipit ignem inferne, sed majoris effectus ergo ponitur quoque ignis supra arenam.

Suppressio Mensium, est, quando mulierum mensium expurgatio cessat, sive a sanguinis inopia vel morbosa constitutione, sive ab imprægnatione, aut lactatione, sive ab ingravescente ætate, & hæc naturalis est post nonum

num & quadragesimum annum. B. Opstopping van de Vrouwe zuivering. G. Stilstand des monatfluß. Gall. *Suppression de mois*. A. A stopping of the menstrual fluxe.

SUPPRESSIO URINÆ, idem quod *Ischaria*.

SUPPURANTIA, sunt ea quæ alicujus loci vascula à suo liquido obstructa, rumpunt, liquidum effundunt, idque cum solidis fractis miscent, liquidissimum dissipant, reliquum movent & coquunt in materiam albam, crassiusculam, pus dictam. B. Rypende middelen. G. Eiter machende Artzneyen. Gall. *Suppuratifs*.

SUPPURATIO, vocatur canalium obstructorum & materiæ obstruentis, vi vitæ reductio & commolitio in album, blandum, spissum, æquale liquidum, pus dictum. Vide *Pyon* & *Abscessus*.

SUPRASCAPULARIS, idem quod *Infraspinatus*.

SUPRASPINATUS MUSCULUS, sive SUPERSCAPULARIS SUPERIOR, aliis *Rotundus minor*, supra axillam carnosus & oblongus implet cavitatem inter costam scapulæ superiorem, & ejusdem spinam, è qua nascitur. Inseritur vero tendine lato & valido cervici humeri ad articuli ligamentum, articulum primum supervectus. Brachium ad exteriora circumagere retrorsum videtur. B. Bovengraadtspier. G. Obengradsmauß. Gall. *Muscle Sus-Epineux*.

SURA, est posterior, intra genu & pedem infimum, maxime carnosa & extuberans pars. Gr. Γαςροκνημία. B. De Braepe / de Kuit. G. Die Waden. Gall. *Le Gras de la Jambe*. A. The Calfe of the Legge. Item *Os* significat *Fibulæ*. Vide *Fibulæ Os*.

SURCULUS, est quod ex ramis simplex ac individuum oritur, estque velut germen quoddam ex ipso trunco vel caudice productum.

SURDITAS, idem quod *Cophosis*.

SUSPENSORIUM SCROTI, species est fasciæ Chirurgicæ, ab Heistero descriptæ, quæ in testium tumoribus & inflammationibus, scroto applicatur, ad retinenda Cataplasmata.

SUSPIRIUM, est cum magno nixu profunda respiratio fit, rursumque cum sonitu efflatur susceptus aër. Hoc evenit tristibus & iis, qui sæpe contristantur, in consuetudinem transit, ut etiam inscii, & sine tristitia suspirent in morbo quoque Melancholico; in Cachexia, in debili valetudine, & maximè cum quis ab animi deliquio rever-

vertitur: fœminæ quoque magis ſuſpiriis afficiuntur quam viri. Gr. Στεναγμὸς & Στεναχὴ. B. Zugting. G. Seufftzer. Gall. *Soupir*. A. Sigh.

SUSTENTANTIA, vocantur, quæ partibus flaccidis, laxatis, prolongatis, vel naturali fulcimento privatis, tale auxilium adferunt, ut neque ſponte, neque ab alia cauſa removeri poſſint. Ad hunc titulum referuntur quædam Chirurgica, veluti ſplenia, faſciæ, ligaturæ, &c.

SUSURRUS, idem quod *Tinnitus*.

SUTORIUM ATRAMENTUM, idem quod *Vitriolum*.

SUTURA, eſt connexio labiorum vulneris aut aliarum partium mollium, quæ duplex eſt; *Actualis* quæ fit acu triangulari, cannula & filo cerato. Sutura autem hoc modo fit: in medio vulneris acu duplex filum trahente, ſi vulnus ſit magnum, vulneris labia transfiguntur, & facto nodo filum paulo ſupra nodum reſecatur, deinde in mediis utrinque ſpatiis alii punctus ſimplici filo fiunt, & facto nodo ſimiliter filum abſcinditur, idque continuandum, donec labia vulneris rectè conſuta ſint. Quæ ſutura interſciſſa vocatur, quod poſt ſingulos punctus facto nodo filum abſcinditur; proſpiciendum ne nimis rara nec nimis crebra fiat, monendum, ſuturas ita faciendas eſſe, ne ore ipſæ extorto ſe contingant, ut ſi quid intus humoris concreverit, ſit, qua emaneat. Unde Chirurgi turundas vel penicilla, unguentis illita, immittere ſolent. Eſt & alius ſuturæ modus, quæ prorſus eâ ratione perficitur, quâ pelliones pelles conſuere ſolent, vulneratis inteſtinis & venis & arteriis diſſectis accommodatus. Aliam deſcribit *Celſus* quæ fit duabus acubus. Et *Potentialis*, ſive emplaſtro firmiter conglutinante, quæ vocatur ſutura per glutinem, eſt in hac apparatus talis: lintea comparantur valida, æqualia, mollia, quadrangularis, triangularis, vel alterius figuræ, prout vulneris ſitus & membri, cui applicari debent, conſtitutio requirit, quæ in parte, qua vulnus reſpiciunt, complicentur vel ſuantur ſubtiliter & fila per latitudinem eorum aliquoties trajiciantur: linteis illis annectuntur anſulæ è filo duplicato vel multiplicato & contorto cera oblito, ea diſtantia, quam ſuturæ habere ſolent, aut etiam minore: linteis iſtis inducatur glutinum ex Medicamentis aſtringentibus & viſcoſis compoſitum, qualia ſunt *Albumen Ovi*, *Bolus Arm.*, *Thus*, *Maſtix*, *Sarcocolla*, *Farina Volatilis*, *Gypſum*, *Tragacantha*, *Gummi*,

mi, *Resina pinguis &c.* Suturæ hæ, circa corpora aut vulnera tenera adhibentur, quae acum non ferunt. B. **Een hegting.** G. **Eine fuge / nath / hafftung.** Gall. *Connexion*, *Conjonction*, *Suture*. A. Suture.

Sutura Ossium, est connexionis species, imitans compagem duarum serrarum, vel vestium ex plurimis pannis laceris compositionem. In cranio suturæ sunt Coronalis. C. **Kroon-naad.** G. **Scheitel nath.** tum Sagittalis, **Pylnaad** / Lambdoides, quae verae vocantur, quoniam ossium extremitates prominentiis acutis correspondentes cavitates ingrediuntur; & Mendosa, in quae ossium margines unguium ad instar in orbem extenuantur & alterum alteri foris quasi agglutinatur. Commissuræ cranii item vocantur. Gr. Ῥαφαὶ, Συμβολαὶ, Γραμμαί. B. **Een Naad.** G. **Eine Fuge / Nath.** Gall. *Suture*, *Jointure*. A. Suture.

Sycaminos, & Sycaminea, est Morus; volunt dici quasi σύκω ἀμείνω, quod fructum ferat, *Qui Ficubus Melius Sapiat.* Sed alii à παρὰ τὸ σύειν sive σύειν καὶ κάμινον & *Movendo*, *Expellendo & Colore*: quod lignum cum sit validissimum & firmissimum; una nocte, magno cum impetu expellat germina, florem, fructumque, adeo ut sonitum etiam excitet. Quidam derivant à particula σὺ & κάμινος, quasi dicerent, tu nigra es morus. Vide *Morus*.

Syce, Gr. Σύκη, Συκέη, ficus arbor, Σῦκον ficus fructus, à σύω quod celeriter crescat. Alii à σεύεσθαι concitari, & κύειν osculari & uterum gerere.

Sycoma, idem quod *Sycosis*.

Sycomorus, sic dicitur, quod cum Ficu & Moro similitudinem habeat.

Sycosis, Sycoma, Marisca, seu Ficus, est carnis excrescentia circa anum à ficus similitudine appellata. Est etiam ulcus, quod à fici similitudine Σύκωσις a Gr. nominatur, quia caro in eo excrescit: & id quidem generale est. Sub eo vero duæ species sunt. Altera humidum & æquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido plus & mali odoris. Fit utrumque in iis partibus, quæ pilis conteguntur: sed id quod callosum & rotundum est, maximè in barba; id vero quod humidum, præcipuè in capillo, à συκῆ ficus. B. **Een Uytgezwel.** G. **Feig wartz.** Gall. *Fic*, *Sarcome*, *Fungus*, *ou Champignon*, *ou le mal de st' Fiacre*. A. Fig tumour.

SYDERATIO, vide *Apoplexia.*

SYLVÆ MATER, vide *Matrisylva.*

SYMBEBEGOTA, sunt accidentia sanis contingentia: nam Symptomata ægris obvenire dicuntur, à συμβαίνω accido.

SYMMETRIA, est bona temperies, sive pars sanitatis, in conveniente qualitatum constitutione consistens, ex σὺν cum, & μέτρον mensura. B. Een Gematigtheid. G. Gleichmässigkeit. Gall. *Temperament.* A. Temperance, Temper.

SYMPASMA, idem quod *Catapasma.*

SYMPATHETICUS, dicitur de Vitrioli pulvere, quo vulnera sanantur, modo sanguinem attingat, sed hæc nugæ sunt, nam vulnera absque illo pulvere, simplici deligatione, ne ab aëris injuriis afficiantur, sanantur. Porro, an habeant astra, lapides, signa quædam fictitia, consensum, influxum, aut sympathicum nobiscum, esset inquirendum, ad me quod attinet, nego. De pulvere Sympathetico integrum librum scripsit *Kenelmus Digbæus.* Gall. *Poudre de Sympathie.*

SYMPATHIA, sive *Condolentia partium*, est morbus ab alio morbo dependens. Ut si quis Nephritide laboret, per consensum sæpè vomitus est. Sic à Pleuritide, spirandi difficultas subsequitur, à συμπάσχω compatior. B. Medelyding. G. Mitleiden. Gall. *Sympathie*, *Accord*, *Convenance.* A. Consent.

SYMPEPSIS, est humorum in abscessum abeuntium coctio, à συμπέπτω concoquo.

SYMPHONIA, idem quod *Harmonia.*

SYMPHYSIS, est ossium coalitio, quæ fit absque motu, & duo tamen ossa se invicem tangunt, vel ad se mutuo appropinquant; estque vel absque medio, ut *Rhaphe*, *Harmonia*, *Gomphosis:* vel per medium, ut in cartilagine, ligamento, carne, à συμφύω concresco. B. Aangroeping. G. Zusammenwachsung. Gall. *Symphyse.* A. Joining. Est etiam morbi species, in qua partes naturaliter disjunctæ simul coalescunt.

SYMPHYTON, vide *Emphyton.*

SYMPHYTUM, est Consolida major: est planta, quæ habet caules duos vel tres pedes altos, digiti crassitie, villosos, asperos, excavatos: folia quædam ex radice erumpunt, alia juxta caules, sunt ampla, longa, acuta, aspe-

ra, lanuginosa, coloris viridis obscuri: flos monopetalus, infundibuliformis, oblongus, & quasi campaniformis, ex calice secto surgit pistillum, quatuor veluti stipatum embryonibus, qui abeunt in totidem semina, capitis viperini æmula, splendentia, nigra, in calice ampliato maturescentia: radix pollicem crassa, oblonga, nigra, intus alba, surculosa, fragilis, succum glutinosum, in quo ejus virtus inest, in se habens tam magnum, ut in aqua decocta contra mictum cruentum a calculo, vasa renum terente, egregias præstet vires, sed ex hujus usu nimio damnum sæpe irreparabile infertur. Saporis subdulcis, mucilaginosi & viscidi; odoris nullius, hæc planta crescit in locis humidis, dicitur à συμφύω concresco, conglutino, quia vulnera citissimè consolidat. *Solidago* & *Consolida*, è consolidando etiam appellatur. Vide *Consolida*. B. Waalwortel / Smeerwortel. G. Swartz wallwurtz. Gall. *Grande Consoude, ou Consiere.*

Symptoma, sive Accidens, est res contra sanitatem in corpore nostro à morbo profecta. Estque vel morbus à morbo ortus, vel morbi causa à morbo nata: vel Symptoma simplex. Hoc postremum est actio læsa, excrementorum vitium, qualitas corporis immutata, à συμπίπτω accido. B. Een toeval / een Accident. G. Ein Zufall / Accident. Gall. *Symptome, Accident.* A. An Accident, Chance or Symptom.

Symptomatica Febris, dicitur talis, quæ ex aliquo morbo generali vel particulari concitata, priorem morbum non minuit vel tollit, sed potius auget.

Synactica, sunt Medicamenta contrahentia, à συνάγω contraho.

Synaitia vel Synætia, vide *Continens Causa*, ex σὺν cum, & αἰτία causa.

Synanche, est Anginæ species, quæ dicitur vel à suspendii similitudine, quod non secus, quam laqueus præfocans enecet. Gr. Ἀγχόνη enim laqueus est, vel à συνέχειν, quod spiritum continendo respirationem inhibeat, ut *Aurelianus* inquit, est anginæ species, sive inflammatio p. n. in musculis faucium interioribus, cum summa deglutiendi difficultate, fauciumque dolore conjuncta; quodsi enim musculi exteriores laborant; Parasynanche dicitur. Vide *Angina*, à συνάγχω coarcto. B. Kwade Keel / Keel ontste-

ſteking. G. Bräune / kälengeſchwär / halswehe Gall. *Eſquinancie*. A. The quinley.

Synarthrosis, eſt articulatio duorum oſſium cum invicem, cum motu parvo & obſcuro, interveniente cartilagine, uti oſſium carpi & metacarpi &c. à συναρθρόω. B. t'Zamen-leding / nauw in malkander geſloten leding. Gall. *Synarthroſe ou Coarticulation*, *c'eſt a dire*, *Articulation conjointe*. Vide *Articulatio*.

Syncampe, eſt flexura, ſive locus, ubi pars brachii inferior committitur cum ſuperiore, & ad hanc inflectitur.

Syncausis, eſt combuſtionis ſpecies, quando excrementa, æſtu quaſi febrili, indurata ſunt.

Synchondrosis, eſt oſſium interveniente cartilagine concretio, uti in oſſibus pubis ad anteriora connexis obſervatur, ex σὺν cum, & χόνδρος Cartilago. B. kraakbeens vereeniginge / kraak-been binding. Gall. *Synchondroſe ou Symphyſe cartilaginenſe*.

Synchysis, eſt ſanguinis aut humorum confuſio p. n. in oculo, à συγχύω confundo.

Synciput, vide *Sinciput*.

Syncomistus, vide *Autopyrus*, item eſt cataplaſma ex pane cibario paratum, à κομίζω conveho.

Syncopalis Febris, vocatur, quæ toties, ac redit paroxyſmus, animi deliquium inducit.

Syncope, eſt magna omnium virium cum pulſu debili aut deficiente, pallore, ſudore frigido, ſæpe etiam reſpiratione fere abolita, & motus ſenſusque privatione conjuncta proſtratio, adeo ut æger per aliquod tempus inſtar cadaveris jaceat, à συγκόπτω concido. *Defectio Animæ Celſo*. *Deliquium Animi*. *Præceps Virium Lapſus*. Vide *Deliquium Animi*. B. Onmacht / zwymelinge / hert-vang. G. Eine ſchnelle und groſſe ohnmacht / das beſchweimen. Gall. *Defaillance*. A. Feebleneſſ.

Syncritica, ſunt Medicamenta relaxantia.

Syndesmosis, idem quod *Synneuroſis*.

Syndesmus, idem quod *Ligamentum*.

Syndrome, eſt congreſſus variorum ſymptomatum in uno morbo concurrentium. Gr. Συνδρομὴ concurſus.

Synedreuonta, ſunt ſigna communia, quæ una cum morbo invadunt: hæc cum morbis neceſſario non cohærent, nec fluunt ab eorum eſſentia, declarant tamen ali-

 quid

quid circa morbum: magnitudinem sc: durationem, morem &c. à συντηρεῖν consideo.

SYNNEUROSIS, est ossium nexus seu alligatio, quæ fit interventu partium, ligamentorum sc: ut os femoris cum tibia &c. ex σὺν cum, & νεῦρον nervus. B. Bandhegting / Bandige t'zamenvoeging. G. Verknüpfung der Beinen. Gall. *Synneurose ou symphyse ligamenteuse.*

SYNNYMENSIS, est talis connexio, quæ fit ope membranarum, uti in recens natis ossa sincipitis junguntur cum osse frontis, ex σὺν cum, & ὑμὴν membrana.

SYNOCHA, est Febris, quæ, quamvis continua, intermittentium tamen more, stato vel incerto tempore, periodice intenditur & remittitur, quæ ad plurimos dies extenditur, cum insigni ardore & nonnunquam putredine conjuncta. Estque vel quotidiana, tertiana, vel quartana, à συνοχέω, una veho, sustineo. B. Een geduurige verminderende en verheffende koorts. G. Stäts ab- und zunemendes Fieber.

SYNOCHOS, est febris continens, nullas remissiones habens, quæ ad plurimos dies quandoque, ut plurimum vero quatuor, extenditur, nec gravia secum fert symptomata: Estque *Simplex* vel *Putrida*, prout intensius vel mitius sæviat, à συνέχω contineo. Latinis vocatur Febris continens, vel Diaria plurium dierum, quia sola diuturnitate ab Ephemera differt. B. Een geduurige koorts zonder verminderinge. G. Ein stäts währende Fieber.

SYNOVIA, est liquor glutinosus intra articulorum commissuras, majori copia collectus hærens, secretus in glandulis, Haversianis dictis, quæ illis in locis reperiuntur. Item, recensetur inter species luis venereæ, quando ille succus acris sit factus, membranas & ossa erodat &c. B. Lidwater. G. Gliedwasser. Gall. *Synovie.*

SYNTASIS, est partium, à tumore vel alias, distensio, à συντείνω distendo.

SYNTENOSIS, idem quod *Syneurosis.*

SYNTERETICA, est pars *Hygieinæ*, quae præsentem sanitatem tuetur.

SYNTEXIS, *Plin. Consummatio Ciceroni*, est contabescentia & colliquatio corporis, quâ mollis primum caro tabescit, mox etiam solidarum partium substantia, à συντήκω colliquo. Vide *Marasmus.*

SYNTHESIS, est totius corporis structura & compages: sed

ſed ſtrictè pro oſſium compoſitione anatomica accipitur; Chirurgis denotat partium diviſarum vel diſſitarum unionem vel repoſitionem, à συντίθημι, compono. B. Samenvoeging der Beenderen. G. Zuſammenfügung der Beinen. Gall. *La Charpente oſſeuſe du corps humain.*

Synulotica, vide *Cicatriſantia*, à συνουλόω cicatricem infero.

Syphilus, idem quod *Lues Venerea.* Ex σῦς porcus & φιλέω amo: vel ut alii ex σὺν cum & φιλία amor. B. Verkens-luſt. G. Schwein wolluſt.

Syphon, idem quod *Syringa.*

Syringa, eſt inſtrumentum, quo liquores in anum, uterum, & aures, &c. injiciuntur. Item, vas fiſtuloſum, ut arteria aſpera. B. Een ſpuyt / ſpring. G. Eine ſpritze / pfeiffe. Gall. *Syringue.* A. A Spout or ſyringe.

Syringa, Arbuſcula eſt pulchra, in latum ſe valde extendens, caules & rami ſunt nodoſi, & cortice rubicundo obtecti vel cinereo, medulla fungoſa alba, repleti: folia ſunt oblonga, lata, venoſa, in margine leviter dentata, acuta, Pyri foliis fere ſimilia, ſed aſperiora, ſibi mutuo oppoſita, ſaporis aliquantum acris: calix eſt monophyllus, quadrifidus, ſegmentis magnis expanſis: flos eſt roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus plurimis fætus: ovarium in fundo calicis inſtructum quatuor tubis erectis, apiculatis, fit fructus turbinatus, quadrilocularis, niger, quadrifariam dehiſcens, fætus ſeminibus exiguis, & oblongis: radix in multos ramos eſt diviſa: colitur hæc Arbuſcula in hortis, derivatur à Σύριγξ fiſtula, quod ex illa arbuſcula fiſtulæ fiant, vel quod fiſtulis utilis ſit, ſed quod inanis ſit & totus concavus, ad fiſtulæ inſtar, minimumque habeat carnis & ligni. B. Fluitboom / Pypboom. G. Pfeiffen-baum.

Syringomata, ſunt cultelli Chirurgici, quibus fiſtulæ inciduntur, quibus variæ ſunt formæ pro loco vario & ipſa differentia ulceris, quos vide apud Scultetum, aliosque Chirurgos. B. Fiſtelmesjes / Pyp-ſnyders / Fiſtelſnyders. G. Ein Fiſtelmeſſer. Gall. *Syringotome.* A. Idem.

Syringotomia, eſt Fiſtularum inciſio, ex σύριγξ fiſtula, & τέμνω ſeco.

Syringotomus, eſt culter, quo fiſtula inciditur: vel is qui fiſtulam incidendo accommodat, ex σύριγξ fiſtula &

τίμνω seco. B. Fistelsnyder. G. Fistelschneider. Gall. *Syringotome.*

SYRONES, vide in *Phthiriasis.*

SYRUPUS, SERAPIUM, Gr. Δρόσατον Nic. Σιρόπιον Actuario, aliis Συρωπὸς, quasi Κόνδυ ὀπὸς, ut cuidam placuit. Aliis à σύρω traho & ὀπὸς succus, vel à *Sirab* voce Arabica, significante potionem. *Serapium* fortassis à *Sirapa*, quam vocem adulta Latinæ linguæ ætas, quæ *Columellam* tulit, agnovisse videtur, pro usitato quodam conditaræ olivarum genere: unde ad similes conditaras translata est vox; est Medicamentum internum fluidum, ex decoctis, succis, vel infusione, cum addito saccharo vel melle, in eam consistentiam coctum, ut gutta in marmore non diffluat, aliis Medicamentis gratiam & durationem largiendis inserviens: estque simplex vel compositum: item Alterans, Purgans, ad Tussim, Confortans, Stomachicum, Nephriticum, Scorbuticum, &c. B. Een Syroop. G. Syrup. Gall. *Syrop.* A Syrup.

SYSSARCOSIS, est connexus ossium mediante carne, ut in Hyoidis osse conspicitur. Ex σὺν cum, & σαρκόω incarno. B. Vlees-band / vlees-hegting. G. Häutleins band / oder Zusammenheftung. Gall. *Syssarcose ou symphyse charnue.*

SYSIRINCHIUM, vide *Sisyrinchium.*

SYSTEMA, idem quod *Synthesis*, à συνίστημι constituo.

SYSTOLE, est cordis contractio, ejusque ventriculorum commissio, qua ita constringuntur, ut sanguis in diastole receptus magno cum impetu in arterias, pulmonalem atque aortam, protrudatur, à συστέλλω committo. B. Toesluiting des herts. G. Das zusammendrucken des Hertz. Gall. *Systole, contraction du cœur.* A. Contraction of the heart.

SYSYGIA, est debita temperies, ex σὺν cum, & ζυγὸς jugum.

T.

TABACUM, est Petum; nomen habet ab insula Tabago. B. Tabak / Toubak / Bilzen-kruid van Peru. G. Indianisch-bein-welle / Indianisch-wund-kraut / Heilich-wund-kraut / Taback. Gall. *Tabac, Nicotiane, Herbe de la Reine, de l'Ambassadeur, Petum.* A. Tobacc.

TA-

TABELLA, eſt Medicamentum internum, ſolidum, ex pulvere & triplo vel quadruplo ſacchari, in liquore accommodato ſoluti, ad ſpiſſam ſyrupi conſiſtentiam cocti & ſupra lapidem marmoreum in orbiculos effuſi, confectum. B. Koekjes / vide *Morſuli.* G. Küchlein / morſell. Gall. *Tablette.* A. A Morſel.

TABES, vide *Atrophia.*

TABES DORSALIS, ex ſpinali medulla, præcipuè vero recentes ſponſos & libidinoſos corripit: hi ægri febris ſunt expertes, bene comedunt & colliquantur, quod ſi ita affectum percuncteris, aſſerent, ſibi videri ex ſuperioribus partibus à capite velut formicas in ſpinam demitti, cumque urinam aut ſtercus reddunt, ſemen genitale copioſum & liquidum eis effluit, neque generatio fit, & inter dormiendum, cum uxore dormiant, nec ne, veneris ludibria patiuntur. Cumque alias, tum præcipuè cum per locum arduum iter fecerunt aut cucurrerunt, anheloſi, & imbecilles evadunt, caput gravatur, & aures ſonant. Sic temporis progreſſu vehementibus febribus correpti pereunt ex lipyria febre. B. Rugge Tering. G. Schwindſucht / Rucken Darre. Gall. *Conſomption.* A. A Conſumption in the ſpinal marrow.

TABULA, vide *Tabella* & *Morſuli.*

TABUM, eſt ſanies tenuis varii ſæpe coloris, aliquando ſubſanguinei, è malo ulcere exiens. B. Waterig bloed. G. Wäſſerich blut / dicker oder zäher Eyter. Gall. *Sanie.* A. Waterish-blood.

TACAMAHACA, reſina eſt, ex Hiſpania nova huc allata. Colligitur ex vulnerata arbore inſtar Populi procera, admodum odorata, cujus fructus rubet, Pœoniæ ſemen æmulans. Reſina autem colore accedit ad Galbanum, unguibus eſt albis, uti Ammoniacum, odorum ac ſaporem gravem refert, cutique tenaciter adhæreſcit.

TACTUS, eſt ſenſus, quo tactiles quorumvis corporum tactilium qualitates, ex diverſo motu nervorum, per totum corpus diffuſorum, (& præcipue eorum, qui ad digitorum apices tum manus, & pedis, cutem tranſeuntes, retis in modum expanduntur, & ſuis villis prominentibus in theculis cuticulæ defenduntur, qui ut ibi copioſiſſimi ob accuratiorem ſenſum, ſic alibi per totum corpus pauciores ſic diſpoſiti erunt) communi ſenſorio offeruntur, ibique percipiuntur; vel Tactus eſt rei tactæ, mediante

cute, per nervos sensorio communi oblatæ, ibique perceptæ, sensus, quo nunquam penitus caremus ad ultimum fere vitæ momentum, quo alii sensus jam deficere incipiunt. B. 't Gevoel. G. Das fühlen. Gall. *Le Tact*, *l'Attouchement*. A. The Sense of touching.

TÆNIÆ, sunt lumbrici lati, vide *Lumbrici*, ubi *Cucurbitini* vocantur.

TAGETES, planta est, cujus plures dantur species; habent caulem plus minusve altum, & crassum, nodosum, ramosum, plurima medulla alba repletum: folia Tanaceti foliis satis similia, oblonga, acuta, in margine dentata, viridia, plura supra unam costam disposita terminatam per unum foliolum; odoris nec valde gravis, nec grati: flores radiati, quorum scilicet discus ex plurimis flosculis multifariam incisis, corona vero ex semiflosculis componitur, embryonibus insidentibus & calice monophyllo & tubulato comprehensis: Embryones autem deinde abeunt in semina longa, angulata, nigra, capitulo foliato instructa, & thalamo affixa: radix ex multis fibris tenuibus, & mollibus constat. Etymon vide in Tanacetum Gall. *Oeillet d'Inde*.

TALPA, est tumor ita dictus, quod sicut talpa sub terra repit, hic sub cute cranium depascit, dum sæpe materiam albam in se continet: referri potest ad species Atheromatis. B. Een Blint Gezwel. G. Ein blind Geschwulst. Gall. *La Taupe*. A. Mole tumour.

TALPARIA, idem quod *Talpa*.

TALUS, vide *Astragalus*.

TAMARINDUS seu THAMARINDUS, est arbor Fraxini aut Juglandis, Castaneæve amplitudine; Folia sunt solsequia, noctu se contrahentia, interdiu se explicantia, minutim incisa, vere forma & virore Ciceris Arietini, Palmi magnitudine: flores fert albos & odoratos, mali aurantii floribus perquam similes, è quorum medio exeunt quatuor fila alba & tenuissima, ex quibus siliquæ crassæ producuntur; primo virides, tandem maturæ cineritiæ, quæ intus nonnulla semina crassa, rubentia, dura & inæqualia, lupinorum magnitudine, pulpamque nigram gustui acidam, continent, per totam Indiam orientalem ferè. *Tamar* Arabibus & *Tamar-Indi* idem vult ac *Dactylus* Indi, quamvis dactylum vel glandem non referat. Gr. Ὀξυφοίνιξ Palmula acida: fructus conditi ad nos vehuntur. B. Tamarinde.

rinde. G. Tamarinden. Gall. *Tamarins*. A. The Tamarind-Tree.

TAMARISCUS, TAMARICE, TAMARIX, & AMARIX, Est arbor mediocriter alta; cortex est asper, extus griseus, intus rubicundus: lignum est album: folia sunt parva, longa, rotunda, tenuissima, Cupressi foliis fere similia, coloris viridis pallescentis, calix est exiguus: flores in summitate ramorum crescentes, exigui rosacei, pentapetali, albi, & purpurei: ovarium est capsula oblonga, membranacea, bivalvis, seminibus papposis & nigris plena: radix crassa, lignosa, in multos ramos divisa: crescit hæc arbor in regionibus calidis circa flumina, hujus fruticis cortices in usu Medico adhibentur, vi adstringendi maxime pollentes, hinc in diarrhœis & morbis a laxitate utiles: nomen ex Gr. factum volunt à Μυρίκη, præposita syllaba τα, & υ littera mutata in α *Tamarica*. Lat. dum Tamaricem nominant, non aliud dicere videntur quam adstrictas & minimè luxuriantes aquarum divitias; qua è *tammer-ryk*: amat enim loca aquosa. B. Tamarisch-boom. G. Tamarisken-baum. Gall. *Tamaris*. A. Tamarisk-wood.

TAMUS vel TANUS, est Vitis sylvestris seu Bryoniæ species: est planta, quæ habet sarmenta exigua sine capreolis serpentia, & plantas vicinas amplectentia: folia caulibus longis adhærentia, & alternatim disposita, Cyclaminis folia figura fere referunt, coloris viridis splendentis, saporis viscosi: flores ex alis foliorum erumpentes, hexapetaloidei, nudi, stellati, sex parvis staminibus præditi, è latere interno flosculi enatis ad intermedia segmentorum, coloris flavi, viridescentis, aut pallidi: hi flores sunt hermaphroditi; sed & sunt flores mares, absque ovario nati simili modo in aliis plantæ locis: flores digeruntur in racemis: finis pedunculi sustinet ovarium, quæ est bacca oblonga, ovata, pulposa, rubicunda, aut nigricans, continens tubam longam, membranaceam, cylindricam, in fastigio trifidam, segmenta iterum bifida, incurva, villosa, fætam seminibus subrotundis: radix est magna, crassa, tuberosa, fere rotunda, extus nigra, intus alba, profunde in terra depressa, quæ viridis adhuc saporem acrem linguæ inprimit; dantur duæ species Tamni; Tamnus racemosa flore minore luteo pallescente, cui hæc descriptio inprimis convenit; altera Tamnus baccifera flore majori albo.

albo. Etymologiam non inveni. Ejus baccæ ſunt rubicunde coccineo colore & Uvæ Taminiæ dictæ: an à Minio? vel an à *Tanus*, qui eſt in Peloponneſo fluvius per Argiam flüens? vel, an à monte Siciliæ ejus nominis? B. Wilde wyngaart. G. Schwartze Stickwurtz. Gall. *Sceau de Notre Dame*, *ou Racine Vierge*, *ou Couleuvrée Sauvage.*

Tanacetum, eſt planta, quæ creſcit ad altitudinem duorum vel trium pedum; caules ſunt rotundi, radiati, medulloſi: folia magna, longa, inſtar alarum extenſa, & in margine dentata, coloris virido-flaveſcentis: flores ſunt floſculoſi, in ſummitate caulium creſcentes & in capitulum quoddam congeſti; coloris aurei ſplendentis, raro albi, calice ſquammoſo & quaſi hemiſphærico comprehenſi: his ſuccedunt ſemina parva, oblonga, per maturitatem nigra: radix longa, lignoſa, diviſa in multas fibras repentes: tota planta eſt odoris ingrati, & ſaporis amaricantis: dicunt eſſe corruptum nomen à voce *Tagetes*; vel derivant ab *Athanaſia*, quaſi immortalis, quia ejus flores longæ ſunt durationis. Alii a Tannaco, quo nomine Parthenium appellatum fuit. *Tagetes*, an à *ταγεύω* primus ſum, quia primas partes in Medicina habeat? Vermibus in inteſtinis nidulantibus infeſtum eſſe creditur. B. Wozm-kruid / Rein-vaar. G. Rein-farn / Wurm-kraut. Gall. *Tanéſie.* A. Tanſey, Tanſie.

Tapsus Barbatus, eſt *Verbaſcum*: putatur dici à voce *Taxus*, quia animal Taxus à ſerpentibus morſus illâ planta ſe reſtituere poteſt, ſic ergo dicitur quod Toxicis adverſetur: & *Barbatus* à Lanugine. Vide *Phlomos*.

Tarantismus, eſt ſpeciale delirii genus, in quo muſica hominem, quaſi ſenſibus privatum, & valde anxium, ad ſaltandum inſtigat, ictuque Tarantulæ in Apulia excitatur.

Taraxicum, eſt *Dens Leonis*, ſive Cichoreum ſylveſtre: eſt planta humilis, quæ ex radice habet folia erumpentia longa, mediocriter ampla, repentia, utroque margine profundis inciſuris, veluti per lacinias, diviſis, Cichorei ſylveſtris æmula, ſed læviora, cuſpidata, ſaporis amaricantis: flos eſt ſemifloſculoſus, plurimis ſcilicet ſemifloſculis conſtans embryoni inſidentibus, & calyce comprehenſis; embryo autem abit deinde in ſemen pappis inſtructum, in capitulum globoſum collectum, & thalamo affixum:

affixum: radix in plures ramos divisa, minimi digiti crassitie, tenues, lacteo succo turgentes, amaricantes: hæc planta in omni parte habet succum amarum & lacteum, sed non tantum ac ipsum Cichoreum: crescit ubivis in campis, pratis, hortis, agrorum marginibus; à ταράσσω altero, quia sanguinem alterat. B. Paarde-bloemen/ Hengste-bloemen/ Papen-kruid/ Kanker-bloemen/ Honds-Rozen/ Schurft-bloemen. G. Pfaffen blat/ Münchs-kopff/ Kol-kraut/ Pfaffen-rölein/ Leuenzahn. Gall. *Pisse en Lict*, *Dent de Lyon*. A. Dan de lyon, dent de Lyon.

Taraxis, est humorum oculi, ventriculi, aut alvi perturbatio, à ταράσσω turbo. Nonnullis etiam ita vocatur levis tunicæ adnatæ inflammatio, quæ inprimis oritur a pulvere, aliisque rebus, quæ oculum extrinsecus lædunt.

Tarsus, est palpebrarum extremitas cartilaginosa, ex qua pili erumpunt, est segmentum circuli cartilaginei positum in extremo margine palpebrarum, ab angulo minori seu temporali procedit usque ad angulum majorem, quem non absolvit, finitur membrana tenuissima; à Latinis *Cilium* dictum. Item septem ossa pedis posteriora, nimirum Astragalus, Calcaneum, os naviculare, cuboïdes, & tria cuneiformia, cratium more ordinata. Gr. Στῆθος, *Rufo* Πρότερον. B. Voorvoet/ de Wrpf van de voet. G. Die fuß biege/ der rieß auff dem fuß. Gall. *Le devant du pied*, *Tarse*, *Le con du Pied*. A. Instep.

Tartarus, & Tartarum, non est naturæ lapidescentis, quoniam in aqua solvi potest, sed significat illum Salem, qui rubri vel albi coloris, vini doliis instar lapidis accrescit; & verus sal essentialis plantæ est: eligitur ad usum Medicum albus, ponderosus, solidus, ab ea, qua vinum tangit, parte pluribus apicibus, adamantis instar acuminatis, splendens: saporem habet acidum, virtutem alvum leniter laxantem: per solutionem & iteratam Coagulationem parantur inde Cremor & Crystalli: Chemicis etiam operationibus quamplurimis inservit. Vocabulum hoc latius extenditur ad quodvis sabulum in rebus fermentantibus, imo ad crassamentum sabulosum in corpore humano. B. Wyn-steen. G. Weinstein. Gall. *Tartre*.

Tatura, vide *Datura*.

Taxis, sive reductio, est vox familiaris iis, qui Hernias restituunt.

Taxus, est Arbor, quæ Abietem refert, lignum est valde

valde durum, rubicundum; folia Abietis foliis similia: flos est amentaceus, plurimis nempe apicibus plerumque fungiformibus constans, sed sterilis; embryo autem deinde abit in baccam concavam seu campaniformem, succi plenam, & semine fœtam: occurrunt quandoque & fructus glandiformes, cupula scilicet donati, semen complectentes: videtur derivari à τοξικὸν venenum, quia est arbor venenata, præsertim in Hispania: vel à τάσσω ordino, quod folia ejus in ordinem sunt disposita. B. Iben-boom. G. Eiben-baum. Gall. *If*.

Tecmarsis, est morborum conjectura, cum ob intricatas causas, mira & anomala symptomata medicus morbi genium ignorat, adeoque de dignotione, prognosi & cura conjecturas suas probabilissimas format, a τεκμαίρω conjicio.

Telephium, est ulcus malignum, inveteratum, cicatricem vix recipiens, idemque cum *Chironio*; ita à *Telepho* dicitur, qui tali ulcere longo tempore afflictus fuit.

Telephium, sive Crassula, aut Fabaria, est planta, quæ habet caules crassos, rotundos, politos, in parte inferiori rubicundos: folia Portulacæ foliis similia, sed majora, carnosa, succulenta, plurima in margine leviter incisa: flores in summitate caulium crescunt in umbellas, sunt polypetali, rosacei, coloris flavi, pallidi: post florem sequitur fructus triangularis, semina fere rotunda includens: radix in plurima tubercula alba dividitur: hæc planta crescit in locis arenosis, & vocata sic fuit, quod ulceribus malignis & deploratis, quibus Telephus Mysiæ Rex ab Achille vulneratus consenuit, (quæ eam etiam ob rem *Telephia* dicuntur), auxilietur. B. Smeer-wortel / Hemel-sleutel. G. Wund-kraut / knaben-kraut / Donner-bonen / fette Henne. Gall. *Joubarbe des Vignes*, *Orpin*, *Reprise*, *Grasette*, *Feve epaisse*. A, Orpyne.

Temperamentum, est qualitas ex unione & mistione elementorum resultans, distincta a veteribus in phlegmaticum, sanguineum, cholericum, & melancholicum. Vide *Crasis*.

Temperantia, sunt ea, quæ acria prædominantia in corpore nostro immutando, diluendo, vel obtundendo temperant. Vide *Absorbentia*.

Temperata, sunt, quæ nec nimis calida, nec nimis frigida sunt, nec sua acrimonia nocere possunt.

Tem-

TEMPERIES, idem quod *Crasis*.

TEMPORALIS MUSCULUS, Gr. κροταφίτης dictus. Nomen sortitur à situ, nam Temporum cavitatem occupat. Ejus exortus circularis est è temporum regione ab omni illa amplitudine lateris calvariæ, quæ fit à processu superiore ossis jugalis, a finitimo latere ossis frontis, a processu maximo ossis multiformis, ab osse verticis & squamoso; pericranio obductus, infra os jugale descendens, sensimque suis fibris veluti radiis coëuntibus ad centrum attenuatus in tendinem brevem atque validissimum, maxillæ inferioris acuto processui inseritur, cui elevando est destinatus. Musculus hic levissimo negotio in varios ac multiplices secundum longitudinem, id est, à circumscriptione ad tendinum punctum vergentes findi potest. Secundum latitudinem in duos sive biventralem; non solum respectu intermediæ tendinosæ membranæ, sed & carnearum fibrarum apparentiæ dividendus est. Horum enim tendinosæ & motrices fibræ membranoso septo ab invicem distinguuntur. B. De Hoofts Slaap-spier. G. Der schlaff mauß. Gall. *Muscle Crotaphite*, *Muscle temporal*. A. The temples Muscle.

TEMPORUM OSSA, in parte laterali & inferiori cranii sita, superius rotunda & tenuia, a parte exteriori utcunque convexa, quatuor gaudent apophysibus, jugali, mammillari, stiloide, & petrosa. B slaapbeenen. G. Schlaff-beinen.

TEMPUS, Gr. κρόταφος, est pars cranii lateralis inter oculos & aures media, ossis temporum magnitudine definita: in qua emplastra cephalica ad odontalgiam & cephalæam applicantur. B. De Slaap / of slag van 't hooft. G. Die schläffe. Gall. *La Tempe*. A. Temporal.

TENACITAS, vide *Lentor*.

TENACULUM, idem quod *Forceps*.

TENDO, est musculorum continuata pars, coloris albi, durior, tenuior, parti movendæ annexa, constans ex fibris muscularibus hic tenuioribus & magis compactis redditis, ac proin liquidum tenuius tantum admittentibus: sunt igitur fibrarum hic ultimi fines, quæ cum nervis originem suam debere videntur, hinc in omnibus musculis reperitur, ubique tamen non æque conspicuus; in nonnullis locis ex variis musculis in unum confluit, & hi dictæ fuerunt ἀπονεύρωσις id est, nervorum fines. Gr. τένων à τείνειν, tendere. B. Een Pees. G. Eine sennader / spanader / die

die senne / das geäder am fleisch mauß / haarwachs. Gall. *Tendon.* A. A Tendon.

TENESMUS, TENASMUS, Gr. τεινεσμὸς & τενεσμὸς, est continua considendi cupiditas, qua tamen nihil præter pauca cruenta, mucosa aut purulenta excernitur; oritur ab omni causa, quæ intestinum rectum ad excretionem stimulat; aliquando Vermes & præsertim Ascarides in causa sunt: plerumque vero Dysenteriæ comes est, quoniam intestinum rectum ex continua materiæ acris dejectione exulceratur, vel fit per consensum, hinc familiaris est in partu propinquo, iisque qui calculo vesicæ laborant: Hic morbus sæpe diuturnus esse solet, & in gravidis non raro abortus est causa. *Tenesmus* dicitur ἀπὸ τάσεως, id est contentione & nisu, qui tum fit cum vehementi cupiditate egerendi, & lassi crebro exurgere coguntur. B. Persing / kruypinge / drukkinge / waan-stoelgang / laag-euvel / dwang tot stoelgang. G. Das trucken oder treibende noth des stulgangs / mit wenig wirckung. Gall. *Tenesme.* A. Idem. Lusitan. *Pucho.*

TENTA, idem quod *Mela*, vel quod *Turunda* aut *Penicillus.*

TENTIGO, idem quod *Priapismus.*

TENTIPELLUM, est Medicamentum, quod cutim explanat, rugasque; videtur ex *Tendere*, sive *Extendere*, & *Pellis*, sive *Cutis* derivari.

TEPHRION, est Collyrii nomen.

TEREBELLUM, idem quod *Modiolus.*

TEREBINTHINA, in officinis duplex est *Veneta* & *Vulgaris.* Veneta quæ etiam dicitur *Chia*, & *Cypria*, est liquidiuscula, referens Balsamum, sive Oleum crassiusculum, colore ex albo flavescens, sapore acris, lenta, cutique tenaciter adhærens. (Avicennæ est *Gluten Albotin.*) Paracelsus *Lorchet* appellat. Optima debet esse clara, pellucida, alba, vitrei coloris in cæruleum vergentis, acris & odorata. Venit ex Chio, Lybeia, Cypro, Ponto, Syria, Judæa, Arabia &c. Ipsius arbor non admodum procera est, multos emitit ramos, cujus folia instar Fraxini ferè divisa sunt, & singuli nervi habent septem, novem vel plura folia, ut in fraxino, rosis, sambuco &c. videre est. *Terebinthina Vulgaris* depromitur ex Larice arbore, ideoque & *Laricea* appellatur, & ex aliis plurimis arboribus resiniferis, ut Abiete, Pinu &c. obtinetur; vulnerantur

tur nempe hæ arbores terebra ad cor usque, sic exstillat Terebinthina. Haec quanto priori similior, tanto quoque præstantior. Pollet viribus cum priori, ast non est adeo pellucida. Gr. Τερέβινθος & Τέρμινθος. An nomen à serpente, quod ejus corniculum in modum serpentis contortum sit? B. Terpentyn / Termentyn. G. Terpenthin. Gall. *Terebinthine*. A. Idem.

TEREBRUM, vide *Modiolus*.

TEREDO sive CARIES ossis, vocatur & *Teredum*, Gr. *Pædarthrocace*, & ab Arabibus, *Spina ventosa*. Idem quod *Caries Ossis*. B. Been-vreter. G. Bein fresser. Gall. *Carie, ou Vermoulissure des Os*. A. Worm-eating of Bones or Caries.

TEREDUM, idem quod *Caries*.

TERENIABIN, vide *Manna*.

TERES RADII MUSCULUS, vide *Pronator Rotundus*.

TERETRUM, vide *Modiolus*.

TERGUM, vide *Dorsum*.

TERMINTHUS, est tumor in cruribus, supra quem pustula nigra eminet, in ambitu rubra & inflammata, ardore molesta, fructus terebinthini magnitudine. B. Hondsblaartje. G. Die braune blattern / hunds blatterit.

TERRA DAMNATA, idem quod *Terra Mortua*, & *Caput Mortuum*.

TERRA JAPONICA, vide *Catechu*.

TERRA MORTUA, quæ post destillationem, vel combustionem ignis aperti, dein diutinam elixiviationem residua, omnibus salibus, oleis, & facultatibus efficacibus destituta, simplex, homogenea & insipida est, ab igne non amplius mutabilis, omnibus corporibus consistentiam & firmitatem concilians. B. Doode Aarde. G. Todte Erde. Gall. *Terre Morte*. A. Dead Earth.

TERRÆ PANIS, vide *Cyclamen*.

TERRÆ TUBER, vide *Cyclamen*.

TERTIANA FEBRIS INTERMITTENS, est febris, quæ tertio quovis die (id est, una tantum die vacuo inter duas exacerbationes) cum rigore & horrore ægrum invadit, subsequente dein calore, primum sicco, dein mitescentibus symptomatis humido, & detinet per 12. plerumque horas, tum plane remittit, & post diem liberum unicum rursus invadit: distinguitur a Medicis in *Vernales* & *Autumnales*, quod hæ diu durent & vix nisi arte curentur; illæ brevi

tono & Opisthotono composita, contractis utrimque musculis extentoribus, proin antagonistis in cervice, spina & artubus: ita ut corpus rigidum efficiatur & inflexile: quo ipso patet Tetanum differre a Catalepsi, in qua corpus flexile manet; & merito dici Rigorem vehementem, qui à communi rigore vehementià differt & duratione; tum etiam quod alter ille febrilis Rigor plus affligat fibras in cute, seu panniculo carnoso. Tetanus vero musculos utrinque, ita tamen ut semper vel Emprosthotonus, vel Opisthotonus, nonnihil excedat. Aliquando quoque *Particularis* est, qui membrum quoddam, vel articulum privatum respicit, à τείνω extendo. B. Kramptrekkinge/ regt-styvigheid / spanning / Hals-styfte. G. Die Hals Starre / wann man den Hals nicht regen kan. Gall. *Convulsions* A. Constant Contraction.

Tetartæus, idem quod *Quartana*.

Tetrapharmacum, est Medicamentum ex quatuor ingredientibus constans, ut est Unguentum Basilicum, ex τέτταρες quatuor, & φάρμακον Medicamentum. Gall. *Onguent Basilic.*

Tetrobolon, est pondus quatuor drachmarum.

Teucrium, est Arbuscula utplurimum satis parva & humilis, aliquando ad hominis altitudinem crescens: caulis est minimi digiti crassitiei, cortice albo obtectus, & in ramos albos divisus, quorum duo sibi invicem oppositi: folia oblonga aut obrotunda, in margine incisa, Chamædrios foliis paulo majora, quæ vero virgularum fastigia ornant, ad Hormini folia quodammodo accedunt, nequaquam per ambitum incisa, & circa basin latiora, in acumen desinunt, saporis acriusculi, cum amarore non ingrato: flores sunt labiati, albi, calice albo comprehensi; his succedunt quatuor semina obrotunda: hæc planta semper est viridis, & crescit in regionibus calidis, ut in Italia circa mare: aliis *Chamædrys:* ita à Græcis pariter ac Latinis, quod Teucer Ajacis frater hanc herbam invenerit; cum exta in sacrificio super eam projecta fuissent, lieni adhæsit, eumque exinanivit; proinde quod casus ostenderat, observatumque à Teucro fuit, ad æternum humani beneficii decus & famam illa accrevit. B. G. & A. *Gamanderlin.*

Teutlon, Gr. Τεῦτλον, Σεῦτλον, est Beta, à σείω con-

concutio, agito, ab impulſu nempe, quod facile excreſcat. Vide *Beta*.

TEXTURA, ſignificat organicam partium corporis humani ſtructuram.

THALAMI NERVORUM OPTICORUM, ſunt 2. protuberantiæ magnæ in Cerebro, ſupra quas nervi optici decurrunt, & ab iis tanquam Thalamis ſuſtinentur. Gall. *Les Couches des Nerfs Optiques.*

THALICTRUM ſeu THALIETRUM: eſt planta, quæ habet caules ad hominis altitudinem creſcentes, rigidos, ſtriatos, ramoſos, quaſi anguloſos, intus excavatos, coloris utplurimum rubicundi purpuraſcentis, & aliquando viridis: flos eſt roſaceus, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtans, ex cujus meditullio ſurgit numeroſa ſtaminum congeries piſtillum cingens, quod deinde abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur; capſulæ modo alatæ, modo alis carentes, ſeminibus fœtæ ſingularibus, ut plurimum oblongis: radix fibroſa eſt, repens, coloris flaveſcentis, ſaporis amaricantis, ingrati: dictum volunt ἀπὸ τοῦ θάλλειν virere, quod dum germina protrudit, eleganter vireat: tamen ita non eſt, cum ſint punicei purpurei coloris. Fortè ſic dictum, quod folia, cum primum expanduntur, ac præſertim minora eleganter vireant. Veriſimilius dicitur ἀπὸ τοῦ θάλλου vel θαλλοῦ ſurculo, ramulo, καὶ ἴτρου geniculo, quod cauliculos ſeu ſurculos geniculatos proferat. B. Water-ruit / Poel-ruit / Valſche Rhabarber. G. Wieſen Raute / Krötten dill. A. Baſtard-rubard, Meadow-rue.

THAMAR, Arabibus *Dactylum*, Palmæ arboris fructum ſignificat; unde confectio quædam *Diathamaron*, corrupte *Diacamaron*.

THAMARINDUS, vide *Tamarindus*.

THAMNOS, *Thammion*, *Thamniſcos*, *Thamnoides*, eſt *Frutex*; videtur dici, quaſi creber ramis, à θαμινὸς, creber & quaſi denſus.

THAPSIA, eſt planta Ferulæ ſimilis, foliis tenuiter diſſectis: flos eſt roſaceus & umbellatus, plurimis ſcilicet petalis conſtans, in orbem poſitis, & calici inſidentibus: is autem abit in fructum, ex duobus ſeminibus compoſitum, longis, ſtriatis, ala cinctis ampliſſima, foliacea, utrinque introrſum plerumque emarginata: in uſu Medico adhibetur radix, quæ violenter purgat. Vocatur à Thapſo inſula,

ſula, in qua primum creditur inventa. Gall. *Tapſie, ou Turbith batard.* A. Deadly Carrots.

THAPSUS, vide *Tapſus Barbatus.*

THEE, Frutex eſt Chinenſibus, Japonenſibus, & Tartaris indigena; dicitur & *Chà* vel *Cha.* Folliculum Amygdali foliis ferè ſimilem, obſcure viridem profert. Eſtque virgultum quod in ramulos varios aut virgulas ſeſe diffundit. Flores fert Ciſti fœminæ & Goſſipii mediam faciem referentis, quinis foliolis albicantibus aut pallidis conſtantes, ſtaminulis multis medium florem occupantibus. His demum ſuccedunt fructus, dum adhuc vigent, ut ferunt, virides, reſiccati autem cortice magis rugoſo, ex ſpacideo fuſco veſtiti; Figura ſæpe globoſa eſt, magnitudine globuli luſorii, ſemen tantum unicum continentes: Alii contra geminati, ſive in duos loculos ſeu ſcrotum caninum diſpertiti; Alii vero trigoni, & tria ſemina continent. Folia porro hujus fruticis colligunt, & ignis calore in ſartaginibus reſiccant, quæ poſtea, urgente ſiti, aquæ fervidæ injiciuntur, quorum tinctura tunç ex vaſculis myrrhinis ſorbillando ebibitur: Folia maſticata leviter aſtringunt, & non ingratum ſaporem relinquunt. B. G. & Gall. *Thé.*

THEION, ſive *Divinum*, vocatur in morbis ſpecificum quid, valde efficax, ad ſingulares effectus producendos, ſed cujus vera indoles tamen latet, nec detegi poteſt. Tale quid in morbis epidemicis & contagioſis præcipue obſervatur.

THELYGONOS, ſic dicuntur plantæ, quæ ſunt ex fœminino ſexu. Gr. θῆλυς eſt fœmineus, & γόνος ſoboles, generatio.

THELYPTERIS, vide *Filix.*

THENAR, eſt unus ex muſculis pollicem abducentibus, qui oritur a ligamento annulari, & inſeritur in totam ſuperficiem primæ phalangis, & parti ſuperiori ſecundæ. *Thenar* quoque habetur pro cavitate omni interiore manuum & pedum, quæ dicitur *Vola:* item pro *Planta:* ſuntque carnoſæ portiones ſub digitis manuum & pedum, ſed ſtrictè ſumitur pro *Vola Manus*, ſive *Palma.* B. De hand-palm. G. Die Flache hand. Gall. *Le Thenar, ou la Paume de la main, ou la Plante du pied.* A. The Palme of the hand.

THEODORETOS, quod & Διακαρυκεδίον vocatur, est Antidotus, ad frigidas capitis affectiones.

THEOPHILION, est collyrium quoddam.

THEOPHRASTICI, sunt Sectatores *Paracelsi.*

THEOREMA, vide *Theoria.*

THEORIA, est pars Medicinæ, quæ ratiocinando agit de fabrica partium corporis humani, tam solidarum, quam fluidarum; de earum naturali constitutione, usibus vel publicis vel privatis, effectibusque solidorum in fluida, horumque in illa; de omnibus iis, quæ corpori mutationem quandam inferre valent, eaque omnia ad Praxin applicare docet. Hunc in finem adhibet regulas quasdam in aliis scientiis demonstratas, & huc assumtas, quo inprimis spectant Mechanica, Chemia, & Anatomia, à θεωρέω contemplor, unde Theorema, quod est speculatio: & Theoretica, quæ ad Medicinam speculativam pertinent; & Theoreticus, id est Medicus, qui Theoriam callet, eamque pro fundamento Praxeos suæ habet. B. Beschouwende deel der Medicynen. G. Beschauung theil der Artzney. Gall. *Theorie.*

THERAPEUTICA, est pars Medicinæ, quæ Medicum docet, quibus auxiliis hominem ægrotantem in pristinam sanitatem restituere, vitam ejus conservare, morbos profligare, eorumque symptomata abigere debeat; hinc materiam Medicam instruit ex variis Medicinis, vario tempore & observatione notatis, quarum quoque ritam præparandi methodum, ut scopo proposito satisfaciant, edocet: diætæ observandæ regulas tradit: Tandemque veram medendi methodum demonstrat, sive manuum operam, sive remedia pharmaceutica requirat, à θεραπεύω sano. B. Genezende deel der Medicynen / Geneeskunde. G. Heilend theil der Artzney.

THERENIABIN, sive Tereniabin, est Manna orientalis: quæ *Drosomeli* & *Aëromeli* Gr. dicitur. Gall. *Manne liquide.*

THERIACA, est Medicamentum venenum expellens, à θὴρ fera, quia ferarum morsibus medetur: vel quia viperinæ carnes ejus compositionem ingrediuntur, ab ἀκέομαι sano. B. Theriakel. G. Theriack. Gall. *Theriaque*, *Antidote.* A. Treacle. Duplex est, *Andromachi*, quæ magnam ingredientium farraginem continet; & *Diatessaron*, quod ex quatuor tantum simplicibus calidis, Gentiana, baccis Lauri

Lauri, Myrrha, & Aristolochia rotunda, melle exceptis, componitur.

Therioma, est ulcus ferum, Carcinomati simile, à θηριόω in ferinam indolem degenero.

Thermæ, sunt balnea, vide *Balaneum*, à θερμαίνω calefacio.

Thermantica, sunt Medicamenta calefacientia, à θερμαίνω calefacio.

Therminthus, vide *Terminthus*.

Thermometron, est calor debitus, qui ex pulsibus deprehenditur, à θερμαίνω calefacio, & μέτρον modus B. Vulgo De natuurlijke Warmte. G. Die natürliche hitze. Gall. *Chaleur naturelle*. A. Natural heat. Est etiam fistula vitrea cum vitreo globo, vini spiritu plena, qui calore & frigore rarefactus vel condensatus, gradus quoque eorum docet, hinc utilissima est machina in calore febrium ardentium, &c. dimetiendo. B. Een weer-glas. G. Ein wetter glaß. Gall. *Termometre*. A Idem. Instrumentum hoc vocatur etiam *Thermoscopion*.

Thlaspi, est planta, quæ habet caules rotundos, ramosos, villosos: folia habentes sine pediculis, instar minimi digiti longa, ad basin ampla, & sensim ad apicem acuta facta, dentata, coloris viridis, saporis acris: flores sunt exigui, albi, Bursam Pastoris referentes, cruciformes, quatuor scilicet petalis constantes: post florem sequitur fructus, seu capsula seminalis orbiculata, compressa, ora plerumque foliacea & suprema fissa, in quo loculamenta divisa septo intermedio, respectu valvarum, ad perpendiculum oblique posito; seminibus fæta parvis, oblongis, compressis, rufis, saporis acris & fervidi: radix est satis crassa, & fibrosa, lignosa, alba, aliquantulum acris: hæc planta crescit in locis desertis. Gr. Θλασπίδιον, Σίναπι Ἄγριον, item *Capsella* & *Scandulaceum*. Sunt hujus temporis Herbarii, qui *Nasturtium Tectorum*, & *Sinapi Rusticum*, quod digitis fricatum sinapim suboleat, appellent. Alii *Bursam Pastoris* vocant, non sane quod sit revera ejus herbæ species, sed quod ad formam illius quamproxime accedat. Proprie est Nasturtii species. Græci à fructus forma dictum volunt, qui Nasturtio similis est, sed latior velut infractus & contusus. Θλᾶν enim iis contundi est & infringi, infringendoque, quod globosum tumidumve erat, malleo, lapide, pedeve cum dilatatione exæquarer

æquare. B. Wilde korſ / Schilt-kruid. G. Wilder Senff oder Kreſſig.

Thlipsis, eſt vaſorum compreſſio, à cauſa externa, qua eorum interna cavitas tollitur, ac proin liquidi transmittendi fluxus impeditur, à θλίβω comprimo.

Tholus Diocletis, eſt faſciarum ſpecies, quæ vulneribus circa aurium regiones applicatur. B. Sluitbalks Zwagtel / Oor zwagtel. G. Schloß binden des Ohrs. Gall. *Tolus de Dioclete.*

Thora, eſt Napelli ſpecies: dicitur & Phthora, Vide *Phthora.*

Thoracica, ſunt Medicamenta adverſus pectoris mala.

Thorax, ſive medius venter, eſt totum id, quod circumſcribitur ſuperiore parte, à claviculis; inferiore, à Diaphragmate; parte antica, ſterno; poſtica, à vertebris dorſi; lateribus à coſtis; ovalis figuræ eſt, exterius convexa, ut injuriis externis eo melius reſiſtere poſſet; continet cor, & pulmones, intus membranâ pleurâ circumtenditur; ab *Hipp.* & *Ariſtotel.* pro thorace ſumebatur totum id quod à claviculis, ad pudenda usque excurrit, hoc eſt, medius & infimus venter, à θορεῖν ſalio, quia in eo cor continuo ſalit. B. De Borſtholligheid. G. Die gantze bruſt. Gall. *La Poitrine.* A. The bulke, breaſt.

Thorexis, eſt vini generoſioris potus, pectus calefaciens & quaſi loricis circumdans; à θωρήσσω lorico.

Thrombus, eſt ſanguinis, aut lactis in grumos coagulatio, à θρομβόω grumeſco. B. Geronne bloed. G. Gerennen blut. Gall. *Grumeaux de ſang, ou ſang caillé* vel *coagulé.* A. Clodded bloud.

Thryallis, eſt Verbaſci ſpecies, ex quo Elychnia ſolebant fieri. Θρυαλλὶς enim eſt Elychnion, à θέρω & ἅλλομαι: quod *Caleat* & *Surgat:* quod convenit Elychnio accenſo.

Thus, ſive Olibanum, Gr. Λίβανος & Λιβανωτὸν. Reſina eſt duriuſcula, obſcurè pellucida, profluens ex arbore Arabica, quæ, ut ajunt Lentiſcum appoſitè refert, quod tamen incertum. Genera Thuris traduntur duo, *Maſculinum* ſc. quod propriè *Olibanum* vocatur, ſeu *Melax*, Arab. *Melaſon:* & *Fœmininum. Maſculinum* ex albo flaveſcit, & teſticulorum inſtar rotundum eſt, guttarumque formam referens, candidum intus & pingue: *Fœmininum* ma-

magis resinosum est ac molle, cito ardens & flavum. Præfertur *Masculinum*, ut quod ex arboribus montanis colligitur & magis purum est: igni inspersum valde fumat, & odorem aromaticum spargit. *Cortex* etiam in usu est, debet esse crassus, pinguis, odoratus, recens, minimè scaber. *Manna Thuris*, sunt micæ fragmenta, pollen ac farina Thuris, quæ ex collisione, dum in saccis vehitur, colliguntur. Dicitur *Tus*, à tusis glebis: sed potius à græco verbo Θύω sacrifico nomen habere videtur, quod Veteres Thure sacrificabant & supplicabant. Gr. Λίβανος καὶ δενδρολίβανος: quemadmodum lachryma λιβανωτός, quæ Hippocrati λιβανωτῦ ὀπὸς dicitur, Λίβανος à λείβω stillo: licet Græci fabulentur à Juvene Assyrio hujus nominis, quod Deos studiosè coleret, ab invidis occiso & in hunc fruticem converso dici: hinc Diis Thure gratius nihil esse. B. **Wierook.** G. **Weyhrauch.** Gall. *De l'Encens.* A. Frankincense. Arab. *Lovan*, *Conder*, *Thus* vel *Tus* oriri putent à tundendo.

Thyma, idem quod *Ecthyma.*

Thymbra, est herba aromatica, forte ἀπὸ τῦ θύειν *Odores Accendere*, idque ob fragrantiam: vel à *Thymus* ob similem forte odorem.

Thymelæa, est Arbuscula, cujus truncus sæpe instar pollicis crassus est, plures habens virgulas vel ramos sesquipedem circiter longos, pulchros, rectos, foliis Lini foliis fere similibus instructos, sed majoribus, latioribus, semper viridibus, viscosi quidquam, si dentibus atterantur, præbentibus: flos monopetalus, utcunque infundibuliformis, quadrifidus: ovarium in centro floris fit fructus ovatus, succi plenus, fætus semine oblongo, habente pelliculam nigram, splendentem, fragilem, sub qua invenitur medulla alba fervidi saporis: radix longa, crassa, dura, lignosa, externe grisea, aut rubicunda, interne alba; in initio dulcis, sed postea acris & caustica: hæc planta crescit in locis incultis: quibusdam *Chamælæa:* dictam volunt quasi Tithymelæam, ex Tithymali & Oleæ mixta facie. Sed malunt alii nomen esse compositum, ex Thymo & Olea: ast Thymum non olet, neque eam, ut Thymum, consectantur apes, dicitur potius quod oleæ fert folia, & tithymali instar alvum solvat: vel quod foliis sit oleaceis, angustis, admodum viscidis, pin-

gnibus, inter Tithymalum, Cypariffium & Paralium. G. Kellerhals. Gall. *Garou.*

Thymiama, idem quod *Suffitus.* Proftat etiam hujus nominis cortex, quam Hofmannus habet pro cortice arboris Storacis, ex qua liquida Storax exprimitur.

Thymion; eft verruca minor fuper corpus in cute eminens, ut *Acrochordon*, tenuis, fupra latior, fubdura & in fummo afpera. Idque fummum colorem thymi repræfentat floris, à quo denominatur, habet magnitudinem fabæ Ægyptiacæ. Modo unum, modo plures nafcuntur in palmis, talis & plantis pedum: peffima funt in obfcœnis locis, maximè ubi fanguinem fundunt. B. Harde Wrat. G. Harte Wratzen.

Thymum, Thymus, eft planta, quæ habet caulem tenuem, lignofum, album: folia parva, oppofita, tenuia, angufta, albefcentia, vel virido-obfcura, faporis acris: flores funt in capitula collecti, minimi, purpurei, galea furrecta plerumque bifida, barba tripartita: femina quatuor obrotunda his fuccedunt in capfula, quæ floris calix fuit, inclufa: ab odore, etiam dici videtur à θύω fuffio: quod eo Veteres primum ufi fint in facris, quæ accenfo igne fiebant, vel à θυμὸς animus, quia ejus odor corroborat: quodque iis adhibetur, qui animi deliquium patiuntur. B. Thym. G. Thymian/ Welfcher Quendel. Gall. *Thym.*

Thymus, eft tuberculum p. n. carnofum, quod fupra corpus inftar verrucæ eminet, florem thymi referens: unde ei nomen impofitum eft. Item eft glandula conglomerata, fita in fuperiori parte Thoracis, anterius immediate fub jugulo, & extenfa fecundum longitudinem aortæ & venæ cavæ inferioris usque ad pericardium, ejusdem fere coloris & fubftantiæ, quam pancreas; quæ, quo animal eft magis juvenile, eo major eft, fecernit lympham a fanguine, quam per peculiares ductus pulmonum veficulis pro obliniendo infundit. B. De borft-klier. G. Bruftdrüfen. Gall. *Thyme.* A. The breaft glandule.

Thyroarytænoides, eft par mufculorum, ortum habens à cartilagine fcutiformi, anterius in latera Arytænoidis confcendens, laryngis rimulam aftringit, ex θυρεὸς fcutum, ἀρύω aërem haurio, ἀνοίγω aperio, & εἶδος forma. Gall. *Mufcles Thyro-Arytenoidiens.*

Thyroidææ Glandulæ, funt numero duæ, fubftantiam habent vifcidam, folidam, fanguineam, vafis omnis

omnis generis communibus, membranaque duriore mirè perfusam, ovi gallinacei fere magnitudinis atque figuræ, sitæ circa laryngis sedem humiliorem, ad latera cartilaginum, thyroidis, cricoidis, primorumque aliquot annulorum asperæ arteriæ, quibus partibus immediatè incumbunt, ita tamen ut facillimè ab iis separentur, nisi, ubi pertinacius adhæreant circa principium & finem; per ductus peculiares intra asperam arteriam suum obliniemtem humectantemque liquorem effundentes. B. Strotklieren. G. Schlund-drüsen. Gall. *Les Glandes Thyroïdiennes.*

THYROIDES, est *Scutiformis* seu *Clypealis Cartilago*, laryngis omnium maxima, & antice in collo prominens, quatuor processibus prædita, quorum duo superiores longioresque ossis hyoidis lateribus junguntur, duo inferiores cum cartilagine cricoide committuntur. Item foramen ossis pubis, ex θυρεὸς janua, scutum, & εἶδος forma. B. Het schilt-gelyke kraakbeen. G. Das schildgleiche knorpel bein. Gall. *Le Cartilage Thyroïde.* A. Snieldlike gristle.

THYRSUS, est caulis, idque nomen sibi vendicavit, quod virgulæ in modum, vel teli in rectitudinem assurgat.

TIBIALIS MUSCULUS, *Anticus* dicitur & *Posticus*. *Primus* flectit pedem antrorsum. Tibiæ fibulæque ex parte ossis superiori extremitati alligatus, tibiæque involucro lateris exterioris affixus, sub annulari pedis ligamento provectus tarsi ossis pollici subjecto ligamentaceo ligamento, ut plurimum adhæret, bifido namque nonnunquam tendine metatarsi, ut & innominato pedis ossi affigitur; inferior hic tendo ubi sub extimo fibrarum fasciculo, ossiculum abscondit minusculum, Sesamoideum appellatum. Alter, sive *Posticus*, Tibiæ fibulæque ossa interlocatus horumque involucris, ubi dehiscunt, penniformiter sive radiatim affixus, juxta interioris malleoli posteriora, tendinem tarsi ossis, quod tesseræ conterminum est, ligamentaceo integumento inseritur: atque hic inter oblique moventes & adductores & ab aliis inter extensores numeratur. B. Scheen-spieren. G. Der Schien bein mausz. Gall. *Le Jambier anterieur & posterieur, Muscles de la Jambe.* A. The Shin Muscle.

TIBIÆ OS, Gr. Κνήμη, est pars inter genu & talum: ossibus duobus constat; unum exterius, quod *Focile Minus*, alterum interius & majus, totius nomine donatur & *Tibia* dicitur, Κνήμη aliis *Focile Majus*, *Canna Major*, &c. superius

perius processum habet à femoris cavitate exceptum, & sinus binos oblongos, pro femoris capitibus, quorum sinuum profunditatem auget annexa per ligamenta cartilago, mobilis, mollis, lubrica & humore unctuoso delibuta, in ambitu crassa, centrum versus attenuata, unde lunata dicitur, anterius aspera veniunt ligamenta, quæ cartilagines lunares augent. Anterior pars acuta & longa, spina dicitur, inferius adest processus ex interno latere gibbus & prominens juxta pedem, diciturque malleolus internus. Anterior pars *Crea* & *Ocrea* quibusdam dicitur. B. Het scheen-been. G. Das schien-bein. Gall. *Le Tibia, un des os de la Jambe*. A. A Shin, Shin-bone.

Tibiæus Musculus, idem quod *Tibialis Musculus*.

Tigillum, idem quod *Crucibulum*.

Tilia, arbor propterea memoranda est, quia floribus ejus in Medicina utimur, qui in morbis convulsivis utiles perhibentur. B. Linde-boom. G. Linden baum.

Tinctura, seu Elixir, est coloris, qualitatis & virium alicujus rei, mediante convenienti menstruo, extractio. B. Verwsel / Afverwsel / Uittreksel. G. Die Farbe / Färbung / ein Tinctur. Gall. *Teinture*. A. A Tincture.

Tinea, est scabies capitis, cutem erodens cum squammis & crustis, pilorumque evulsione, colore cineritio; odore fætido, orta ab acrimonia sanguinis in glandulis subcutaneis hærente. Triplex ejus datur species. 1. squammosa, dum enim scalpitur multas furfuraceas squammas de se remittit. 2. Ficosa, dum hæc crustâ suâ flavâ denudatur, apparent vivæ rubræque carnis grana ficuum interioribus granis similia, cruentam materiem ex se emittentia. 3. est Achor, quem vid. supr. Morbus hic infantes, sed plerumque adultiores invadit: dicitur *Tinea*, quia haud raro in eo latent vermiculi copiosi, vel pediculi, vel quia proserpit erodendo ut Tinea in vestibus. B. Quaad zeer / drooge schurft. G. Eine schabe / motte / kinder Würmer im leib. Gall. *Tigne*.

Tinearia, dicitur etiam Ageratum, & Stichas citrina, ita vocatur, quod ejus flores, vestes cistis asservatas, à Tineis arceant, conserventque.

Tinus, Tinnus & Tynnus, est Arbuscula, quæ habet virgas longas, quadratas, ramosas: folia magna, ampla, bina, juxta ramos sibi invicem opposita, nigra, splendentia, aliquantulum lanuginosa, semper virentia, in-

inodora, ſaporis amari cum aliqua adſtrictione: caliculus eſt geminus, inferior trifidus, ſuperior quinquefidus, uterque monophyllus: flos eſt monopetalus, rotatus, quinquefidus, infra breviter tubulatus, quinque ſtaminibus ex pariete interno tubuli floris ortis: ovarium in fundo calicis, tuba longa, triquetra, ſcabra inſtructum, fit fructus olivæ ſimilis, umbilicatus, fætus ſemine unico pyriformi: hæc Arbuſcula creſcit in locis ſaxoſis. eſt Laurus ſylveſtris: Gr. Δάφνη Ἀγρία. B. Wilde Laurwrier. G. Wilder Lorbeer-baum. Gall. *Laurier-tein.*

Tinnitus Aurium, ſive Sibilus, eſt ſuſurrus quidam aurium, vel perceptio ſoni interioris, quæ oritur ab omni cauſa, celeriorem ſanguinis circuitum per arterias aurium producente, hinc comitatur inflammationem arteriarum membranam tympani perreptantium, vel fit, ubi ſtimuli quidam intus vel extus aurem irritant, qua aër in auris cavo ab arteriis pulſantibus continuo movetur & tympanum leviter verberatur, unde ſuſurrus & bombus producitur. B. Ruiſchinge in het oor / oortuiting / oorſuiſſing. G. Das ſauſſen / und brauſen / das klingen der ohren. Gall. *Bruit dans l'Oreille*, *Tintement.* A. The noiſe of the ears.

Tintinabulum Terræ, eſt Pyrola, dictum à floribus ejus Tintinabulo ſimilibus.

Tipha, vide *Typha.*

Tithymalus, eſt planta, quæ habet unum pluresve caules, ſeſquipedem altos, rotundos, minimi digiti craſſitie; folia dura, oblonga, Amygdali minora: ex ſummitate ramorum naſcuntur ramuſculi gerentes flores nigros, monopetalos, campaniformes, globoſos, multifidos, & duobus foliolis cinctos, quæ calicis vice fungi videntur: flori ſuccedit fructus exiguus, trigonus, & in tria loculamenta, ſingula unicum ſemen oblongum continentia, diviſus: radix dura, lignoſa, lacte acri, mordicante turgidula; ubique fere ſat copioſe provenit in locis aridis, incultis, ſterilibus, *Lactaria*, *Lactuca Caprina*, à τιτὸς mamma, quia lac fundit & μαλακὸς tener, quaſi tenera Mamma; vocatur etiam Characias Dioſcoridi id eſt vallaris a χαρακόω vallo, dicitur & Euphorbia, & Eſula major, vid. Eſula. B. Groote Spurge / Groote Wolfſmelk / Groote Duivels-melk. G. Wolffs-milch. Gall. *Titimale.* A. Great Spurge.

TITHYMELÆA, idem quod *Thymelæa*.

TITILLATIO, est in voluptatis sensu gradus, propè dolorem proximus: nam ut voluptatem percipiamus, cum organum sensus ita concutitur, vires uti sint ad resistendum majores: ita, si concussio fiat aliquantulum major, minor vero vis, quæ resistat, oritur *Titillationis Sensus*, qui cum habet aliquam conjunctam molestiam, proxime ad dolorem gradum struit, quare ad morbos referri debet: solet autem maximè sentiri in latere, & sub planta pedum, ubi nudissimi jacent nervi, & in iis, quibus cutis tenera est, & non assuevere titillationi. Gr. γάργαλος. B. Kittelinge. G. Das kützlen. Gall. *Chatouillement*. A. Tickling.

TOETICA, idem quod *Attenuantia*.

TOLUTANUS BALSAMUS, succus est resinosus, tenax, coloris ex spadiceo ad aureum vergentis, odoris fragrantissimi, ad illum Benzoïni & Citri accedentis, saporis dulcis grati, nec nauseosi, ut aliorum Balsamorum: stillat ex inciso cortice arboris Toluiferæ, vel Balsami Tolutani, foliis Ceratiæ similibus, C. B. P. Quoad vires, hæ ipsi tribuuntur eædem ac Balsamo Peruviano, & frequentissimo in usu est apud Anglos, qui inde conficiunt Syrupum Balsamicum, in Pharmacopæâ Lond. descriptum. B. Balsem van Tolu. G. Balsam von Tolu. Gall. *Baume de Tolu*.

TOMENTUM, Latinis omne id quod culcitræ ad molliorem & calidiorem quietem infarcitur, dicitur, sive id lana sit sive pluma, sive quod voluerit aliquis, excipiendis molliter & fovendis calore corporibus nostris aptum. Sic Dictamni folia, quod mollia videntur esse, tomentitia & lanea dicuntur, hoc est γναφαλώδη: ita ex graminis Eriophori lanuginosis summitatibus anaclinteria seu culcitræ fiunt. G. Scherwullen / Bulster. Gall. *Duvet*.

TOMICI DENTES, vide *Dentes*.

TOMOTOCIA, idem quod *Hysterotomia*, ex τέμνω seco, & τόκος partus, à τίκτω pario.

TONICA, sunt quæ intus assumpta flaccidis visceribus eam tensionem restituunt, ut naturales suos motus redintegrent; vel quæ membris foris illinita, nervis & tendinibus robur conciliant, à τείνω porrigo, tendo.

TONICUS, idem quod *Tetanus*.

TONOTICA, idem quod *Tonica*.

TONSILLÆ, vide *Paristhmia* & *Antias*.

TONUS, dicitur talis partium solidarum status, qui ex debita

debita proportione partium fluidarum ad firmas emergit, easque elasticas, & ad contractionem pronas reddit. Gr. Τόνος à verbo Τείνω extendo.

TOPASIUS, idem quod *Chrysolithus*..

TOPHUS, Gr. Πῶρος, est concretio quædam lapidosa, seu gypsea, calci non absimilis, in quacunque parte, præsertim ossibus, excitata: vel tumor, ex ipsa ossis substantia excrescens, duritiem habens inter gummi & Exostosin mediam. B. Kalk-builen / Kalk-knobbels. G. Harte schwillen an den Gelencken und Beinfugen.

TOPIARIUM, opus est, quod ex arbore, frutice vel herba ad decorem componitur in testudines aut cameras fornicatum. Hinc *Topiariæ* dici merentur arbores vel herbæ, quæ nimirum huic operi, quod flexiles sunt, ac suo lentore sequaces, accommodantur.

TOPICA, sunt Medicamenta externa, quæ medentur singulari corporis parti, actione quadam illi parti propria, v: gr: Emplastra vulneribus; Epicarpia febribus; &c. à τόπος locus. B. Plaats middelen. G. Platz-artzneyen. Gall. *Remedes Topiques*. A. A Topike.

TOPINARIA, idem quod *Talpa*.

TORCULAR, vel TORCULUM, est prælum, quo olea vel succi exprimuntur. B. Een pers. G. Ein kelter / presse. Gall. *Un pressoir*. A. Press.

TORCULAR, est instrumentum, quo chorda cum duobus bacillis circumagitur, & adhibetur in gravioribus sanguinis profusionibus, sed præcipue in extirpandis membris, ut vasa sanguinea constringantur. B. Draejer. G. Eintrotte / ein drehstock. Gall. *Un Tourniquet*. A. A presse.

TORCULAR HEROPHILI, est ille locus ubi quatuor sinus crassæ meningis cerebri conjunguntur. B. De Pers van Herophilus / Herssen Persbak. G. Die presse von Herophilus. Gall. *Le Pressoir d'Herophile*. A. Press of Herophil.

TORDYLIUM, est Seseli Creticum sive planta, quæ habet caulem pedem circiter altum, striatum, villosum; folia sunt oblonga, obrotunda, aspera, villosa, dentata, plura uni costæ adnata & disposita: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inæqualibus, cordiformibus, in orbem positis, & calici insidentibus: is autem abit in fructum fere orbicularem, ex duobus seminibus compositum, planis, margine elato, ut plurimum

mum denticulato, involucrum facile deponentibus: radix tenuis, lignescens, alba, simplex & annua: nomen ei impositum, quod semen ferat copiosum, circinatum, quasi Toreumatis elaboratum, orbiculatum, compressum, geminisque valvulis conflatum, clypeoli speciem referens, dicitur etiam *Torgylium*, *Tordilium* & *Tordylon*. A. Heart-wort.

Tori, sunt in vegetabilibus prominentes partium calli & in se pulparum modo collecti; Gr. Κονδύλης vocant. Hinc κονδυλώδης, id est, torosus, quod idem Latinis est ac nodi formam præ se ferens.

Tormentilla, Gr. Ἑπταφύλλον, sive Septifolium, quia ejus folia ex septem constant incisuris, sic dictam volunt, quod tormentum cruciatumque dentium sævissimum placet, atque venenatarum quarundam rerum compescat furorem, & cruciatum. Radicem habet tuberosam, duram, nodosam, pollicem crassam, coloris ex fusco rubescentis, saporis austeriusculi, hinc inter adstringentia recensetur, & ad fluxum alvi, aliarumque partium, sive sanguis, seu alii humores effluant, commendatur. B. Zeven-blad. G. Birck-wurtz / roth-heilwurtz / roth guntzel / bladwurtz / ruhrwurtz Gall. *Tormentille*. A. Tormentill.

Tormina, vide *Dysenteria*.

Tormina Alvi, idem quod *Colica Passio*.

Tormina Hysterica, sunt *Hystericæ Passiones*, vide *Hysterica Passio*.

Tormina Infantium, sunt dolores infantium ventris.

Tormina Post Partum, sunt dolores, quos puerperæ post partum patiuntur, quando nempe lochia ritè non procedunt, vel adhuc qui torminibus partus sunt nonnunquam plane similes; post laboriosissimos partus etiam sæpe dolores aliqui remanent. B. Naweeen. G Nachwehe. Gall. *Douleurs apres l'Accouchement*, *ou l'Enfantement*. A. Pangs, or throwes after Child bearing.

Torpor, est diminuta movendi potentia cum quodam quasi formicationis sensu.

Torrefactio, idem quod *Tostio*.

Tostio, est actio, qua Medicamenta igne torrentur, ut vires mutentur, uti fit in tostione Rhabarbari, quod cum ante fuerit purgans, nunc fit adstringens; torrentur quoque turundæ nonnullæ, quæ orificiis ulcerum ad dilatan-

latandum intruduntur, ut sic tostione imminutæ, per alluentia ulceris liquida tumere eo plus possint.

TOXICA, sunt Medicamenta venenata, quibus Barbarorum sagittæ illiniebantur.

TRACHEA, idem quod *Aspera Arteria*.

TRACHEÆ, ita Botanici appellant vasa plantarum aërea, fibris circumposita, aërem elasticum continentia, qui ab externo aëre nunc calido, nunc frigido affectus, similes patitur caloris & frigoris vicissitudines, & sic motum humorum per plantas promovet.

TRACHELAGRA, est Arthritis cervicis.

TRACHELIUM, est Campanulæ species: Lat. *Cervicaria* fortè dictum, quod cervicis & colli malis medeatur. Gr. τράχηλος est collum. B. Halss-kruid. G. Halßkraut. Gall. *Gantelet*, *Ganteletz*. A Throot-wort.

TRACHELO-MASTOIDEUS, oritur septem ad summum capitibus ex transversis vertebrarum colli dorsique processibus, quæ adscendentia, & inter se unita musculum constituunt brevem, tenuem, angustum, sensim latiorem & crassiorem, qui Splenio adhærens supra eum pergit ad marginem posteriorem processus mammillaris, ibique desinit.

TRACHOMA, est quando palpebræ invertuntur, densiores & inæquales factæ; vel cum asperitate etiam rubent cum pruritu & pustulis, instar milii granorum: vel cum inveterato malo, insuper à parte inferiore exulcerantur cum fissuris & callis, à τραχύνω aspero. B. Rouwe Oogscheelen. G. Inwendige Räuhe der Augbrauen Gall. *Dartre des Paupieres*.

TRACHOMATICUM, est Collyrii species, quæ olim in usu erat.

TRAGACANTHA, seu TRAGACANTHUM, est Gummi fruticis ejusdem nominis pellucidum, album, tenax, subdulce, leve ac sincerum, in granis plerumque fragmentisve contortis: ejus frutex pumila admodum est, habetque ramos lanuginosos, spinisque instructos, rigidos, firmos; Lentis fere folia & pallida, pinnata, velut conjugata, costæ adhærentia, abeunti in mucronem albescentem: flos est papilionaceus, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in siliquam secundum longitudinem divisam, bicapsularem, brevem & quasi ovatam, continentem semina reniformia. Frutex hirsuta est, unde nomen, τράγος

Hircus, & ἄκανθα spina, hinc dicitur *Spina Hirci*. Gall. *Barbe-Renard*, *ou Epine de Bouc*. Crescit copiose in Aleppo & Candia, & in Gallia circa Massiliam frequenter etiam reperitur. Exudat hoc gummi radice incisa, vel ut alii volunt, spontè sua. Præstat pellucens, gracilis, levis, sincera & subdulcis. B. Gom Dragant. G. Gummi Tragant. Gall. *Gomme Adragant*. A. Gum Dragant, Tragacanth.

Traganos, & Tragos, est uva marina: à τρώγω comedo, quia fructum edilem fert

Tragopogon, est planta, quæ habet caulem sesquipedem circiter altum, rotundum, solidum, in plures ramos divisum: folia longa, angusta, acuta, Croci folia referentia, sed breviora, & latiora: flos est semiflosculosus, plurimis scilicet semiflosculis constans, embryoni insidentibus, & calice comprehensis multifido, sed nequaquam squammoso, in multas lacinias diviso, quæ ita longæ sunt, ut ipsum florem recondant: embryo autem deinde abit in semen membrana seu involucro obvolutum, pappis instructum, thalamoque affixum: crescit in paludibus & locis aquosis; est *Barba Hirci*; ex τράγος Hircus, & πώγων barba. Nomen sibi adscivit, quod è calycis summo, floribus evanescentibus, papposa prodeat cæsaries, seu comosa lanugo, cui cum hirci barba nonnulla similitudo. Vel ita vocarunt propter ramulos florum fœtura racemosa amictos, in prælongas quasi comantes barbulas effigiatos, aruncos spirillosque caprarum imitantes: candore niveo, puniceo, roseoque colore intermixto, visu & odoratu perjucundo. B. Bocks-baard / Josephs-bloemen / Morgen-ster. G. Bocks-bart. Gall. *Barbe de Bouc*. A. Buckes-bearde, Goats beard. Datur & alia species, cui cognomen Artifi; à priori luteo distincta, quod flores purpureo cæruleos habeat.

Trageæ, non differunt à pulveribus, nisi quod tenuissimè adeo Medicamenta, ex quibus parantur, haud terantur, & vel externè adhibentur, corpori appositæ aut in fumum resolutæ; vel sacculo lineo inclusæ in vino aut alio liquore detinentur, ut vires suas liquori communicent. Aliquando tamen componuntur etiam ex speciebus Antidotorum, odoratisque aliis rebus & Medicamentis simplicibus in pulverem redactis, saccharo addito. In his conficiendis communiter capitur uncia una sacchari, ad

ad singulas drachmas specierum, præsertim amariorum & minus gratarum. Fortè τράγημα à τράγος Hircus, caper, lacte quippe caprino in insulâ Rhodo educatus Jupiter: videtur dici quasi *Panis Jovis*. B. **Koekjes**. G. **Pfaffen futter / küchlein**. Gall. *Dragées*. A. Cake.

TRAGEMA, idem quod *Trageæ*.

TRAGI, TRASI, vel TRASSI: vocatur & *Dulcichinum*, & *Ciperus*: est nomen origine Italica.

TRAGIUM, vocatur Fraxinella: à τράγος Hircus, quia Hircum olet.

TRAGOCEROS, est *Aloë*, ob folia cornuformia, Hirci cornibus similia, à τράγος Hircus, & κέρας cornu.

TRAGOPYRUM, sic aliquando vocatur *Fagopyrum*: quasi Hirci frumentum, ex τράγος Hircus, & πυρὸς frumentum. Vide *Fagopyrum*.

TRAGORCHIS, est Satyrion Hircinum vel caprinum: ex τράγος Hircus, caper, & ὄρχις Testiculus.

TRAGORIGANUM, est Origanum Hircinum. Non alia forsitan ratione sic dictum, quam quod ejus pabuli voluptate animal hoc caperetur, ex τράγος Hircus, & Origanum. B. **Bokstrega**. G. **Bocks Wolgemuht**.

TRAGOS, est *Caprificus*; à τράγος caper. Vide *Caprificus*.

TRAGUS, seu Hircus, est auris eminentia, quæ tempora spectat, posita sub Helicis exortu, erecta, formæ triangularis, pilis aliquot hispida, in quibusdam densam hirci barbulam exprimens: proprium habet musculum, Tragicum dictum, primo à Valsalvâ descriptum, qui Trago extrinsecus incumbit, eumque paulum introrsum versus concham premere potest. B. **De Bok**. G. **Der Bock**. Gall. *Le Tragus, ou le petit bouton anterieur, qui est au dessous de l'extremité anterieure du pli de l'oreille*. A. Bucke.

TRAJECTIO, est species colationis, in qua spissiora, quoad consistentiam, cum inpulsu majori per setaceum transprimuntur.

TRANSFUSIO, Gr. Διάχυσις; in genere est transmissio liquoris ex uno vase in aliud; sed in specie ita dicta fuit, Anglis olim tentata, deductio sanguinis vivi & in vasis animalis fluentis, ope tubulorum sibi continuatorum in vasa alterius animalis vivi; in scopum vasa inanita languentis animalis replendi, sanguinem mutandi, morbos curandi,

vitamque longiorem ducendi; quod in majoribus animalibus, & ipsis hominibus, postquam circulatio sanguinis inventa fuit, sæpe tentatum est; aliquando felici, sæpe infortunato successu; vasa enim in uno animali suæ capacitati proportionatum liquidum continentia, non respondent robori, magnitudini &c. vasorum in alio animali; liquida pariter vel sunt nimis solida, crassa, & alterius indolis, vel nimis fluida, facilius resolvenda in uno quam alio animali, adeoque, quod uni animali conveniebat salubre liquidum, in alio est lethiferum, atque hæret in vasis minimis, obstructiones irresolubiles excitat, vel si liquidum tenuius fuit, ex vasculis omnibus excretoriis effluit, neque viribus vitæ sustinendis par est; unde hæc Medicinæ methodus jure exoluit. B. **Bloedbrenging uit het eene dier in het andere.** G. **Das giessen auß einem Thier in das ander.** Gall. *Transfusion.*

TRANSPIRATIO, idem quod *Diaphoresis.*

TRANSVERSALES MUSCULI, primum par exhibet sese membranoso principio, ab ipsis transversis lumbalium vertebrarum processibus, osse item Ileum, cartilaginosoque: præterea costarum confinio interius profectum, peritonæo subjecto inhæret, & ad eandem cum cæteris abdominis metam fertur. Alterum par cervici extendendæ vel in posteriora flectendæ destinatum, oritur à sex aut septem primarum vertebrarum processibus externis, & inseritur exterius in omnes vertebrarum cervicis transversos processus. B. **Dwerts spieren.** G. **Der Zwerch mauß.** Gall. *Muscles Transverses, ou Transversaires, ou Transversaux.* A. Overthwart Muscles.

TRANSVERSUS MUSCULUS HUMERI, idem quod *Rotundus Minor.*

TRAPESIUS MUSCULUS, sic dictus à figura Geometrica. Vide *Cucullaris Musculi* descriptionem.

TRAULUS & TRAULOTES, est blæsitas, sive vitium in L & R pronunciando, à τραυλίζω balbutio. B. **Lispinge / een Lisper of Lisperaar.** G. **Lispelung / Lispeler.** Gall. *Begayer.*

TRAUMA, vide *Troma.*

TRAUMATICA, sunt Medicamenta, quæ in decoctis & potionibus assumpta, serosos & acres humores seu succos è corpore educunt, vel mitigant, sanguinemque nimis torpidum movent, vel nimis motum retardant, nimis flui-

fluidum inspissant; nimis crassum ita attenuant, ut in partes vulneratas, ruptas vel contusas commodè propelli possit; & quibusdam partibus adstringunt, & detergent: hinc videmus, quod vulneraria Medicamenta specifica nulla sunt, quæ in omni conveniunt ægro, verum quod dato ægro accommodanda sunt pro ægri viribus, statu, & liquidorum ac vulneris conditione: ista lapsis, contusis, & vulneratis conducentia, *Vulneraria* nuncupantur, à τραυματίζω vulnero. B. Wond-middelen. G. Wund-artzneyen. Gall. *Remedes Vulneraires*. A. Wound remedy.

Tremor, Gr. Τρόμος, à Τρέω tremo, est motus convulsivus minus vehemens, in quo contractiones & alternæ sunt & crebriores, sed non ita violentæ versus principium, quare Motus convulsivus plus habet de convulsione, at Tremor plus de motu ordinario, & videtur quasi status intermedius inter facultatem, quæ membra sustinet, & vim, qua præ gravitate deorsum tendunt. B. Schuddinge/ Bevinge. G. Das zittern/ Schaudern/ beben. Gall. *Frisson*, *Tremblement*. A. Tremoling, Quaking.

Trepanatio, est operatio Chirurgica, qua Trepano sive Modiolo hominis viventis cranium perterebratur, cum vel fractum & intropressum fuerit cranium, vel spinæ osseæ abruptæ pungunt cerebrum, vel extravasatus sanguis ex vasis ruptis, qui comprimit cerebrum, & stagnando putrescens magis nocet, &c. ut hæc cuncta ex foramine facto educi possint. B. Trepanering. G. Trepanirung. Gall. *Trepan*. A. Trepanation.

Trepanum, idem quod *Modiolus*.

Triangulare Ossiculum, est illud os, quod in cranio inter suturam Lambdoidem & Sagittalem situm est; quod ad Epilepsiam quoque conducere ferunt. Gall. *Os Triangulaire*.

Triangulares Musculi, est aliquando unicus, sed non semper, à summo cubiti ortus, & circa medium ejusdem carnoso, angustoque fine definens. Verum *Casserius* putat se invenisse duos parvulos, circa articulum cubiti exiles, & opposito modo incedentes, atque instar trochleæ pronum & supinum radium moventes. Sunt & alii Triangulares musculi, dicti Sternoidei, sub sterno oriuntur è medio sternoidei musculosi fasciculi, pro parte

triangulari linea circumscripti, si oblique costarum extremis partibus ut & cartilaginibus quatuor, quinque & sex superioribus alligantur, cum intercostalibus tam indissolubili nexu sæpe cohærent, ut alterutrorum fasciculi sine laceratione separabiles non existant: imo vero, nonnunquam radiata solummodo intercostalium musculorum fibrarum vestigia longè ab invicem remota inveniuntur, atque hoc in casu, pleura sub sterno solito crassior reperitur. B. Borst-beens spier / driehantige spier. G. Der Brust-beins mauß / der dreyeckichte mauß. Gall. *Muscle Triangulaire; les Muscles Sterno-costaux communement le Triangulaire du sternum.* A. Idem.

Tribulus, terrestris est planta, quæ habet caules semipedem circiter longos, repentes, rotundos, nodosos, villosos, rubicundos, in ramos divisos: folia pinnata Lenticulæ, incana, pilosa: flores sunt rosacei, plurimis scilicet petalis in orbem positis constantes, lutei: ex horum calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, quodammodo cruciformem vel turbinatum, ex pluribus partibus plerumque compositum, muricatis, in capitulum collectis, & seminibus fœtis, ut plurimum oblongis, in loculis nidulantibus: radix fibrosa; hæc planta crescit in pratis præsertim in regionibus calidis; dici volunt ἀπὸ τ̃ τρίβειν à *Terendo*, *Tundendo*, quod attritum, tactumque non admittat; lædit enim ac pertundit, vel παρὰ τὸ τείρειν, quod molestus ac infestus sit, affligit enim & vulnerat tangentem. Vel dicitur quasi τρεῖς βολαὶ à *Triplici Cuspide*, ad similitudinem ferreorum muricum, qui forma trigona sunt, vel παρὰ τὸ τρεῖς βάλλειν, quod fructu suo tria vulnera infligat, vel quod cuspidatum trifariam feriat. Malunt alii à seminis triquetra figura tribulo bellico instrumento simili. B. Angels / Muils-yzers / Voet-angel. G. Wasser-nuß / Weiher-nuß / Stackel-nuß. Gall. *Tribule.* Datur etiam Tribulus, aquaticus dictus, fructus ferens, Castaneæ æmulos, Tournefortio vocatus Tribuloides vulgare, aquæ innascens.

Trica Incuborum, est plicæ polonicæ species. B. Meervleche. G. Maren flegt / schrötleinszopff / maren lock / vel morenlock.

Triceps, est nomen Musculi tam in brachio, quam in femore: primus sive Triceps Brachii, tribus oritur distinctis capitibus, nimirum musculo Longo, Brevi & Bra-

Brachiali externo, quorum primus a cervice scapulæ, alter vero a superiori parte ossis humeri orti, in descensu per exteriora brachii coalescunt; & communi tendine affigunt se processui Olecrano; quum ergo se contrahunt, cubitum extendunt. Posterior, sive Triceps femoris, ab osse Coxendicis & Pubis triplici principio enatus, in lineam Femoris asperam inferius inseritur.

Trichiasis, est ciliorum introreflexio, ita ut pili oculum pungant; quod fit vel phalangosi, vel cum alia pilorum succrescit series. Item Urina pilosa, cui ab humoribus pituitosis, pili innatare videntur, à θρὶξ pilus. B. Wynbraauwen ombeulling. G. Das wachsen stehender Härlein in Augbrauen. Gall. *Trichiase.*

Trichismus, est fracturæ osseæ quædam species tenuissima, & veluti pilaris, plerumque juxta ossis longitudinem excurrens, rimæ tenuis instar, ita ut sensum fere effugiat, hinc etiam mortis aliquando causa existit, quia se non facile prodit, admodum dolorifica, & magnis cum symptomatibus: à θρὶξ pilus. B. Hair-scheur. G. Haarspalt. Gall. *Fente Capillaire.* A. Hair-cleft.

Trichomanes, planta est, quæ plures parvos caules habet rotundos, fragiles, nigricantes, quibus adhærent folia minima obrotunda, leviter crenata, tenera, ordinatim disposita, in dorso habentia multa corpuscula minima, quæ microscopii ope apparent esse fructus hujus plantæ, in quibus occurrunt capsulæ sphæricæ, funiculo vi elastica donato instructæ, qui contractione sua has capsulas, semina minutissima includentes, aperit: radix est filamentosa, & nigra: hæc planta crescit in petris & muris juxta fontes & rivos; tota hyeme viret, *Filicula*, *Capillaris*, *Polytrichum*, dici volunt, quod fluentem capillum expleat, & subnasci faciat: μανὸν enim rarum vocant, & τρίχα capillum: hinc quoque *Capillaris* vocatur. B. Weder-dood / Vrouwen-hair / Roode Steen-breeke. G. Wieder-todt / Rother Stein-brech / Abthon. Gall. *Politric.* A. Mayden-hair, Venus golden locks.

Trichophyllon, sunt plantæ, quarum folia capillorum similitudinem habent, ut Fœniculum, Corallina, &c. ex θρὶξ capillus, & φύλλον folium.

Trichosis, idem quod *Trichiasis.*

Tricoccos, est Mespili fructus, sic vocatus a tribus

nucleis quos continet, à τρία tria, & κόκκος nux, bacca, granum.

Tricongius, est mensura octodecim sextariorum.

Tricuspides Valvulæ, sic vocantur tres membranulæ, figurâ tricuspidis, latiori sua parte venoso cordis orificio adnascentes, reliqua in apicem satis obtusum abeuntes, variis lacertulis præditæ, ante ostium venæ cavæ in Corde locatæ; sic sitæ, ut sanguinem ex vena cava quidem admittant in Cor, non vero remittant; sed à sanguine ex Corde contracto egredi conante explicantur, viam omnem intercipiunt, unde in arteriam pulmonalem solam impellitur. B. Driepuntige Klapvliezen. G. Dreyspitzige Nigelhäutlein. Gall. *Valvules Triglochines ou Tricuspides au ventricule droit du cœur.*

Triens, est tertia pars libræ medicinalis, continens uncias quatuor. Continet quatuor cyathos.

Trifolium, est planta, quæ caules habet sesquipedem circiter altos, tenues, rotundos, aliquando parum lanuginosos, quosdam rectos, alios repentes: folia terna, raro quaterna aut quina, nunc rotunda, nunc oblonga, acuta, villosa, interdum spiculatis lineis albis notata, nonnunquam obliquis candicantibus striis virgata: flores sunt exigui, albi, papilionacei, simul cum ovario vagina fimbriata obvoluti, in spicam congesti: ovarium fit capsula calice recondita, & fœta semine ut plurimum reniformi, rubicundo, per maturitatem arcte adhærente capsulæ: radix parva, fibrosa, tortuosa, lignosa, alba: hæc planta crescit in pratis. Gr. Τρίφυλλον, planta vocatur à tribus, quæ habet, foliis. Ejus sunt in pratis variæ species. B. Klaver. G. Klee. Gall. *Trefle des Prez.* A. Trefoil. Datur etiam palustre, Fibrinum dictum, folia habens majora, sapore acri gaudentia instar Nasturtii.

Trinitas, idem quod Trifolium: à tribus nempe foliis. *Viola Tricolor* etiam vocatur *Trinitas*, ob tres diversos colores.

Triobolon, est pondus drachmæ dimidiæ, sive trium obolorum.

Triorchis, est Satyrionis species, quæ non duabus, sed tribus testiculatis radicibus in terrâ nitatur, ex τρεῖς tres, & ὄρχις testiculus.

Triphyllon, est Trifolium, à tribus foliis sic dictum, ex τρία tria, & φύλλον folium.

TRIPLOIDES, est instrumentum Chirurgicum, sic ob triplicem basin, *Trioides* dictum, in usu fuit, si cranii depressio tam magna est, ut cæteri vectes, ob infirmitatem, non sufficiant. B. Drievoetig Hef-tuig. G. Dreyfüssig Hebzeug.

TRIPOLIS, vel Terra Tripolitana, est substantia terrea, facile friabilis, coloris citrini intensi, saporis adstringentis, eruta ex fodinis. B. Trypel-steen. G. Tripoli stein. A. Englisch oker.

TRIPOLIUM, est Asteris species; dictum quod ejus flos ter de die colorem mutare perhibetur: ita ut mane candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus aspiciatur: idque fortè, cum flores omnes non simul, sed particulatim & sensim floreant, & perficiantur, facile contingit, tres florum colores conspici incipientium, completorum & deficientium, ex τρὶς ter, & πολέω muto, verso. Sed alii, quasi dicas ter causum seu canescens: πολιὸς canus est. B. Zee-sterre-kruid / blauwe kamille / blauwe Madelieven. G. Meer-stern kraut / Turbith-kraut. Gall. *Espargoute de Mer*. A. Sea-star-wort.

TRIPSIS, est contritio, sive contusio, à τρίβω tero.

TRIQUETRA OSSA, sunt triangularia ossicula, quæ nonnunquam intra suturas cranii inveniuntur.

TRISMUS, est dentium stridor: sive convulsio violenta & invita musculi Temporalis & Masseteris, qua dentes tam valide contra se invicem contrahuntur, ut ad minimum motum obliquum supra se invicem exterius vel interius per musculos pterygoideos factum, sonus acutissimus oriatur & ingratus auribus, qui stridor vocatur, à τρίζω strido. B. Knersinge der Tanden. G. Das Zähn Klappern. Gall. *Grincement des dents*. A. Grinding of the teeths.

TRISSAGO, & TRIXAGO, vocatur Scordium, & ob similitudinem cum Trixagine, sive Chamædri, Trixago vocatur.

TRITÆOPHYES, est febris continua remittens, quæ tertio quoque die quidem exacerbatur, sed cum rigore inordinato atque erratico, ex τριταῖος triduanus, & φύω cresco. B. Een geduurige anderendaagsche koorts. G. Ein stets dreytägiges Fieber.

TRITÆUS, idem quod *Febris tertiana intermittens*.

TRITICUM, est planta, quæ plures habet caules vel

culmos quatuor vel quinque pedes altos, satis crassos, rectos, per intervalla nodosos, excavatos, foliolis quibusdam longis, angustis instar Graminis instructos: flores sunt hermaphroditi, apetali, constantes staminibus masculinis, simplicibus, ferentibus suos testiculos tenues, gracilesque; intra hos positum est ovarium binis recurvis tubis instructum: utraque hæc defenduntur binis foliis petaloidibus, sæpe aristatis, per appendicem longam, acutam, gracilem, jam pilosam, alias glabram; cinguntur rursum duobus foliolis cavis carinatis calicis vicem præstantibus: sustentantur hæc uno pedunculo, qui cum aliis accretis uni axi facit spicam densam: semina sunt magna, oblonga, gibba, una parte sulcata, extus coloris flavescentis, intus albi, farinosa, nutrimenti optimi, ex quibus per molendinam in farinam contritis, post debitam ejus subactionem, fermentationem, & in clibano coctionem, optimus panis conficitur: radix tenuis, filamentosa: est frumentum, dictum, quod ex spicis fit tritum, vel, quod trituræ destinatur. Gr. Πυρὸς & πυρὸν quasi σπυρὸν vel σπορὸν, ἀπὸ τ̃ σπείρειν seminando dictum volunt, vel nomen habet ab acutie, aut à similitudine, quam cum nonnullorum fructuum granis, vel Gygartis habet, quæ πυρῆναι dicuntur, vel πυρὸς à flavo rutilantique igneo colore ac fulgore, dicitur & Σῖτος, cibus, quæ vox omnibus Cerealibus convenit. B. Tarw / Terwe / Weit. G. Weitzen. Gall. *Froment*, *Blé*. A. Wheat.

TRITORIUM, idem quod *Infundibulum*.

TRITURATIO, est contusio, qua Medicamenta in pulverem rediguntur, ut eo aptius cum aliis misceri, vel virtus eorum extrahi possit; ad quam etiam pertinent lævigatio & præparatio, de quibus suo loco. B. Stoting / kleinwrijving. G. Zerstossung / zerreibung.

TROCHANTER, idem quod *Rotator*.

TROCHISCI, est Medicamenti interni & sicci genus, nempe sunt rotulæ seu orbiculi signati: fiunt ex pulveribus cum mucilagine exceptis, & in pastam redactis, ex qua orbiculi in umbra siccandi formantur, à τρόχος rota; vocantur item *Pastilli*, Δακτύλιοι *Hippocr.* ab annuli specie, Ἀρτισκὸς, quod panem referat, Κυκλισκὸς à circuli figura. B. Koekjes. G. Küchlein / Trochischken. Gall. *Trochisques*. A. Troches.

TROCHLEA, vide *Bathmis*, & *Trochlearis Musculus*.

TROCH-

Trochlearis Musculus, est Musculus oculi obliquus superior, sive major, & omnium tenuissimus, habens tendinem longissimum, oculum circumagit ad angulum internum: nam communi principio, cum primis quatuor ortus, ad internum angulum recta fertur, ibi per trochleam cartilagineam intra anteriora orbitæ sitam transit, & recto angulo adscendit ad eum locum, ubi quintus inserebatur. Dicitur *Trochlearis*, quia quasi per trochleam circumrotatur, quæ trochlea cartilago est in oculo propendens, sita ad os Maxillæ superioris juxta internum oculi angulum. Hic cum altero obliquo, *Amatorius* appellatur. *Trochlea* venit è τροχίζω torqueo. B. **Katrol-spier.** G. **Der Rollen-mauß.** Gall. *Muscle superieur de l'Oeil, ou le Muscle Trochleateur.* A. The Pully Muscle.

Trochoides, est species articulationis, in qua unum os ingreditur in cavitatem alterius eodem modo, quo axis committitur rotæ; cujus exemplum est in articulo primæ cum secunda vertebra colli.

Trogloditica Myrrha, est ea quæ optima est, & in Trogloditi patria nata. Vide *Myrrha*.

Troma, est vulnus, à causa externa inflictum, à τιτρώσκω vulnero.

Trombosis, est coagulatio lactis, vel sanguinis in corpore humano. Vide *Coagulatio*.

Tromos, idem quod *Tremor*.

Truncus, dicitur illa pars arteriæ magnæ & venæ cavæ, quæ descendit à corde ad vasa Iliaca, verum hoc in genere; verum specialiter attribuitur ramulis majoribus, qui è trunco magno emittuntur ad viscera speciatim, ut truncus splenicus, hepaticus, &c. B. **De Stam.** G. **Ein Stam.** Gall. *Le Tronc.* A. The Trunc.

Truncus, est totum animalis corpus, exceptis capite & artubus adhærentibus: est etiam caudex arboris, ramis & frondibus destitutus. B. **'t Lyf / Romp.** G. **Rumpff oder Leib ohne Kopff.**

Trypanum, idem quod *Modiolus*.

Trysmus, vide *Trismus*.

Tubæ Fallopianæ, sunt duo canales fere conici, tortuosi, membranosi, ex binis superioribus foraminibus uteri exeuntes, utrinque unus, ex angustata capacitate circa matricem sensim dilatati, in hemicyclos cellulosos flexi, VI. VII. vel quandoque VIII. circiter digitos longi; ho-

horum amplitudo circa medium fere parvum digitum æquat: pervii sunt, si enim per tubulum in eorum principium immissum flatus versus extremitatem propellatur, per eam illico erumpet, quod in omni animalium genere semper observavit Graafius: extremitas utero juncta & in ejus cavum hians minima est, setam enim tantum aut stylum tenuem transmittit; at in progressu sensim dilatatur, & circa medium latissima: altera vero extremitas in abdomine fluctuans quartam solummodo digiti auricularis crassitiei partem admittit, fimbriisque multis muscularibus ornata est, ovario, quando opus est, se applicantibus. Tubarum substantia membranacea est, duplicique constant membrana, quarum interna originem habet, aut saltem communis est cum illa quæ internam substantiam uteri cingit, hæc glandulosa est, intusque rugosa, & lubrico humore imbuta: externa vero membrana communis est cum ea, quæ externam uteri substantiam obvelat, estque prope uterum crassior: vasa habent copiosissima, corpus cavernosum intra membranas earum efficientia, ut erigi sive rigidæ reddi queant, quando ovario applicandæ; a quibus etiam humectantur: si diligenter aperiantur & dilatentur, tubæ cujusdam æneæ extremum orificium exprimunt. Usus est, ut ova à testibus recipiant, & in uterum deferant, secundum Doctiss. *R. de Graaf:* ex inspectione cuniculorum, &c. nunc hæc veritas manifesta est. B. **Trompetten / Eyer-leiders.** G. **Fallopianische Mutter Röhre.** Gall. *Trompette de Fallope.* A. The Fallopian pipe or duct.

Tuba Eustachiana, est canalis amplus, tenuiorem calamum scriptorium admittens, apertus, ad palati extrema vel narium posteriora tendens, ortus a tympani parte anteriori & inferiori, prope tympani membranam, principio ampliori, patente, elliptico, mox iterum sensim coarctatur perfecte tubæ instar, sic conum ellipticam basin habentem referens, oblique deorsum versus interiora, inferiora, anteriora delatus, ante canalem osseum arteriam carotidem internam continentem situs, post trium circiter vel quatuor linearum progressum in plures partes inæquales, rupta quasi spatia efficientes, desinit, hactenus osseus est, & ossi petroso insculptus, sensim interim in circulum mutatâ ellipsi. Huic apponitur dein canalis alius, priori continuatus & similis, sed eo duplo longior, angustus admodum in suo principio, multoque angustior quam est canalis

nalis osseus (tota enim tuba eo in loco quasi arctiore sulco excavata videtur) sensim dilatatus, hinc etiam conicus, inversus, tandem ad finem multo rursus, quam est ossea pars, amplior, constans partim substantia cartilaginea, respiciente occiput, & constituente partem superiorem, lateralem, posteriorem pro majori, lateralem anteriorem pro minori parte, & maximam partem labrorum orificii, partim membranacea, respiciente foramen auris, constituente & absolvente reliquam tubæ partem, sic supplente cartilaginis defectum. Denique cartilaginea hæc pars, ad extremum tubæ finem præcipue vero ad posteriora latescens, expansa, incrassata, reflexa, constituit marginem semilunarem, cartilagineum, robustum, extuberantem, cornua sua in interiora narium procurrentia habentem, formantem labra orificii ampli, patuli, elliptici conniventis, nunc aperti, nunc iterum valvula hac cartilaginea (quæ fini tubæ quasi janitor præfecta videtur) adducta claudendi, eaque semper muniti, quo tandem totus hic canalis desinit ad latus internum alæ internæ pterigoidei processus ossis sphœnoïdalis, a latere foraminis postici narium, supra palatum mobile, velum pendulum palatinum vulgo dictum, ubi supra uvulæ basin terminatur. Hujus necessariam existentiam primus intellexit Aristoteles, dixit enim, quod ex aure in oris palatum usque semita pertendat: ut &, quod Alcmæon capras aliquando auribus spirare, observaverit: cæterum veteribus incognitus, ab accuratissimo Eustachio inventus & descriptus, à *Stenone*, *du Verneyo*, multisque aliis, præsertim Gallis Aquæductus vocatur; sed ad evitandam confusionem cum Aquæductu Fallopii, cum quo a multis docente *Schelhammero* passim confunditur, nomine a similitudine inventorisque cognomine desumpto, & a *Valsalva* excogitato, Tuba Eustachiana potius appellandus. B. De Trompet van Eustachius. G. Die Trommeten von Eustachius. Gall. *La Trompe d'Eustachius.*

TUBA UTERI, idem quod *Tubæ Fallopianæ.*

TUBERCULUM, quandoque naturalem quamvis eminentiam denotat, vel idem est quod *Phyma.*

TUBEROSA, est Hyacinthus Indicus tuberosus, flore Hyacinthi orientalis: nomen à tuberosa radice ab Italis datum. Vide *Tuberose.* Tuberosa etiam dicitur radix, quotiescunque veræ radici, quæ in medio est, multa undique & magna satis adnascuntur tubera, quæ perperam vulgo

vulgo pro radicis partibus habentur, quum potius gemmarum species dicendæ sint, novam enim (ut certis constat experimentis) plantam in se continent, imo propriis fibrosis, unde nutriuntur, gaudent radicibus ab inferiori parte sibi appositis, ut in Asphodelo & Pæonia observatum fuit: hyeme vero perit omne plantæ capillitium, & remanent sola cum crassioribus radicibus tubera, quæ sequenti anno germinant: sic ratio in promptu est, quare radices officinales, quæ eo modo constructæ sunt, hyeme, saltem antequam vigere incipiant, effodi & colligi debeant, quia tunc scilicet radix totam jam futuram plantam, omnesque ejus vires concentratas & collectas continet, quæ radicem deinceps pro maxime parte destituunt, & per omnes plantæ partes dispergunter.

TULIPA, est planta, quæ habet caulem unicum, rotundum, medullosum, duobus vel tribus foliis longis, latis, crassis, duris in margine undosis, acutis, instructum: flos est liliaceus, hexapetalus, forma quodammodo Urcei, nudus, in fastigio caulis, unicus, erectus, sex staminibus præditus: ovarium, quod fit fructus oblongus, trifariam dehiscens, in tria loculamenta divisus, seminibusque fœtus planis bino ordine sibi incumbentibus: radix est bulbosa interdum brevior, nonnunquam oblongior, crassa, foris flavescente, vel magna ex parte nigricante membrana obducta, quæ interna parte lanuginosa est, Castanearum corticis instar, aliquando autem adeo denso tomento plena, ut mollissime recubet bulbus, qui solidus est, firmus, & velut albumen ovi coctum candidus, gustanti dulcis, saltem non ingratus: nomen accepit à Pilii Sclavonici similitudine, qui Turcis dicitur *Tulipant*, *Dulpant*, *Dablent*. Hunc pileum videtur hic flos forma exprimere. B. **Tulp.** G. **Tulipan.** Gall. *Tulipe*. A. Tulip.

TULUS, idem quod *Callus*.

TUMOR, Gr. Ὄγκος, Οἴδημα, est Morbus, quo partes humani corporis præter solitum modum ampliantur, & extenduntur, per affluxum plurium liquidorum, vel concretionem solidorum, ita ut destinatam operationem perficere, ut par est, nequeant. B. **Een gezwel.** G. **Ein geschwulst.** Gall. *Enflure*; *Tumeur*. A. A Swelling.

TUNETANUS FLOS, est Flos Africanus aurei coloris, sic

fic dictus. quod in regione Africæ Tunetenfi crefcat. Hinc **Theunis** / & **S. Anthonis Bloem**.

Tunica, inter vegetabilia eft tenuis cortex & veluti membranaceus, quo vel arbor, vel radix inveftitur. Sic cæpa folliculis eft tunicata.

Tunica, eft Betonica, detractis duabus litteris prioribus, eo nomine etiam veniunt flores Caryophyllei: fortè ob odoris florum fimilitudinem.

Tunica, idem quod *Membrana*.

Tunica Cornea, vide *Cornea Tunica*.

Tunica Retiformis, vide *Retina* & *Amphibleftroides*.

Turbith, feu Turpetum, putatur effe radix purgans alicujus Convolvuli Indici, quæ vario, longoque reptatu ad tres quatuorve cubitos afcendit. Radix pollicem & amplius craffa, lignofa, in aliquot ramos divifa, craffo fufcoque cortice tecta, qui ruptus, ftillat fuccum lacteum, glutinofum, & pallidè flavefcentem refinam, ilico concrefcentem. Folia habet Althææ, floremque monopetalum Convolvuli vulgaris magnitudine, & forma candidum. Adfertur nobis ex Guzarata, Canara, Goa, Cambaja, Dio infula, Bacia &c. in officinis eligitur non cariofa, intus alba, & refinofa. Fortè fpecies erit Scammonii, cujus radix etiam refinofa, & ejusdem indolis: aliqui à turbando deducunt, quod propter magnam violentiam, purgando corpus turbet, hinc inter Medicamenta, quæ pituitam expurgant, recenfetur. B. **Turbit-wortels** G. **Turbith wurtzel**. Gall. *Turbith*.

Turbith Minerale, feu Turpethum Minerale, eft pulvis flavus ex Mercurio præparatus. Gall. *Turbith-mineral*.

Turbo, inter vegetabilia dicitur quidquid ex acumine tendens in amplius fpaciatur. Hinc turbinatum, quod ex angufto continenter in latius prodit. Sic turbinata confpicitur pyrorum forma. Permulta etiam herbarum folia in mucronem turbinantur. Gall. *Ce qui va en pointe*.

Turgescentia Humorum, idem quod *Orgafmus*.

Turiones, funt teneritates fummitatum ipfarum arborum, quæ fingulis annis crefcunt.

Turpethum, vide *Turbith*.

Turritis, Turrita, eft Nafturtii fpecies; five plan-

planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, oblonga, villosa, sinuosa, repentia; caulis ex his nascitur solidus, rotundus, habens folia exigua, acuta, instar Acetosæ, sine pediculis: flores in fastigium turris instar assurgentes, exigui sunt, albi, quadrifidi, cruciformes: flori succedit siliqua compressa, continens semina exigua, rubicunda, saporis acris: radix est fibrosa, alba: hæc planta crescit in pratis, sic dicta, quod caulis ejus se turris in modum erigat.

TURUNDA, idem quod *Turundula*.

TURUNDULA, seu TURUNDA Varr. *Linamentum* Celso, *Pannus* Colum. Μοτὸς, Ἔμμοτον, est linteum concerptum, quod unguento illitum, ulceribus imponitur. B. **Een Wieke.** G. **Meissel / so man in die wunde thut / Turundlein.** Gall. *Turonde*, *Charpie*, *Tente*. A. Idem. Turundula oblonga. B. **Kapittel-stokjen.**

TUS, idem quod *Thus*.

TUSSEDO, idem quod *Tussis*.

TUSSILAGO, est *Farfara*, est planta, quæ plures habet caules tenues, qui in summitate habent florem radiatum, citissime caducum, cujus discus ex flosculis, corona ex semiflosculis componitur, embryonibus insidentibus, & calice multifido comprehensis: embryones postea abeunt in semina pappis instructa: flos ante folia mense Martio vel Aprili erumpit: radix est saporis subacris cum levi lentore, odoris nullius: folia ex radice erumpunt magna, ampla, angulosa, circularia fere, superne viridia, inferne alba: crescit in locis humidis; quod hæc planta tussientibus medeatur, appellationem habet, & propter hanc vim in omnibus fere pectoris affectibus adhibetur. B. **Hoef-blad / Paards-klauw / Hoeflatouw.** G. **Roß huff / Brand-lattich / Huff-lattig.** Gall. *Pas d'Asne*, *Tussilage*. A. Colts-foot, Fole-foot.

TUSSIS, Gr. Βὴξ à Βήττω, tussio. Est motus convulsivus musculorum & motricium fibrarum, quibus respiratio peragitur, ita ut exspiratio variis vicibus interrupta, iterumque repetens, aërem expellendo è pulmonibus, & repellendo contra latera ramorum Asperæ arteriæ, tandem post aliquot ictus, & nisus cum sonitu graviore, vel acutiore, non sine vi, & sæpe humoris vel phlegmatis excretione peragitur: hinc ex tussi perinde ut in sternutatione con-

concussio corporis fit, adeo ut in vehementiore tussi non levis labor sit, & metus suffocationis, quoniam impedita respiratione sanguis e capite rediens se in cor dextrum exonerare non potest; ideoque facies & oculi rubore & livore afficiuntur, atque à tussi aliquot horas durante identidem, repentè vires admodum franguntur, & venter, pectus atque caput dolore affliguntur, præsertim in *Sicca tussi*; aliquando etiam vomitus subsequitur, aut Hæmoptysis, inprimis in tenerioribus, à ruptis in pulmone vasis sanguiferis, vel ex illa concussione viscerum, Hernia in inguine, vel umbilico fit. Verum Tussis necessario inducitur per vasorum pulmonalium quorumcunque obstructionem, sive per compressionem, oppletionem, vel contractionem ea fiat, hinc comitem agit in Asthmate, Pleuritide, Hydrope, Empyemate, vulneribus pectoris, malo Hypochondriaco, Hæmoptoë, Gravedine, Phthisi &c. Dividitur in *Tussim siccam*, in qua nihil, vel parum excernitur, uti omnis tussis in principio est. In *Humidam*, in qua mucus viscidus, pulmonum bronchiis inhærens, respirationisque libertatem turbans, cum levamine eliminatur; vel sanguis, pus, pituita vel tenuis liquor excernitur, sed ea ex accidenti fit. In *Nocturnam* & *Infantium convulsivam*, quæ etiam ex accidenti est. Dicitur quoque *Tussedo*. B. De Hoest. *Sicca* dicitur Kink-hoest. G. Der Husten. Gall. *La Toux*. A. Cough.

Tutia, sive Cadmia Factitia, est corpus densum, ex fuligine æris, dum in fornace conficitur, concretum, adhærens lateribus, camerisque fornacum, vel & in partem infimam delabens. Triplicis id fit generis, nominibus à re, quam repræsentare videtur, sumptis. *Botritem* appellant, quæ uvæ speciem refert: *Ostracitem*, quæ testis similis est: *Placitem*, quæ crustis. *Botritis* reperitur in fornacis parte media. *Ostracitis* in infima; *Placitis* in editiore. Sunt qui *Capnitem* & *Calamitem* addunt. *Capnitem*, quæ in ipso fornacum ore reperitur, tenuissima, exusta & nimia tenuitate simili favillæ. Verum hæc à Pompholige vix vel parum differre videtur. *Calamitem* vocant a figura calami, quam à pertica ferrea acquirit. Nimirum decutitur hæc à ferreis perticis, quibus Cadmia, dum æs fusum iis agitatur, adhærescit. Optima est *Botritis*, densa, modice gravis & in lævitatem magis inclinans, racemosa facie, quæ fracta cinerulenta est. Vul-

go in officinis dicitur *Tutia*, vel *Cadmia Græcorum*. Gr. Καδμεία. Arab. Climia, vel Chlimia. B. Tutti / niet / kleinnet / oogniet. G. Augen nicht / Hüttenrauch. Gall. *Tutie*. A. Tutty.

Tyloma, idem qnod *Callus*.

Tympanias, idem quod *Tympanites*.

Tympani Membrana, ita dicta, quia subjectæ cavitati, tympani nomine insignitæ, superinducta est, sita ad finem meatus auditorii, quem terminat, claudit, a tympano separat, & sic aërem internum ab externo hic loci secludit, & corpuscula quæcunque per aërem volitantia, insecta, cæteras aëris externi injurias, & similia ab interioribus arcet, & ita tandem apprime defendit: situs ejus non perpendicularis, sed valde obliquus, ita ut ad superiora meatus inclinet, ab inferioribus excurrat, hinc ad superiora & posteriora obtusum, ad inferiora & anteriora acutum cum meatu angulum format, sic auget superficiem plus, quam si ad perpendiculum apponeretur, hinc locum facit ampliorem pluribus radiis sonoris incurrentibus, inprimis autem efficit, ut incurrant radii præcipue in medium hujus membranæ centrum, ut sic facilius & validius tremat. Accipit sic etiam figuram ellipticam, quæ alias esset circularis, ut in Leone & Fele testante *Perraulto*; estque sua circumferentia elliptica infixa sulco cuidam paris figuræ, parietibus meatus ossei ad marginem interiorem insculpto, non integram ellipsin absolventi, sed in suprema suæ peripheriæ regione paululum deficienti, qui idem est cum crena, parti interiori annuli, jam descripti, in fætu & junioribus incisa, satis profunda, ampla, tympani membranam excipiente, quæ cava est à parte meatus auditorii, convexa a parte ossis petrosi: est hæc membrana in omnibus junioribus, adultis, senibus, etiam brutis quibuscunque, semper integra, nunquam foraminulenta, aut etiam quodam aperto & naturaliter patente foramine pertusa; sed ablato musculo mallei externo, verum foraminulum ibi adest, oritur enim ille extra tympanum, ut illud intret, transit inter os & membranam tympani ad superiora, ubi annulus in fætu, in adultioribus meatus auditorii finis deficere observatur, hinc dictam membranam ibi quasi perforat, unde hoc ablato foramen conspici debet, & naturaliter musculo transeunte, nullum adesse debet, sed in quibusdam casibus vere morbosis, laxatis partibus, lo-

locus ille magis dilatatus & ampliatus esse poterit, & sic satis facile fluidam materiam, præsertim pressam transmittere. Membrana hæc est tenuissima, hinc pellucida, etiam minime aspera, undique foris ac intus lævis, polita, interim tamen non ex una simplici, sed ex tribus distinctis lamellis, sibi invicem applicatis, unitis, connexis, ut in fætu optime patet, constans: dum cutis meatum auditorium investiens, sensim tenuior facta, ad finem meatus tenuissima, det lamellam externam attenuatissimam, meatus cavum respicientem; cui interne similiter applicatur lamina admodum tenuis, tympani cavitatem spectans, quæ duræ matris, in tympani cavum protractæ, illudque intus obvestientis, propago est; inter quas binas intercepta est cellulosa quædam substantia, flatu immisso detegenda, & in cavernulas elevanda, collapsa laminam membranaceam tenerrimam referens, nullam unquam pinguedinem continens, a membrana cellulosa, meatum investiente, & sub cute hærente, hic protracta, expansa, oriunda, vasculosa admodum, dum extremæ lamellæ vix vasa habent, accipiens, transmittens, ordinans, vasa arteriosa & venosa, hic elegantissimo, & singulari reptatu, prorsusque diverso ab eo, qui in aliis partibus, etiam in membrana tympani cavum obvelante, conspicitur, dispersa, dum ramulus arteriæ carotidis externæ, ut ipsa vasorum artificiosa repletio docet, accedens ad malleum, secundum ejus manubrium pergens, ad centrum tympani membranæ delatus, emittat undique numerosos, minimos, arteriosos ramusculos, à centro ad peripheriam radiorum instar distributos, & sic densissima ramificatione totam membranam stelliformi decursu perreptantes. Hæ tres lamellæ ad dictam crenam pertingentes, eam ingrediuntur, ejus substantiæ osseæ annectuntur, in sulco firmantur, inde iterum emergunt, sibi invicem applicantur, uniuntur, concrescunt & sic membranam tympani formant, quæ per totum annuli intermedium spatium extensa est, sic cum externa & interna aure quam maxime communicans, & simul ab hac compositione plurimum roboris accipiens. B. Het Trommelvlies / Oorvliesje. G. Das Trummel Häutlein im ohr. Gall. *Le Tympan de l'oreille.* A. The drum of the ear.

TYMPANITES, TYMPANIAS, *Aqua intercus sicca*, est tumor abdominis fixus & constans, æquabilis, durus,

ſiſtulas minimas laterales emiſſas, nullo mediante glanduloſo folliculo in cavum tympani hiantes, ibidem eructare liquidum tenuiſſimum, aqueum, ad membranam omnia inveſtientem irrigandum, humectandum, obliniendum, laxandum. Tympanum dicitur hæc cavitas ob aliqualem cum bellico hoc inſtrumento ſimilitudinem, ab aliis Concha interna, ſed minus recte ob confuſionem cum Cochlea externa & veſtibulo, quod quidam etiam Concham vocant. B. De Trommel. G. Trummel. Gall. *La Caiſſe du Tambour, le Tympan.*

Typha, ſeu Tipha, eſt planta paluſtris, quæ habet plerumque caulem unicum, rectum, politum: folia longa, anguſta, craſſa, ſpongioſa, ſubdulcia, quædam ex radice, alia ex nodis caulium erumpentia: flos mas, foliis ſtaminibus nudis, valde pulverulentis conſtans, flores in gracilem denſe compacti congeruntur ſpicam: ovaria in ſpicam denſiſſimam compoſita hærent, ſub ſpica priori, ſunt tenuia, multisque inſtructa filamentis: utræque ſpicæ in formam clavæ per eandem continuatam longitudinem porriguntur: radix repens, interne albiſſima, ſaporis inſulſi: à τῖφος palus, locus uliginoſus. B. Lis-dodde/ donſen/ dullen/ polſen/ paven-kul/ zots-kap. G. Kolben röhr/ narrenkolben/ lieſʒ knoſpen. Gall. *Maſſe.* A. Cattystayle, Reede Maſe.

Typhodes, eſt febris ſymptomatica continua & ardens, in qua primo ſtatim die ægri copioſe ſudant, ſudore ipſo parum aut nihil allevante; hinc ſudorifera vocatur; velut ab inflammatione viſcerum, ex τύφος fumus & εἶδος, forma.

Typhomania, eſt delirium cum Phreneſi, & Lethargo, ex τύφω incendo, effero, & μανία furor. Vide *Coma Vigil.*

Typhonia, idem quod *Typhomania.*

Typus, ſive Periodus & Circuitus, eſt ordo febrium, conſtans ex intenſione & remiſſione, à τύπτω verbero, tundo.

Tyria, idem quod *Ophiaſis.*

Tyriasis, idem quod *Elephantiaſis* & *Satyriaſis.*

Tyroides, vide *Thyroides.*

Tyrosis, eſt quando lac comeſtum, in materiam caſeoſam coagulatur, à τυρὸς caſeus. B. Kaas-achtigheid. G. Keſechtigkeit.

papillas nervosas, quarum magna copia gaudet, valde sensilis. Perforatur plurimis porulis, præsertim in inferiori parte circa meatus urinarii exitum; lacunæ, ut circa urethram, ita & in tota vagina, uterique cervice hinc inde reperiuntur, setas sæpe admittentes, & liquidum mucosum, has partes lubricantem, & contra urinæ acrimoniam defendentem, excernentes. B. **De scheede der Lysmoeder.** G. **Die Scheide der Bärmutter.** Gall. *Le Vagin ou le grand Conduit de l'Uterus, ou le col de l'Uterus.* A. The sheath of the womb.

Valeriana, est planta, quæ habet caules tenues, rotundos, excavatos, ramosos; folia conjugata, quædam integra, alia profunde laciniata: flores monopetali, infundibuliformes, multifidi, in summitate caulium, in umbellas vel spicas congesti sunt: post singulum florem unicum semen nascitur, ut plurimum oblongum, fere planum, pappis instructum: radix est oblonga, rugosa, digitum crassa, superficie geniculata, foris ex cinericeo fusca, intus pallida, numerosis fibris dotata, saporis acris, aromatici, odoris fragrantis & gravis, qui ad Nardum accedit. Gr. Φοῦ, & Νάρδος Ἀγρία, à *Valere* sibi nomen adscivisse videtur: quia eâ utentes se à venenis defendunt: insignibus enim & plurimis pollet viribus. *Nardus dicitur* ab odore radicis. B. **Speer-kruid / St. Joris-kruid.** G. **Katzen-kraut / & Augen-wurtzel /** quod sc. catti odore radicis ejus, quo eorum oculi roborantur, intensè delectentur. Vide *Phu.* Gall. *Valeriane.*

Valerianella, est planta, quæ habet caulem debilem, rotundum, versus terram repandum, rubicundum, striatum, excavatum, nodosum, ad singulos nodos utplurimum in duos ramos divisum, & hi rursus in alios minores ramusculos: folia sunt oblonga, tenera, delicata, colore herbaceo, nullo pediculo appensa, interdum serrata superiora, sapore dubdulci & insipido: flos est monopetalus, infundibuliformis, & calici insidens; qui abit in fructum monospermon, semina continentem compressa parumper, in summo acuta, & per obliquum rugis quibusdam exornata, albicantia, satis magna pro plantulæ modo: radix parva, fibrosa, alba: crescit hæc planta in regionibus calidis, est diminutivum à *Valeriana.*

Veel Gutta, est Oreoselinum: quasi diceres *Multibona:* est vox composita ex duabus Belgicis vel Germanicis:

cis: à Veel goed / vel Viel gut; quia planta est ad plurimos morbos utilis.

VALETUDINARIUS, est is, qui optima sanitate non fruitur, verum continuo morbis obnoxius est. Gr. Νοσώδης, Νοσηματικός. B. Sieckelyk Mensch. G. Einer der immer Siecht und kranckt / ungesund ist / Siechtägig. Gall. *Maladif*, *Valetudinaire*, *Infirme*, *sujet à être malade*, *mal sain*. A. Sickly, subject to Sicknesſ.

VALETUDO, est partium nostri corporis qualiscunque sive bona sive mala agendi dispositio. B. Welvarendheid / gezondheid. G. Gesundheit. Gall. *La Santé*, *une bonne Santé*. A. Health.

VALGUS, est is, cui pedes vel crura extrorsum versa sunt, Vide *Blæsus*.

VALVULÆ, sunt membranulæ tenues in vasis aut corde sitæ, valvam referentes; à variâ figuratione variam denominationem accepere, ut *Sigmoides*, *Semilunares*, *Tricuspides*, *Mitrales*, &c. reperiuntur in venis, arteriis, ductu thoracico, vasis lymphaticis, lacteis, & juxta me in fibris musculosis, quas nostra curiositas primo detexit; usus est sanguinem & alios liquores impedire, ne retrorsum urgeri queant. B. Klap-vliezen. G. Fall-häutlein. Gall. *Valvules*. A. Idem.

VALVULÆ, etiam reperiuntur in intestinis, in tenuibus & crassis, præsertim in jejuno & circa initium intestini ilei, quæ à figura semicirculares vocantur. Hæ valvulæ, non uti priores in Corde integrum canalem claudunt, sed sunt modo eminentes plicæ, quæ quo propius accedunt ad ileum, paulatim incipiunt magis magisque obliquari, & in principio ilei minus obliquantur quam in progressu ejusdem. Similiter propè finem jejuni, plicæ sensim longius ab invicem distant: & in ileo similiter quo ulterius descendit, adhuc longius. In principio & medio jéjuni vix semipollicem distant; in ileo, pollicem integrum & amplius. Digito impulsæ aliquantulum cedunt, & huc atque illuc mobiles sunt. In principio coli valvula carnosa & circularis est, & præter hanc varias adhuc obtinet colon. *Usus* est cibos nonnihil remorari, ut melius misceantur cum succo pancreatico, bile, liquore gastrico, muco Intestinali, itaque ut ulterius assimilentur humoribus nostris, attenuentur, & quasi fermententur, chylus in lactea distribuatur, adjacentes partes calore foveantur, postremò ne

ite-

iterum adſcendat. B. Dal-vliezen / Klap-vliezen. G. Fall-häutlein. Gall. *Valvules.* A. Idem.

VAPORARIUM, ſive ÆSTUARIUM, eſt, cum non in liquore ſedet æger, ſed vapor ex ſellâ perforatâ exhibetur. Ollâ ſubditâ, decocto calente ex rebus morbo curando convenientibus, quantitate ſufficiente parato plenâ, quo frigido, aliud infunditur. B. Zweet-ſtoof / Bad-ſtoof. G. Schweiß Bad-ſtub. Gall. *Bain de vapeur.*

VAPPA, vocatur humor, qui neque dolorem, neque calorem, neque corroſionem infert, & omni virtute inſita privatus eſt.

VARICIFORMES PARASTATÆ, Epididymidibus continuæ ſunt; ita nominata vaſa, quod varicum inſtar flexuoſa, contortaque ſpectentur, ad majorem, ut putant, ſeminis elaborationem. Præ cæteris nervoſa ſunt, atque tangenti duriuſcula deprehenduntur; hiſce continua ſunt vaſa ſemen ad veſiculas ſeminales deferentia.

VARICOSUM CORPUS, dicitur ille plexus vaſorum ſanguineorum, qui teſticulos ingreditur. Dicitur & *Corpus Pampiniforme*, ut & *Corpus Pyramidale.*

VARIEGATIO, Botanicis eſt diverſorum colorum varietas, quæ in foliis floribusque plantarum obſervatur. B. Bont.

VARIOLÆ, ſunt morbus contagioſus, plerumque Epidemicus, infantes imprimis corripiens, febre acutâ continua incipiens, cum dolore capitis & lumborum, anxietate & inquietudine conjunctus: ſuccedentibus 3. vel 4. die punctis parvis rubris inſtar morſus pulicum, quæ faciem, manus & brachia, tum totum corpus deturpant, quæ ſuppurantur deinde poſt 3, 4.ve dies, & ſub epidermide cutem exedentes, non raro fœdiſſimas profundas foveas in facie relinquunt: oritur hic morbus ex contagio infecti communicato, vel ex aëris contagioſo & ignoto ſtatu, quo nunc mitius, nunc ferocius, ſævit; vel etiam communicatur per inoculationem, transplantationem, ſive inſitionem. Hanc Aſiaticis quibusdam gentibus, a vetuſtiſſimis etiam temporibus, uſitatam fuiſſe, memoriæ proditum eſt. Poſtmodum in Europam, primo in Angliam, dein Galliam, Helvetiam, imo in patriam noſtram, ſed raro hactenus exemplo, introducta eſt, & a multis licita tutaque prædicatur. Quoniam enim hic morbus valde periculoſus eſt, & ex ſex vel ſeptem ægrotantibus unum

fere e medio tollere dicitur; & artificialis eam communicandi methodus omnibus fere ad miraculum usque salutaris invenitur, ita ut ex centenis vix unus moriatur, eam debitis cum cauteiis institui debere, graves viri affirmant. In eum finem filum quoddam imbuitur pure varioloſi juvenis, diſcreto genere laborantis, ſana conſtitutione ante invadentem morbum præditi. Æger eligitur quatuor annis major, & pubertatis tempus nondum prægreſſus, illique ante operationem vena ſecatur, & purgans quoddam laxans exhibetur: victus tenuis & decoctum antiphlogiſticum ipſi præſcribitur, & in cubiculo locatur moderate calido; unde etiam vernum tempus præfertur, quia tunc aër nec frigore nec caliditate peccat. Infligitur ipſi parvum vulnusculum, plerumque in brachio vel femore, cui fomes Varioloſus inſeritur. Alii lenis veſicatorii ope epidermidem tollunt, & denudatæ cuti linteum, puri varioloſo intinctum, imponunt. Poſt paucos tunc dies variolæ efflorescunt, quas ſemper diſtinctas & mites eſſe auctores notant; ita ut ægri, modo abſtineant a cibis durioribus, & Decocto Hordei vel Scorſoneræ utantur, ſine ullis fere ſymptomatis, hunc morbum ferant. Plura de Inoculatione videri poſſunt apud le Duck, Condamine, Kirckpatrick, alioſque, qui ex profeſſo hoc argumentum pertractarunt. Arab. *Bothor*, *Luſitanis Beſigas*. Gr. Ἐξανθήματα. B. **Kinder-pokjes**. G. **Die Kindsblättern / die Purpuln** à colore rubro, **Bocken / Pocken / Durchſchlachten** Gall. *Les Petites Véroles*. A. Small Poxe. Inoculatio Belgis dicitur **Inenting**. G. **Impfung**. Gallis & Anglis Inoculation.

Varix, vide *Circos*.

Varus, vide *Jonthus*. *Varus* quoque ſumitur pro *Arthritide vaga*; vide ſuo loco, item pro eo, cui pedes introrſum flexi ſunt, & valgis oppoſiti.

Vasa, ſunt canales cavi, ex convolutis in ſe membranis compoſiti, conici, vel cylindrici, per quos liquores tranſeunt in noſtro corpore ad omnes partes; vel etiam imbibentia, quæ ex ſuperficie corporis humores quoſdam in ſe recipiunt; ut ſunt vena, arteria, vaſa lymphatica, ductus chyliferus, ductus ſalivales, &c. *Vas* Gr. Ἀγγος, Ἀγγεῖον. B. **Een Vat**. G. **Gefäß**. Gall. *Vaiſſeaux*, *Canaux*. A. Veſſels.

Vasa Capillaria, vide *Capillaria Vaſa*.

Vasa Deferentia, dicuntur, quæ ſemen ex teſticulis

culis in vesiculas seminales deferunt; ex teste singulo emittitur unum, quod coloris albi, instar nervi crassioris, sursum fertur per processum peritonæi cum vasis spermaticis, quæ deserit circa abdominis introitum, & reflectitur ad posteriora vesicæ urinariæ, tandemque vesiculis seminalibus inseritur. B. Zaadaanbrengende Vaten. G. Röhre, die den saamen ansuhren. Gall. *Les Vaisseaux deferents.*

VASA LACTEA, sunt vasa tenuia in Mesenterio; ab intestinis præsertim tenuibus, eorumque tunica villosa, non tantum in parte mesenterio proxima, sed etiam in opposita principio minimo orta; plura minora coëunt ad angulos acutos, creant majorem fluvium, iterum a se mutuo recedunt, iterumque, facta insula, coëunt in canalem unum, qui mox cum similibus eadem patitur, ut inde fiant majores fistulæ, quæ omnes valvulis plurimis, ubique fere interstinctæ, deinde, recta, obliqua, decussata, divisa, via, tendunt ad glandulas vagas, in Mesenterio sparsas, valde molles, eo concurrunt, has intrant, velant, cingunt, sed iterum exeunt, minus ramosæ, quæ sunt primi generis; deinde quæ secundi generis sunt, ab istis glandulis ad sacculum chyliferum deducuntur; *Usus* est chylum ab intestinis ad sacculum chyliferum & ductum thoracicum vehere. Eorum inventor primus *Asellius* est, in quibus postea dexterrimus *F. Ruischius* valvulas detexit, quæ sunt utriculares, geminatæ semper, sua parte convexa receptaculum chyli, parte concava venam subclaviam respicientes: præter has valvulas etiam semilunarem, aperturæ ductus thoracici in venam subclaviam appositam, ita ut cornua ejus venam subclaviam respiciant, admittentem liquidum ex ductu in venam subclaviam, sed regressum ipsi negantem, pingit Lower. B. De Melk-aderen, Melk-vaten, Chyl-vaten. G. Die Milchadern. Gall. *Les Veines lactées.* A. Milky vessels.

VASA LYMPHATICA, vide *Venæ Lymphaticæ.*

VASA PRÆPARANTIA, vide *Præparantia Vasa.*

VASA SEMINARIA, dicuntur venæ & arteriæ ad testiculos euntes. Vulgo *Præparantia.* B. Zaad-vaten. G. Saamen-gefässe. Gall. *Vaisseaux Spermatiques.* A. The Preparing vessels, seed vessels.

VASA SPERMATICA, idem quod *Vasa Seminaria.*

VASA UMBILICALIA, sunt duæ arteriæ & una vena: arteriæ oriuntur ab hypogastricis, quarum primi rami sunt; de-

decurrunt primo per latera pelvis; post a lateribus vesicæ urinariæ, sub peritonæo: dein oblique umbilicum versus, inter peritonæum & transversos abdominis musculos: toto hoc decursu inhærent substantiæ cellulosæ, quæ exteriori parti peritonæi adhæret, cujusque interventu cum peritonæo partibusque vicinis cohærent: procedunt ad umbilicum & ibi cum vena umbilicali coëunt, & substantia cellulosa connectuntur inter se: una dein exeunt umbilico; & primo lineam albam quasi perforant; linea alba, quæ ex conjunctione tendinum transversorum & obliquorum abdominis musculorum fit, in umbilico foramen habet rotundum, tendinei marginis, quo vasa exeunt; hoc foramen tam magnum est, ut non stringat vasa, nec tam facile elabi sinat intestina: neque multum metuendum erat, ut elaberentur, quoniam, cum fœtus non respiret, neque tam valide, neque inæquabiliter premuntur; cum perforarunt lineam albam, immergunt se funiculo umbilicali; is proprie cuti circa umbilicum continuatus est, quamquam & epidermis in ejus superficiem externam abeat; sed substantia ejus plane singularis est, ipsique propria, homogenea, duriuscula, obsequiosa tamen; per hanc decurrunt vasa ad placentam usque, sic ut eam sibi circumfusam habeant, & undique adnexam: unde vasa toto tam longo decursu, & conjuncta sunt in unum funiculum, & sustinentur, ne facile collabantur aut comprimantur: inde & firmior ille funiculus, e quo pendet embryo primis temporibus, quem diversimode premit grandior fœtus: non recta autem per funiculum decurrunt hæc vasa, sed se quasi in spiræ modum contorquent, tanquam si triplex filum torqueretur, ut unitas fieret; unde per totum hunc decursum arteriæ venam contingunt, juvantque sanguinis per venam fluxum: ubi funiculus ad membranas ovi, Amnion & Chorion desinit, arteriæ penetrant ad superficiem externam Chorii, & ubi penetrant, statim in ramos abeunt, qui tanquam ex centro radii, quaquaversum decurrunt per exteriora Chorii, & in ramos minores minoresque paullatim se spargunt specie radicularum: in Chorii autem superficie arteriarum venarumque ramuli mutua implicatione quadam laxaque cohæsione placentam efficiunt, quæ adnexa utero, cujusque interventu ovum fætus, atque adeo ipse fætus cohærent cum matre; & quo vasa hæc propiora illi superficiei placentæ, quæ utero adnexa, eo ramosiora

&

& subtiliora, ultimoque ad totam illam superficiem in myriades vasorum subtilium desinunt, quæ infixa utero; & videntur ultimi arteriarum venæque umbilici ramuli se cum venis & arteriis uterinis, ad superficiem internam uteri desinentibus conjungere, & ita quidem ut ex arteriolis placentæ humores penetrare in venas uteri possint; ex arteriolis uteri in venulas placentæ: sed notandum quod ubi vasa umbilicalia ad placentam pervenere, primum ab externa superficie funiculi abscedit Amnios, post ipsa funiculi substantia se explicat, efficitque Chorion, per cujus deinde externam superficiem nudi vasorum rami, quo dictum est modo, decurrunt, sic ut majores rami ipsi Chorii substantiæ adhæreant, & quasi inhæreant; minores autem qui a majoribus illis producuntur, quique sensim fiunt ramosiores, efficiant placentam. B. **Navels Aderen of vaten.** G. **Die Nabel Gefässe.** Gall. *Vaisseaux umbilicaux.*

Vas breve, vide *Breve vas.*

Vasti Musculi, ita dicti, quoniam crassi sunt, & femur fere longitudine æquant, extendunt tibiam, quorum *externus* oritur à radice tota trochanteris magni, & cruris osse subjecto, *internus* à trochantere parvo; utrinque paulo patellam infra ad latus Recti inseruntur. B. **De vaste spieren** G. **Der starcke Mauß.** Gall. *Muscles Vastes externes & internes.* A. The great Muscles.

Vectis, est instrumentum Chirurgicum, quo in fine perforationis cranii utimur, nam labiis incisi ossis immittitur, ad ossiculum hinc inde movendum, ut vacillet, & vollsellæ parte dentata auferri possit. Item instrumentum, quod in depressionibus cranii elevandis usurpamus. B. **Hefboom / Been-lichter.** G. **Heb-baum / Bein-heber.** Gall. *Levier.*

Vegetabile aut Vegetans, ita vocatur Corpus Hygraulicum, variis vasis diversos humores gerens, quod parte quadam suâ externâ alteri corpori adhæret, unde per hanc partem haurit materiem nutrimenti & incrementi sui: Vegetabilia proinde sunt omnes plantæ molles, frutices, arbores, mucagines, lichenes, &c.

Vehiculum, vide *Ochema.*

Velamemtum Bombicinum, est lanuginosa quædam substantia interiorem ventriculi, OEsophagi, Intestinorum partem, crustæ instar, aut musci villosi succingens. Alii *Vermicularem crustam* vocant; in intestinis si membrana vil-

villosa levi in aqua tepida maceretur, & crebro abluatur; & lubrica viscidītas concavæ intestinorum parti adhærens detergatur, & tunc intestinum invertatur, & in liquore limpido suspendatur, tota interior intimæ tunicæ facies nitidum quasi holosericum mentitur; dum scilicet microscopio in sole examinata, innumera quasi filamenta pendula totam illam superficiem obsidere videntur; ex injectionibus & variis præparationibus liquet, maximam partem horum villorum esse tantum arteriolas & venulas minimas, ex vasculis, quæ per cellulosam internam sive juxta alios nervosam membranam decurrunt, & ad internam tunicam copiose accedunt, oriundas, accepta ab illa vagina, productas intra cavum intestini, ibidemque pendulas; omnibus simul ad extremum finem abscissis quasi & patulis. B. De Fluweele Darmrok. G. Das Sammetgleiche Darm häutlein. Gall. *Tunique ou membrane veloutée.* A. Veluet Membrane of the Guts.

Vena Arteriosa, est Arteria pulmonalis, cujus ope sanguis ex dextro cordis Thalamo in pulmones ducitur; tres obtinuit valvulas cuspidales, ne sanguis regurgitet, e dextro cordis ventriculo oritur, fere directe sursum ascendit, & ad curvaturam Aortæ in duos ramos laterales dividitur, quorum unus dexter vocatur arteria pulmonalis dextra, alter vero sinistra dicitur; dextra sub curvatura aortæ procedit, hinc major est sinistra: ambæ toti pulmoni impenduntur & mire se dividunt. B. De long-slagader / de slag-aderlyke ader. G. Die lung Puls-ader. Gall. *La Veine arterieuse, ou l'Artere Pulmonaire.*

Vena Azygos, vel Sine Pari, aut Jugo, vide *Azygos.*

Vena Cava, Gr. Φλὲψ, Ἐπαιθισμὸς *Eudoxo*, Διξαμένη *Hesychio*, species sunt Vena Cava, Portæ, Lymphaticæ, & Lacteæ. Arteriæ aliquando pro venis sumuntur. Constant ex quatuor tunicis, nervosa sc. glandulosa, musculari & membranosa, & additur *Cellulosa.* Vena cava proprie vocatur truncus ille magnus, in quem omnes venæ se exonerant ab Iliacis usque ad sinum venosum Cordis dextri, dein a venis jugularibus usque ad locum eundem: ejus rami superiores vocantur venæ jugulares; quæ ad Brachia tendunt *Axillares*; in cor, vasa *Coronaria*, in pulmones *Pulmonaria*; sic dicitur *Hepatica*, arteria in hepate; *Phrenica* in diaphragmate; in cruribus *Cruralis*; in

in renibus *Emulgentes* seu *Renales*, & sic à variâ ramificatione variam denominationem accepit; hæc format amplum, atque membrana arteriosæ simili obductum sinum, qui in cava auris dextræ cordis, & in thalamum dextrum partim, desinit. B. De holle ader. G. Die hole ader. Gall *La Veine Cave*. A. The great vein.

Vena jugularis, vide *Jugularis vena*.

Vena Portæ, est vena ex Venis lienis, ventriculi, mesenterii, Intestinorum, pancreatis, & omenti composita, Hepar transiens, ibique arteriæ formam induens, ejusque crassitiem, pulsu tamen carens, & omnem sanguinem à dictis visceribus per Hepar ferens, tandem in venam cavam desinit. B. Poort-ader G. Die leber-adern Gall. *La Veine Porte*. A. The Port veine.

Vena hæmorrhoidalis, dicitur, quæ per intestinum rectum & vicinas partes distribuitur. Ratione situs distinguitur in externam & internam. B. Speen-ader. G. Gold-ader.

Vena Umbilicalis, oritur ab uno trium magnorum ramorum, in quos se vena portarum hepar ingressura dividit; decurrit ad umbilicum, exit eo cum arteriis, cum quibus & per umbilicalem funiculum pergit, penetratque ad superficiem Chorii externam, inque ramos, earum ad exemplum, ipsis etiam in universum comites abit; vena valvulis caret, quibus hic non opus erat, quum a pressione libera est; multo major est arteriis, unitatemque ejus natura compensavit magnitudine; imo major est utrisque arteriis simul sumtis; & quidem juxta Cl. *Rouhaultum* diameter venæ ut plurimum est quatuor linearum, cujusque vero arteriæ tantum duarum: descendit, recta petens umbilicum: cum itaque ramus venæ portarum, a quo oritur, in dextra parte abdominis situs sit, umbilicus autem in medio; a dextris descendit oblique sinistrorsum: primum autem decurrit sub hepate, utpote sub quo oritur; ibique in hepate sinus primum oblongus, per quem decurrit, factus, ne hepatis moles eam comprimeret; illeque sinus amplior est, quam venæ requirit magnitudo, quo fit, ut hepar situm suum paululum mutare possit, ut mutat varia inclinatione corporis, nec tamen premat venam: dein pergit per fissuram, quam unam habet hepar hominis, in imo tenui margine suo; atque hoc etiam factum est, ut liberior sit ab omni pressione; post pergit ad umbilicum per ge-

geminatum peritonæum, ad similitudinem Mesenterii: cum enim, ubi ab hepate recedit, distet aliquantum a partibus continentibus abdominis, ne inde ad umbilicum usque quasi vaga esset, produxit natura proximam partem peritonæi, eaque circumdedit venam: constat hæc peritonæi productio e duabus lamellis, quæ sibi invicem applicatæ sunt, mediaque substantia cellulosa cohærent, per quam vena incedit. B. Navel-ader. G. Nabel-ader. Gall. *Veine umbilicale*.

Venæ, vegetabilium sunt costæ, quæ in plantarum foliis, imo & fructibus apparent, & ramulos & humorem habentes.

Venæ, sunt canales similes fere arteriis figura & distributione; sunt amplitudine majores, numero forte plures; membranis omnibus longe tenuiores, inertiores, raris in locis fibris muscularibus, iisque tantum longitudinalibus præditæ; valvulas habent, solitarias fere oblongas, digitabuli forma utcunque, ad loca insertorum in truncum majorem ramorum, & binas ut plurimum junctas, & minori intervallo a se invicem segregatas, in venarum majorum truncis rectis, a corde remotioribus; atque perpendiculariter sursum vehentibus cruorem, quæ sic factæ sunt, & cavis canalium applicatæ, ut humorem ex minori ramo in majorem truncum admittant, retrogressum caveant corde contracto, molemque ferant. Ea vero vasa ipsa vitæ actione non micant, neque saliunt; habent extrema sua varia, ut in arteriis observatur; initia radicum venularum vel ex bibulis cuticulæ osculis, vel a resorbentibus in membrana omni interiore positis, vel ex arteriæ fine in venulam porrecto, vel ex similibus quibusdam singularibus, ut in pene, clitoride, liene, vel ex pulpa forte glandulosa. B. Aderen. G. Ader / Blut ader. Gall. *Veines*.

Venæ Lacteæ, vide *Vasa Lactea*.

Venæ Lymphaticæ, vascula sunt parva, pellucida, alba, nodosa ubique ob binas valvulas elevatiles, cavitatem exacte claudentes, quæ suam lympham a vasculis arteriosis lymphaticis, vel a glandulis conglobatis accipiunt, hanc in venas sanguineas, vel in chyli cisternam exonerant. B. Water-vaten. G. Wassergefässe. Gall. *Veines Lymphatiques*. A. Lymphatik vessels, Lymphatik ducts.

Venæ Sectio, est sanguinis, qui in vasis continetur, per

per venam arte sectam, evacuatio, quæ ad abundantiam sanguinis imminuendam, vel impetum ejus avertendum instituitur. B. **Een Aderlating**. G. **Das aderlassen**. Gall. *saigné*. A. Letting of bloud, opening of a vein.

VENENUM, Gr. Φάρμακον, est omne illud, quod corpori nostro communicatum, illud destruendo, sive solida erodendo, sive fluida circulationi inepta reddendo, mortem adfert; vel etiam quod parva dosi ingestum omnes actiones turbat, & licet non semper, sæpe tamen lethale est. Talia quodvis Naturæ regnum suppeditat, uti sunt Cicuta, Napellus, Solanum, &c. ex vegetabilibus; morsus animalium rabie furentium, &c. ex regno animali; Arsenicum, & pleraque præparata ex Mercurio, Antimonio, &c. ex regno minerali. B. **Fenyn/ Vergift**. G. **Gifft**. Gall. *Poison*, *Venin*. A. Venom, poison.

VENEREA LUES, vide *Lues Venerea*.

VENERIS OESTRUM, idem quod *Clitoris*.

VENOSA ARTERIA, vide *Arteria Venosa*.

VENTER, dicitur triplex; *Infimus* sumitur pro Abdomine. *Medius* pro Thorace, & *Supremus* pro Capite. Vide *Cavitates*. Sed strictè sumitur pro Abdomine. B. **Buik**. G. **Bauch**. Gall. *Ventre*. A. The Belly.

VENTER EQUINUS, Chemicis dicitur & fimus equinus, in quo, ob lenem calorem, suas tincturas & essentias collocant. B. **Paarde-mist**. G. **Roß-mist**. Gall. *Fumier de Cheval*. A. Horse-dung.

VENTER INFIMUS, vide *Hypogastrium*.

VENTOSA, vide *Cucurbitula*.

VENTRES, vide *Cavitates*.

VENTRICULI CEREBRI, sunt quatuor cava in Cerebri medulla; duo anteriores siti sunt in medio fere cerebri sub corpore calloso; suntque cavitates satis insignes, figuræ fere falciformis curvatæ, & a se invicem ope Septi Lucidi distinctæ; tertius sub fornice intra medullæ oblongatæ cura decumbit; quartus autem sub Cerebello medullæ oblongatæ insculpitur: in his cavis colligitur continuo lympha, ea humectans, quæ per pelvim deducitur partim ad glandulam pituitariam, partim per venas plexus choroidei resorbetur. B. **Holligheden der Hersenen / Hersengroefjes**. G. **Die Höle im Hirn**. Gall. *Ventricules du Cerveau*. A. The Ventricles of the Brain.

VENTRICULI CORDIS, duo sunt cava magna, medi-

diante septo a se invicem separata, propter columnas carneas, & foveas his interceptas, multis veluti cavernulis referta, circiter liquidi ℥ij capientia, in medio corde reperiunda: ventriculus primus sive Dexter sanguinem è venâ cavâ & auriculâ suâ dextrâ, dum contrahitur, recipit & pulmonibus tradit: Alter sive sinister à pulmonibus sanguinem refluentem in saccum venosum & Auriculam sinistram recipit, & per arteriam magnam in totum corpus propellit In contractione ventriculorum sive Systole, apex cordis attollitur & accedit ad basin ejus latiorem, cor pallet, brevius fit & durius, fibræ musculares ventriculorum cava ambientes spiraliter in se recedunt, cava imminuunt, & sic in iis contentus sanguis exprimitur: in Diastole seu expansione & dilatatione, sanguis recipitur & admittitur. B. De holligheden des Herts. G. Die Hole im Hertz. Gall. *Ventricules du Cœur.* A. Ventricles of the Heart.

Ventriculus, est viscus membranosum, situm in abdominis regione superiore, Epigastrium dicto, statim sub Diaphragmate, inter hepar & lienem; hepar quidem a dextris ipsum ad unguem complectitur, lien vero à sinistris sima sua parte adjacet: Os superius connectitur diaphragmati, mediante gula: quæ foramine facto superiorem partem musculi inferioris & sinistri diaphragmatis penetrans ventriculo continuatur, tunicæ nerveæ suos infigens terminos: Os inferius Duodeno: Fundo ejus adhæret ala anterior omenti. Posterior est aörta: subjacet Colon & Pancreas; huic tanquam molli pulvinari incumbit: tibiam utricularem figura eleganter exprimit, præsertim Oesophago intestinoque adhuc connexus; ab angusto enim ore in latam capedinem sinuatus, rursus in angustum desinit; in sinistro tamen latere multo amplior, quam in dextro; ut & inferne quam superne: dividitur in dorsum, fundum, & orificia. Dorsum vocatur illa pars inter orificia superior. Fundus illa inferior pars multo amplior & sinuosa. Orificiorum quidem alterum superius, alterum inferius nuncupatur. Superius in sinistro latere, non quod elatius situm, cum ambo sint in ventriculi superiore regione, sed eo, quod cibum & potum prius admittat, quidam Veterum cor appellarunt: vocatur & stomachus nec non Cardia: inferius alterum in dextro latere situm, ratione officii πυλωρὸς, sive janitor vocatur, quoniam portæ in modum ea, quæ excreturi sumus, emittit: constans ex plurimis tunicis;

tis; prima, est illa externe lævis membrana, quæ totum ambit ventriculum, pro sobole Peritonæi ab omnibus agnita Anatomicis, unde ipsi ventriculo non est propria, videtur hæc nata ad ventriculi robur, & firmitatem: secunda est carnosa sive musculosa, plurimis fibris triplici serie distinctis constans; prima series transversarum statim avulso peritonæo se prodit; hæ satis numerosæ ac invicem contentæ à summo orificio incipiunt, & in pylorum terminantur: altera series est orbicularium, quæ itidem ab ore summo incipientes ad pylorum progressæ, orbiculariter vel spiraliter ventriculi cavum ambiunt; tertia series constat ex duplici fibrarum ordine, oriuntur juxta superius orificium, idque ambiunt, & a sinistra parte dorsi ipsius ventriculi, unde aliquæ per idem dorsum recta feruntur ad inferius ostium, quod & ambiunt, sed pleræque ad fundum versus idem ostium inferius: hæc cingitur & tegitur cellulosa *Ruyschiana*, quæ oleum suppeditat fibris musculosis laxandis, lubricandis, necessarium; tunc sequitur nervea dicta a *Willisio*, sive potius vasculosa, & in non admodum distento ventriculo rugosa, quæ amplior quam exteriores, plicas format pro varia Ventriculi parte mire convolutas: hæc in convexa parte donatur mira textura vasorum, cui adhærent glandulæ sive potius cryptulæ quam plurimæ, quarum excretoria in concava parte ceu tot punctula atque meatus se produnt, ex quibus humor quidam mucosus in ventriculi cavum exoneratur: hujus concavæ parti firmissime adhæret tunica, villosa dicta, in qua conspiciuntur (præsertim si in aqua calida aliquantisper demersus fuerit ventriculus) innumeri villi penduli, qui videntur tantum esse extremitates arteriarum, venarum, & nervorum; qui ultimi famis sensum vacuo ventriculo excitare videntur. Officium in genere est cibos accipere & concoquere; vocatur item Stomachus, Aqualiculus. Gr. Γαστὴρ, ἡ Ἄνω Κοιλία, Στόμα Κοιλίας. B. De Maag. G. Der Magen/ Gall. *Le Ventricule*, *l'Estomac*. A. The stomack.

* VENUS, vide *Cuprum*, *Æs*.

VERATRUM, est Helleborus: dici volunt, quod mentem motam in sanitatem convertat. Vide *Elleborus*.

VERBASCUM, sive Tapsus Barbatus, est planta, quæ habet caulem satis altum, ramosum, durum, lignosum, crassum, lanuginosum, rotundum: folia sunt magna, longa, ampla, mollia, villosa, lanuginosa, alba, quæ-

dam repentia, alia caulibus alterne adhærentia, latiora, & hirsutiora sunt Blattariæ foliis: flores monopetali, multifidi, rotati, & tamen profunde incisi, ut ex quinque petalis constare videantur, in arctiores spicas quam Blattariæ flores congesti: post florem succedit capsula ovato acuminata, lanuginosa, septo intermedio in duo loculamenta divisa, semina exigua, nigra, & angulosa continentia: radix est oblonga, sat crassa, alba, lignosa: hæc planta crescit in locis arenosis: puto dici quasi *Herba Barbata:* videtur mihi vocem esse contractam: sunt qui *Candelam Regis*, *Candelariam*, *Lanariamque* nominent, quia caulibus ejus adipe, sevo vel aliquo pingui illitis, nonnulli pro lucernis utantur. Vide *Phlogmos*. B. Wolle-kruid. G. Wullkraut. Gall. *Bouillon*, *ou Mollaine*, *ou Bon homme*.

VERBENA, est planta, quæ habet caules angulosos, duros, aliquantulum villosos, interdum rubicundos, ramosos: folia profunde incisa, oblonga, rugosa, saporis ingrati & amari: flos est monopetalus, labiatus, cujus labium superius surrectum & plerumque bifidum est, inferius vero tripartitum, sic tamen secantur ambo, ut flos quinquepartitus primo aspectu videatur: ex calice fit capsula, continens semina tenuia, oblonga, sibi invicem juncta: radix est fibrosa, oblonga, crassiuscula, saporis amaricantis; crescit in locis incultis: *Verbenaca*, *Columbaris*, *Columbina*, dicitur quasi *Herbena*, ab Herba, quia Antiqui proprie non Verbenam intellexerunt, sed quaslibet herbas, in Sacrum usum destinatas. Vide *Peristeron*. G. Yzer-kruid / Yzer-hard. G. Eisen kraut / eisen reich / eisen-hart / dauben kraut. Gall. *Vervéne*. A. Vervain, Frengies.

VERETRUM, idem quod *Penis* seu *Membrum Virile*.

VERMES, vide *Lumbrici*.

VERMICULARIS, etiam epitheton *Pulsus* est, qui instar vermium repere videtur.

VERMICULARIS, est Sedum minus, a similitudine nempe foliorum, quæ rotunda sunt, & figuræ ovalis, ut vermiculos putes, unde & *Crassula* minor appellatur. B. Kleine donderbaart. G. Klein hauß wurtz / klein donderbart. Gall. *Petite joubarbe*. A. Trick-madam.

VERMICULARIS CRUSTA, est interior tunica Intestino-

norum villosa & gyrosa, seu rugosa, reliquis longior, vide *Velamentum Bombycinum*.

VERMICULATUM, in plantis est, quod rosæ modo, quasi purpurisso, rutilat.

VERMIFORMIS APPENDICULA, aliis Intestinum Cæcum dicitur, quia altera sua extremitate clausa est; est canalis parvus crassitiei instar vermis oblongi, qui hiat & accrevit Intestini Cæci fundo; substantia tunicarum est satis crassa; supra Colon se contorquet veluti vermis, & peritonæi membranæ annectitur, extremitate vero sua Reni dextro; à mesenterio autem est liber, longitudinis est quatuor digitorum, latitudinis digiti unius, intus angustissimæ capacitatis, secernens copiosissimam lympham ex suis glandulis, quæ obliniendis fæcibus inservit; forte quoque absorbet quicquid tenuis bonique chyli huc cum fæcibus devolutum est, qui lactea vasa præterivit nimis subito. B. Wormgelyke Aanhangsel. G. Wurmgleiche Anhang. Gall. *Appendice vermiculaire*.

VERMIFORMIS PROCESSUS, est prominentia cerebelli anterior & posterior, sic dictus, quia propter annulares quasdam depressiones, quas amplectentia vasa sanguinea efficiunt, vermis instar corrugatus est. B. 't Wormwyse uitsteeksel. G. Würmgleiche herfurkommen. Gall. *Appendices Vermiformes*. A. Wormlike Processes.

VERMIFUGA, à *Verme* & *Fuga*, idem quod *Anthelmintica*.

VERMIS CEREBRI, vide *Febris Ungarica*.

VERNACULUS MORBUS, idem quod *Endemius*.

VERNIX, quod & *Vernisium* & *Sandarache*, sive *Gummi Juniperinum* vocatur. Sed aliquando vocatur sic compositio quædam liquida, inserviens obducendæ crustæ aliis rebus ne corrumpantur; sic ex Lacca, Mastiche, Copal, Succino, simplicibus vel mixtis in alcohole vini, oleo Terebinthinæ, aut lini, coctis & solutis fit proprie *Vernix*. B. Vernis. G. Berniß. Gall. *Vernis*. A. Varnish.

VERONICA, est planta, quæ habet caules exiguos, longos, nodosos, repentes, lanuginosos, rotundos: folia sibi invicem opposita, juxta caulis longitudinem nascuntur, Pruni foliis similia, villosa, in margine incisa, saporis amari & acris: flores sunt monopetali, rotati, multifidi, ex quorum calice fit fructus membranaceus, in duo loculamenta divisus, plurima semina exigua, rotunda, & ni-

gricantia continens: radix est fibrosa, hinc inde in terra sparsa & repens; hæc planta crescit in locis petrosis & arenosis: quamvis alia sit herba quam vulgaris Betonica, tamen à Betonica videtur descendere *Veronica*, mutato B. in V. & *t* in *r* quod lapsu temporis ut & ab rerum ignaris facile fit: Vires ejus tantopere prædicantur, ut hinc Belgis magnifico nomine celebretur. B. **Eer-en-prijs.** G. **Ehren-preiß / grundheil.** Gall. *Veronique.* A. Luellin, Fluellin.

Verricularis Tunica, idem quod *Amphiblestroides Tunica.*

Verrucæ, sunt species tuberculorum; Gr. Ἀκροχορδόνες. *Acrochordones* dicuntur, eo quod si vertices horum tuberculorum inspiciantur, similes sunt resectæ chordæ. *Celsus* hujus appellationis eam causam videtur attulisse, quod in fundo sint angustiores, in summo latiores; adeo ut pendere videantur, ideoque à plerisque verrucæ pensiles appellantur. Dicuntur Porri, eo quod si inspiciantur summitates ipsorum, videntur æmulari brevia illa capillamenta porrorum. Est tuberculum durum, eminens, è cute erumpens, callosum, parvum, pisi magnitudinem vix unquam excedens, & in omnibus corporis partibus nascens, inprimis ubi inæqualis pressio & attritus fieri solet; ortum habet ab excrescentia papillarum nervosarum, sub cute hærentium, quæ degenerascentes cutem elevant & dilatant, sed epidermide adhuc tectæ manent. B. **Een Wrat / Werte.** G. **Wartzen.** Gall. *Verruë.* A. A wart.

Verrucaria, dicitur Heliotropium, quia creditur ea verrucas abigi. Sic etiam vocatur Tithymalli species, cujus succo lacteo verrucæ decidunt. B. **Zonne-wende.** G. **Sonnen-wende / oder Wirbelkraut.** Gall. *Tournesol*, *herbe aux verrues.* A. Turn-sole.

Verumontanum, vide *Caput Gallinaginis.*

Vertebra, idem quod *Spondylus.*

Vertebralis Arteria, oritur ex arteria subclavia, adscendit in cranium per foramen ossis occipitis, decurrit ad latera medullæ oblongatæ, dein cum suo pari unitur, & canalem singularem constituit. B. **Wervelslag-ader.**

Vertex, est pars capitis inter synciput & occiput media altissima omnium & gibbosa. Gr. κορυφή. B. **De Kruin.**

Kruin. G. Der Wirbel auff dem Haupt. Gall. *Le Sommet.* A. The Tope of the Head.

Vertibulum, vocatur globosum caput ossis, quod in articulatione caput alterius ossis ingreditur.

Verticilli, idem quod *Cotyledones.*

Verticillum, in plantis florum vel foliorum ambitus, qui cauliculos aut ramulos herbarum coronat, exilit, ab instrumenti muliebris similitudine dictum, quod fuso vertendi gratia solitum est adhiberi.

Vertigo, vide *Scotomia.*

Vesania, est furoris species vel delirium ex nimio amore.

Vesica, est pars membranacea cava, in qua liquor excernendus colligitur & continetur: ut Vesica urinaria, Bilaria, Seminaria. Gr. Κύστις, Οὐροδόχος κύστις. B. Een Blaas. G. Die Blase. Gall. *Vessie.* A. A bladder.

Vesica Ænea, est cucurbita magna cuprea, destillationi plantarum inserviens.

Vesica Bilaria, est Vesicula ad figuram pyri accedens, sita ad marginem inferiorem in parte hepatis concava, parvo ovo gallinaceo ut plurimum similis; fundus nobis erectis deorsum, collum vero sursum spectat, habetque quasi sphincterem peculiarem: incumbit vesicula Colo, illudque suo colore tingit; constat ex quatuor membranis: 1°. communi: 2°. vasculosa; 3°. musculari, ex fibris rectis, obliquis & transversalibus. 4°. nervea, intus rugosa seu reticulata, humore unctuoso imbuta, in qua subinde minimæ glandulæ apparent, quæ fabrica ductibus biliariis communis esse videtur; exit in ductum, qui cum poro biliario ad angulum acutum jungitur, & sic uniti faciunt ductum communem majorem prioribus, oblique descendentem, qui ad angulos acutos appositus Duodeno, penetrat exteriorem ejus tunicam, dein inter hanc & alteram descendens, mox perforata & hâc, inter secundam & tertiam longo itinere progressus, foramine rotundo in cavum intestini libere exit, idem quod *Folliculus fellis.* B. De Gal-blaas. G. Gall-blase.

Vesica Destillatoria, est vas æneum sive ahenum cupreum, superius capitello cum tubo donatum, qui inseritur tubo serpentinis ductibus incurvato; inservit destillationibus plantarum aquosis, spirituosis, decoctis, &c.

B. Een Blaas. per veficam deftillare, door een blaas distilleren. G. Distillier Brennhafen.

Vesica Urinaria, Gr. Κύστις: eft ea, quæ in viris pofterius inteftinum rectum habet: in fœminis vero uterum, cujus vaginæ alligatur; femper extra abdomen in loco tutiffimo a concurfu offium facri, Ileon, Ifchion, & Pubis formato, & mediante fupra expanfa peritonæi lamella, cui fundus veficæ accretus, a contentis abdominis feparato, hæret, qui pelvis dicitur: habet hæc vefica quatuor membranas, externa peritonæo ortum debet, hujus officium eft veficam inveftire: fecunda eft cellulofa, in qua plerumque fubtilis quædam pinguedo eft: tertia membrana eft mufcularis, fibris longitudinalibus, & fpiralibus prædita, quæ tenuiores & parciores in ipfo corpore veficæ, copiofiores vero & robuftiores in collo apparent: huic in toto corpore fimilis non reperitur, valde explicabilis, & magna vi elaftica prædita: intima membrana glandulofa eft, valdeque fenfibilis; fi microfcopii ope confpicitur, deteguntur infiniti exigui folliculi, rotundi, humore mucofo inftar olei amygdalarum pleni; unde hæc membrana tam lubrica eft, ut attrectationes digitorum eludat; quo vefica contractior, & minus ftimulatur, eo dicti folliculi magis clauduntur, humorem mucofum colligunt, & ad ufum refervant; quo vero magis dilatatur & ftimulatur, eo ofcula folliculorum patentiora redduntur, & humor ille majori copia fluens veficam ab irritante quocunque acri vel ftimulante defendit: tandem ne urina continuo effflueret ex vefica, appofitus eft fuperiori cervici veficæ fphincter, qui proprie non eft diftinctus mufculus, fed tunicæ mufcularis pars, quæ hic fibras rotundas habet, collum veficæ arcus fpecie ambientes & claudentes. Accipit urinam ex renibus per ureteres, eamque per urethram, quæ in viris quam fœminis longior eft, deponit. B. De Pis-blaas. G. Harn-blafe/ die blafen. Gall. *La Veffie*. A. The urine bladder.

Vesicaria, vocatur Alcea veneta, ut & Alkekengi, quia ejus fructus & femen in veficulis continetur: vel quoniam veficæ & calculis prodeft.

Vesicatoria, funt Medicamenta, quæ externe cuti applicata, in locum determinatum tumorem quendam ex liquido ibi ante non hærente concitant, illud liquidum nempe eo hac vi derivando, ut per illud ultimum vafculum

lum nimis distentum rumpatur, adeoque in locum fracturæ liquidum exeat, communique cavitate colligatur; Veluti fit a Cantharidibus. Vocantur quoque *Attrahentia*, *Derivantia*. Gr. ἐπισπαστικά. B. **Blein of Blaartrekkende dingen / Spaanse vliegpleister.** G. **Ein pflaster von Spanische fliegen; blatter ziehende Artzneyen.** Gall. *Vesicatoires*. A. Vesicatory.

Vesiculæ Adiposæ, vide *Sacculi Adiposi*.

Vesicula Fellis, idem quod *Folliculus Fellis*.

Vesiculæ Seminales, sunt receptacula quædam, seu intestinula cæca in gyros, cryptas, recessus, complicata, quæ collo vesicæ a parte posteriori nectuntur per membranas; solummodo in viris reperiuntur, nunquam in fœminino sexu; sedem habent inter vesicam urinariam & intestinum rectum; duæ sunt & constant ex membrana satis tenui, & avium minorum intestinorum instar variis modis contortæ sunt, nisi quod hinc inde varicum adinstar mirum in modum dilatatæ & interna cavitate magis contractæ conspiciantur; in has desinit vas ejaculatorium sensim latius & sinuosum, rursus angustius, ubi incurvatum ingreditur fere recto itinere in hæc intestinula versus horum fundum capacissimum: quæque vesicula prædita est alio canale emissorio cum priori ad angulos acutos juncto, qui bini emissorii in urethra ad angulum obtusum junguntur, & in unum canalem emissorium in urethram patentem desinunt, qui medius & unus, inter alios binos longe minores, & altiores, ab utroque ejus latere appositos, locatur; ut ita per tria distincta oscula seminalis humor huc expellatur: interimque ambæ hæ vesiculæ membrana musculosa colligatæ sunt, & semen asservant, & tempore orgasmi venerei excernunt. B. **Zaad-blaasjes.** G. **Saamen-bläslein.** Gall. *Vesicules Seminales*. A. The Seed Vessels.

Vespertilionum Alæ, sunt ligamenta duo lata & membranosa, utrinque unum, quibus uteri fundus ossibus Ilii laxè connectitur: *Aretæus* Vespertilionum alis assimilat. B. **De vleermuis gelyke banden.** G. **Die fleder-mauß gleiche Bänder / die beide Seiten zu Unterst an der Bärmutter.** Gall. *Ailes de Chauve souris*. A. Bats-wings.

Vestibulum, in aure dicitur pars media inter labyrinthum & inter cochleam; est vero cavitas ossea, superficie inæqualis; ejus pars anterior obducitur membrana fenestræ

ovalis, opposita pars spectat membranam Tympani, in eo hiant novem foramina. 1. fenestra ovalis. 2. duo foramina nervorum. 3. quinque foramina canalium trium semicircularium. 4. superior pars cochleæ a parte faciei huc aperitur. B. Het Portaal van 't doolhof. G. Vorhof des Irgangs. Gall. *Le Vestibule*.

Veterinaria Medicina, est ea ars quæ de Medicatione circa jumenta & pecudes agit, vulgo *Mulo medicina*.

Veternus, vide *Lethargus*.

Vetonica, *Vettonica*, *Vettonicum*: est Betonica, sic ab inventoribus Vetonibus, Hispaniæ populis, nominata est, Gr. Κίϛρον, idque à varietate & copia remediorum dicta est. Vide *Betonica*.

Vibex, vide *Euchymoma*.

Vibratio, est agitatio & motio corporis & membrorum involuntaria, ut conquiescere non liceat, etiamsi strenuè renitaris. B. Schuddingen G. Das Erschüttern / Erschwingen / Wackelen. Gall. *Branlement*, *Agitation*; *Secousse*. A. Shaking, Quaking.

Vibrissæ, dicuntur pili, qui è naribus excrescunt, mucoque, ne jugiter effluat, nec non volitantibus per aërem insectis, ne una cum spiritu intrent, obicem ponere creduntur. B. De Neushairen. G. Die Nasen-härlein. Gall. *Le Poil des Narines*. A. The haire in the nose.

Viburnum, est arbuscula, cujus rami longi, digitum crassi, valde flexiles, corticem albescentem habentes: folia ad Alnum vel potius Sorbum Alpinam accedunt, lata, sublonga, crassiuscula, in ambitu crenata, hirsuta, & pulvisculo albo, maxime inferna parte, quæ ob id etiam magis candicat, conspersa, gustu adstringente: flos est monopetalus, rotatus, quinquefidus, umbellæ in formam digestus, staminibus quinque præditus: ovarium in ora superiore coronatum caliculo quinquefido, instructum tuba erecta veluti triglobosa, abit in fructum seu baccam mollem, succi plenam, unico semine osseo, compresso, striato, fœtam; hæc arbuscula crescit in locis incultis, saxosis, & montibus: à *Viendo*, id est, *Ligando*, dictum, quo rustici utuntur ad colligendos fasciculos. Vulgo *Viorne*. B. Meel-boom. G. Mielen / Weiden-baum / Schling-baum.

Vicia, est planta, quæ caules habet angulosos, villosos, excavatos; folia oblonga, angusta, villosa, bina, quasi

quasi conjugata, costæ innascentia, in claviculas abeunti: flores sunt leguminosi, purpurei aut cærulei: flori succedit siliqua villosa, fæta seminibus subrotundis, aut angulatis, nigris: fortè & secundum veri similitudinem à Gr. Βικία vel Βικίον nomen habet. Dici videtur à vinciendo, quod item ut Vitis capreolos habeat, quibus sursum versus serpit, vel quod inter frumenta vitium sit. B. Vitsen / Wikken. G. Wicken. Gall. *Vesse*. A. Vetch.

VICTORIALIS. dicitur *Gladiolus*, ut & *Allium montanum*. B. Victori-wortel / Dag-look / Veld-look. G. Sieg-wurtz. Gall. *Ail Serpentain*. A. Victory root, wild & broad garlick.

VICTORIOLA, vide *Laurus Alexandrina*.

VICTUS RATIO, est modus vivendi, quo sanitas per convenientia alimenta, quibus in humano usu vulgo utimur, conservatur & morbus propellitur: consistit in recto usu rerum necessariarum, estque in Morbis triplex, Crassa, Mediocris, Tenuis: item est tenuis simpliciter, tenuior & tenuissima, vide *Diæta*.

VIGILIA, est spirituum animalium in cerebro & per nervos facilis agitatio, quâ per organa sensuum nostrorum motus objectorum sensorio communi, facili negotio, offeruntur. Si nimis hi spiritus agitantur, ideæque menti inpressæ sensibus internis quietem non permittunt, vigiliam pervicacem inducunt. B. Het Waken. G. Das Wachen. Gall. *Veille*. A. Watching.

VIGILIA NIMIA, idem quod *Agrypnia*.

VIGOR MORBI, vide *Acme*.

VILLI, sunt proprie parvi pili in holoserico: Anatomicis autem denotant minimæ illæ & fluctuantes eminentiæ, quæ in interiori intestinorum cavitate, aliisque corporis humani partibus reperiuntur. B. Vlokjes. G. Haarlocken.

VILTRUM, idem quod *Filtrum*.

VINACEI, grana sunt acinorum, Γίγαρτα Gr. nominantur, quæ pressis uvis cum folliculo abjiciuntur.

VINCA PERVINCA, vide *Clematis Daphnoides*.

VINCETOXICUM, est Hirundinaria, seu Asclepias: quidam dici putant νικητοξικόν, quod illi adversus venena insignis vis insit. Derivatur à *Vincere* vel νικᾶν quod idem est, & τοξικὸν venenum. Vide *Hirundinaria*.

VINUM, est liquor, ex fructibus horæis maturis, inprimis

primis uvis, expressus, fermentatus, depuratus, cujus multæ habentur species, nomine & viribus diversæ: in genere tamen vina in eo conveniunt, quod spiritum inebriantem in se contineant, qui in aliis magis, in aliis minus dilutus est. Principem inter nobilissima Medicamenta locum obtinet, si moderate usurpetur: etenim grato suo stimulo in fibras partium nervosarum agens, earum contractionem auget, sanguinis circuitum promovet, omnesque universi corporis functiones instaurat. Quodsi vero ultra modum ingeratur, miras in toto corpore facit mutationes, taciturnis loquacitatem, timidis audaciam concilians; cerebrum tamen etiam gravans, intellectum hebetat, & somnum profundum inducit. Adfertur ex variis regionibus, unde dicitur Gallicum, Rhenanum, Mosellanum, Hispanicum, &c. quæ omnia inter se differunt; sed de his omnibus agere nimis longum foret. Gr. οἶνος. B. Wyn. G. Wein. Gall. *Vin*. A. Wine.

Vinum Cos, est vinum colore, odore & sapore pollens; Gall. *Vin Theologal.* Anglorum Schola Salernitana nitorem addit hoc versiculo:

Vina probantur, odore, sapore, nitore, colore.

Vinum Hippocraticum, est cui saccharum & aromata infusa fuerint, quæ post per manicam Hippocratis colantur. B. Hippocras-Wyn / Specery-wyn. G. Hippocras. Gall. *Hypocras*; *Vin d'Hippocrate*. A. Wine of Hipocrates.

Vinum Medicatum, est vinum, cui Medicamenta infusa sunt in usum ægrotantium. Præsertim quando cum musto ad fermentandum reponuntur. B. Genees-wyn. G. Kräuter-wein. Gall. *Vin Medicinal*.

Viola, est planta, cujus folia ex radice erumpentia, sunt obrotunda, ampla, in margine incisa, viridia, caulibus longis adhærentia: flos est pentapetalus, anomalus, papilionacei floris æmulus, hujus enim duo petala superiora vexillum, duo lateralia alas, inferius vero, quod in caudam desinit, carinam quodammodo repræsentant, coloris purpurei aut cærulei, odoris suavis & grati: post florem apparet capsula, per maturitatem in tres partes divisa, continens semina exigua, obrotunda, albescentia: radix est fibrosa: putatur dici ab Ion, quod Nymphæ quædam Ioniæ,

Ioniæ, florem illum Jovi primum dederit muneri: sed alii, quod cum Io in vaccam à Jove conversa esset, terra florem illum pabulo bovis ejus fuderit. Latini quoque detrita. t. litera, violam quasi vitulam imitatione Gr. videri possunt appellasse, alii dici volunt ἀπὸ τῆ ἴω; quoniam prius cæteris floribus veris tempore proveniat. Hinc ejus folia *Violaria* vocantur. B. **Viole.** G. **Violen.** Gall. *Violette*. A. Violet.

Viola Matronalis, vide *Matronalis Flos*.

Viorna, seu Vitis alba, sed Fuchsio Vitis nigra: videtur corrupta vox à *Viburno:* fortè sic dicta quod propter flexibilitatem, clematis in modum, omnes adstantes plantas circumligat, vinciatque.

Vipera, quasi vivipara, in regionibus calidioribus, inprimis Italia, reperitur. Describitur, quod sit animal medio suo corpore crassitiem pollicis adæquans, caput habens pollicaris longitudinis, pellem variegatam, squammis tectam, quam bis in anno exuere solet. Integrum non esse venenatum, facile probatur, quia juscula inde parantur & Medicamenta. Trochisci Viperini alexipharmaci habentur, & Theriacam Andromachi ingrediuntur. Habet tamen binas vesiculas, in ore circa dentes sitas, liquorem continentes, instar Olei Amygdalini dulcem, qui per se etiam non est noxius; sed per morsum hujus animalis communicatus, noxios valde & lethales producit effectus. Vide plura apud Rhedi & Mead, qui historiam naturalem hujus animalis conscripserunt. B. **Adder / Adderslang.** G. **Natter / Brandslang.**

Viperina, vide *Echium*.

Virga, vide *Penis*.

Virga, in vegetabilibus est, quæ ex radicibus, aut caudicis lateribus exit, à nonnullis virgæ appellatæ sunt soboles.

Virga Aurea, & Solidago Saracenica, est planta, quæ habet caules rectos, rotundos, striatos, firmos, & medulla alba repletos: folia sunt oblonga, acuta, in margine incisa: flos est radiatus, caulium suprema fastigia floribus abundant, qui quasi in spicas colliguntur, quæ rursus in adunatam quasi virgam conjici solent; sunt flores coloris flavi aurei, calice tubiformi & multifido comprehensi: his succedunt semina pappis instructa: radix fibrosa, saporis aromatici. B. **Heidens Wondkruid / Gulde roede.**

G. Gul-

G. Gulden Wundkraut / Heidnisch Wundkraut. Gall. *Verge Dorée.* A. Consolide Sarasine, Golden Rod, Saracens Consound. A Sort of Red Comfrey.

VIRGA PASTORIS, vide *Dipsacus.*

VIRGINALE CLAUSTRUM, vide *Hymen.*

VIRGINEUS MORBUS, vide *Chlorosis.*

VIRIDE ÆRIS, vide *Ærugo.*

VIRGULTUM, surculus is est, qui terræ committitur, ut in arborem insurgat.

VIROSUS, est, in quo *Virus* sive *Venenum*; sæpe etiam pro teterrimo & graveolente sapore aut odore sumitur.

VIRUS, est humor fluens, & accipitur quoque pro *semine: venenum* etiam significat, nec non *ichores* ex ulceribus manantes.

VISCARIA, est floris Armerii species, quæ & *Muscipula* vocatur, muscas ob foliorum viscositatem irretiens.

VISCERA, sunt organa, in cavitatibus majoribus contenta, quæ elaborant aliquem humorem in usum publicum & toti corpori inservientem; sic ventriculus & Intestina elaborant cibos nutrituros universum corpus; sic Cor compingit, comminuit, movet sanguinem, unde postea omnes liquores fiunt & secernuntur, &c. vocantur item *Exta, Interanea.* Gr. Σπλάγχνα, Ἔγκατα, Ἐγκοιλία. B. Ingewanden. G. Das Eingeweid. Gall. *Entrailles.* A. Bowells, Entrailes.

VISCERALIA, vocantur Medicamenta, quæ visceribus roborandis, ut officio suo expeditius fungantur, dicata sunt. Talia sunt hepatica, uterina, &c. de quibus vide suis locis.

VISCIDUM, vocatur humor tenax, concretus, solidis adhærens, per minorem actionem vitalem, spontanea corruptione natus.

VISCUM, vel VISCUS, est frutex peculiaris in arborum quarundam ramis enatus, semper virens: uti est viscus quercinus, dicitur etiam lignum sanctæ Crucis; species est fruticis, quæ ad altitudinem duorum circiter pedum crescit, caules habet ut plurimum digiti crassitiei, duros, lignosos, compactos, graves, extus coloris fusci, rubri, intus albi, flavescentis: plurimos germinat ramos lignosos, flexiles, intricatos, cortice viridi obtectos: folia sunt bina opposita, oblonga, crassa, dura, Buxi foliis sa-

tis

tis ſimilia, ſed aliquantulum longiora, venoſa, coloris viridis flaveſcentis: flos eſt monopetalus, pelviformis, quadrifidus, verrucis conſperſus, tanquam apicibus pulverem effundentibus: ovarium alio a flore loco natum, tenerum, quatuor foliolis ſuccinctum, fit bacca ſubrotunda, glutine plena, mollis, alba, ſplendens, fæta ſemine plano & cordiformi, per totam hyemem viret hæc planta. Mira de hujus viſci generatione narrantur: quidam cum Theophrasto & Plinio credunt, quod tantummodo naſcatur ex ſemine baccarum per alvos turdorum palumbarumque, & aliarum avium, poſtquam acinorum pulpam concoxerunt, reddito, unde & cum Plauto dicunt de Turdo, quod ipſi ſibi avis mortem creat, & Turdus exitium ſibi cacet, ob gluten, quod ex eo fit, quo poſtea aves capiuntur: huic ſententiæ autem uterque Bauhinus & Scaliger ſe opponunt acriter, qui viſcum ex arboribus, quaſi cornua ex oſſibus animalium educi perſuadere volunt: ſed R. J. Camerarius in Eph. Nat. Cur. demonſtravit, baccas viſci deferri poſſe ad ramos arborum, tam delapſu raptuque ventorum, quam ab avibus non ſolum devoratas, & redditas per alvum, ſed roſtro delatas; nec ſphærica ſua figura a ramulis rotundis tam facile decidere, quam ruptas vel ſponte vel ab avibus, ſuo glutine adhærere: adhæret viſcus non tantum quercui, ſed & aliis arboribus, abieti, tiliæ, pyro, pomo, corylo, &c. Gr. Ἰξὸς & Ἰξία. B. Marentakken. G. Miſtel. Gall. *Guy*. A. Miſſel or Miſſeltoe.

Visitatio, vocatur Medici ad ægros ingreſſus, ut morbos eorum inquirat, iisque diætam & remedia præſcribat. Dicitur etiam de inſpectione officinarum pharmaceuticarum, ut bona Medicamentorum, tam ſimplicium quam compoſitorum, conditio exploretur. Adſcribitur etiam Obſtetricibus, quæ fœminas examinando, de graviditate, vel inſtanti partus tempore, judicium ferunt.

Visus, eſt ſenſus, quo ex materiæ lucis in retinam ſani oculi impingentis motu, lumen & colores ab anima percipiuntur. Gr. Ὄψις. B. Gezigt. G. Geſicht. Gall. *Vûë*. A. Seeing, Sight.

Vita, in animali perfecto, eſt præſide ac movente anima, continuus fluxus ac refluxus, plus minusve ſenſibilis, aëris, ſanguinis, & ſpirituum animalium, per organa & ex organis vitalibus, ſatis probe conſtitutis, & mutuo atque alterne plus minusve ſenſibiliter agitatis & agitan-

tantibus: in animali vero nondum perfecto vita non requirit aëris actionem in pulmones respiratoriam, quare in hoc erit vita modo circulatio sanguinis per viscera vitalia, & motus spirituum Cerebellosorum per nervos à Cerebello oriundos: de his lege *Lancisium* de mortibus subitaneis.[Gr. Βίος, Ζωή. B. Leven. G. Leben. Gall. *La Vie*. A Life.

VITALIA, idem quod *Cardiaca*.

VITALIS FACULTAS, est actio in corpore excitata, qua mediante homo vivit, quæque peragitur ipso vel inscio, vel involuntarie; qualis est motus Cordis, Arteriarum, respiratio; quæque dependet maxime a Cerebello, & nervis ab eo oriundis, vel in eo terminatis.

VITALIS INDICATIO, est cognitio conditionis viscerum & virium vitalium, quæ in homine, cui Medicinam facit Medicus, nunc præsens est, simul cum scientia remediorum, quæ vel augendis, minuendis, vel conservandis, aut restituendis viribus vitalibus conducunt pro scopo præsenti requisito; habetur autem cognitio illius conditionis ex pulsu perspecto, & respiratione observata. B. Het Leevens inzigt. G. Lebens Anzeigung.

VITEALIS, vide *Helxime Cisampelos*.

VITELLINA BILIS, vide *Bilis*.

VITEX, est *Agnus Castus*; est arbuscula, quæ habet ramos longos, flexiles, fractu difficiles, cortice cinereo tectos: folia sunt longa, angusta, acuta, lanuginosa: flores sunt monopetali, tubulosi, in spicas congesti: his succedit fructus sphæricus, in quatuor loculamenta divisus, continens semina obrotunda, grisea, Coriandrinis fere paria magnitudine, coloris grisei, saporis acris aromatici. Gr. Ἄγνος, id est, Castus: item Λύγος vimen, propter invictam fere ramorum exilitatem, unde fortè nomen viticis, à vico. Vide *Agnus Castus*. B. Kuisch-boom. G. Schafmülle.

VITICELLA, vide *Bryonia*.

VITICULÆ, non palmites aut sarmenta sunt, sed flagella quæ vitis modo repentia longè latèque vagantur, ac vicinos frutices nacta sic intricant eos, ut iis perinde quasi pedamentis abutantur: vel scandentia suis irretiunt claviculis, quibus quasi digitis adhærent, quales in Nasturtio indico, Cucurbitis & plerisque aliis inveniuntur.

VITILIGO, vitiliginis tres species sunt. Gr. Ἀλφός, ubi color est albus, subasper, & non continuus, ut quædam

dam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit. Μέλας colore ab hoc differt, quia niger est, & umbræ similis. Cætera eadem sunt. Λευκὴ habet quiddam simile Alpho, sed magis albida est, & altius descendit, in eaque albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt. sed in aliis celerius, in aliis tardius. *Vitiligo* volunt dici vel è vitio, vel à vitulo, Festo teste. B. Quaad seer/ witte Schurftheid. G. Weisse räudigkeit. Gall. *Gratelle blanche.* A. White leprosy.

Vitis, est Arbuscula, quæ habet caulem tortuosum, obductum cortice fisso, rubicundo; sarmenta plurima longa veluti brachia dimittentem, quibus vicinas arbores & pedamenta apprehendit: folia sunt ampla, varie laciniata, ut Ficus, alia majora profundius incisa, quandoque ad pediculum usque in lacinias acutas divisa; alia tenuiora, alia crassiora, alia viridia, alia rubentia, alia maculata, alia ad tactum duriora, alia molliora, alia lævia, alia subhirsuta: flos est rosaceus, pentapetalus, staminibus quinque præditus: ovarium in fundo floris natum, tuba brevi, pilosa, instructum, fit bacca mollis, pulposa, succulenta, rubra, aut alba, seminibus plurimis, plerumque quatuor, fæta: fructus & flores in racemos congeruntur: à vinciendo, quod arbores &c. claviculis vinciat, vel quod invitetur ad uvas pariendas: vel dicitur à vino ferendo. Gr. Ἄμπελος, ab ἅμα *Una*, & πηλὸς Jon. pro οἶνος *Vinum*, hinc Οἰνοφόρος *Vinum Gerens*: ab οἶνος vinum, & φέρω fero. B. Wyngaard/ wynstok. G. Weinstock/ wein reb. Gall. *Vigne.* A. Wine, *vel* grape bearing, vine tree.

Vitis Idæa, est Arbuscula, qua habet ramos tenues, cortice viridi obductos: folia sunt oblonga, ampla, in margine leviter incisa, saporis adstringentis, flores monopetali, campaniformes, globoso ovario innati, coloris albi, subrubicundi: flori succedit fructus mollis, seu bacca umbilicalis, succo plena, Juniperino fere similis, per maturitatem violacea potius, quam nigra, sapore grato & acido primulum degustata, quæ tamen paulo post aliquid nauseabundi in ore relinquit, purpureo violacea satisque pertinaci tinctura, cui grana immerguntur multa, parva, albescentia vel rubentia: radix lignosa, tenuis, repens. B. Myrtil/ kraakbessen boom. G. Heidelbeer/ Stan-

 del-

delbeeren / Bickbeer oder Bickelbeer. Gall. *Airelle*, *ou Myrtille*. A Shrub like Myrtle-tree.

VITIS ALBA, seu VITALBA, contractâ voce, dicitur non modo quod Vitem sativam foliis utriculisque referat, verum etiam, quod fructum in exiguæ uvæ similitudinem, acinis licet raris confirmatum producat. Vide *Bryonia.*

VITIS NIGRA, Gr. Ἄμπελος μέλαινα, nigra dicitur vitis à radice nigrâ, & quod vitis similitudinem obtineat.

VITREA TABULA, vide *Diploë.*

VITREUS HUMOR, vide *Humores Oculi.*

VITRIOLUM, est sal minerale metallis proximum, ac præcipuè cupro &c. varia sunt ejus genera, pro indole mineræ, quam in se continent, differentia; præcipua autem, quorum hoc tempore est existimatio, sunt primo *Cæruleum*, Sapphyri instar, compactum, ut Saccharum candum, tactu siccum, *Hungaricum* vocant; vel *Cyprium*, aut *Gallicum* ex agro Lugdunensi; Secundo *Subviride*, herbacei coloris, magis granulatum, grumosumque instar salis communis, paulum unctuosum, manuique tangentis adhærens, quale *Goslariense*, *Suecicum* &c. Tertio *Album*, in formam parvulorum panum effictum, tactu siccum. *Eduardus Brouw* etiam de *Rubro* mentionem facit. *Cæruleum* & *Album*, de Cupro participat, *Viride* autem de Ferro. Vitriola sunt vel nativa sive fossilia; vel artificialia, sive factitia: nativâ duplicia reperiuntur, alia ex ferro, quæ colore viridi præstant, ex ære alia, quæ cærulea plerumque amænitate commendantur: cætera metalla vix soluta in fodinis apparent, quia illorum solventia, nitri acida, vel marini salis spiritus haud reperiuntur in fodinis; unde Auri, Argenti vivi, Plumbi, Stanni, succi soluti vel concreti nunquam fere inveniuntur, utique non multa. Sed tamen metallica plumbi levi acido solvi posse ut constat, ita simul difficillime in cristallos cogi posse, ars Chemica docet, sed statim fere in pulverem cerussæ, excusso iterum acido, verti; id & de stanno ita verum. Omne ergo fossile vitriolum, quod erutum hactenus, ex solo ferro aut ære habetur: tamen ramenta forte vel pulveres aliorum metallorum soluto vitriolo, inter concrescendum immisceri posse nihil vetat; sed eodem solvente soluta alia metalla, iis intime nupta esse, needum constat: solvens Martis & Veneris idem acidum, igne violento inde separandum titulo spiritus aut olei Vitrioli, quod

quod ipsum ex alumine exprimitur arte, aut de sulphuris accensi fumo colligitur; imo vitriola & sulphura eadem matrice concipiuntur, foventur, eduntur, lapide scilicet Pyrite dicto effosso, aëri exposito, sulphuri abundanti liberato, contuso, in aqua soluto ad bacillos ligneos crystallisato; aut etiam ex Misy veterum naturali solutione & cristallisatione ilico producitur: unde vitriolum est quintuplex. 1. Viride ex solo ferro & spiritu sulphuris, medicatis viribus laudatum, atramento optimum. 2. Cærulescens, ferro plurimo, pauciori cupro, per spiritum sulphuris soluto, constans; cujus solutio aqua facta lamellas ferri immissas rubro æris colore tingit, sic parum admisti æris demonstrans. 3. Vitriolum album videtur parum differre a vero viridi, forte paulo majori calori originem debens, ut in factitio apparet: namque omni cæterum dote idem omnino exhibet. 4. Chalcites, verum Chalcanthum, vel vitriolum rubrum, quodque simillimum viridi, in eadem resolvendum; forte & aliquid admisti æris capiens: inprimis ferro & acido sulphuris compositum videtur. 5. Cyprium vel Hungaricum, cæruleum penitus, solo cupro fit, & eodem acido sulphuris liquore. Factitia fiunt, quoties sales solventes, acidi inprimis, discerpserunt metalla in ramenta minima, atque iisdem arcte adhærescentia, concrescunt una in glebulas, in aqua dilui aptas integre, sine ulla fæce omnino, quamdiu nimirum hanc vitrioli veram formam obtinent: talia igitur numerantur auri, argenti, plumbi, mercurii, martis, veneris, stanni vitriola, quamdiu acido solvente idonea parte aquæ, metalli particulis, ita certa proportione adunatis constant, ut maneant perspicua, & liquida, cristalli aut vitri instar. Quo autem uberior copia acidi solventis metallo in vitriolum coacto affunditur, eo semper facilius illud in aqua deinde dilui poterit: quando autem aqua colore leni difflatur ex vitriolo, ut jam opacæ evadant glebulæ, tum solent ilico disponi partes metallicæ ita, ut dein in aqua adeo facile dissolvi nequeant, quam quidem prius: imo vero si continuatur hæc cristallorum exsiccatio, tum tandem materies evadit penitus dissolvi impos; licet interim multum acidi solventis retinuerint in se: igitur omnibus nativis vitriolis ferrum & æs, basin dat, acidus sulphuris succus solvens præbet, aqua vero diluens acidum, glebulasque metalli ordinans, figuram dat & perspicuitatem: unde

pro varia proportione horum trium omnis diversitas in his intelligi videtur. Gr. χάλκανθον. Arab. *Concantum*, *Calcant*, *Alcalcadis*. B. Vitriool / Koperrood. G. Vitriol / kupfferroth / kupfferwasser. Gall. *Vitriol*. Vitriolum nomen accepisse videtur à vitro, quia vitrum aliquatenus, modo purum fuerit, refert.

Vitta, dicitur pars tunicæ Amnios, quæ capiti infantis, cum in lucem prodeat, adhæret, atque hoc locum habet in sexu fœminino, verum in masculis *Galea* appellatur. Vide *Galea*.

Vivipara, vocantur animalia, quæ fœtus vivos pariunt, distinguunturque ab oviparis, quorum fœtus ex ovis, extra corpus depositis & fotis prodeunt.

Ulceratio, vide *Exulceratio*.

Ulcus, est solutio continui, à materia erodente ortum ducens, in mollibus corporis partibus, cum imminuta magnitudine, & humoris cujusdam corrupti effluxu, quo partes solidæ ulceri junctæ roduntur: differt igitur à vulnere, quod ibi sit solutio recens & cruenta, hic vero plerumque purulenta aut ichorosa, ibi fit causa solvens illico, & externa, scindens; hic autem causa lentius solvat, interna, & erodens inveniatur; vulnus igitur antiquum & purulentum, erit ulcus. Plerumque autem oritur a causa interna, & confluentibus ad partem quandam acribus humoribus, quæ cutis vasa corrodunt: unde plerumque ichor tenuis effluit, pro cujus majori minorive acrimonia variæ ejus nascuntur differentiæ, hinc diversa etiam accepit epitheta. Gr. Ἕλκος. B. Een zweer / Zweering. G. Ein geschwer / eiterstock / eiterbeule. Gall. *Ulcere*. A. Botch, Sore ulcer.

Ulmaria, est planta, quæ habet caulem tres pedes circiter altum, rectum, angulosum, ramosum, excavatum, coloris rubicundi, purpurascentis: folia oblonga, in margine incisa, rugosa & superius viridia instar Ulmi, inferius alba: flores sunt parvi, rosacei, pentapetali, in racemos congesti, odoris grati; pistillum floris fit fructus, ex plurimis vaginulis membranaceis intortis, & in capitulum congestis compositus, semineque fætus ut plurimum singulari & exiguo: radix digiti crassitiei est, odora, extus nigra, rubro-fusca intus, plurimis fibris rubris instructa: crescit locis udis juxta flumina & similia loca: sic vocatur ob Ulmi foliorum similitudinem: alias *Regina* vo-

vocatur *Prati*, idque quia ob folia explicata, ut & flosculos nitidos caput inter prata extollit B. Reinette / Geiten-baard. G. Geiß bart. Gall. *Reine des prez.* A. Mede-wurte, Mede sweete, Meadow-sweet.

Ulmus, est Arbor valde procera, valde ramosa, cujus truncus est crassus, cortice fisso, aspero, flexili, obductus, extus coloris cinerei, intus albidi; lignum durum, flavum: folia sunt satis ampla, rugosa, venosa, oblonga, in margine incisa, acuta: flos est monopetalus, campaniformis, staminibus instructus: pistillum in centro floris fit fructus membranaceus seu foliaceus veluti cordiformis. in cujus meditullio capsula pyriformis posita est, membranacea pariter, semine fæta ejusdem formæ. Gr. Πτελέα. Ejus semen *Samera* vocatur. Vermiculi crescentes in seminum folliculis κνῖπες dicuntur; Lat. quandoque *Culiones*, & *Culices*, ast quia culices ex aquis originem habent, ut Ephemera, non credo posse dici culices, sed muscæ erunt. Putatur dici, quia si viminibus salicis aut ulmi ligaveris, increscens vitis se ipsam præcidit. Quidam dici putant ab uligine, quia circa uliginosa loca crescit. Vel ab ὕλη materia, quia fabris lignariis materiem præbet. B. Olm-boom / Ypen-boom. G. Ulmen baum / Ilm / Lind bast / Rust baum / Iffen holtz. Gall. *Orme*, *ormeau.* A. Elm-tree.

Ulna, *Focile Majus.* Gr. Πηχὺς, Πρoπήχιον, est os inter brachium & carpum, parte superiori cum humero per γίγγλυμον articulatur: ideo habet ibidem processus & sinus. Processus sunt duo oblongi, & quasi triangulares, asperi, ut ligamenta articulum valide ambiant. Anterior & superior minor, qui coronoïdes appellatur humeri sinum subit: posterior crassior, amplior, gibbus, inæqualis, in obtusum angulum desinit, & humeri sinum posteriorem subit. Vocat *Galenus* Ὠλέκρανον, *Hippocrates* Ἀγκῶνα, Latini *Gibberum*; in medio horum est magnus sinus seu cavitas instar semicirculi, unde dicitur Σιγμοειδὴς, habet adhuc alium sinum lævem externum, lateralem pro radii capite. Parte inferiore abit in capitulum, in margine gibbum, lævi cartilagine obductum; connectitur cum carpo, tum per mediam cartilaginem, tum per processum acutum, ideoque styloidem dictum: unde ligamentum oritur, cubitum carpi articulo firmans. B. De Groote Elle-pyp.

G. Ellen bein/ Elle/ das Forderttheil am arm. Gall. *l'Os du Coude*. A. The Elbow.

Ulnaris Musculus, vide *Cubitæus*.

Ulomella, eſt totius membri integritas, ex οὖλος integer, & μέλος membrum.

Ulva, eſt herbæ paluſtris ſpecies: dicitur forte ab uliginoſis, ſeu aquoſis locis, in quibus reperitur. B. Zeemos/ Wier. G. Waſſer-moß. Gall. *Feuille de mer*. A. Sea graſſ, Sedge.

Umbella, eſt floris, ſeminisve pedamentum, in plures digeſtum longiores pediculos, qui ſimul ex faſtigio eodem orti, in latius continuo radiantur, ſingulique vel florem, vel ſemen ſuſtinent, in orbem circumactum. Græci hunc floris habitum σκιάδιον, Latini vero, quoniam umbellæ, qua mulieres vultum vindicant à ſole, & æſtum arcent, circinatam effigiem gerit, umbellam dixerunt.

Umbilicalis Funiculus, continet præter Urachum, raro penitus apertum, tria notabilia vaſa ſanguinea, ductu tortuoſo decurrentia, duas ſcilicet arterias, Venarum inſtar tenues, atque unam venam, cujus diameter ad minimum unius cujusque arteriæ duplum eſt; inſuper corpore ſpongioſo, quod ipſis tutum tranſitum præbet, componitur: hoc corpus ſpongioſum, ſubcartilagineum, ſatis mobile & non facile comprimendum, ſecundum plurimos anatomicos, duplici membrana conſtat, externa, quæ a panniculo adipoſo, interna, quæ a peritonæo ortum ducit; ſecundum alios vero ab epidermide, cute, & panniculo adipoſo: ſed D. *Rouhault* illum unica ſolummodo membrana tenui ſuccinctum eſſe invenit, ſub qua infinitarum cellularum compages ſe prodit, in quibus humor pellucidus, viſcoſus, quem *Warthon* gelatinam nominavit, magna copia reperitur; quo continuo affluente, hujus funiculi flexibilitas, quæ fætus motui obſequi debet, conſervatur, & a cujus majori minorive quantitate craſſities vel tenuitas hujus partis dependet; in hujus funiculi umbilicalis longitudine, quæ non ſemper eadem eſt, conſpiciuntur aliquot quaſi varices ſive veſiculæ ſanguine plenæ, nodorum ſimilitudinem habentes; *ex quorum copia*, inquit Harvæus, *obſtetrices de futuræ ſobolis numero divinare ſolent, & ſi nulli ejusmodi nodi adfuerint, ſteriles in poſterum fore pronuntiant puerperas: ex eorundem quoque ab invicem diſtantia de puerperiorum intervallo; & ex colorum*

varie-

varietate de sexus discrimine aniliter hariolantur: Natura eos non paravit, ut hac arte caveret, ne sanguis in fœtum confertim refluat, ut vult Harvæus: verum obstetrix, dum funiculum umbilicalem prehendit, eumque tanquam filum Ariadnæum ad placentam usque sequitur, ut tuto eam ab utero separare possit, variis eum in locis comprimit, eoque exprimit sanguinem e locis compressis, cogitque in minus compressa cedere quæ inde intumescunt: quapropter similes vesiculæ in arteriis umbilicalibus quoque inveniuntur, sed minores; poterunt simili modo oriri a vasorum umbilicalium contorsione: sic autem produci apparet, si vasa umbilicalia aqua, aliove idoneo liquore implentur; statim enim ita evanescunt, ut æque inani opera nodos in his vasis, quam in scirpo, quæri possunt: hujus funiculi crassities circum circa digitalis est, aliquando tamen tenuior, vel crassior. vid. Funiculus Umbilicalis; & vasa Umbilicalia.

UMBILICUS, Umbo, Ὀμφαλκὸς, Ῥίζα γαςρὸς *Aristoteli*, est umbo in medio abdominis situs, cui in fœtu intestinulum umbilicale conjungebatur, quod post partum abscinditur, unde exsiccatum post quintum diem sponte decidit, & cum integumentis concrescit. B. De Navel. G. Der Nabel. Gall *Le Nombril.* A. The Navel.

UMBILICUS, id in pomis est, quod in iis medium vel prominet, vel conditur. In floribus est media pars, unde stylus & stamina emergunt.

UMBILICUS MARINUS, est testaceum quiddam, planum, ab una parte rubrum, ab altera fuscum: habentur majora & minora. B. Zee-navel. G. Meerbonen. Gall. *Nombril Marin.* A. Sea-navel.

UMBILICUS TERRÆ, vide *Cyclamen.*

UMBILICUS VENERIS, & cæteræ herbæ, quæ umbilici nomen ferunt, dicuntur sic à foliorum similitudine cum umbilico humano.

UNCIA, est duodecima pars libræ medicinalis; continet unciæ drachmas octo. Gr. Ὀγκία. B. Een once/ twee lood. G. Eine untze/ zwey loth Gall. *Once.* A. Ounce.

UNCUS, idem quod *Hamus* & *Hamulus.*

UNDEMIA, idem quod *Oedemo.*

UNDOSUS PULSUS, est, in qua arteria tota simul non videtur attolli, sed inæqualiter, plus in una quam in alia parte, motu tamen continuato instar aquæ fluctuantis pro-

grediens. B. Golfagtige ader-flag. G. Der Wellen gleiche Puls.

Unedo, putatur esse Mespilus; quidam tamen illud nomen Arbuto attribuunt. Gr. Ἐπιμηλὶς, quæ etiam ab Italis rusticis vocatur *Unedo*, estque quasi Malus Sylvestris. Inde nomen habens quod plures edi non possunt.

Ungaricus Morbus, sive Hungaricus, est species febris Epidemicæ malignæ, plerumque cum nimio capitis dolore, delirio, aut angina periculosissima invadens, aliquando cum petechiis, sive maculis pulicaribus.

Unguentum, ab Unguere, est Medicamentum externum, quod consistentiam linimento paulo crassiorem habet, cui tamen purgantia, aliaque, ad curandos morbos internos sæpe admiscentur. vocatur etiam *Unguen* Plin. Gr. Ἄλειμμα & Ἄλειφαρ. B. Salf. G. Salbe. Gall. *Onguent*. A. Ointiment.

Unguiculi, idem quod *Alabastri*.

Unguis, Gr. Ὄνυξ, est pars corporis animalis flexilis, alba, dura, digitos ab externis injuriis defendens, & quodammodo exornans, eorum extremitati dorsali imposita; radix ejus ligamento cuidam jungitur, & ob vicinos adsitosque ei tendines, sensilis est. Constitui videtur, ex collectione minimarum fistularum, densè sibi invicem adhærentium & in longitudinem excurrentium. Ubi incipiunt, inveniuntur quaedam fibrae nervosae in modum papillarum elongatarum, quarum elongatae partes ad unguem usque conspiciuntur. Si autem vi abrumpantur, foramina diversa relinquuntur. Ita ut cornea unguium substantia retis figuram obtineat. Hisce accedit corpus papillosum ungui subjectum, una cum suis vasis excretoriis. Omni sensu per se caret, qui tamen intra eum, & circa ipsius radicem est exquisitissimus; mollis est in parte cute tecta, sed ubi nudus aëri exponitur, firmior & solidior; abscissa ex similis materiae penu continuo renascitur & anterius protruditur: apices unguium sunt, qui ultra carnem exseruntur, Ἀκρωνυχίαι sive Extremitates; partes quae praeciduntur, *Segmina unguium* dicuntur; partes sub ungue, Κρύπτα, pars alba & semilunaris radici proxima, Ἀνατολὴ, sive exortus, & Ἄργεμον ab albedine, ipsa initia eorum cuti adnata, Ῥιζώνυχες, unguium radices vocantur; latera Ῥᾶγες καὶ Κορυφαὶ, rima & vertices; anguli, Γωνίαι, maculae albae, Νεφέλια, nubeculae & cicatrices albae. B.

Na-

Nagelen. *Unguis* etiam dicitur *Pterygium*, oculi quoddam vitium, vide *Pterygium*. B. De Nagel. G. Ein Nagel an Händen und Füssen. Gall. *Ongle*. A. A Nail.

Unguis Odoratus, vide *Blatta Byzantia*.

Unguis os, est officulum tenue, planum, in cantho oculi majore situm, quod ad orbitae cavum constituendum concurrit, & sinum habet, qui in canalem nasalem ducit. B. Nagel-beentje / Traan-beentje. G. Nagel-beinlein / Thränen-beinlein.

Ungues, in rosis & foliatis floribus intellexerunt Veteres imas suorum foliorum partes, quibus in capite suo cohaerent, decoloresque dependent, vel unguis infima pars foliorum rosae alba appellatur.

Ungula, Ὄνυξ *Hippocr.* est uncinus seu hamus educendo mortuo fœtui comparatus. Embryorectes *Tertulliano*, dicitur lib. de Anima, nisi placeat eo loco reponere ex *Galeno* Ἐμβρυθλάστης, sic enim ille nominat, aut Ἐμβρυουλκός, qua voce *Hippocrates* utitur, à quo idem instrumentum etiam Ἑλκυστήρ, item Πιεστήρ, lib. de mulieribus, & Ἰχθύη dicitur. Gall. *Un Crochet*.

Ungula Caballina, est Tussilago seu Farfara: sic dicta sc. quod istius plantæ folia equinæ ungulæ persimilia sint. Vide *Tussilago*.

Ungula Oculi, idem quod *Pterygium*.

Unicornu, sæpè à Medicis maximoperè laudatur, verum, an detur tale animal, necdum demonstratum est, cum nonnulli de ejus existentia dubitent, alii tam variam ejus exhibent descriptionem, ut ab iis nunquam visum fuisse credere liceat: nuperrimè frustum dimidii spithami ostensum est, quod quia striis carebat, non videbatur mihi esse de dente piscis in Groenlandia *Narhval* dicti. Intus erat albi coloris & sine medulla. Sed si daretur, quis diceret, tantis viribus valere, ut ignota Medicorum turba clamitat: facile est credere non aliis virtutibus, quam cornu rhinocerotis, aut cornu cervi gaudere. Quod pro eo venditant, est dens alicujus piscis Groenlandici, *Narhval* dicti: Piscis iste in juventute duos habet dentes, quod illi mihi narrarunt, qui illas regiones frequentarunt, imo & stigma & locum sive foramen, in quo collocatus fuerat, vidi: cum adoleverit sinister excidit, & loculus evanescit, verum dens dexter, qui remanserat, ut esset pisci æquilibrium, non recta via enascitur, sed sinistram versus par-

tem magis ac magis inclinat. Asini cujusdam Africani cornu pro vero monocerote sæpe divenditur. Cornua illa, sive potius dentes, aliquando sex pedes superare vidi: albi sunt instar eboris sed cochleæ in modum striati. Gr. Μονοκερὸς. B. Eenhooren. G. Einhorn. Gall. *Unicorne*. A. Unicorn.

Unio seu Margarita aut Perla, est Gemmæ maritimæ quædam species, in ostreis, musculis & forte aliis conchis nascens. Ob vires insignes valde laudatur. Sed si res intimius inspiciatur, nihil aliud faciunt quam acidum temperare, uti & mater perlarum, & omnia conchilia faciunt. Vide *Margarita*.

Vola, est postbrachialis pars interna manuum, *Palma* dicta, Gr. Δῶρον, Κοῖλον χειρὸς, Θέναρ, Pind. Schol. Item vola est concavitas pedis, Gr. Κοτύλη, Κοῖλον ποδὸς. B. Het hol van de Voet / of de Palm van de Hand. G. Die höle am hand oder fuß. Gall. *La Paulme de la main*. A. The palme of the hand.

Volatica, idem quod *Lichen*.

Volatilia, sunt, quæ ad minimum calorem facile avolant, & in destillatione vel sublimatione ante ipsam partem aquosam aufugiunt, uti sunt omnes spiritus & salia volatilia, Mercurius, &c.

Volsella, seu Vulsella, & Acantabolus, Gr. Μαδιστηριὸν, Τριχολαβὶς, Τριχολάβιον, est instrumentum, quo pilos prehensos radicitus è corpore exstirpant; seu forceps Chirurgica, quæ pro vario usu varia forma est. B. Een Hair-trekker / Nyp-tang / Hoorn-tang. G. Kornzänglein / Rupffzänglein. Gall. *Pincettes*. A. A Paire of Pincers.

Volva, est species fungi, ovi vitellum referens: volva dicitur, ceu in ovo est Luteum, Italis *Boloccioli* & *Ovole* dicuntur, quod ovorum vitellum referant.

Volubilis, dicitur planta, quæ sub Smilacis nomine venit, cujus sunt variæ species: à circumvolvendo ergo nomen habet, quod juxta crescentibus plantis, stipitibus, &c. circumvolvendo adhæret.

Volvulus, vide *Iliaca Passio*.

Vomer, est os impar, distinctum ab ethmoide, partem septi narium constituens.

Vomica, est tuberculum in Pulmone natum p. n. membranâ propriâ inclusum, pure plenum: ortum a quacunque

que cauſa partem pulmonis prius inflammante, dein ſuppurante, ſed tamen ita, ut in membrana quadam, quæ ſimul creſcit ac extenditur, contineatur, nec ſputo excernatur; aliquando in initio ita latet, ut nihil fere doloris aut moleſtiæ percipiatur, nec tuſſim nec febrem inducat; poſtea vero cum ſenſim aucta, vaſa aërea pulmonis anguſtando reſpirationem difficiliorem facit; vaſa Sanguifera vicina comprimit, quin ſanguini præterfluenti effluvia ſua imprimit, proinde febricula, cum inquietudine & marcore ſuccedit, tandem illa ad plenitudinem aggeſta & diuturna concoctione in pus ſincerum maturata, cyſtin ſeu nidum diſrumpens vel ſolvens, pus ſacculo incluſum, vel quod frequentius eſt, ſolum ejicitur ſive per aſperam arteriam, & tunc æger præ copia puris ſæpe ilico ſuffocatur, ſive in cavum thoracis. B. Longe zweer. G. Lungen Geſchwär / Eiterbeule. Gall. *Vomique*; *Abcés dans le Poulmon.* A. Impoſtume of the lights.

Vomitorium, eſt Medicamentum internum, cujus vehementi irritatione materia in ſtomacho contenta, violento motu per gulam in os & ex eo ejicitur, adeoque motus periſtalticus plane invertitur, vide quid de *vomitu* mox dicetur. Vide *Emetica*. Gr. Ἐμετικόν. B. Een Braakdrankje. G. Ein ſpey Tranck / artzney / darvon man ſich brechen muß. Gall. *Un Emetique*, *Vomitif.* A. A Vomiting Drinke.

Vomitus, Gr. Ἔμετος, ab Ἐμέω vomo. Eſt ventriculi & œſophagi & muſculorum abdominalium convulſivus motus, quo verſus ſuperiora contrahitur ventriculus, Pyloro occluſo & fundo ac lateribus in ſe coactis verſus ſiniſtrum orificium, & compreſſis omnibus vi muſculorum abdominalium, unde per partes convulſo etiam œſophago ab imo ad fauces, contenta, ſi quæ ſint in cavitate, expelluntur in os & ultra; Hinc Anxietas, Dolor in cordis & ventris regione, Reſpiratio nonnihil eſt impedita, facies rubet & tumet ſæpe, caput diſtenditur, labia tremunt, ſudor exprimitur, ſi vomitus diu durat, & identidem repetit, ut ſolet: nam convulſio hæc per vices repetit, unde contentorum ejectio una vice major, altera minor eſt; neque enim Reſpiratio concedit diuturnam convulſionem, & quaſi Tetanum, ſed ſurſum actus ventriculus ab Inſpiratione aliiſque cauſis, brevi deorſum urgetur, licet mox revertantur convulſiones, quæ rurſum remit-

mittunt: atque in tali viciſſitudine vomitus fit. Diſtinguitur in Idiopathicum, Sympathicum, criticum, ſymptomaticum: & familiaris eſt illis, quibus ſyſtema nervoſum mobile, oriturque ab Ebrietate, Faſtidio, cibis vel potibus acribus, venenis, Emeticis, Catharticis, in gravidis, vulneribus cerebri, tuſſi, paſſione hyſterica, turbato ſpirituum nervoſorum motu, viſcerum inflammatione, eorumque dolore, ut in colica, ileo, nephritide, Febribus, &c. Eſtque vel rei ingeſtæ, ſanguinis, qui tunc ſubniger eſt & grumoſus, quo ab hæmoptyſi diſtinguitur; nec inmediate ex ventriculi vaſis proficiſcitur, ſed potius ex alio viſcere, vel inteſtinis tenuibus, eo defertur, &c. B. Braking / Spouwing / Geubeling. G. Das erbrechen / ubergeben / speyen. Gall. *Vomiſſement.* A. Vomiting, Caſting, Spewing.

Vopiscus, dicitur is, qui ex duobus conceptibus, uno abortu excluſo, ad partum legitimum reducitur.

Urachus, eſt canalis in fœtibus exilis, membranoſus, figuræ depreſſæ, craſſitiei circiter acus textoriæ, coloris placenta obſcurioris, a fundo veſicæ exeuns, transeuns infra amnion, recta usque ad cervicem allantoidis, pervius, vel ſaltem tranſitum urinæ permittens, intra aliquot dierum ſpatium, ex ſubſtantia mucoſa in veram membranam mutatus: eſt verus ductus urinarius, transmittit enim ex veſica in Allantoidem urinam a ſola veſica fætus in Utero hærentis per tantum temporis ſpatium non retinendam; hic vero poſt fœtus editionem in ſubſtantiam ligamentoſam faceſſit, & veſicæ pro ſuſpenſorio cedit. Conjungitur umbilico & veſicæ fundo. Hunc vero in brutis quidem, ſed in homine minime reperiri, nonnulli aſſerunt. Græc. οὐραχός. B. Water-vat / blaas-band. G. Der Blasen-band oder Schnur. Gall. *Urache.* A. Urinary paſſagie, urakus.

Urania, eſt Iridum nomen, à colore & figura Iridis cæleſtis: οὐρανὸς enim cœlum eſt.

Urceolaris, & Urceola, vocatur Parietaria, quod detergendis Urceolis vitreis polleat. Vide *Helxine.*

Urentia, vide *Pyrotica.*

Ureter, eſt vas fiſtuloſum & membranoſum ab utroque rene emiſſum, ex ejus pelvi oriundum, fere conicum, ut plurimum inæquale, ſcilicet in diverſis locis anguſtius; conſtatque tribus membranis; externa eſt proles peritonæi, media eſt muſcularis, fibris motricibus prædita, tertia & in-

intima similis est membranæ vesicæ interiori, effunditque materiam lubricantem, sensili huic parti demulcendæ valde idoneam: hic canalis in statu sano nullam præternaturalem extensionem passus valde angustus est, unde fit ut sibi commissus ob tunicam muscularem fere clausus existat, donec materia secreta in pelvim continuo stillans sensimque augescens, ad superandam vim contractilem satis virium acquirat; unde liquor secretus non ilico ex pelvi effluere potest, quod in hunc finem factum videtur, ne liquor ipso momento, quo in pelvim stillat, effluat, sed ibidem continuo adsit, ut papillarum oscula hunc liquorem stillantium humectet, & impediat, ne præ siccitate concrescant, alias de Urinæ secretione brevi actum esset, hinc liquor hic in pelvi retardatus instar balnei fovet, & humectat, papillas suis osculis in pelvim hiantes a concretione præservat: hæc fistula, ut ad vesicam, in quam terminatur, perveniat, utitur primo recto, mox vero ad anteriora flexo itinere, sub peritonæi lamella decurrens, in posteriorem vesicæ partem, duorum digitorum ab alterius renis inserto uretere, uti & a cervice distantia; ergo in talem locum, ubi mutationibus vesicæ modo plenæ, modo vacuæ minime obnoxius est, inseritur: tunc oblique deorsum inter tunicas vesicæ spatio parvi digiti procedit, & ibi intima vesicæ membrana penetrata suam urinam infundit: hæc mirabilis insertio nullo operculo vel valvula prædita, retrogressum urinæ ex vesica in ureterem omnino impedire valet, oblique intra vesicæ membranas se aperiens; unde urina à renibus vesicæ traditur: multis gaudet arteriis & venis; nervisque qui a plexu renali & lumborum oriuntur. Vena alba *Celso* dicitur, ab οὖρον urina. B. Een Pis-leider/ Pis-buis. G. Harn-gänge/ Harn aderen. Gall. *l'Urethere.* A. Urine-pipp, the ureter, urinary Passage.

Urethra, vel Fistula, Gr. Οὐρηχὸς, Οὐρήθρα, Πόρος Οὐρητικὸς, est meatus urinarius, quo ex vesica per penem, vel vulvam sive pudendum muliebre, urina excernitur. Item, inservit seminis ejectioni. In initio suo per duo foramina vesiculæ seminales, quum opus fuerit, se exonerant, iisque prostatæ glandulosæ, etiam plurimis foraminibus circumsistunt, quibus caruncula apponitur: Canalis est miræ structuræ; constat binis membranis, ubi primo prodit ex vesica, cujus protractio tantum videtur, sed his deinde interponitur corpus cavernosum sive fungosum, quod

quod inter binas has lamellas decurrit, ad latera ſenſibilius quam in medio, inter finem proſtatæ & unionem corporum cavernoſorum eſt craſſiſſimum, dein toto decurſu gracilius, ad anteriora penis craſſeſcit, & extrorſum flexum, linquit in medio apertum os urethræ, in glande, deinde vero conſtituit ſuperficiem exteriorem ſpongioſam glandis, terminatam in eminenti ejus fimbria circa nexum præputii; in cavum ſuæ fiſtulæ recipit emiſſaria obliqua ex glandulis Cowperianis, confectum humorem blandum præcipue flaccido veretro dimittentia in uſus neceſſarios ſuperficiei interiori urethræ; tum & plurima hic patent oſcula majora, minora, hæc fines ſunt canaliculorum ſub urethræ membrana, eructantes humorem blandum, quo lubricatur meatus, & a concretione defenditur: urethræ progreſſus non eſt rectus, ſed ſingulari modo progreditur, inprimis in viris, ubi per anfractus deſcendit, aſſurgit, incurvatur, deſcendit; & variis ſui decurſus locis in latitudine ſua etiam variat; ab οὖρον urina, vel οὐρέω urinam reddo. B. De Pisgang/ de ſchaft. G. Harn-röhr. Gall. *l'Urethre*, *Conduit de l'Urine*. A. The urinary Paſſage.

Uretica, idem quod *Diuretica*.

Urina, eſt magna Veterum menſura, continens vini quadraginta libras, & triginta quinque olei circiter.

Urina, vide *Uron*.

Urina Pericardii, vide *Aqua Pericardii*.

Urinalis Herba, dicitur *Linaria*, quia urinam pellit ſic vocatur.

Urinaria Fistula, idem quod *Urethra*.

Urinosa, ſunt Medicamenta Urinam pellentia, ut ſpir. Urinæ, ſalis armon. &c. ea poros cerebri dilatant & excitant, unde in affectibus comatoſis laudatiſſima ſunt.

Urocrisis, idem quod *Urocritica*.

Urocriterium, eſt judicium de urina, ex οὖρον urina, & κρίνω judico.

Urocritica, ſunt ſigna quæ ex urinis obſervantur, ex οὖρον urina, & κρίνω judico.

Uromantes, eſt qui ex urinis aliquid divinare valet, ex οὖρον urina, & μάντις vates.

Uromantia, vide *Urocriterium*.

Uron, *Urina*, *Lotium*, Οὖρον & Οὔρημα, eſt excrementum ſeroſum à ſanguine in renibus, cum multo ſale, pauco ſulphure, terra, & ſpiritu ſeparatum, per tubulos urini-

uriniferos in papillas renales, & ex iis in pelvim effusum, inde per ureteres ad vesicam delatum, in qua servatur, donec quantitate vel acrimonia sensum molestiæ excitans convenienti tempore & loco excernatur, Medico inspiciendum, quoniam ex eo de morbis judicare licet, ab οὐρέω urinam reddo. B. De Pis. G. Der Harn/ Brunß/ wasser. Gall. *Urine*, *Pissat*. A. Urine, Pisse.

Uroscopia, est urinæ inspectio, ab οὖρον urina, & σκοπέω inspicio.

Uroscopium, idem quod *Matracium*.

Urtica, est planta, quæ habet caules plus minusve altos, quadratos, rigidos, lanuginem pungentem habentes, excavatos, ramosos: folia in caule bina opposita, oblonga, plus minusve ampla, Melissam referentia, acuta, in margine incisa, spiculis urentibus obsita: flos est apetalus, stamineus, mas, calici tetrapetaloïdi, cruciformi insidens ut plurimum; in medio caliculi habens stamina aliquando quatuor, quandoque plura; testiculi in foliacea plana dissiliunt: fructus plerumque in planta non florifera fit vel capsula bivalvis, semine fæta, & aliquando in globulos congesta, vel volsella semen comprehendens, tuba filamentosa instructa, & caliculo, sed & ovaria in planta mare inveniuntur: unde fiunt urticæ mares, fæminæ & hermaphroditæ: radix fibrosa, repens, coloris flavescentis; plures dantur urticæ species, maxima, minor, & Romana sive mas cum globulis: planta hæc dicitur ab urendo, quod pruritum pustulasque igni similes excitet. Gr. Ἀκαλήφη ab α priv. καλὴ & ἁφὴ, quia non bona tactu, & pruriginem excitet. Item Κνίδη vocatur, à κνίζειν quod vellicet, pungat, a suo morsu sensum lacessat. B. Netelen. G. Nessel/ Brenn-nessel. Gall. *Grande Ortie*, *Ortie Romaine*. A. Nettles.

Urticatio, est Operatio Chirurgica, qua membra corporis urticis recentibus percutiuntur, ad calorem nempe revocandum.

Usnea, est muscus ossibus vel arboribus adnascens. Propriè tamen sumitur pro musco calvariis humanis increscente, est vox Arabica. B. Mosch. G. Moß. Gall. *Usnée humaine*, *ou des plantes*. A. Mosse.

Ustilago, ab urendo dicitur. Vide *Rubigo*.

Ustio, est, quando res in cineres rediguntur, ut arte salis ex vegetabilibus elixiviatio fiat. Vel ut res melius in

in pulverem redigantur, uti fit in cornu cervino calcinando. *Ustio* Chirurgis quoque familiaris, quando cauteriis utunt. B. Brandung G. Verbrennung. Gall. *Brulure, ou action de bruler*. A. Burning.

Uteri Ligamenta, vide *Ligamenta Uteri*.

Uterina, in genere sunt, quæ uteri morbis medentur, hinc non tantum emmenagoga, sed nimium etiam mensium fluxum compescentia.

Uteri Osculum, vide *Osculum Uteri*.

Uteri Procidentia, vide *Procidentia Uteri*.

Uterus, *Loci*, *Matrix*, Gr. Δελφὺς, Ὑστέρα, Νηδὺς Hesiod. & *Homer*. Γονὴ Hippocr. Μήτρα, Ἀγγεῖον κυητήριον Galeno. Est pars organica in abdominis inferiori parte, pelvi dictâ, mulierum sita, quæ in fundum, collum & vaginam dividitur. Ligamenta duo lata & totidem teretia habet. Cingitur exterius tunica satis valida, qua propago est peritonei, cujus ope vicinis partibus adnectitur. Substantiam obtinet nervosam & fibrosam; crassities variat pro ætate, & tempore gestationis fœtus: in recens natis vix drachmam pendens, in maturæ ætatis fœminis ultra duas uncias. Intus in fundo osculum habet, ex cujus cavitate menses profluunt, in quo & conceptio & generatio contingit: anterius vesicam habet, posterius intestinum rectum, quæ ipsi instar pulvinarium inserviunt, ut a duritie ossium, quæ cavitatem pelvis efformant, lædi non possit; & sic homo inter stercus & urinam nascitur. Vasa accipit numerosissima, tam arteriosa, quam venosa, ex spermaticis, hypogastricis & iliacis, quæ ad ejus fundum & latera, innumerabilis ramificationibus, tortuoso flexu decurrunt, & copiosis anastomosibus inter se junguntur. B. De Baar-moeder / de Lyf-moeder. G. Der leib / der mutter / die bärmutter. Gall. *La Matrice*. A. The Wombe, Matrixe.

Uva, idem quod *Cion*.

Uva Crispa, frutex est: volunt dici ab intortis, fereque in circulum versis, (*Crispam* alii vocant) foliis & acinis quos producit. Latinius fortè *Uva Intorta* nuncuparetur. B. Kruis-bezie-boom / Stekel-bezien / Kroesbezien / Knoezelen. G. Kreeß-beer / Krusel-beer / Kloster-beer / Krausel beer / Stechel beer. Gall. *Groseilles*. A. Gooseberry.

Uvea Tunica, dicitur & *Uviformis*, vide *Rhagoides*.

Uvea

UVEA MEMBRANA, ACINIFORMIS TUNICA, five CHOROIDES, eſt hæc tunica poſterius oriunda a pia matre Nervi optici, & bulbum oculi ambiens immediate ſub Sclerotica, anterius ubi illa pellucida Corneam facit, ab ea reflectitur intus paulum, & perforatur aperturâ pupillâ dicta, quæ ope muſcularium longitudinalium & circularium fibrarum Iridis contrahi & dilatari poteſt. B. Druifbezie-vlies. G. Das Trauben Häutlein. Gall. *l'Uvée.* A. The Grapelike membrane.

UVULARIA, vide *Laurus Alexandrina.*

VULNERARIA, vide *Traumatica.*

VULNERARIA, eſt planta, quæ habet caules pedem altos, tenues, rotundos, villoſos, aliquantulum rubicundos, incurvatos: folia bina, coſtæ adhærentia, Galegam referentia, ſed magis medulloſa, in parte inferiore villoſa, in ſuperiore albeſcentia, flaveſcentia, viridia, ſaporis dulcis, ſubacris: flores in ſummitate ramorum creſcentes in umbellam diſpoſiti, leguminoſi, flavi: calix tubulatus, turgidulus, lanuginoſus, coloris argentei: flori ſuccedit ſiliqua brevis, fœta ſemine ſubrotundo, in calice membranaceo floris recondita: radix longa, recta, lignoſa, nigricans, ſaporis leguminoſi: hæc planta creſcit in montibus. Gall. *Vulneraire.*

VULNUS, à *Vellendo* dictum, utpote vulnerata membra in contrarias quaſi partes dividens & divellens, definitur ſolutio continui, externo aliquo inſtrumento, ſcindente &c. recens in parte facta, cum cutis apertione: eſtque varium, tam ratione loci & partis affectæ, unde aliud nervi eſt, aliud carnis: quam inſtrumenti infligentis, unde ſi ab aliquo acuto cæſim illud fiat, *Sectio* vel *Incifio*, ſi vero ab acuto punctim fiat, punctura, vel punctio dicitur: abſolute lethale, vel caſu & neglectu ægri vel Chirurgi, vel ſanabile. Gr. Τραῦμα & Τρῶμα. B. Een wonde. G. Ein Wunden. Gall. *Playe.* A. A Wound, à Hurt.

VULSELLA, vide *Volſella.*

VULTUS, idem quod *Facies.*

VULVA, eſt *Pudendum Muliebre*, ſive foramen majus dicitur, infra os pubis poſitum, vide *Cunnus.*

VULVA CEREBRI, eſt fovea quædam, inter eminentias cerebri, oblonga.

UVULA, vide *Cion.*

UVULÆ CASUS, vide *Cion.*

X.

X. ξ. in quibusdam scriptis Medicis denotat unciam.

Xanthium, est planta, quæ habet caulem sesquipedem altum, angulosum, villosum, punctis rubris notatum, ramosum, in latum se extendentem: folia Bardanæ, sed minora, viridia, in margine incisa leviter, saporis acris & aromatici: flores sunt flosculosi: fructus oblongus, aculeatus, vestibus adhærens, in duos acutos, rigidosque mucrones desinens, qui distinctis loculis duobus totidem grana oblonga condit: radix parva, alba, fibris satis crassis instructa: hæc planta crescit contra parietes, & in paludosis locis exsiccatis. B. Kleine klitten. G. Klein kletten/ Bettlerlause. Gall. *Petit Glouteron.* A. Burdock the less. est Lappa minor seu Lappa inversa, sic dictum quod ξανθὰς, hoc est, flavos capillos faciat.

Xenexton, idem quod *Zenechdon.*

Xeraphium, est Medicamentum adversus capitis & menti exanthemata utile.

Xerasia, est capillorum vitium, quando lanuginis instar apparent, & velut pulvere conspersi. Inter species Alopeciæ referri debet.

Xerocollyrion, est collyrium siccum.

Xeromyrum, est unguentum desiccans, sive compositio ex aromatis, pro suffitu, amuletis &c. constans, utimur quoque adversus fætorem axillarem.

Xeropthalmia, est arida & sicca lippitudo, ex ξηρὸς aridus, & ὀφθαλμία oculorum dolor. B. Drooge oog-ontsteeking/ Droogjeukende Oogen. G. Ein trockener Augenfluß/ da sie allein roht sind.

Xerotes, est sicca corporis dispositio, à ξηραίνω sicco.

Xiphium, sive Gladiolus, est Juncus floridus, à foliorum similitudine dictus, à ξίφος gladius, habet folia longa, lata, mollia, coloris viridis, pallidi, aut albescentis: flos & fructus sunt Iridis: radix bulbosa, externe nigricans, interne alba, saporis dulcis: crescit hæc planta in regionibus calidis ut in Hispania.

Xiphoides, est cartilago pectoris mucronata, inferius sterno adhærens, ipso tenuior & flexilior, in acumen ex

ex lato abiens, adeoque ensi similis, ex ξίφος ensis, & εἶδος forma.

Xylagium, est lignum sanctum.

Xyloaloes, est lignum Aloës, vide *Agallochum*. B. Paradys hout. G. Paradeis/ oder Aloes holtz. Gall. *Du Bois d'Aloes*. A. Aloes Tree.

Xylobalsamum, est frutex vel sarmentum aut surculus Balsami. Amputabatur enim ab incolis, & vendebatur propterea, quod eo decocto in unguentis vice Opobalsami multi uterentur; etiamsi ex toto Balsamo minima illi inesset odoris gratia. Vide *Balsamum*.

Xylocassia, sive Cassia Lignea, vide *Cinamomum*.

Xylon, est Gossipium. Barbaris & Arabibus *Cotum* & *Bombax* seu *Bombasum*. Linum ejus *Cotonium* vulgo vocatur, sicut lanugo ipsa *Cotonum*, ab hujus generis planta *Vestes Xylinæ*, & *Lina Xylina* nominata sunt. Jurisconsulti *Lanam* hanc *Ligneam*, nuncupant, ξύλον enim lignum est. Vide *Gossipium*.

Xylosteum, est Arbuscula, Periclymeno satis similis, habens caules mediocriter crassos: lignum est album; rami rotundi, corticem initio rubicundum postea albescentem habentes: folia sunt oblonga, mollia, viridia, albescentia, aliquantulum lanuginosa; pedunculi finis format calicem constantem binis foliolis majoribus, quatuorque brevioribus; quorum duo hinc inde majoribus interponuntur: calici huic gemina ovaria innascuntur rotunda, in apice suo coronata caliculo quinquefido, emittuntque ex centro sui fastigii tubam longam, apice globoso donatam: flos apici ovarii, intra calicem innatus, monopetalus, oblongus, tubulosus, campaniformis, quinquefidus, expansus, quinque staminibus ex pariete interno tubulosæ partis floris enatis præditus: flori succedunt baccæ gemellæ, molles, semineque fætæ compresso & subrotundo; hæc Arbuscula crescit in montibus & sylvis, quasi lignum osseum, est cerasus canina, ex ξύλον lignum, & ὀστέον os. B. Honds-kerssen. G. Hunds Kirschen baum.

Xymphysis, idem quod *Symphysis*.

Xyntasis, idem quod *Syntasis*.

Xyris, quasi rasorium cultrum; sic appellantur folia Gladioli, ob rasorii vel ensis figuram, à ξυρῶ rado.

Xyster, est scalprum rasorium, radendis ossibus aptum, à ξύω rado.

Z.

Z. Olim significabat *Sescunciam*, plerisque octavam unciæ partem, si *Denarium*, hoc est *Drachmam*, vel *Semisicilicum*; ex veteri quadam ænea tabella constat *Duellam* fuisse, quæ tertiæ unciæ pars octonis scrupulis terminatur.

Zaphara, vel Zaffera, est materia mineralis ex *Bismutho*, ad *Smaltha* vel *Amausa* pertinens, quæ tingit vitrum cæruleo colore, unde figuli utuntur ad tincturam cæruleam vasis obducendam.

Zarathan, species est Cancri mammas occupantis, unde vocatur *Cancer spurius:* proprie enim est tumor durus, tactui inæqualis ob scabrosa cacumina, & valles, dolorem comitem habens nunc remittentem, nunc vero exacerbatum, & ardorem molestum nonnunquam simul; videtur itaque hoc nomine indigitari Cancer mammarum quidem verus, ast non exulceratus, in quo interdum dolor percipitur, quando nimirum materia stagnans à causâ quacumque resolvitur in ichorem, acris fit, & de novo partem nondum mortuam aggreditur & exedit. dum vero illam prius inflammat, ardoris sensum excitat.

Zarsa Parilla, est Smilacis asperæ species, à similitudine nomen accepit, quam cum Smilace aspera habet, quæ Hispanis *Zarca-parilla* dicitur, quæ Rubus Viticula dicitur. *Zarsa* enim iis est Rubus, *Parra* vero vitis, *Parilla Viticula.*

Zea, Gr. ζεά & ζειά, vocatur etiam *Spelta* Italis: Latinis *Semen*, idque à præstantia frugis appellarunt: dictum quoque ab Homero ζείδωρον ἄρουραν, alii derivant, ἀπὸ τοῦ ζῆν quod vitam sustentat: nonnulli à ζέω ferveo, quod dum solis fervescit vi, mortalibus donet omnia: *Quibusdam* à B. Zieden. B. Spelt. G. Dinckel-korn / Speltz. Vide *Spelta.*

Zedoaria, est radix è China & extremis Indiæ finibus allata, quæ est tuberosa, brevis, compressa, foris cinerea, intus candida, quando cortex exterior est detractus, paucis fibris intertexta, saporis amaricantis aromatici, odoris fragrantis, ad camphoram aliquantum accedentis: folia

lia ad Curcumæ folia accedunt, suntque palmæ magnitudine; fert florem in peculiari spica ut Galanga, quos flores sequuntur loculamenta terna. Habetur *Longa* & *Rotunda*, quæ promiscue usuales. Item *Tuberosa Nigricans* & *Geiduar* minus usitatæ. Priores species externè cinerei coloris, intus vero fusci sunt. Odor & sapor aromaticus valde & acris. Quoad vires non differunt, dicitur & *Zerumbet Serapionis*, & à quibusdam *Anthora*. B. Zedoar. G. Zittwan. Gall. *Zedoaire*, *Gingembre Sauvage*. A. Zedoary, Setwal.

ZENECHDON seu ZENEXTON, est vox arabica, & idem est, ac si dicerem *Diarsenicum*, seu compositio ex arsenico, arsenicum enim cum Arabum *Arsenes*, *Zenech* & *Zene* idem sonat: per aphæresin, senium pro Arsenicum, Zenech pro *Arsenech*; & sic *Zenechdon*, pro diazenech dicitur. Idem quod amuletum.

ZENEXTON, idem quod *Zenechdon*.

ZENICON, Gr. ζενικὸν, sic appellatur Venenum, quo olim utebantur venatores Celti Galli, quibus tum audiebat *Venenum cervarium*, quod tam præsentis erat virtutis, ut quamprimum cervus vel animal sagittâ hoc lurido veneno tincta læderetur, concideret, & confestim accurrere venatores necesse habuerint, ne virus illud penitus per totum corpus dispergeretur; carnemque circum adjacentem telo exciderint; quam effodere solebant circunquaque circa vulnus ad spithami latitudinem, ut tuti essent a veneno; hoc experimento itaque clare evincebant, quod loca in corpore humano à venenatis animalibus læsa illico largiter undiquaque exscissa, non habeant venenum tam cito dispersum, ac proinde hoc modo optime curabilia sint: Veneni hujus antipharmacum dicuntur esse *folia Querci* vel *Fagi*, aut *Coracina* applicata illico locis vulneratis.

ZEOPYRON, est frumenti species inter Zeam, & πυρὸν sive Triticum.

ZERNA, idem quod *Lichen*.

ZIBETHUM, est liquor pinguis felis zibethicæ, vesiculis glandulosis, intra penem & testes collocatis, emanans, qui premendo exprimitur & colligitur; & quod hic videntur esse vesiculæ zibethicæ, easdem in Castore Castoreum dicerem: liquor hic gravis est odoris, nisi adsit pauca quantitas. Dicitur & *Civetta* & *Zibetta*. B. Civet. G. Zibeth. Gall. *Civette*. A. Civet.

ZINGIBER, radix est tuberosa, ramosa, brevis, & paululum compressa, pallida, fibris crebrioribus dotata, saporis aromatici acerrimi fervidi, instar Piperis, odoris aliquantulum fragrantis, geniculatis repit internodiis; singulis annis folia habet Iridis, aut Gladioli in modum, crescit copiose in India Orientali, unde & ad nos portatur; variæ sunt species Zinziberis, quæ tantum differunt ratione fibrarum, quo vero plures fibræ, eo ignobilius, quo pauciores, eo præstantius: est radix plantæ, quæ habet folia Cannacori: flos in scapo singulari, pentapetalus, difformis, quasi bilabiatus, insidens ovario trigono, triloculari: radix colligitur foliis plantæ arescentibus, & postmodum ad solis ardorem aut in fornacibus exsiccatur: a quibusdam luto, creta, aut rubrica obducitur, ut eo melius præservetur, hinc prostabat Zingiber album & rubrum ita dictum, non quod sint duæ distinctæ species, sed tantum coloris externi ab aspersa creta vel rubrica provenientis ratione. Dicitur quoque *Zinziber*, *Gingiber*. B. Gember. G. Jmber / Jngwer. Gall. *Gingembre*. A. Ginger.

ZIRBUS, Arab. idem quod *Omentum*.

ZIZANIA, Lat. *Lolium* Gr. quoque αἶρα, & ζιζάνιον, est frumenti vitium; derivatur itaque nomen à σῖτος & ἱζάνειν quod frumento insideat.

ZIZIPHA, idem quod *Jujube*. Vide *Zizypha*.

ZIZYPHA, ZIZYPHUS & ZIZIPHUS, est Jujubarum arbor: cujus truncus est tortuosus, instructus cortice aspero, inæquali, striato; rami duri, spinosi: folia sunt oblonga, aliquantulum dura, obtusa, coloris viridis, splendentis, leviter in margine incisa: calix monophyllus, quinquefidus: flos est rosaceus, pentapetalus, staminibus multis præditus: ovarium in fundo calicis instructum tuba longa, donata apice globoso, fit fructus olivæ magnitudine, callo pulvinato, minus spisso, ficciore, condens officulum rugis minus profundis ornatum, in quo nucleus plerumque unus, utrinque acuminatus, inclusus pulpæ molli, fungosæ, saporis mellei & vinosi: ex Barbaricis tractibus in Italiam translata est: Italis *Susine*, unde procul omni dubio *Zizyphus* derivari debet. vide *Jujubæ*.

ZONA, à ζωννύω cingo, est ea pars corporis, qua cingimur. Item Herpetis seu Erysipelatis species, tantum eo loci quo corpus cingitur. B. De Rode omloop. G. Der feurige umblauff. Gall. *Zone*. A. Idem.

Zoogonia, est animalium perfectorum generatio, qua vivi fœtus excluduntur, ex ζῶον animal, & γονὴ genitura.

Zootomia, est animalium artificiosa sectio, ex ζῶον, animal, & τέμνω seco.

Zopissa, vide *Pix*.

Zotica, est facultas vitalis, à ζάω vivo.

Zurumbeth & Zerubeth, est species Zedoariæ, quæ radicem habet rotundam & globosam, & affertur cum Zedoaria Longa. Vide *Zedoaria*.

Zygoma, est os jugale circa tempora situm, malam ab una parte constituens; ac partim a processu ossis Temporum, partim a primo osse maxillæ superioris compositum, & prominens ac extans extra os Temporum. à ζυγὸς jugum. B. Het jok-been. G. Das Joch-bein. Gall. *Le Zygoma*. A. Yoke bone.

Zygomatici Musculi, a Cl. *Albino* duo recensentur: *minor*, oriens a priori parte lateris externi ossis Jugalis, & in labium superius descendens; & *major*, qui ab externo latere ejusdem ossis, paulo supra hujus marginem inferiorem inchoans, in Depressorem oris abit.

Zythogala, idem quod *Possetum*.

Ὑψίστῳ μόνῳ δόξα κλέος τῷ Θεῷ.

AUTHORES,

Qui huic Lexico partem contulerunt.

Abenzoar.
Acta Societ. Regiæ in Anglia.
—— — in Gallia.
Ægineta.
Agellius.
Agricola.
Albinus, Bern. Siegf.
Ammonius.
Arantius.
Aretæus.
Aristoteles.
Asellius.
Athenæus.
Averrhoës.
Avicenna.
Back (de).
Barbette.
Bartholinus, Casp.
Bartholinus, Th.
Barckhausen.
Bauhinus.
Beguinus.
Beverovicius.
Bils, L. de.
Bidloo.
Blasius.
Boeclerus in Hermannum.
Boerhaave.
Bontius.
Boyleus.
Breynius.
Bruno, Pancratius.
Budæus.
Calepinus.
Cardanus.
Cartes (des).
Cassianus.
Castellus.
Castro. à
Celsus.
Charleton.
Cicero.
Columbus.
Columella.
Clusius, C.
Coles dictionari.
Comelini Cat. Plant.
Conringius.
Cordus.
Crollius.
Daleus.
Deusingius.
Diemerbroekius.
Dodonæus.
Entius.
Ephem. Germ.
Erotianus.
Euripides.
Eustachius.
Fabricius ab Aquapendente, Hieron.
—— -- Hildanus. Guill.
Fallopius.
Fannius.
Fernelius.
Fœsius.
Fontanus.
Forestus.
Fuchsius.
Galenus.
Gemma.
Glissonius.
Geoffroy.
Gorrhæus.
Gorter.

Graaf.

AUTHORES.

FINIS OPERIS.

AAN-

CHARACTERES
qui apud medicos authores vulgo occurrunt.

Acetum	🜊
Acetum Destillatum	✳
Aër	🜁
Æs, cruprum, venus	♀
Æs ustum	🜨
Alcohol vini	ˢ🜁
Alembicum	XX
Alumen	○
Amalgama	āāā
Ana	an. ā. āā.
Antimonium seu Stibium	♁
Aqua Destillata	🜄
Aqua Fortis	🜅
Aqua pluvialis	🜄P
Aqua Regia	🜆
Aqua Vitæ	🜉
Arena	∴
Argentum Luna	☾
Argentum Vivum	☿
Arsenicum	o‒o
Auripig mentum	o═o
Aurum sive sol	☉

Balneum arenosum	AB
Balneum Mariæ vel Maris	MB. BM.
Balneum Vaporosum	VB
Borax	🝫 ☞
Calx	C
Calx viva	♆
Cancer	♋
Caput mortuum	☠
Chalybs vel ferrum & Mars	♂
Cineres	🝗
Cineres clavellati	🝘
Cinnabaris	🜍
Cornu cervi	CC.
Cornu cervi ustum	C.C.V.
Crocus martis	🜞
Crocus veneris	🜟
Cucurbita	🝪 🝩
Crucibulum	🝧 🝨
Cuprum, æs vel Venus	♀
Destillare	🝫
Dies	🝯
Dies & Nox	🝱
Drachma	ʒ
Ferrum chalybs, mars	♂
Fiat	F
Granum	gr̄
Gutta	gutt
Hora	🝮
Ignis	△
Ignis Rotæ, sive Reverberii	🜂

Jupiter vel Stannum	♃
Libra Pondo	℔
Libra semis	℔ ß
Luna, argentum	☾
Mars, chalybs, Ferrum	♂
Martis Limatura	♂
Mercurius, argentum vivum	☿
Merc. præcipitatus	☿
Merc. sublimatus	☿
Mensis	⊠
Misce	M
Nitrum	🜕
Nox	♀
Obolus	∽
Oleum	∴
Phiala	⫯
Plumbum, saturnus	♄
Præparare	PP. ℙ
Præcipitare	⫪
Pulvis	⚲
Quantum placet	q.p.
Quantum vis	q.v.
Quinta Essentia	Q.E.
Recipe	℞. ♃.
Regulus stellatus	✵
Regulus antimonii stellatus	✵
Retorta	ꝯ
Sal alcali	♉
Sal armoniacum	✶
Sal commune	⊖

Sal gemmæ	♉
Sal nitri vel petræ	⦶
Sal volatile	⊖V
Saturnus	♄
Scrupulus	℈
Secundum artem	s.a
Semis	ß
Sol. aurum	☉
Spiritus	⁀ sp
Sp: vini	🜈
Sp: vini rectificatus	🜈R
Sp. vini Rect:s. Alcohol	🜈A
Stella reguli antimonii	✵
Stratum super stratum	s.s.s.
Sublimatum	☿⁀
Sulphur	🜍 🜍
Talcum	×
Tartarum	🜿
Terra	🜃
Tinctura	℞
Tutia	⊗
Venus, cuprum, æs	♀
Vinum	V
Viride æris	⊕
Vitriolum	🜖
Vitrum	⊸
Uncia	℥
Volatile	♑
Urina	⊡

AANWYZER

der

NEDER-DUITSE GENEES-KONST-WOORDEN,

In 't vorige Werk begrepen.

A.

Aars-

Al-

Be-

Bil-

Ce-

Even-

Ger-

Hair-

Hya-

Hoofd

Klap-

Kou-

Lee-

M.

Mak-

N.

Ont-

Pop-

Quin-

Ruy-

Schuy-

Steen

Te

Tuie

Vlot-

Waa-

W.

Zal-

Zwar-

REGISTER

Der

Furnemster

KUNST-WORTER,

Durch das gantze Buch zu finden.

A.

adler-

REGISTER.

art-

art-

REGISTER.

aug-

bac-

bein

brust-

dinckel

elle

fie-

flei-

Gac.

G.

ge-

ger-

ge-

Häut-

ka

ko-

kuh

Löf-

man.

mu-

nie=

phen-

rei-

san-

schild

schnu-

schwelle

sie-

speise

stri

T.

 theil

tro-

un-

wol-

Ki-

TABLE

Des

TERMES FRANÇOIS,

Dont il est fait mention

Dans cet Ouvrage.

As-

T A B L E.

Ama-

Aprel-

TABLE.

Dd dd *Avr-*

Be-

Can-

De-

E.

Em-

Espar-

F.

Filets

Ha-

H.

Long

Mu

N.

O.

Oeil

Os

Pierre

Re-

S.

Sour-

Vers

Uri-

ENGLISH

INDEX

In which all the

PHYSICAL TERMS,

Are very accurately demonſtrated.

Am-

Audi-

Bound

Ca-

Con-

El-

Fly-

Gil-

Ground

Hed-

Hya-

K.

Mil-

Hhhh 5 Pal-

Pig-

Pre-

Quack

Re-

Se-

Sil-

Ton-

V.

Urine

INDEX
GRÆCORUM NOMINUM,
Quæ ad artem Medicam ſpectant, & in hoc Lexico præcipuè exhibentur.

A.

ἀλκὴ

ἀρ-

βρῦον

διά·

E.

ἐμ-

ἱστὸς

K.

κρον

μη

N.

Ξ.

O.

οὐρὰ

Π.

P.

ῥυ-

ὑπη-

χα…

INDEX

Quarundam Vocum

BARBARICARUM,

In priori opere contentarum.

Ba-

Got-

Que-

F I N I S.

E R R A T A.

Pag.	8	Reg.	27	Malple	Maple
——	22	——	14	Beaeded	Bearded
——	177	——	3	van oud. heelvlies	heelvleis
——	178	——	13	τώρωτις	πώρωτις
——	189	——	17	Tendrolls	Tendrills
——	211	——	25	Subita	Subito
——	292	——	38	Crouw	Crown
——	298	——	20	σπάσθαι	σπάθαι
——	371	——	40	Jugace	Juice
——	440	——	8	Effenkruid	Essenkruid
——	507	——	26	flinking	stinking
——	553	——	18	smooking	smoothing
——	558	——	2	Vola	Viola
——	565	——	9	Lilien	Linien
——	608	——	10	Horle	Horse
——	643	——	39	Daffadil	Daffodil
——	730	——	23	Phlegmone	Phlegme
——	743	——	33	Grefie	Gresle
——	749	——	2	Lage	Sage
——	778	——	18	Newe	Nerve
——	782	——	4	Hornes	Hotnes

E TYPOGRAPHIA

DAMMEANA.